M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARUM

LIBRI XVI.

AD FAMILIARES

UT VULGO VOCANTUR

CUM ADNOTATIONIBUS

JOANNIS MIN-ELLII

EDITIO NOVISSIMA

CASTRIMARI
EX TYPOGRAPHIA SEMINARII
MDCCCLII

LECTORI BENEVOLO

Cum non immerito eorum commendetur industria, qui hac nostra ætate in evulgandis Augustei saeculi scriptorum operibus curam conferunt suam; dolendum profecto erat Ciceronis Epistolas cum Joannis Min-ellii adnotationibus non ea frui clarissima lucis usura, quam caetera ejusdem auctoris opera sunt promerita; ita ut ultro, citroque cursitando quantivis emendae frustra ex tabernis librariis requirerentur.

Cum vero Stabiense Seminarium typis esset decoratum; illud consilii captum est, ut hoc Min-ellianum opus formis nitidissimis excusum hominum conspectum, lucemque intueretur.

Quantum vero operae pretium factum sit, is profecto intelliget, qui tanti viri optime de re litteraria meriti eruditas in classicos scriptores adnotationes vel leviter perlegerit. Tantam enim, tamque praeclaram lucem praeseferre videntur, ut ambigas oporteat utrum latialis sermonis castimoniam, an judicium in difficillimis quibusque explicandis majori praeconio commendandum putes.

Quapropter, benevole lector, hoc primum Stabiensis Seminarii opus, qualecunque sit aequi, bonique consule; cum praesertim non mediocriter adlaboratum sit, ut illud typographicarum operarum mendis, quoad ejus fieri potuit, perpurgatum excuderetur, et a characterum elegantia, chartaeque sese nitore facile omnibus commendaret. Faxit Deus, ut quemadmodum Patavinum olim Seminarium optimis operibus evulgandis maximae omnibus fuit utilitati; sic nunc Stabiensis Seminarii typis aliquid litteraria res emolumenti adipiscatur.

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARUM
AD
FAMILIARES

LIBER PRIMUS.

I. [1] M. T. CIC. P. LENTULO [2] PRO-COS. S. D.

[3] Ego omni [4] officio, [5] ac potius [6] pietate erga te [7] cæteris

1 Ad Lentulum Spintherem Ciliciæ proconsulem scribit Cicero de officio suo erga ipsum, in reductione Ptolemæi Auletæ, Ægypti regis, quem subiecti regno ejecerant, procuranda per Lentulum, cui provincia hæc forte inter Consules ducta obtigerat. Cur autem efficere nil valuerit, causas dat varias et multiplices, regis voluntatem, qui per Pompejum reduci cupiebat, et Pompeji, qui idem velle videbatur, consulares rem totam odio habentes, et exiguam suam in regia causa pro Lentulo auctoritatem. Epistola est narratoria et excusatoria. 2 Proconsul est provincialis magistratus, qui nomine populi romani provinciam administrabat, et regebat, bellique, et pacis negotia procurabat. Dicebatur autem proconsul, quod loco consulis ipse consulatu defunctus cum imperio iret in provinciam consularem, sicuti proprætor erat, qui, post gestam præturam urbanam provinciam prætoriam administrabat. Provinciæ enim aliæ erant consulares, aliæ prætoriæ, de quibus constituebatur in euntibus magistratum Coss. quæ prætoriæ essent futuræ, quæ consulares, i. quæ a consulibus, quæ a prætoribus, finitis magistratibus, forent regendæ. Has deinde Coss. et prætores vel sorte vel pacto dividebant: quique jam in provinciam suam cum imperio proficiscebatur, dicebatur proconsul. Talis hic Lentulus Spinther fuit Ciliciæ proconsul, postquam consulatu abiit. 3 Pronomen hoc, non, nisi ad emphasin, exprimi solitum, in principio sermonis magnam vim obtinet. Elegans exordium ab officio, quo sua officia Lentulo homini amico commendat. 4 Debito munere ac studio. *Officium* est suum cujusque munus, quasi ob quod faciendum ipse factus aut institutus sit: ut officium præceptoris est præcipere, discipuli discere, sic boni viri gratiam referre. *Ob* enim præpositio duo notat, propter, et contra: unde *officio* i. noceo, quasi contra id, quod utile sit, facio. 5 Quod potius dicam. 6 Veneratione et observantia. Quia ergo Cicero Lentulo non solum officium, sed etiam pietatem tanquam parenti impendit, per ἐπανόρθωσιν, i. correctionem addit, *ac potius pietate*. *Pietas* enim proprie convenit in Deos, quibus omnia debemus: deinde in patriam, atque in parentes, quorum charitas proxime accedit ad Deos: tertio loco erga omnes propinquos: postremo erga optime meritos; quos diligere ut propinquos, et colere parentum fere loco æquum est. 7 In oculis cæterorum omnium, aut quantum cæteris videri potest, meum in re tua studium, officiumque

satisfacio omnibus,[8] mihi [9] ipse nunquam satisfacio. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me [10] meritorum, ut quoniam tu,[11] nisi perfecta re,[12] de me non conquiesti, ego, quia non idem [13] in tua causa efficio, vitam mihi esse [14] acerbam putem.[15] In causa [16] hæc sunt. Ammonius, [17] Regis [18] legatus,[19] aperte [20] pecunia [21] nos oppugnat. [22] Res agitur per eosdem [23] creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur. Regis [24] causa si qui sunt qui [25] velint, [26] qui [27] pauci sunt, omnes [28] rem [29] ad Pompejum deferri volunt. Senatus religionis [30] calumniam non [31] religione, sed [32] malevolentia, et illius [33] regiæ largitionis invidia [34] comprobat. [35] Pompejum [36] et [37] hortari, et [38] orare, etiam liberius accusare, et monere, ut [39] magnam in-

cernentibus. 8 In oculis meis, ant judicio meo, qui tuam erga me benevolentiam imitor, merita non assequor: tu enim in re mea, quod agebas, perfecisti: mihi idem non contigit in tua. 9 Egomet. 10 Restitutionis: cum sc. Lentulus Ciceronem, lege Clodia pulsum, qnod cives romanos, conjurationis in patriam convictos, capitali supplicio contra morem majorum, indicta causa affecisset, consul sextodecimo ejus exilii mense revocavit. 11 Donec me restitutum videres. 12 Restituendo ab exilio in urbem. Cum enim Lentulus primum consul est designatus, Ciceronis causam suscepit, et ejus de reditu sententiam, consulibus Pisone et Gabinio repugnantibus, præclarissimam dixit: neque Lentulus postea conquievit, donec rem de Cicerone perfecit. 13 In tuo negotio, in reductione regis, i. quia non efficio te voti compotem. 14 Insnavem, injucnndam. Metaphora a fructibus immaturis. 15 Quod non idem efficio. 16 Quæ dicam. 17 Ptolemæi Auletæ. 18 Quem rex Romam misit ad petendam reductionem sui per Pompejum. 19 Nullo legum metu: quæ res infensum Ptolemæo Senatum reddidit. 20 Largitione pecuniaria, qua senatus corrumpebatur. 21 Contra nos pugnat, nobis vehementer adversatur. 22 Lis et controversia. 23 Regis, sc. ii qni regi pecuniam crediderant, sc. C. Rabirium Posthumum, et ejus amicos: qui non solum id agebant, ut rex restitueretur, quo credita ei pecunias exigere possent: verum etiam aperte pecunias pro Pompejo contra Lentulum suppeditabant, quod regem cupere intelligebant. 24 Ex utilitate et voto. 25 Litem dirimi. 26 Id volentes. 27 Vel ob apertam regis largitionem, vel quia propter acerbissimam tributorum exationem ejectum ab alexandrinis audierant. 28 De qua lis est, i. reductionem regis Ægypti. 29 Cneo Pompejo honorifice committi: cujus ob Mithridatici belli gloriam longe major, quam cæterorum, apud omnes gentes erat auctoritas: quo futurum sperabat rex, ut Ægyptii nihil ei petenti denegarent. 30 Callidam et fictam interpretationem per sacerdotes, autore C. Catone dolose factam, i. impedimentum tibi illatum per libros Sibyllinos, vetantes regem cum exercitu reduci, contra quos facere religiosum, i. metuendum erat: exercitu adempto, restituendi regis curam suscipere nemo vellet. 31 Vero metu faciendi contra monita divina. 32 Quia tibi male vult. 33 Profusionis pecuniæ nomine regis, et per solicitatores ejus factæ, qua Ptolemæus rex senatores multos Romæ et quosdam ex oratoribus Ægyptiis corrupit. 34 Facto S. C. cum multitudine regem reduci, Reipublicæ periculosum videri. 35 Prosequitur, quæ pro Lentulo egit, reliqua. 36 Simul. 37 Tanquam amicum. 38 Tanquam principem. 39 Quam incurret, si contra te, cui tantum debet, faciat.

famiam fugiat, non desistimus. Sed [40] plane nec precibus nostris, nec admonitionibus [41] reliquit locum. Nam cum [42] in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic [43] egit causam tuam, ut neque [44] eloquentia majore quisquam, neque [45] gravitate, nec [46] studio, nec [47] contentione [48] agere potuerit, cum [49] summa testificatione tuorum in se [50] officiorum, et amoris erga te sui. [51] Marcellinum tibi esse [52] iratum scis. [53] Is, hac [54] regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum [55] tui defensorem fore [56] ostendit. Quod [57] dat, [58] accipimus: quod [59] instituit [60] referre de [61] religione, et sæpe jam retulit, ab eo [62] deduci non potest. [63] Res ante [64] idus acta [65] sic est: nam hæc [66] idibus [67] mane scripsi. [68] Hortensii, et mea, et [69] Luculli sententia [70] cedit religioni de exercitu: [71] teneri enim res aliter non potest: sed ex illo S. C. quod te [72] referente factum est, tibi [73] decernit, ut regem [74] reducas: quod [illegible] commodo [illegible] facere possis: [76] ut exercitum religio tollat, te [77] auctorem [78] senatus retineat. [79] Crassus [80] tres legatos [81] de-

40 Omnino. 41 Pompejus, i. sic egit, nt non opus fuerit eum amplius precari aut monere. 42 In familiari cum amicis confabulatione. 43 Fortunas et honores tuos defendit: cum hortaretur senatum, ut reductionem regis tibi demandaret. 44 Ubertate et elegantia orationis. 45 Sententiarum pondere. 46 Propensa in Lentulum voluntate. 47 Certamine, ope summa. 48 Causam tuam. 49 Maxima protestatione. 50 Benefactorum, P. enim Lentulus et Q. Metellus legem conscripserunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum data est. 51 Is est Cn. Lentulus Marcellinus, qui cum L. Marcio Philippo consul fuit. 52 Quod te cupidum videat reducendi regis. 53 Marcellinus. 54 De rege reducendo: quia contra libros Sibyllinos nihil dicere ausit. 55 Tuarum omnium sententiarum ac voluntatum. 56 Verbis. 57 Tibi concedit, i. quicquid in favorem tui dicit. 58 Gratum est. 59 Proposuit. 60 In consultationem senatus, sententiam de ea re dicturi. 61 Religiosa observatione Sibyllinorum versuum, redūci regem cum multitudine vetantium. 62 Amoveri, et in contrarium adduci. Tuebatur enim obstinato animo sententiam suam in quam factum erat S. C. regem cnm multitudine reduci, periculosum Reipublicæ videri. 63 Contentio. 64 Sc. *Ianuarias*, i. ante XIII. diem. 65 In modum sequentem. 66 Ipso die, XIII. qno die senatus erat futurus. 67 Prima luce. 68 Hic est ille Q. Hortensius, oratoria laude clarus. Declarata Consulis voluntate, consularium sententia incipit exponere. 69 Marci, non Lucii, qui perierat anno superiore. 70 Id est, nostra sententia est, quod tu Lentule debes regem reducere sine exercitu. 71 Obtineri. Sic locutus est ep. 7. *Si res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam atque Ægyptum tenere possis.* 72 In consultationem senatus adducente, an per te reduci debeat. 73 Adjudicat. 74 Honorifice in patriam et regnum deducas. 75 Eum erit commodum. 76 Sic ut auctoritas librorum Sibyllinorum demat tibi exercitum. i. ne reducas cum exercitu. 77 Reductionis, et ita utrumque servetur decretum, et Senatus, et religionis; non enim vetuit religio redūci, sed cum exercitu. *Auctor* is est, cujus auctoritate et sententia, aliquid fit. 78 Qui decrevit per te reducendum. 79 M. Licinius Crassus nnus e Patribus conscriptis. 80 Cum rege mittendos in Ægyptum. 81 Pro sententia sua con-

*

cernit, nec excludit [82] Pompejum: [83] censet enim etiam ex iis, [84] qui cum imperio sunt. [85] Bibulus tres legatos ex iis, qui [86] privati sunt. [87] Huic assentiuntur reliqui [88] consulares, præter [89] Servilium, qui omnino [90] reduci negat [91] oportere; et [92] Volcatium, qui, [93] Lupo [94] referente, Pompejo [95] decernit; et [96] Afranium, qui assentitur Volcatio: [97] quæ res auget suspicionem [98] Pompeji voluntatis. Nam [99] advertebatur Pompeji familiares assentire Volcatio. [1] Laboratur vehementer: [2] Inclinata res est. [3] Libonis et [4] Hypsæi [5] non obscura [6] concursatio, et contentio, omniumque Pompeji familiarium [7] studium, [8] in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompejus [9] cupere videatur: [10] cui qui [11] nolunt, iidem tibi, quod [12] eum [13] ornasti, non sunt amici. Nos [14] in causa auctoritatem [15] eo minorem habemus, quod tibi [16] debemus. [17] Gratiam autem nostram [18] extinguit hominum suspicio, quod [19] Pompejo se [20] gratificari putant. [21] Ut in [22] rebus multo ante quam [23] profectus es, ab ipso [24] rege, et ab intimis ac domesticis Pompeji clam [25] exulceratis, deinde palam a consularibus

stituit. 82 Cui, frumentariæ curationis gratia, toto orbe terrarum et senatus et populus imperium dederat. 83 Judicat legatos sumendos. 84 Qui sunt in consulatu aut proconsulatu, aut præcipuo magistratu, vel quibus lege curiata jus cogendi regendique exercitum fuerat datum. 85 Sc. *censet sumendos*. Is est M. Calpurnius, qui Cæsaris in ædilitate, prætura, consulatu collega, eidemque inimicissimus fuit. 86 Nullo magistratu fungentes. 87 Bibulo. 88 Sc. *viri*. i. qui aliquando consulatum gesserunt, et ita primores patrum. 89 Intellige Isauricum, dictum ab Isauris debellatis, Ciliciæ populis, qui cum Appio Claudio, P. Clodii, Ciceronis inimici, patre, consulatum gessit. 90 Regem. 91 Expedire. 92 Præter Volcatium, qui cum M. Æmilio Lepido consulatum gessit. 93 Tribuno plebis. 94 Adducente in consultationem non de reducendo rege tantum, sed ut a Pompejo reduceretur. 95 Adjudicat reductionem. 96 Præter Afranium, qui fuit unus ex ducibus Pompeji, et quadriennio ante consulatum gessit cum Metello Celere. 97 Quod assentitur Volcatio. 98 Quæ habetur de Pompejo, quod velit regem reducere: licet propter Lentulum dissimulet. 99 Comperiebatur a plerisque. 1 Contenditur. 2 Quia res incipit tendere ad ruinam, i. consilium eorum incipit detegi. Translatio sumta a parietibus. 3 Cujus filiam Sextus Pompejus, Pompeji Magni filius, uxorem habebat. 4 P. Plautii Hypsæi, qui Pompeji Magni quæstor bello Mithridatico fuit. 5 Manifesta. 6 Prensantium propria. 7 Diligens solicitatio. 8 Effecerunt, ut eam opinionem de ea re homines haberent. 9 Reducere regem. 10 Pompejo. 11 Non bene volunt, nec favent, qui amici non sunt, aut qui nolunt reductionem decerni. 12 Pompejum. 13 Honore affecisti, sc. procuratione rei frumentariæ. 14 In hac controversia. 15 Propterea. 16 Devincti sumus, sc. quia per te in urbem restituti. 17 Qua apud eos alioqui valeremus. 18 Deprimit et annihilat. 19 Decernendo illi reductionem. 20 Rem gratam facere. 21 Sc. *versabamur*. 22 Causis. 23 In provinciam. 24 Ptolemæo, qui summis viribus annixus est a Pompejo reduci. 25 Corruptis in pejus relatis. Translatio ab ulceribus, quæ sæpe illato ungue, dilatantur. Sic loquitur alibi

[25] exagitatis, et in summam [27] invidiam adductis, ita [28] versamur. [29] Nostram fidem omnes, [30] amorem [31] tui absentis [32] præsentes tui cognoscent. Si esset in iis [33] fides, [34] in quibus [35] summa esse debebat, [36] non laboraremus. Vale.

II. [1] M. T. C. P. LENTULO S. D.

[2] Idibus Januariis in Senatu nihil est [3] confectum; propterea quod dies magna ex parte consumtus est [4] altercatione [5] Lentuli [6] consulis, et [7] Caninii tribuni pl. Eo die nos quoque [8] multa verba fecimus, [9] maximeque [10] visi sumus Senatum commemoratione [11] tuæ voluntatis erga illum [12] ordinem [13] commovere. Itaque [14] postridie placuit, ut breviter sententias diceremus. Videbatur enim [15] reconciliata nobis voluntas senatus esse: [16] quod [17] cum [18] dicendo, tum [19] singulis appellandis, rogandisque perspexeram. Itaque cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, ut [20] tres legati [21] regem reducerent: [22] secunda [23] Hortensii, ut tu sine exercitu [24] reduceres:

in Bruto: *Uti ea non modo non* exulcerare *vestram gratiam*, *sed etiam conciliare videtur*. 26 Graviter vituperatis. 27 Odium, infamiam, ob apertam regis largitionem. 28 Q. d. Sicut ante profectionem tuam prius occulte, deinde palam plurimi erant in hac causa corrupti, ita adhuc sunt. 29 Fidem in te meam omnibus hominibus probabo multis documentis amorem autem tui absentis, quamvis et alii, tui tamen familiares, præcipue cognoscent, quibus opera, re, consilio serviam quibuscumque potero modis et rationibus. 30 Nostrum. 31 Quem habemus in te absentem. 32 Qui sunt in urbe. 33 Fidelitas. 34 Utpote in Pompejo, de quo optime meritus es. 35 Sc. *fides*. 36 Sine labore te voti compotem faceremus.

1 Epistola est narratoria. 2 Hac Epistola recitat, quæ acta sint in senatu postridie idus Januarias, et controversias actorum, et suum officium modeste commemorat, et Lentulum de omnibus rebus certiorem se facturum pollicetur. 3 Conclusum et definitum. 4 Contentione de rege reducendo: cum Caninius Pompejo rem deferri vellet; consul regem neque cum exercitu reduci, neque ab iis, qui cum imperio essent: ita Pompejum excludebat, qui cum Imperio erat. 5 Marcellini. 6 Hoc dicit ad differentiam Lentuli, ad quem scribit, qui erat proconsul, i. consulari potestate in provincia fungens. 7 Is est, qui rogationem tulit, ut Pompejus regem gemino lictore restitueret. 8 Multa locuti sumus. 9 Præcipue. 10 Nobis. 11 Auctoritatem senatus Lentulus consul acerrime defendit. 12 Senatorium. *Princeps ordo, summus, amplissimus* a Cicerone senatus vocatur, distinguendi gratia: tres enim erant ordines in civitate, primo loco Senatus, secundo Equites, postremo ii, qui neque senatores, neque equites erant, qui de plebe dicebantur. 13 Benevolentia afficere. 14 Die sequente Idus. 15 In gratiam rediisse, atque iterum favere causæ nostræ, quam alienaverat regia largitio. 16 Quam rem. 17 Pariter. 18 Cum causam tuam dicerem: nam assentiri videbantur. 19 Cum singulos alloquerer et rogarem quid sentirent. 20 Ex iis, qui privati erant. 21 Ptolemæum. 22 Sc. *sententia esset pronunciata*. 23 Cum quo Lucullus et Cicero sentiebant. 24 Eum.

tertia Volcatii, ut Pompejus reduceret:[25] postulatum est, ut Bibuli sententia[26] divideretur.[27] Quatenus[28] de religione dicebat,[29] cuique rei jam[30] obsisti non poterat, Bibulo[31] assensum est:[32] de tribus legatis,[33] frequentes[34] ierunt[35] in alia omnia.[36] Proxima erat Hortensii[37] sententia, cum Lupus tribunus pleb.[38] quod ipse[39] de Pompejo retulisset, intendere cœpit ante se oportere[40] discessionem facere, quam consules. Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. Erat enim et[41] iniqua, et[42] nova. Consules neque[43] concedebant, neque valde repugnabant. Diem consumi volebant: id quod est factum.[44] Perspiciebant enim[45] in Hortensii sententiam[46] multis partibus plures ituros: quanquam aperte Volcatio assentirentur.[47] Multi[48] rogabantur, atque[49] idipsum consulibus invitis: nam[50] ii Bibuli sententiam[51] valere cupierunt.[52] Hac controversia usque ad noctem[53] ducta, se-

25 A jndicibns. 26 In dno membra altero rejecto: quorum unum esset, non oportere contra religionem cum exercitn reduci: alterum, nt per tres legatos sine exercitu rednceretur. Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectitur, eæ si non omnes probantur, postulatnr, ut dividatur. i. de rebus singulis referatur. 27 In quantum. 28 De Sibyllinis versibns regem rednci cum exercitn vetantibus. 29 Quatenus dicebat de religione. 30 Quia nemo audebat contradicere: factum enim jam erat S. C. regem cum multitndine rednci, periculosum reip. videri. 31 Quia omnes approbaverunt non esse reducendum cnm exercitn. 32 Quantum erat, quod per tres legatos rednceudnm censebat. 33 Plurimi senatorum. 34 Eundo sententiam et voluntatem suam declaraverunt. 35 In alias sententias potius, quam in Bibuli, i. plurimi senatorum dissenserunt. Sic Cœlius lib. 8. epist. 12. *Frequens Senatus* in alia omnia iit: et Cicero epist. 12. l. 10. *Cum gratia effecisset, ut sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum Senatus reliquit*, et in alia omnia discessit. Erant eo tempore quadrigenti senatores: postea mille fnerunt. Ideo cum non omnes possent interrogari, illi dicebantur ire in sententiam, qui reliquis interrogatis assurgebant et assentiebantur. 36 Secnnda. 37 Ut tu sine exercitu reduceres. 38 Eo quod. 39 An potius per Pompejum rednci deberet. 40 Jubere, ut de eo quod retulisset, per discessionem senatorum judicinm fieret: propositis enim sententiis, ne longum esset percunctari senatores, de singulis quid sentirent, jubebantur anctores sententiarum ab aliis discedere: et senatores ad eum, cnjus sententiam approbarent, accedere, et ita eundo ferebant sententiam. 41 Quid enim iniquius, quam tribunorum plebe priorem sententiam in senatu referri, cum consularis suprema esset dignitas? 42 Inaudita. 43 Assertionem Lupi. 44 Perspicaciter videbant. 45 Quam in aliorum sententiam. 46 Multo plures. Sic in Academicis: *Quibus efficitur, Solem* multis partibns *maiorem esse quam terram*; et Cœlius epist. 9. lib. 8. *Turpe tibi erit, Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non* multis partibns plures. 47 Indicum. 48 Sententiam a senatoribns, varie sentientibns: cum alii Pompejo, alii Lentulo faverent, alii aliter sentirent. 49 Sc. *fiebat*. 50 Consules. 51 Approbari, vincere. 52 De tribus sententiis. 53 Prolungata.

natus est[54] dimissus: et ego[55] eo die[56] casu[57] apud Pompejum cœnavi: [58] nactusque tempus hoc magis[59] idoneum, quam unquam antea, quod post tuum discessum is dies primus[60] honestissimus nobis fuerat in senatu, ita sum cum[61] illo locutus, ut mihi viderer animum[62] hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam[63] traducere. Quem ego ipsum cum[64] audio, prorsus eum libero[65] omni suspicione[66] cupiditatis: cum autem ejus familiares[67] omnium ordinum video,[68] perspicio, id quod jam omnibus est[69] apertum, totam[70] rem istam[71] jampridem a[72] certis hominibus,[73] non invito rege ipso,[74] consiliariisque ejus, esse corruptam. Hæc scripsi a.d.XVI.Kal.Febr.[75] ante lucem. Eo die[76] senatus erat futurus. Nos in senatu, quemadmodum spero,[77] dignitatem nostram,[78] ut potest in tanta hominum[79] perfidia et[80] iniquitate, retinebimus.[81] Quod ad[82] popularem rationem attinet, hoc videmur[83] esse consecuti, ut[84] ne quid[85] agi cum populo aut[86] salvis auspiciis, aut[87] salvis legibus, aut denique sine[88] vi

54 Domum. 55 Cum de certo die loquimur, virili utimur genere; cum de tempore, muliebri. 56 Eventu fortuito. 57 *Cœnare apud aliquem* interdum est et ejus domi, et cum eo cœnare, ut hic, et ep. 9. Cœnavit apud me *in mei generi Crassipedis hortis:* interdum ejus quidem domi, non autem cum ipso cœnare, ut ep. 12. l. 4. ad Attic. *Postridie Kal.* cœna apud me *cum Pilia,* quanquam ipse abesset. 58 Et assecutus. 59 Ad agenda cum Pompejo, quæ vellem. 60 Honorificentissimus: quia senatum maxime permovere visus, et benevole auditus fuerat. 61 Pompeio. 62 Pompeji. Sic sæpe veteres loquebantur, cum indicare vellent eum ipsum, quem antea nominarant. Sic epist. 1. l. 3. *Valde* hominem *diligo*. 63 Removere. 64 De te loquentem. 65 Orta ex concursatione et contentione Libonis et Hypsæi, omniumque ejus familiarium studio: epist. 1. 66 Reducendi regis. 67 In quocunque statu et gradu dignitati sint. 68 Animadverto. 69 Manifestum. 70 De reductione regis per te. 71 Multo ante, quam profectus es. 72 Intimis ac domesticis Pompeji. 73 Annuente. 74 Qui malint cum per Pompejum reduci. 75 Summo mane. 76 Congregatio et concilium senatorum erat habendum. 77 Honeste audiemur pro te loquentes in senatu. 78 Quantum fieri potest. 79 Invidorum. 80 Inimicorum. 81 Quantum. 82 Vulgarem i. ad judicium populi, quod tumultuosum frequenter esse solet, et rixarum plenum. Allusum est ad morem romanum de lite dirimenda, ut, cum a senatu lis omnino decidi non poterat, facta concione referretur ad populum. 83 Obtinuisse. 84 Nihil. 85 Referri ad populum, aut rogari populum a tribunis plebis. *Agere cum populo* est rogare populum, quid suffragiis suis aut jubeat aut vetet. Gel. l. 13. c. 15. 86 Quia populus rogari non poterat auspiciis renuentibus, i. quando aut fulgur apparuerit, aut tonitru auditum sit. Tunc autem Cicero parabat obnunciare, i. ostendere, auspicia abnuere. 87 Quia leges ferri non poterant eo die, quo magistratus de cœlo servaverat. Deinde cogitabat forsan Cicero rogationem tribuni plebis impedire intercessione alicujus tribuni; cui intercessioni ex legibus parendum erat. 88 Violentia: quæ quia non facile fit, censet judicium populi, qui Pompejo faveret, non magnopere timen-

possit.[89] De his rebus,[90] pridie quam hæc scripsi, senatus[91] auctoritas[92] gravissima[93] intercessit:[94] cui cum[95] Cato, et Caninius[96] intercessissent, tamen est[97] perscripta. Eam ad te missam esse arbitror. De[98] cæteris rebus, quidquid erit actum, scribam ad te: et, ut quam rectissime[99] agantur omnia, mea cura,[1] opera, diligentia, gratia[2] providebo. Vale.

III. [1] M. T. C. P. LENTULO S. D.

[2] Aufo Trebonio, qui in tua[3] provincia[4] magna[5] negotia, et[6] ampla, et[7] expedita habet, multos annos[8] utor valde familiariter.[9] Is cum antea semper et suo[10] splendore, et nostra, cæterorumque amicorum commendatione, gratiosissimus in[11] provincia fuit: tum hoc tempore[12] propter tuum in me amorem, nostramque[13] necessitudinem, vehementer confidit his

dum. 89 Ut tribuni plebis nihil agere cum populo possent, quod Lentuli dignitatem imminueret. 90 Die ante, sc. xvII. Kal. Febr. qui tunc Idus sequebatur, eo quod Januarius tantum habebat xxIx. dies, quo die breviter in senatu sententiæ dictæ sunt. 91 Auctoritas proprium de senatu verbum. Est autem *auctoritas* imperfectum senatus consultum, sive voluntas, et sententia senatus, quæ aliquo intercedente debilitata vim Senatus consulti non habebat, attamen perscribebatur in publicis tabulis, ut, quid eo die senatus censuisset, appareret: vel ea voluntas senatus, quæ, etiam nemine intercedente, senatus consultum fieri non poterat, frequenti senatu sententiam propositam improbante; senatus consulta enim fieri solebant non cum improbaretur sententia, sed cum probaretur. Posteriori significatu auctoritas hic sumitur pro ea senatus voluntate et sententia, ne quis regem reduceret, cui tribuni Cato et Caninius intercesserunt. 92 Maximi ponderis et vigoris. 93 Intervenit, interposita est et addita. Sic epist.2. l. 15. *Cum enim vestra auctoritas intercessisset, ut ego regem Ariobarzanem tuerer*. 94 Auctoritati et probationi senatus. 95 Duo tribuniplebis. Pompeji studiosissimi. 96 Suam auctoritatem ad impediendum interposuissent, et ita obstitissent, ne S.C. fieret. 97 Irrefragabiliter ratificata. 98 Quæ ad regis reductionem pertinere videntur. 99 Cæteræ res. 1 Labore. 2 Prospiciam.

1 Epistola hæc est commendatoria, qua Trebonium, equitem Romanum, ab amicitia, et a virtutibus Lentulo commendat. 2 Hic Trebonius est, qui in Galliis sub Cæsare militans, cum eo semper usque ad belli civilis exitum fuit. 3 Cilicia, quæ tibi proconsuli decreta est. 4 Magnæ impensæ: jure igitur a me commendatur. 5 Ut sunt mercaturæ. 6 Honorifica, multis in locis. 7 Non implicita litibus aut ære alieno, aut obnoxia publicanis: impedita enim, ne tibi molestiam afferrem, haud libenter tibi commendarem. 8 Familiarissimus sum, amicissimus. 9 Aulus Trebonius. 10 Equestri dignitate. Splendor proprie est dignitas equestris, et quæ eam sequitur, animi liberalitas, quæ equitibus tribuitur. Infra lib. 12. epist. 27 *Sex. Aufidius et observantia, qua me colit, accedit ad proximos*; et splendore *equitis romani nemini cedit*. 11 Sc. *ista*. 12 Quia scit quod abs te amor. 13 Vinculum amicitiæ.

meis literis se apud te [14] gratiosum fore. Quæ ne spes eum [15] fallat, vehementer te rogo: commendoque tibi ejus omnia negotia, libertos,[16] procuratores,[17] familiam: in primisque, ut, quæ [18] T. Ampius [19] de ejus re decreverit, ea comprobes, omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat meam commendationem [20] non vulgarem fuisse. Vale.

IV. [1] M. T. C. P. LENTULO S. D.

[2] Ad XVI. Kalend. Febr. cum in senatu [3] pulcherrime [4] staremus, quod jam illam sententiam Bibuli de [5] tribus legatis [6] pridie ejus diei [7] fregeramus, unumque certamen esset relictum,[8] sententia Volcatii: res ab [9] adversariis nostris [10] extracta est [11] variis calumniis.[12] Causam enim [13] frequenti senatu, in magna [14] varietate, magnaque invidia [15] eorum, qui a te causam regiam [16] alio transferebant, obtinebamus. Eo die [17] acerbum habuimus [18] Curionem: [19] Bibulum multo [20] justiorem, [21] pæne etiam amicum. [22] Caninius, et Cato nega-

14 Acceptum in gratiam et commendationem. 15 Decipiat, destituat. 16 Negotiorum et causarum ejus, vicarios juris sui. 17 Servos. 18 Qui ante Lentulum Ciliciæ præfuerat, prætorius, non consularis. 19 Ut sc. merx ejus libera sit a vectigalibus. 20 Sed egregiam, amoris ac studii plenam.

1 Negotiali hac epistola profitetur Cicero se viriliter pro Lentuli dignitate certasse, parum tamen obtinuisse ob quorumdam injuriam. 2 Circiter diem XV. Januarii. 3 Honestissime. 4 Actio nostra placeret et prospera esset ob secundam hominum voluntatem. Metaphora a pugnantibus, qui stare tunc dicuntur, cum eum, quem cepere locum obtinent; quod fortitudinis est. 5 Privatis: qua sententia Lentulus et Pompejus excludebantur, qui erant cum imperio. 6 Die eum diem præcedente, sc. XIIII Jan. 7 Abrogaveramus. Pergit in translatione; nam frangere impetus adversarii de pugnantibus usurpatur. 8 Ut Pompejus regem reduceret. 9 Præsertim tribunis plebis. 10 E manibus nostris, sive prorogata. 11 Variis causis ficte inductis, variis figmentis, cum nihil verum, nihil ex animo loquerentur, sed tantum ut rem ducerent, diemque dicendo extraherent. 12 Sc. *tuam*. 13 Sc. *in*, i. cum adessent plurimi senatores. 14 Sententiarum a diversis latarum. Sententias quinque varie decernentium exposuit epist. 1. Hortensii, de reductione regis uni Lentulo mandanda; Crassi, de tribus legatis, etiam ex iis, qui cum imperio essent; Bibuli, de tribus item legatis, sed ex iis tantum, qui privati essent; Servilii, ne rex reduceretur; Volcatii, ut reduceretur a Pompejo. 15 Crassi, Bibuli, Servilii, Volcatii, Catonis et Lupi. 16 Ad alios: cum quidam soli Pompejo causam regiam deferri vellent; alii aliter sentirent. 17 Acrem adversarium. A pomis immaturis sumpta Metaphora, quæ minime grati saporis sunt. 18 C. Scribonium Curionem consularem et triumphalem, patrem ejus, ad quem epistolæ mittuntur libro 2. 19 Sc. *et habuimus*. 20 Æquiorem. 21 Hujus mutationis illa Bibulo causa fuit, quod, cum ipse de tribus legatis obtinere non potuisset, malebat Lentulo rem deferri, quam Pompejo; quem Cæsaris, inimicissimi sui generum, fautoremque et amplificatorem dignitatis, ornari non libenter videbat. 22 Qui

runt se [23] legem ullam [24] ante comitia esse laturos. Senatus haberi ante Kal. Febr. per [25] legem Pupiam, id quod scis, non potest: [26] neque mense Feb. toto, nisi [27] perfectis, aut [28] rejectis legationibus. Hæc tamen opinio est populi R. a tuis [29] invidis atque obtrectatoribus nomen [30] inductum [31] fictæ religionis, non [32] tam ut te impedirent, [33] quam ut ne quis [34] propter exercitus cupiditatem [35] Alexandriam [36] vellet ire. Dignitatis autem tuæ nemo est quin existimet habitam esse [37] rationem [38] ab senatu. Nemo est enim qui nesciat, [39] quo minus [40] discessio fieret, per adversarios tuos esse [41] factum: qui [42] nunc [43] pop. rom. nomine, re autem vera sceleratissimo [44] latrocinio, si qua conabuntur agere, satis [45] provisum est, ut ne quid salvis auspiciis, aut legibus, aut etiam sine [46] vi [47] agere possint. Ego neque de meo [48] studio, neque de nonnullorum injuria scribendum mihi esse arbitror. Quid enim aut me [49] ostentem, qui, si [50] vitam pro tua dignitate [51] profundam, nullam partem videar tuorum [52] meritorum [53] assecutus? aut de aliorum injuriis querar, quod sine summo dolore facere non possum? Ego tibi [54] a

intercesserant, ne lex ferretur: ne ad populum res referretur. 23 Quod fautores Lentuli timebant. 24 Priusquam populus conveniret ad creandos novos magistratus, mense Sextili. 25 Quæ comitialibus diebus qui Quirinalia sequebantur, haberi senatum vetabat. 26 Senatus haberi potest. Erat enim hic mensis legationibus audiendis attributus. 27 Auditis, et, dato responso, remissis. 28 Posthabitis, ut non placeret de eis quicquam agi. Nam lege Gabinia latum erat, ut a Kalendis Febr. usque ad Kal Martias Senatus cogeretur, et legatis exterarum nationum daretur. 29 C. Catone præsertim. 30 Sc. *esse*. 31 Simulatæ. Non enim eos religio movebat; sed specie religionis malevolentiam suam tegebant. *Religionis calumnia* vocatur epist. 1. 32 Tantopere ea causa. 33 Quantopere. 34 Quia cupiebant exercitum. 35 Ægypti urbem regiam ab *Alexandro* conditore nomen sortitam. Græcis dicitur Ἀλεξάνδρεια, et Latinis *Alexandrea*, sive, ut postmodum locuti sunt, *Alexandria*. 36 Adempto enim exercitu, nemo ire vellet: cum Alexandrinos, nisi cogerentur armis, regem non esse recepturos constaret. 37 Respectum honorificum. Quando senatus decrevit, ut Lentulus reduceret regem cum exercitu. 38 Non enim senatus, sed adversorum tuorum culpa, ne discessio fieret, commissum est. 39 Ut non. 40 Latio sententiæ cognitis judiciis senatus per discessionem ad suæ cujusque opinionis auctorem factam. 41 Lupo contendente, ante se oportere discessionem facere, quam consules. 42 His comitialibus diebus: quorum primus erat xv Kal. Febr. quo die scripta est epistola: quæ enim acta erant in senatu, postero die significat. 43 Sub prætextu referendi ad populum, eo quod senatum tibi faventem videt. 44 Quod per insidias, ut latrones, ficto populi romani nomine Rempublicam lædebant. 45 Per auctoritatem senatus. 46 Violentia. 47 Cum populo. 48 In te. 49 Jactem officium meum in te. 50 Meam. 51 Abunde exponam. Metaphora ab aquis. 52 In me. 53 Æquasse paribus meritis. Metaphora a viatoribus, vel a currentibus, cum assequuntur eos, qui anteibant. 54 Timebat, ne

vi, [55] hac præsertim imbecillitate magistratuum, [56] præstare nihil possum.[57] Vi excepta, possum [58] confirmare, te et Senatus, et populi rom. summo studio, [59] amplitudinem tuam retenturum. Vale.

V. [1] M. T. C. P. LENTULO S. D.

[2] Tametsi nihil mihi fuit optatius, quam ut primum abs te ipso, deinde a cæteris omnibus, quam gratissimus erga te esse cognoscerer: tamen [3] afficior summo dolore, ejusmodi tempora post tuam [4] profectionem esse consecuta, ut et meam, et cæterorum erga te [5] fidem et benevolentiam absens [6] experirere. Te videre et sentire eandem [7] fidem esse hominum in tua [8] dignitate, quam ego in [9] mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Nos cum maxime consilio, studio, labore, gratia,[10] de causa regia niteremur, [11] subito exorta est nefaria [12] Catonis [13] promulgatio,[14] quæ nostra [15] studia impediret, et [16] animos a [17] minore cura ad [18] summum timorem traduceret. Sed tamen in huiusmodi rerum perturbatione quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis quam [19] perfidiam timemus: et Catoni quidem,[20] quoquo modo se res habet, profecto resistimus. De [21] Alexandrina re, causaque

tribunus aliquis per vim legem ferret, qua Ptolemæi regis restitutionem Lentulo eriperet. 55 In qua magistratus fere corrupti sunt: cum adversus vim fortitudo requiratur. 56 Efficere, vel certum polliceri, prorsus futurum affirmare, atque in me recipere, ne tibi vis fiat. 57 Si vis tibi non fiat. 58 Certificare. 59 Dignitatem et auctoritatem.

1 Lentulus egerat Ciceroni gratias, ob gratum officium in tuenda causa sua a Cicerone ostensum. Cui Cicero nunc respondens, significat sibi dolere, ea tempora incidisse, ut Lentulus cogatur experiri fidem et benevolentiam suorum, et præsertim ipsius Ciceronis erga se. Docet etiam, quod Cato legem tulerit de provincia abroganda Lentulo: quam rem Lentulus verebatur eventuram. De rege autem reducendo per Lentulum dicit se bene sperare: cum videatur rex ipse id vello. Epistola est negotialis et officiosa. 2 Quamquam. 3 Summe doleo. 4 Abitum tuum ab urbe. 5 Fidelitatem. 6 Cogereris experiri. 7 Fidelitatem eandem, i. fictam et simulatam. 8 De qua agitur in regia causa, sc. *servanda*. 9 Cum ab inimicis proditus in exilium abii. 10 Reductione regis. 11 Præter expectationem: quia Cato et Caninius negaverant se ullam legem ante comitia esse laturos. 12 Quem Lentulus acerbissimum habuit ab initio tribunatus. 13 Ut Lentulus e Cilicia revocaretur. Imperiumque ei abrogaretur. 14 Promulgatio. 15 Quibus nitebamur tibi reductionem regis decerni. 16 Nostros. 17 Regiæ reductionis obtinendæ. 18 Provinciæ tibi abrogandæ. Multo enim levius est, curare, ut aliquid accedat ad dignitatem quod ex reductione Regis sperabatur, quam timere, ne tota dignitas amittatur, quod ex lege Catonis impendebat. 19 Eorum, qui se amicos simulant. Si enim in officio manserint amici, qui suam nobis operam ad impediendas tribunorum plebis rogationes polliciti sunt, nihil timemus. 20 quomodocumque: difficili enim loco res est. 21

regia tantum [22] habeo polliceri, me [23] tibi absenti, tuisque præsentibus [24] cumulate satisfacturum. Sed vereor, ne aut [25] eripiatur causa regia nobis, aut [26] deseratur: [27] quorum utrum minus velim, non facile possum [28] existimare. Sed, si res [29] coget, est quiddam [30] tertium, quod neque [31] Selicio, neque mihi displicebat: ut neque [32] jacere regem pateremur, nec, [33] nobis repugnantibus, ad [34] eum [35] deferri, ad quem prope jam [36] delatum esse existimatur. A nobis agentur omnia diligenter: ut neque, si quid obtineri poterit, non contendamus: neque, si quid non obtinuerimus, [37] repulsi esse videamur. Tuæ [38] sapientiæ, [39] magnitudinisque animi [40] est, omnem amplitudinem, et dignitatem tuam in [41] virtute, atque in [42] rebus gestis tuis, atque in tua gravitate [43] positam existimare. Si quid [44] ex iis rebus, quas tibi fortuna [45] largita est, [46] nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id majori [47] illis [48] fraudi, quam tibi, futurum. A me [49] nullum tempus prætermittitur de tuis rebus et agendi, et cogitandi, utorque ad omnia Q. Selicio: neque enim [50] prudentiorem quemquam ex tuis, neque [51] fide majorem esse judico, neque [52] amantiorem tui. [53] Hic quæ agantur, quæque acta sint, ea te et literis multorum, et nuntiis cognoscere arbitror: quæ autem [54] posita sunt in conjectura, quæque mihi videntur [55] fore, ea puto tibi a me scribi oportere. Postea quam Pompejus apud populum a. d. VIII. Idus Feb. cum pro [56] Milone

Reductione regis Alexandriam. 22 Possum. 23 Quantum tu audies et illi videbunt. 24 Abunde. 25 Ut Pompejus regem reducat. 26 Ab senatu et populo Romano, i. nequis omnino regem reducat: quod et Servilio placebat, ut Epist. 1. et postea decretum est a senatu, ut epist. 7. 27 Duorum. 28 Judicare. 29 Ad hoc devenire. 30 Perfugium. 31 Amico tuo. 32 Neglectum esse, a nemine restitui. 33 Quia nos repugnaremus. 34 Pompejum. 35 Sc. *negotium pateremur*. 36 Ex Volcatii sententia, studio maxime duorum tribunorum, Lupi et Caninii. 37 Pertinet ad illud tertium quod sibi non displicere dixit: rege enim ad Pompejum delato, Lentulus repulsam tulisse videretur: sin, utroque rejecto, alia quapiam ratione reduceretur, jacturam existimationis suæ Lentulus in eo nullam faceret. 38 Quæ judicat, quanti quidque faciendum sit. 39 Hæc quicquid accidat adversi, facile fert, atque contemnit. 40 Sc. *officium*. 41 Tua. 42 Consulatu, cum me contra legem Clodiam patriæ compotem fecisti. 43 Contineri, non in reductione Regis. 44 Ex honoribus et dignitatibus externis. 45 Copia significatur: quo Lentulus æquiore animo ferat, si, quibus rebus abundat, de iis aliquid detrahatur. 46 Ut Catonis et Pompeji. 47 Perfidis. 48 Detrimento, culpæ. 49 Ubicunque res postulat, et ago de te et cogito. 50 Eo. 51 Fidelitate. 52 Qui te magis amet. 53 Romæ. In multis exemplaribus principium est alterius Epistolæ. 54 Coniectura licet assequi, e signis divinari possunt. 55 Futura esse. 56 Is est T. Annius Milo, qui, postquam Clodium Ciceronis inimicum in via publica occidisset, et a Cicerone oratione defensus esset, tamen in exilium abire coa-

[57] diceret, clamore [58] convicioque [59] jactatus est, in senatuque a [60] Catone aspere et acerbe [61] omnium magno silentio est accusatus,[62] visus est mihi vehementer esse [63] perturbatus. Itaque Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est, ([64] nihil enim tibi detraxit senatus, nisi id, quod [65] per eandem [66] religionem [67] dari alteri non potest) videtur ab illo plane esse deposita. Nunc id speramus, idque molimur, ut [68] rex cum intelligat, sese id, [69] quod cogitabat, ut a Pompejo reducatur, assequi non posse; et, nisi per te sit restitutus, desertum se atque abjectum fore, [70] proficiscatur ad te. Quod sine ulla dubitatione, si Pompejus [71] paulum [72] modo ostenderit sibi [73] placere, [74] faciet. Sed nosti [75] hominis tarditatem et taciturnitatem. Nos tamen nihil, quod [76] ad eam rem pertineat, prætermittimus. Cæteris [77] injuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile, ut spero,[78] resistemus. Amicum ex [79] consularibus neminem tibi esse [80] video, præter Hortensium et Lucullum: cæteri sunt partim [81] obscurius [82] iniqui, partim [83] non dissimulanter irati. Tu fac animo forti magnoque [84] sis, speresque fore, ut [85] fracto impetu [86] levissimi hominis tuam [87] pristinam dignitatem et gloriam [88] consequare. Vale.

ctus est. 57 Causam. 58 Cum enim Clodius de loco superiore (ut ait Plutarchus) interrogaret suos in concione stantes, qui esset, quis plebem fame necaret? Respondebant operæ, Pompejus: quis Alexandriam ire cuperet? Pompejus: quod et testatur Cicero lib. 2. epist. 3. ad Q. Fratrem. 59 Exagitatus, vehementer perculsus a P. Clodio et ejus operis. 60 C. Catone tribuno plebis, qui eum, tamquam reum accusabat. 61 Quod signum erat Catonem accusando Pompejo, senatui placere. 62 Pompejus. 63 Attonitus: non tam, quod aspere et acerbe accusatus esset a Catone, quam quod senatorum omnium magno silentio. 64 Dederat tibi, ut regem reduceres: id postea non detraxit, sed exercitum: quem non tam tibi, quam omnino omnibus ademptum existimare debes. 65 Per quam tibi detraxit exercitum: itaque nihil tibi proprie est ademtum, sed quod habere prorsus nemo potest. 66 Librorum Sibyllinorum, i.ne cum exercitu reducas. 67 Concedi. 68 Ptolemæus. 69 Faciliorem enim reditum duce Pompejo, quam quovis alio, pro summa ejus apud omnes gentes auctoritate, rerumque gestarum gloria, sperare poterat. 70 Veniat, et per eos, quorum sibi voluntatem largitione adjunxit, agat, operamque det, ut abs te reducatur. 71 Modico signo. 72 Solummodo. 73 Ut ad te proficiscatur. 74 Rex. 75 Pompeji; quia nec dicto, nec facto voluntatem suam indicare solebat. 76 Ut inducam Pompejum ad significandum se velle regem per te reduci. 77 Præsertim de imperio tibi abrogando. 78 *Nam manus* (inquit ad Q. Fratrem scribens lib. 2. epist. 3.) *magna ex Piceno et Gallia expectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone et Lentulo resistamus.* 79 Iis, qui consules fuerunt. 80 Considero. 81 Occultius. 82 Infensi, inimici. 83 Aperte. 84 Sc. *ut.* 85 Rogatione impedita. 86 C. Catonis, qui facile ad omnem improbitatem feratur, quique sine legitima causa te oppugnat. 87 Prioris status tui, i. quam prius habuisti ante promulgatam Catonis rogationem. 88 Obtineas ut amissam ex aliqua parte, et in discrimen adductam.

VI. [1] M. T. C. P. LENTULO S. D.

Quæ [2] gerantur,[3] accipies ex Pollione,[4] qui omnibus negotiis non [5] interfuit solum,[6] sed [7] præfuit. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime [8] scilicet consolatur spes, quod valde suspicor fore, ut infringatur [9] hominum improbitas [10] et consiliis tuorum amicorum,[11] et ipsa die,[12] quæ[13] debilitat cogitationes et inimicorum et proditorum. Facile [14] secundo loco me consolatur recordatio [15] meorum temporum,[16] quorum [17] imaginem video in rebus tuis. Nam etsi [18] minore in re violatur tua dignitas, quam [19] mea salus afflicta sit; tamen est tanta [20] similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quæ ne tu quidem unquam [21] timenda [22] duxisti. Sed [23] præsta te [24] eum, qui mihi [25] a teneris (ut Græci dicunt) unguiculis es cognitus.[26] Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum injuria.[27] A me omnia summa in te studia, officiaque expecta. Non fallam [28] opinionem tuam. Vale.

VII. M. T. C. LENTULO [1] PRO-COS. S. D.

[2] Legi tuas literas, quibus ad me scribis, gratum tibi esse, quod crebro certior per me fias de omnibus rebus, et

1 Quia Pollio in Ciliciam ad Lentulum proficiscebatur, dicit Lentulum ex eo omnia cogniturum: quæ quia grata non sunt, cohortatur hac epistola morali Lentulum ad fortitudinem: et operam suam, cum aliud non posset, pollicetur illi strenuam. 2 Romæ. 3 Intelliges, sc. 4 Pollio. 5 Præsens fuit. 6 Sc. *etiam*. 7 Tanquam præses. 8 Hic affirmantis est. 9 C. Catonis et aliorum. 10 Simul. 11 Tempore longo. 12 Dies. 13 Quia tempus omnia minuit. 14 Deinde. Sic Philip. 8 *Huius industriam, maxime quidem vellem, ut imitarentur ii, quos oportebat;* secundo *autem* loco, *ne alterius labori inviderent*. 15 Quibus in exilium abeundum mihi fuit. 16 Temporum meorum. 17 Imitationem et similitudinem. 18 Multo enim minus est, de aliqua existimationis parte laborare, quam in totius existimationis, et salutis periculum venire. 19 Quia in exilio fuit actus bonis publicatis. 20 Ob amicorum perfidiam. 21 Promulgata Catonis rogatione de abrogando tibi Ciliciæ imperio, non timui: quia nec tu, me patria pulso, timueras; cum sperares futurum, id quod evenit, ut ea mihi calamitas etiam honori esset: quæ me spes æque nunc in rebus tuis consolatur. 22 Existimasti. 23 Exhibe. 24 Forti animo hominem. 25 Ab ineunte ætate, a pueritia. Apta est translatio: nam ab uno ungue totius cognoscitur leonis animus futurus. 26 Illuminabit, clariorem faciet. Elucet enim virtus in adversis. 27 Polliceor tibi. 28 De me.

1 Vide Epist. 1. n. 2. 2 Respondens Epistolæ Lentuli, dicit se merito et libenter de rebus Lentuli ad eum scribere: pollicetturque se nullum certum nuncium prætermissurum (nam incerto credere tales literas non ausit) quin ei ad Lentulum literas det. Rejicit deinde Lentuli culpam (qua

meam erga te benevolentiam facile [3] perspicias: quorum alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est, si volo [4] is esse,[5] quem tu [6] me esse voluisti: alterum facio libenter, ut, quoniam [7] intervallo locorum [8] et temporum disjuncti sumus, per literas tecum quam sæpissime colloquar.[9] Quod si rarius fiet, quam tu expectabis, id erit causæ, quod non ejus generis meæ literæ sunt, ut eas audeam [10] temere [11] committere. Quoties mihi [12] certorum hominum [13] potestas erit, quibus [14] recte [15] dem,[16] non prætermittam. Quod scire vis, qua quisque in [17] te [18] fide sit et voluntate, difficile [19] dictu est de singulis. Unum illud audeo, quod antea tibi sæpe significavi, nunc quoque, re perspecta et cognita,[20] scribere: vehementer quosdam homines, et eos maxime, qui te et maxime debuerunt, et [21] plurimum juvare potuerunt, invidisse dignitati tuæ: simillimamque [22] in re dissimili tui temporis [23] nunc, et [24] nostri quondam fuisse rationem: [25] ut, quos tu Reipub. causa læseras, palam te oppugnarent: quorum auctoritatem, dignitatem, voluntatemque defenderas, non [26] tam memores essent virtutis tuæ,[27] quam [28] laudis inimici. Quo quidem tempore, ut perscripsi ad te antea, cognovi Hortensium [29] percupidum tui,[30] studiosum Lucullum: ex magistratibus autem [31] L. Racilium et fide, et animo in te singulari. Nam nostra [32] propugnatio ac [33] defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficii tui, fortasse plerisque [34] officii majorem auctoritatem habere [35] videatur, quam [36] sententiæ. Præterea quidem de consularibus nemini possum [37] aut studii erga te, aut officii, aut amici animi esse te-

Lentuli vota dilata ac impedita sunt) in quorundam perfidiam: tum laudat, quod ad Pompejum humane scripserat: tum de rege reducendo consilium suum aperit: tum perfidiam quorundam detestatur, et tandem Lentulum ad virtutem accendit. Epistola est negotialis, quanquam moralia quædam admisceantur. 3 Agnoscas. 4 Talis. 5 Qualem. 6 Si volo dignus eo loco esse, in quem me, inimicorum injuria pulsum, tua virtus restituit. 7 Interstitio et distantia. 8 Biennium jam aberat Lentulus. 9 Me colloqui tecum per literas. 10 Inconsiderate. 11 Credere et dare tabellariis. 12 Quibus fidere et tuto negotia committere possim fideles. 13 Facultas. 14 Sine periculo. 15 Committam. 16 Ad te dare. 17 Erga. 18 Fidelitate. 19 Ut dicatur. 20 Ad te. 21 Consulares videtur describere. 22 Quia in dignitate tua, et in salute mea. Unde infra: *multum interest, utrum laus imminuatur, an salus deseratur*. 23 Quod nunc est. 24 Cum ejectus patria sum. 25 Sc. *ii*. 26 Tantum. 27 Quantum. 28 Tuæ. 29 Valde tibi favere. 30 Tui. 31 Tribunum plebis. 32 Concertatio pro te. 33 Protectio. 34 Debiti persoluti. i. favere me tibi fortasse homines arbitrantur, non quod ita sentiam, sed quod beneficio tuo vinctus, ingratus esse non possim. 35 Videri possit. 36 Vero judicio ad te latæ. 37 In consularibus non modo studium erga te aut officium, sed ne amicum quidem animum perspexi.

stis. Etenim [38] Pompejum, qui mecum sæpissime, non solum a me [39] provocatus, sed etiam [40] sua sponte, de te [41] communicare solet, scis [42] temporibus illis [43] non sæpe [44] in senatu fuisse. [45] Cui [46] quidem literæ tuæ, quas proxime miseras, [47] quod facile intellexerim, perjucundæ fuerunt. Mihi [48] quidem humanitas tua, vel summa potius sapientia, non jucunda solum, sed etiam [49] admirabilis visa est. Virum enim excellentem, et tibi tua præstanti in eum [50] liberalitate [51] devinctum, [52] non nihil suspicantem, propter aliquorum [53] opinionem suæ cupiditatis, te ab se [54] abalienatum, [55] illa epistola [56] retinuisti. [57] Qui mihi cum semper tuæ laudi favere visus est, etiam ipso [58] suspiciosissimo tempore Caniniano; [59] tum vero, [60] lectis tuis literis, [61] perspectus est a me toto animo [62] de te, ac de tuis ornamentis et commodis cogitare. Quare ea, quæ scribam, sic [63] habeto, me, cum illo re sæpe communicata, de [64] illius ad te [65] sententia, atque auctoritate scribere: quoniam S.C. nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque, quæ de [66] ea scripta est, auctoritas, [67] cui scis [68] intercessum esse, ut [69] ne quis omnino regem reduceret, [70] tantam vim habet, ut magis [71] iratorum hominum studium, quam [72] constantis senatus consilium es-

38 Consulatum hoc anno cum Crasso gerentem. 39 Excitatus prius ad hoc. 40 A nullo provocatus. 41 Familiariter loqui. 42 Quibus de tua causa agitatum est, sc. de Ptolemæo reducendo. 43 Interdum enim, qui erant cum imperio, petebant a senatu, ut ingredi urbem liceret: itaque Pompejus, quod epist. 1. declarat, egit Lentuli causam in senatu. 44 Quod esset cum imperio, curationi frumentariæ præpositus: ingredi enim urbem non licebat iis, qui cum imperio essent: aut certe Catoniano illo convicio deterritus senatu abstinuerat, et ita tacite Pompejum purgat. 45 Pompejo. 46 Certe. 47 Nota erat Lentulo Pompeji taciturnitas et simulatio. 48 Certe. 49 Admiratione digna. 50 Liberalis in Pompejum Lentulus fuerat cum de frumentaria curatione ad eum deferenda et egerat consul, et obtinuerat. 51 Obligatum tibi. 52 Aliquid. 53 Quam quidam habuerunt de cupiditate sua reducendi regis. 54 Alienum factum et aversum. 55 Quam proxime ad eum dedisti. 56 In amicitia. 57 Pompejus. 58 Quo suspicio maxima fuit, Caninium tribunum plebis inductum a Pompejo rogationem ferre voluisse, ut Ptolemæus ab eo, cum duobus tantum lictoribus, reduceretur. 59 Tunc præcipue. 60 Post quam legerat literas tuas. 61 Pompejus. 62 Quomodo te aut ornare, aut commodo aliquo afficere possit. 63 Teneto. 64 Pompeji. 65 Me scribere, et illum id sentire, quod scribam: et, ut efficias, auctorem esse. 66 Reductione. 67 Auctoritati. 68 Tribunos plebis se opposuisse: ex quo fieri non potuit S.C. sed remansit senatus auctoritas. 68 Quod servilius Isauricus anno superiore censuerat: epist. 1. 70 Q.d. fere nullam, utpote tantummodo eam ut magis iratorum, etc. Minuit enim hic potius, quam auget: ut Epist. 8. l. 8. *Aut non erit istic bellum*, *aut* tantum *erit*, *ut vos, aut successores, paucis additis copiis, sustinere possint.* 71 Qui recte consulere nequeunt; quia *impedit ira animum, ne possit cernere verum.* 72 Firmi, et ratione consultantis.

se videatur: [73] te posse perspicere, qui [74] Ciliciam [75] Cyprumque teneas, quid [76] efficere, et [77] quid [78] consequi possis: [79] et, [80] si res facultatem habitura videatur, ut [81] Alexandriam atque [82] Ægyptum [83] tenere possis, [84] esse et tuæ, et nostri imperii dignitatis, [85] Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato, [86] te cum classe, atque exercitu proficisci Alexandriam: ut, cum [87] eam [88] pace, [89] præsidiisque [90] firmaris, Ptolemæus redeat in regnum: [91] ita fore, ut per te [92] restituatur, quemadmodum senatus initio [93] censuit; et sine [94] multitudine reducatur, quemadmodum [95] homines religiosi [96] Sibyllæ placere dixerunt. Sed [97] hæc sententia [98] sic et [99] illi [1] et nobis probabatur, ut [2] ex eventu homines [3] de tuo consilio [4] existimaturos videremus: si [5] cecidisset, ut volumus, et optamus, [6] omnes [7] te et sapienter, et fortiter: sin aliquid esset [8] offensum, eosdem illos, et [9] cupide, et [10] temere fecisse dicturos. [11] Quare, [12] quid assequi possis, non tam facile est [13] nobis, quam tibi, cujus [14] prope in [15] conspectu

73 Et habeto. 74 Provinciam in Asia. 75 Insulam e regione Ciliciæ. 76 In reducendo Rege. 77 Emolumenti. 78 Obtinere. 79 Perspicere posse. 80 Si negotium hoc commoda occasione possit perfici, et exitum habere. 81 Civitatem Ægypti. 82 Sc. *reliquam*. 83 Possidere, obtinere, potiri: ut epist. 1. Teneri *enim res aliter non potest*. 84 Id pertinere simul ad tuam et Romani imperii dignitatem. 85 In oppido Alexandriæ propinquo, inter Ægyptum et Africam. 86 Ut tu proficiscaris. 87 Alexandriam. 88 Concordia, te auctore facta inter Ptolemæum et Alexandrinos. 89 Militibus tuis: ut sc. Alexandrini, præsidii metu a te relicti, pacem servent. 90 Firmaveris, ne nova consilia suscipiant: leves enim et infidi Alexandrinorum animi, utpote, qui bis jam Ptolemæum ejecerant. 91 Te perspicere. 92 Ptolemæus. 93 Ex sententia Hortensii. 94 Exercitu. 95 Quindecim viri, i. sacerdotes Sibyllinos libros custodientes; qui a C. Catone tribuno plebis ad populum producti, oraculum exposuerant. Cum ironia dictum est, *homines religiosi*, i. qui se fingunt religione victos ita sentire, et de religione minimum laborant, sed honesto nomine malevolentiam invidiamque suam obtendunt. 96 Quod cum senatus credidisset, decrevit, ne quis regem cum multitudine reduceret. Sibylla autem hæc erat Cumana cujus carmina Romæ asservata, in perplexis negotiis consulebantur. 97 Hoc consilium. 98 Eatenus. 99 Pompejo. 1 Mihi. 2 Secundum quod evenerit, et exitum habuerit inceptum tuum. 3 Regis reducendi. 4 Judicaturos. Ut in Bruto: *Quorum extant orationes, ex quibus* existimari *de ingeniis oratorum potest*. 5 Evenisset, translatum videtur a talis, modo ut volumus, modo contra quam volumus, cadentibus. 6 Videremus omnes dicturos. 7 Fecisse. 8 Peccatum per te in eo conatu, i. si res difficultatem habuisset, et Alexandrinis regem recusantibus, ventum esset ad arma. 9 Ambitiose, quasi reductionem regis, ambitione adductus, nimium appetisses. 10 Insipienter ac imprudenter, quasi rei difficultatem parum considerasses. Antitheta sunt ad illa, *sapienter et fortiter*. 11 Quamobrem. 12 An laudem, an vituperationem populi. 13 Pompejo, et mihi. 14 Quasi. 15 Non enim Cilicia longe admodum distat ab Ægypto.

Ægyptus est, judicare. Nos quidem hoc sentimus: si [16] exploratum tibi sit, posse te [17] illius regni [18] potiri, non esse [19] cunctandum: si [20] dubium, non esse [21] conandum. Illud tibi affirmo, si rem istam [22] ex sententia gesseris, fore, ut absens a multis cum redieris, ab omnibus collaudere. [23] Offensionem esse periculosam propter [24] interpositam [25] auctoritatem, [26] religionemque video. Sed ego te, ut ad [27] certam [28] laudem adhortor, sic a [29] dimicatione deterreo, redeoque [30] ad illud, quod initio scripsi, [31] totius facti tui judicium non tam ex consilio tuo, quam ex eventu homines esse facturos. Quod si hæc [32] ratio rei gerendæ periculosa tibi [33] videbitur; [34] placebat illud, ut, si rex amicis tuis, qui per [35] provinciam atque imperii tui provincias pecunias ei [36] credidissent, [37] fidem suam [38] præstitisset, et auxiliis [39] eum tuis, et copiis adjuvares: [40] eam esse [41] naturam et [42] regionem provinciæ tuæ, ut illius reditum vel [43] adjuvando confirmares, vel [44] negligendo impedires. In hac ratione quid [45] res, quid [46] causa,

16 Compertum et certum. Metaphora ab exploratoribus viarum tempore belli. 17 Sc. *imperio*, sive per Græcismum pro *illo regno*. 18 Obtinere, ut Alexandrini se tibi committant, voluntatique tuæ, in recipiendo rege, obtemperes. 19 Immorandum tibi. 20 Sc. *sit*, utrum possis illius regni potiri. 21 Frustra annitendum. 22 Ut sentis, i. ex voluntate tua cum prospero eventu. 23 Errorem et peccatum in tali causa, i. si Alexandrini dimicare malint, quam tibi se committere, regem reducere cupienti. Supra: *Sin aliquid esset offensum*. 24 Quæ intercessit. 25 Senatus, i. ipsum senatusconsultum: decreverat enim, ne quis omnino regem reduceret. 26 Metum, quem incusserunt libri Sibyllini. Vetabant enim, regem cum exercitu restitui. 27 Si exploratum habes, posse te illius regni potiri. 28 Si sine offensione rem peregeris. Omnes enim te ex eventu laudabunt. 29 Concertatione dubia, i. a dubiæ laudis conamine: q. d. non ausim penitus consulere, cum sit res periculosa. 30 Ad narrationem illius. 31 De toto facto tuo. 32 Forma, quam modo adduxi. 33 Visa est: non enim consilium illud Ciceronis et Pompeji secutus est Lentulus. 34 Mihi hæc monenti. 35 Ciliciam, cujus proconsul vocabatur, et reliquas ejus imperii partes: nam præter Ciliciam aliquot diœceses Asiaticæ ejus imperio parebant, ut Lycaonia, Pamphylia, Phrygiæ majoris pars ultra Mæandrum. 36 Mutuas dedissent. Magnam enim pecuniæ vim Ptolemæus, a quibus potuerat, mutuatus erat; ut multorum deinde animos largitione ad suam causam adjungeret. 37 Promissionem de restituendis sibi creditis. 38 Exhibuisset, effecisset aliquo modo, ut ejus fides in dubium illis venire non posset. Epist. 9. *Ut* fidem *fratris mei* præstarem. 39 Ptolemæum in regnum redeuntem. 40 Sc. *placebat*. 41 Quod multis rebus provincia tua reditum regis vel confirmare possit, vel impedire. 42 Situm quia non longe distat ab Ægypto. 43 Eum. 44 Id est si senseris, quod per pecuniam a provincialibus tuis mutuo datam restituendus sit tuo consilio, quod provinciales sequantur: aut reducetur, aut negligetur rex: penes te est ergo ejus reductio. 45 Totum Alexandrinum negotium. 46 Negotium, quod ad te, regemque pertinet, i. ut tu ipse regem reducas.

quid [47] tempus [48] ferat, tu [49] facillime [50] optimeque perspicies: quid nobis placuisset, ex me potissimum putavi te scire oportere. Quod mihi [51] de nostro statu, de [52] Milonis familiaritate, de [53] levitate et [54] imbecillitate [55] Clodii gratularis, minime miramur te tuis, ut egregium [56] artificem, præclaris operibus lætari. Quanquam est incredibilis [57] hominum [58] perversitas ([59] graviori enim verbo uti non libet) [60] qui nos, quos favendo [61] in communi causa [62] retinere potuerunt, [63] invidendo [64] abalienaverunt: [65] quorum [66] malevolentissimis [67] obtrectationibus nos scito de vetere illa nostra diuturnaque [68] sententia [69] prope jam esse [70] depulsos; [71] non nos quidem, [72] ut nostræ dignitatis simus obliti, sed ut [73] habeamus rationem aliquando etiam salutis. Poterat [74] utrumque [75] præclare, si esset fides, si [76] gravitas in hominibus [77] consularibus: sed tanta est in plerisque [78] levitas, ut eos non tam constantia in [79] Repub. nostra delectet, quam [80] splendor [81] offendat. Quod eo liberius ad te scribo, quod tu non solum [82] temporibus iis, quæ per te sum adeptus, sed etiam olim [83] nascenti prope nostræ laudi, dignitati, virtutique præfuisti: simul quod [84] video, non, ut ante hac putabam, [85] novitati esse invisum meæ: in te enim, homine omnium

47 Quo sæpe consilia recte mutantur: non enim licet nobis futura prospicere. 48 Afferat. 49 Cujus prope in conspectu Ægyptus est. 50 Non enim errare te tua prudentia patietur. 51 Quod pristina fruar et dignitate, et gratia. 52 Qui tribunus pl. cum Lentulo consule Ciceronem restituerat, Clodii acerrimus inimicus. 53 Inconstantia, cum aliquid quotidie contra leges et bonos viros conetur. 54 Impotentia animi: quia, quod conatur, efficere non possit. Adversabantur autem nefariis ejus conatibus Cicero imprimis, et Milo, ille consilio, hic etiam manu. 55 Publii Clodii tribuni plebis, inimici Ciceronis. 56 Opus enim tuum est, quod ego meum statum recuperaverim, quod Milone familiariter utar, quod ita Clodii vires afflictæ sint, ut, in summa nocendi voluntate nocere tamen nihil possit. 57 Sc. *quorundam*. 58 Declinatio a recta consilii via. 59 Molestiori et acerbiori, quale esset, si dixisset *improbitas*, *perfidia*, etc. 60 Homines perversi. 61 In eo, quod ad omnes pertinet, in Rep. tuenda, in depressione conjuratorum in patriam. 62 In amicitia. 63 Per invidiam. 64 A se. 65 Hominum. 66 Ex summa malevolentia ortis. 67 Calumniis. 68 Qua decrevimus contra omnium malevolentiam Rempub. juvare: tum dignitati potius meæ, quam saluti, consulebam: ex quo potentium animos offendi. 69 Non omnino quia dignitatis adhuc rationem habeo. 70 Dejectos ab invidis atque obtrectatoribus. 71 Nos quidem solito non ab ea sententia depulsos esse. 72 Veluti. 73 Consulamus tandem saluti nostræ. Nam cum prius ob studium in Remp. sit in exilium actus, veretur, si pergat, capite puniri. 74 Habere rationem et dignitatis et salutis. 75 Sc. *fieri*. 76 Constantia. 77 Qui Consules fuerunt. 78 Inconstantia, et ad perfidiam facilitas. 79 Sc. *tuenda*. 80 Vitæ nostræ species ac dignitas. 81 Lædat et cruciet eos. 82 Quæ in patriam restitutus, secunda sum adeptus. 83 A prima pene adolescentia. 84 Considero. 85 Ignobilitati. Arpini enim natus, Romæ summos honores, victis in petitione nobilissimis viris, eloquentia,

*

[86] nobilissimo, similia invidorum vitia perspexi, [87] quem tamen [88] illi esse [89] in principibus facile sunt passi, [90] evolare altius certe [91] noluerunt. Gaudeo tuam [92] dissimilem fuisse [93] fortunam; multum enim [94] interest, utrum [95] laus imminuatur, an [96] salus deseratur. Me [97] meæ tamen ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum est;[98] curasti enim, ut plus [99] additum ad memoriam nominis nostri, quam [1] demptum [2] de fortuna videretur. Te vero moneo cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura atque industria consequare: magnitudinemque animi tui, quam ego semper sum [3] admiratus, semperque amavi, ne unquam [4] inflectas cujusquam [5] injuria. Magna est hominum [6] opinio de te, magna [7] commendatio [8] liberalitatis, magna memoria [9] consolatus tui. Hæc profecto vides, quanto [10] expressiora, quantoque [11] illustriora futura sint, cum aliquantum ex provincia, atque ex [12] imperio laudis [13] accesserit.[14] Quanquam te ita [15] gerere volo, quæ per exercitum, atque imperium gerenda sunt, ut hæc [16] multo ante meditere,[17] huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exerceas, sentiasque id, quod quia semper [18] sperasti, non dubito, quin [19] adeptus intelligas, te facillime posse [20] obtinere summum atque altissimum gradum [21] civitatis. Quæ quidem mea cohortatio ne tibi inanis, aut sine causa suscepta videatur, illa me ratio movit, ut te [22] ex nostris eventis communibus admonendum putarem, ut considerares in omni reliqua vita,[23] qui-

probitate, industria consecutus est. Novitati nobilitas opponitur. Est enim *novus homo*, qui primus in domo sua mag stratum geril, ut Cicero consulatum, cujus uulli majores clari suut. 86 Quod ejus majores honoribus et meritis in remp. præstissent. 87 Sc. *te*. 88 Invidi. 89 Numero priucipum urbis inter primos civitatis. 90 Celeriter provehi. 91 In eo maxime, quod obstiterunt, ne regem reduceres: id quod senatus decreverat. 92 Meæ. 93 Licet adversam. 94 Differt. 95 Ut tua. 96 Ut olim mea; tantum enim de tua dignitate agitur, mea vero salus afflicta est. 97 Fortunæ, quod ejectus sim. 98 Cum ita me honorifice restituendum curasti, ut major esset in reditu gloria, quam calamitas in discessu. 99 Adjectum. 1 Ablatum. 2 Quia quasi totius Italiæ humeris in urbem reductus est. 3 Quod et summa esset, et utilis reipublicæ. 4 Ita mutes, ut reipublicæ causa penitus neglecta, cum improbis te conjuugas. 5 Propter injuriam. 6 Æstimatio. 7 Collaudatio. 8 Tuæ quod officia libeuter in omnes conferas. 9 Quo me ab exilio revocasti. 10 Evidentiora. 11 Clariora. 12 Quod in provincia geris. 13 Advenerit. 14 Tacite hic monet, ut de Ptolemæo cum exercitu reduceudo diligenter cousideret. 15 Ea. 16 Quam geras opere ipso. 17 Ad hæc gerenda. 18 Fore, ut adipiscereris gradum civitatis altissimum. 19 Cum sis adeptus. 20 Tueri et conservare. 21 Romanæ. 22 Quæ utrique nostrum evenerunt, ut eandem hominum perfidiam et iniquitatem experiremur. 23 Hominibus.

bus [24] crederes, quos [25] caveres. Quod scribis te velle scire, [26] qui sit reipub. status: summa [27] dissentio est, sed [28] contentio dispar.[29] Nam [30] qui plus opibus, armis, potentia valent, profecisse tantum mihi videntur [31] stultitia, et [32] inconstantia [33] adversariorum, ut jam etiam [34] auctoritate plus valerent. Itaque, [35] perpaucis [36] adversantibus, omnia, quæ ne per [37] populum quidem [38] sine seditione se assequi posse arbitrabantur, [39] per senatum [40] consecuti sunt: nam et stipendium [41] Cæsari decretum est, et [42] decem legati: et ne [43] lege Sempronia [44] succederetur, facile [45] perfectum est. Quod ad te [46] brevius scribo, quia me status hic reipub. non delectat: scribo tamen, ut te admoneam, quod ipse, [47] literis omnibus a pueritia deditus, experiendo tamen magis, quam [48] discendo, cognovi, id ut tu,[49] rebus tuis integris, discas, neque [50] salutis nostræ [51] rationem nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. Quod mihi de [52] filia, et de [53] Crassipede [54] gratularis, [55] agnosco humanitatem tuam: speroque, et opto nobis hanc [56] conjunctionem voluptati fore.[57] Lentulum nostrum, eximia spe [58] summæ virtutis adolescentem, cum cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis [59] imitatione tui fac erudias: nulla enim

24 Credere deberes. 25 Cavere deberes. 26 Qualis. 27 Inter consulares viros. 28 Certamen est disparium virium. 29 Sc. ii. 30 Cæsar, qui Galliam cum exercitu administrabat; Pompejus et Crassus, cum Cæsare sentientes, qui consulatum gerebant. 31 Propter stultitiam; stulti enim, qui a senatu et ordinem equestrem, et Pompejum abalienaverint. 32 Propter inconstantiam: quod sc. in gratiam redierint cum P. Clodio, quem oderant antea. 33 Optimatum. 34 In senatu: cum antea gratia valuerint apud populum. 35 Catone, Bibulo, Domitio, qui semper contra paucorum opes pro rep. pugnaverunt. 36 Obstantibus, repugnantibus. 37 Quem sibi Cæsar adjunxerat. 38 Non enim populus universus id Cæsari tribuisset quod senatus, qui ab eo fuerat alienior, largitus est. 39 senatu approbante. 40 Et quidem ipso decernente Cicerone. 41 Pro exercitu ejus. 42 Qui cum Cæsare proficiscerentur in Galliam, quorum opera in bello uteretur, quiquo singuli singulis legionibus præessent. 43 Qua latum erat, ut duæ provinciæ Coss. illius anni decernerentur. 44 Cæsari, antequam bellum confecerit. 45 Impetratum per decretum. 46 Quam facerem alias. 47 Disciplinis, juri civili, philosophiæ, historiæ, poeticæ etiam facultati. 48 E libris rerum gestarum, aut disciplinæ militaris. 49 Tantisper dum res tuæ integræ sunt florentes et salvæ. 50 Ut remp. quidem, sed simul cum ea nosmetipsos diligamus, et vitam ne amittamus. 51 Curam et respectum haberi a nobis debere. 52 Tullia. 53 Ejus marito, cui Tulliam post reditum ab exilio pridie nonas Aprilis despondit, mortuo jam C. Pisone. 54 Rem lætam evenisse tibi jucundum esse contendis. 55 In ea gratulatione perspicio. 56 Conjugalem. 57 Filium tuum, etiam mihi quasi paterna charitate dilectum. 58 Futuræ. Nam in adolescentibus laudari solet spes, facta non possunt. 59 Ut te patrem imitetur, ut in tuam vitam, tamquam in speculum intuens, tibi studeat esse quam simillimus: virtutis enim disciplinam melio-

erit[60] hac præstantior disciplina:[61] quem nos, et quia[62] tuus, et quia[63] te dignus est filius, et quia nos diligit, semperque dilexit,[64] in primis amamus, carumque habemus. Vale.

VIII. [1] M. T. C. P. LENTULO PRO-COS. S. D.

[2] De omnibus rebus, quæ ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid[3] Pompejus[4] susceperit,[5] optime ex Emplatorio cognosces; qui non solum interfuit his rebus, sed etiam[6] præfuit: neque ullum officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi prætermisit. Ex eodem de toto statu[7] rerum communium cognosces: quæ quales sint,[8] non facile est scribere. Sunt[9] quidem certe in[10] amicorum nostrorum potestate,[11] atque ita, ut[12] nullam mutationem unquam[13] hac hominum ætate habitura res esse videatur. Ego quidem,[14] ut debeo, et ut tute mihi[15] præcepisti, et ut me[16] pietas,[17] utilitasque cogit, me ad[18] ejus rationes adjungo, quem tu in meis[19] rationibus tibi esse adjungendum[20] putasti. Sed te[21] non præterit,[22] quam sit difficile[23] sensum in[24] Repub. præsertim[25] rectum et[26] confirmatum deponere. Verumtamen ipse me[27] conformo ad[28] ejus voluntatem, a quo[29] honeste dissentire non possum: neque

rem reperiet nullam, quam contemplationem atque imitationem tui. 60 Imitatione paterna. 61 Lentulum filium tuum. 62 Est filius. Amamus enim amicorum filios, qualescumque sunt, parentum causa. 63 Tali ac tam præstanti patre. 64 Inter primos.

1 Scribit Emplatorium, ad Lentulum proficiscentem, ubi advenerit omnia, quæ ad res ipsius Lentuli pertinerent, nunciaturum. Quocirca Emplatorium ipsum, ut illi fides habeatur, non parum commendat. Epistola est narratoria, consolatoria, et officiosa. 2 Non de regia tantum causa. 3 Consul. 4 Faciendum tua causa. 5 Commodissime. 6 Præcipuam curam, dum agerentur adhibuit. 7 Reipublicæ. 8 Cum tota ratio senatus, judiciorum, rei totius publicæ commutata sit. 9 Ita veteres loquebantur de re satis optata, cum eam, quæ erat optatior, assequi non licebat. 10 Cn. Pompeji, C. Cæsar, et M. Crassi. 11 Sunt in eorum potestate. 12 Nunquam enim postea Resp. valuit. 13 Durante hac hominum ætate. 14 Ob ejus in me merita. 15 Mandasti, cum ejus in me beneficium, cujus ipse testis fueras, prædicares. 16 Erga optime de me meritum: cum Pompejum in recuperanda salute ita mei studiosum senserim, ut erga liberos parentes: in quos nomen pietatis convenit. 17 Cum habendam mihi rationem aliquando etiam salutis intelligam. 18 Pompeji consilia et negotia, i. ad ea, quæ illi utilia sunt, quæque ille vult. 19 Commodis et salute mea. 20 Ut consilium tuum efficeres, cum de me revocando ageres. 21 Tu bene nosti. 22 Quantum. Indicat se coactum sua consilia ad potentium voluntatem accomodare cœpisse. 23 Sententiam et judicium. 24 Gubernatione reipublicæ. 25 Non erroneum. Non enim facile boni cives a sententia demoventur. 26 Veterem ac diuturnam sententiam, in epistola superiore. 27 Accomodo, ut optime de me merito gratiam referam. 28 Pompeji. 29 Sal-

id facio, ut forsitan quibusdam videor,[30] simulatione. Tantum enim[31] animi inductio, et mehercule amor erga Pompejum apud me valet, ut, quæ illi utilia sunt, et quæ ille vult, ea mihi omnia jam et recta et[32] vera videantur. Neque (ut ego arbitror) errarent[33] ne[34] adversarii quidem[35] ejus, si, cum pares esse non possent,[36] pugnare desisterent. Me[37] quidem etiam illa res consolatur, quod ego[38] is sum, cui vel[39] maxime[40] concedant omnes, ut vel ea defendam, quæ Pompejus velit, vel[41] taceam, vel etiam (id quod mihi maxime lubet) ad nostra me studia[42] referam literarum: quod profecto faciam,[43] si mihi per ejusdem amicitiam licebit. Quæ enim proposita fuerant nobis, cum et[44] honoribus amplissimis, et[45] laboribus maximis[46] perfuncti essemus,[47] dignitas[48] in sententiis dicendis, libertas in republica[49] capessenda;[50] ea[51] sublata tota: sed nec mihi magis, quam[52] omnibus. Nam aut assentiendum est[53] nulla cum gravitate[54] paucis, aut[55] frustra dissentiendum. Hæc ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut jam[56] de tua quoque ratione[57] meditere. Commutata tota ratio est[58] senatus, judiciorum, rei totius publicæ.[59] Otium nobis exoptandum est: quod[60] ii, qui potiuntur[61] rerum,[62] præstaturi videntur, si[63] quidam homines[64] patientius eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam consularem[65] fortis, et constantis senatoris nihil est, quod cogitemus: amissa est culpa[66] eorum, qui a se-

vo honore, cum is auctor fuerit salutis meæ. 30 Per simulationem, aut simulanter: quia Pompejus in civitate plurimum valeat. 31 Persuasio, quam induxi in animum meum, Pompejum bene de Rep. sentire. 32 Justa, æqua, 33 Non etiam. 34 Cn. Lentulus Marcellinus, M. Cato, L. Domitius, M. Bibulus, M. Favonius, C. Cato, C. Curio, Servilius et alii, a quibus Pompejus his temporibus carpebatur. 35 Pompeji. 36 Contendere cum Pompejo. 37 Certe. 38 Talis. 39 Etiam. 40 Permittant; cum intelligant homines me a Pompejo, cui tantum debeam, dissentire non posse. 41 Nihil de eis dicam. 42 Iterum applicem. 43 Si amicitia Pompeji me non impediet. 44 Magistratibus, ut sunt consulares. 45 In detegenda et vindicanda conjuratione Catilinæ et conjuratorum. 46 Ad finem usque functi. 47 Quod erat præmium maximorum laborum. 48 In judicio ferendo. 49 Administranda: id enim est *capessere*. Sic epist. sequenti: *Neque integra re mihi ad consulendum*, capesserem *ne Remp. implicatus tenebar*. 50 Sc. *sunt*. 51 Subtracta. 52 Sc. *aliis*. 53 Assentiri enim iis contra quos antea Reip. causa senserim, levitatis est. 54 Cn. Pompejo, M. Crasso et Cæsaris amicis. 55 Cum auctoritate in senatu plurimum valeant. 56 De eo, quod ad te pertinet, de causa regia. 57 Cogites. 58 Per quem consecuti sunt, quæ ne populum quidem sine seditione se assequi posse arbitrabantur. 59 Vacatio a Rep. 60 Pompejus, Cæsar et Crassus. 61 Sc. *imperio*, i. qui dominantur. 62 Permittent, nihil ut agamus, et otiosa, et tranquilla vita perfruamur. 63 Imprimis M. Cato, ejusque sororum viri, M. Bibulus et L. Domitius Ænorbarbus, Cæsaris et Pompeji veteres inimici. 64 Æquiore animo. 65 Qui nullis periculis a Rep. tuenda deterretur. 66 Catonis, Domitii, Mar-

natu et ordinem [67] conjunctissimum, et [68] hominem clarissimum abalienarunt. Sed, ut ad ea, quæ conjunctiora rebus tuis sunt, revertar: Pompejum tibi valde amicum esse cognovi: [69] eo tu consule, quantum ego perspicio, omnia, quæ voles, obtinebis: quibus in rebus me ille sibi [70] affixum habebit: neque a me ulla res, quæ ad te pertineat, negligetur. Neque enim verebor, ne sim [71] ei molestus: cui jucundum erit etiam propter id ipsum, quod me esse [72] gratum videbit.[73] Tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse [74] minimam, quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior sit, quam meæ res omnes: [75] idque cum sentiam,[76] sedulitate mihimetipsi satisfacere possum; re [77] quidem [78] ipsa ideo mihi non satisfacio, quod nullam partem tuorum [79] meritorum non modo [80] referenda, sed [81] ne [82] cogitanda quidem gratia [83] consequi possum.[84] Rem te valde bene gessisse rumor erat: [85] expectabantur [86] literæ tuæ, de quibus eramus jam cum Pompejo locuti: quæ si erunt allatæ,[87] nostrum studium [88] extabit in [89] conveniendis magistratibus et Senatoribus.[90] Cætera, quæ ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus, [91] quam possumus, minus tamen faciemus, quam debemus. Vale.

IX. M. T. C. P. LENTULO [1] IMP. S. D.

[2] Perjucundæ mihi fuerunt literæ tuæ: quibus intellexi

cellini, qni Pompejo in secundo consulatu adversati sunt. 67 Senatui, sc. equestrem: quem ipse Cicero consul cum senatu conjunxerat. Alienatus autem est a senatu opera Catonis, qui petentibus Asianis publicanis, ut induceretur locatio vectigalium, quæ cupiditate prolapsi, nimium magno conduxerant, responsum dari passus non est: quam Cæsar, anno seqnenti consul, occasionem arripuit conciliandi sibi et a senatn disjungendi ordinis equestris. 68 Pompejum, quem abalienaverant a senatu, qui ea, quæ ille, devicto Mithridate, regibus, dynastis et civitatibns in Asia concesserat, confirmari a senatu non permiserant. 69 Quod consul erit: hoc enim anno consulatum gerebat cum M. Crasso. 70 Nunquam ab eo discedam, hærebo illi, ut hærent ea, quæ affixa sunt. 71 Pompejo. 72 Erga te, sive erga se. 73 Sc. *ut*. 74 Unde tibi, quo animo sim in maximis, conjicere licet. 75 Quod dictnm est. 76 Diligenti opera. 77 Certe. 78 Effectu ipso. 79 In me, aut de me. 80 Æquali beneficio reddendo. 81 Non saltem. 82 In animo habenda. 83 Obtinere aut æquiparare. 84 Imperium tuum in provincia. 85 A senatu. 86 Ad senatnm mittendæ. 87 Nostra diligens opera. 88 Reliqua erit. 89 Alloquendis. 90 In cæteri, vel *cætera*, sc. extabunt nobis procuranda. 91 Nam, ut omnia tna causa præstem, vincentur tamen meritis tuis officia mea.

1 Re bene gesta, qui ab exercitu Imperator erat appellatus, literas suas Imperatoris nomine inscribebat. Propterea superiores literæ inscribuntur, Lentulo Proconsuli, victoria nondum certa; hæc vero Imperatori, cum plane cognita res esset. Epistola hac sane longa gratiam captat Lentuli, eique gratulatur, quod provinciam summa cum laude administret; Clodium criminatur: se inconstantiæ purgat, quod cum Cæsare et Appio Pulchro in gratiam redierit, factorum rationes afferendo: ac demum se Lentulo rursus commendat. 2 Vald· jucundæ.

te [3] perspicere meam [4] in te [5] pietatem: [6] quid enim dicam, benevolentiam? cum illud ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis [7] levius mihi meritis erga me tuis esse videatur. Quod autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu [8] quidem abundantia quadam amoris, ut etiam [9] grata sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt. Tibi autem multo notior atque [10] illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore [11] omni, quo [12] disjuncti fuimus, et [13] una, et Romæ fuissemus. Nam in eo ipso, quod te [14] ostendis esse [15] facturum, quodque et in primis potes,[16] et ego a te [17] vehementer expecto, in sententiis [18] senatoriis, et in omni actione, atque administratione Reip.[19] floruissemus. De [20] qua ostendam equidem paulo post, [21] qui sit meus sensus et [22] status: et [23] rescribam tibi ad ea, quæ quæris. Sed certe et [24] ego te [25] auctore amicissimo ac sapientissimo, et tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem et benevolo certe [26] usus esses: quanquam [27] tua quidem causa, te esse [28] imperatorem, provinciamque [29] bene gestis rebus cum exercitu victore obtinere, ut debeo, lætor. Sed certe, qui tibi ex me fructus debentur, eos [30] uberiores et [31] præstantiores præsens capere potuisses. In [32] eis vero ulciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis [33] propter tuam propugnationem salutis meæ, partim [34] invidere propter illius [35] actionis amplitudinem et gloriam,[36] mirificum me tibi comitem [37] præbuissem: quanquam ille [38] perennis inimicus

3 Clare videre. 4 Erga. 5 Observantiam et venerationem. Pietas etiam colit optime meritos, non solum Deos et parentes: sic epist. 1. *Ego omni officio, ac potius* pietate *erga te ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio.* 6 Ad quid. 7 Minoris momenti. 8 Certe. 9 Tibi. 10 Clarior et Illustrior. 11 Toto, sc. triennio; nam ante biennium Lentulus, consolatu functus, iverat in Ciliciam. 12 Separati, sejuncti. 13 In uno loco. 14 Verbis significas: sic epist. 2. *Cœteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore* ostendit. 15 Sc. cum aderis. 16 Sc. *quod* 17 Propter mutuam benevolentiam, et opinionum similitudinem. 18 In senatu a senatoribus dandis, aut datis. 19 Conjunctis enim duorum consolarium sententiis, utrique dignitas comparatur. 20 Republica. 21 Quid sentiam. 22 Ejus, sc. aut meus in ea. 23 Paulo post respondebo. 24 Sc. *usus essem.* 25 Secutus essem voluntatem tuam in reconcilianda cum Cæsare, Appio, Vatinio gratia. 26 Si sc. Romæ fuisses. 27 Propter bonum tuum, non meum: nam mea causa te adesse maluissem. 28 Appellatum ab exercitu in Cilicia. 29 Feliciter. 30 Fœcundiores, copiosiores. 31 Meliores, ampliores, faventiores. 32 Qui se in reductione Ptolemæi regis adversarios Lentulo præbuerant. 33 Quia tu pro salute mea pugnasti in consulatu. 34 Tibi. 35 Cum me consulem, virtute et constantia, in patriam ab exilio reduxisti. 36 Mira facientem. 37 Exhibuissem. 38 Clodius, qui cum antea amicus Ciceroni fuisset, mox illi infestissimus evasit. Alii et melius, C. Catonem intelligunt, qui vim suam in Lentulum potissimum contulit, cum

[39] amicorum suorum, qui tuis maximis beneficiis [40] ornatus, in te potissimum [41] fractam illam et debilitatam vim suam contulit,[42] nostram vicem [43] ultus est ipse sese: ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem [44] reliquit. Te autem,[45] etsi mallem in meis rebus expertum, quam etiam in tuis; tamen [46] in molestia gaudeo eamdem fidem cognoscere hominum,[47] non ita magna mercede,[48] quam ego [49] maximo dolore cognoram. De qua [50] ratione tota jam videtur mihi [51] exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad ea, quæ quæris. Certiorem te per literas scribis esse factum, me cum [52] Cæsare, et cum [53] Appio esse in [54] gratia: teque id non reprehendere adscribis.[55] Vatinium autem scire te velle ostendis, quibus rebus [56] adductus [57] defenderim et [58] laudarim.[59] Quod tibi ut planius exponam, altius paulo rationem meorum consiliorum repetam necesse est. Ego me, Lentule, [60] initio rerum atque [61] actionum tuarum, non solum [62] meis, sed etiam [63] Reipub. restitutum putabam: et, quoniam tibi incredibilem [64] quomdam amorem, et omnia [65] in teipsum summa ac singularia studia deberem, Reipub., quæ te in me restituendo multum [66] adju-

de abrogando illi imperio legem promulgavit. 39 A quibus beneficium accepit. 40 Honorifice adjutus. 41 Quia tibi non nocuit. 42 Quod ad nos pertinuit, quod ipsi facere debuimus. 43 Punivit in se ipso, pœnas ipse ubi eas intulit, quas inferre nos debuimus. 44 Ut ei ne liberum quidem sit in publico versari: vel quod scelus aliquod insigne committere voluerit; vel quod revocatus sit in judicium, cum defendente Scauro, hoc ipso anno, Quinctili mense absolutus esset. 45 Licet mallem in meo malo, quam in tuo te quorumdam perfidiam deprehendisse. 46 In re molesta. 47 Non tam magno damno: quia non in periculo vitæ, ut ego: sed dumtaxat dignitatis: quod explanavit epist. 6. *Minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflicta sit:* et epist. 7. *Multum interest utrum laus imminuatur, an salus deseratur.* 48 Fidem hominum, i. perfidam. 49 Afflicta salute. 50 Consideratione, re. 51 Ut exponatur. 52 Quem antea inimicum habuerat, quod in quodam judicio, de statu temporum paulo liberius locutus, ejus animum offenderat. 53 Pulcro, qui paulo post ipsi Lentulo successit, uti Appio Cicero in proconsulatu Ciliciæ. 54 Reconciliatione. Audierat Lentulus, Ciceronem de commodis et ornamentis Cæsaris maxime omnium in senatu laborasse: decreverat enim ei sua sententia supplicationes quindecim dierum, quod ante contigerat nemini; stipendium, et decem legatos. 55 Quem maxime oderat, et Reip. causa, et sua. 56 Provocatus, motus. 57 Ut patronus. 58 Ut amicus. 59 Quam causam. 60 Ab initio. 61 Pro me, i. reditus mei, qui actio tua fuit. 62 Amicis. 63 Ut in ea tuenda pristinam servarem consuetudinem, sicut ante exilium. 64 Hoc verbum amorem tantum declarat quantum verbis exprimere non licet; et sic loquimur ubi conceptam animo sententiam pro voluntate ostendere non possumus. Infra hac eadem epistola: *Commemoranda* quædam *et divina Cæsaris liberalitas:* et l. 2, ep. 1. *Incredibilis* quædam *exspectatio.* 65 Non solum in Remp. 66 Hoc enim nomine Lentulus Ciceronis restitutionem imperavit: quod ostenderet Reip,

visset, eum [67] certe me [68] animum [69] merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo [70] communi officio civium, non aliquo erga me singulari beneficio, debitum præstitissem. [71] Hac me mente fuisse, et senatus ex me, [72] te consule, audivit, et tu in nostris sermonibus [73] collocutionibusque ipse [74] vidisti. Etsi jam primis temporibus illis, multis rebus meus offendebatur animus, cum, te agente [75] de reliqua nostra dignitate, aut occulta [76] nonnullorum odia, aut [77] obscura in me studia cernebam. Nam neque de [78] monumentis meis ab iis adjutus es, a quibus [79] debuisti, [80] neque de vi nefaria, qua [81] cum fratre eram domo expulsus: neque hercule in [82] iis ipsis rebus, quæ quamquam erant mihi propter rei familiaris [83] naufragia necessariæ, tamen a me [84] minimi [85] putabantur in meis damnis, [86] ex auctoritate senatus [87] sarciendis, eam voluntatem, quam expectaram, præstiterunt. [88] Quæ cum viderem, (neque enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hæc accidebant, quam erant illa [89] grata, quæ [90] fecerant. Itaque quamquam et Pompejo plurimum, te quidem ipso [91] prædicatore ac [92] teste, debebam, et eum non solum [93] beneficio, sed amore etiam, et perpetuo quodam judicio meo diligebam; tamen non [94] reputans, [95] quid ille vellet, in omnibus meis sententiis de Repub. [96] pristinis permanebam. [97] Ego, [98] sedente Cn.

maxime utilem fuisse ac fore. 67 Saltem. 68 Affectum. 69 Propter meritum. 70 Quod omnes boni cives Reip. debent. 71 Huinsmodi animo in Remp. 72 Cum sententiam dicerem coram te consule. 73 Privatis. 74 Agnovisti. 75 De restitutione in pristinæ dignitatis locum, ut dejecto P. Clodii monumento in meis ædibus collocarer. 76 Catonis et Bibuli præsertim. 77 Favores dubios ut ab iis, qui non auderent aut nollent adhuc indicare, quod mihi studerent. 78 Domo mea, quam Clodius, ut esset æternum rei monumentum, libertati dicaverat, mihi restituenda. 79 Adjuvari. 80 Adjutus es. 81 Expulsi erant fabri de area, in qua domum Ciceronis ædificabant. 82 Fortunæ bonis, rebus patrimonii. 83 Perditionem: quia in naufragio omnia pereunt. 84 Pretii. 85 Æstimabantur inter res, quarum feceram jacturam. 86 Ex senatus consulto: quia a senatu petit, ut ædes et villæ, quæ a Clodio erant demolitæ ut rursus ædificarentur, et bona publicata restituerentur. 87 Restituendis, reparandis. 88 Eorum neglecta studia, aut odia in me. 89 Mihi. 90 Quando tecum dederunt operam, ut ab exilio revocarer: decet enim, majorem haberi rationem beneficii, quam injuriæ. 91 Publico assertore. 92 Qui studium illius in mea salute videras. 93 Suo in me. 94 Agitans animo. 95 Volebat idem, quod Cæsar, vel affinitatis causa, quod ejus filiam in matrimonio habebat; vel quorumdam optimatum impulsus injuriis. 96 Quas ante exilium habueram de Rep. ut sc. libertas romana cum legibus vigeret, sperans gratificari cum M. Catoni, tum reliquis omnibus qui de Rep. optime sentire volebant videri. 97 Narratio, quæ res offenderit Cæsarem et Pompejum, sc. de agro Campano. 98 In sede judiciali, cum defenderet Sextium Cicero.

Pompejo, cum, ut laudaret [99] P. Sextium, [1] introiisset in urbem, dixissetque [2] testis Vatinius, me fortuna et felicitate C. Cæsaris [3] commotum illi amicum esse cœpisse, dixi, me eam [4] Bibuli fortunam [5] quam ille afflictam putaret, omnium [6] triumphis [7] victoriisque anteferre, dixique [8] eodem teste, alio loco, [9] eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, et qui [10] me coegissent. Tota vero [11] interrogatio mea nihil habuit, nisi reprehensionem [12] illius [13] tribunatus: in [14] quo omnia dicta sunt libertate, animoque maximo de [15] vi, de [16] auspiciis, de [17] donatione regnorum. [18] Neque vero hac in [19] causa [20] modo, [21] sed constanter sæpe in senatu. Quinetiam, Marcellino et Philippo Coss. nonis April. mihi est senatus assensus, ut de [22] agro Campano, [23] frequenti senatu, idibus Majis referretur. Num potui magis in [24] arcem illius causæ [25] invadere, aut [26] magis oblivisci [27] temporum meorum, [28] meminisse [29] actionum? [30] hac a me sententia dicta, magnus animorum motus est factus, cum eorum, quorum [31] oportuit, tum illorum etiam, quorum nunquam [32] putaram. Nam hoc S.C. in meam sententiam facto, Pompejus, cum nihil mihi ostendisset se esse offensum, in [33] Sardiniam et in Africam [34] profectus est, [35] eoque itinere [36] Lucam ad Cæsarem venit: ubi multa de mea sententia [37] questus est Cæsar:

99 De vi accusarum a P.Clodio. 1 Quippe cum Pompejus cum imperio rei frumentariæ tunc esset, nec in urbem ingrederetur: quod, ut salvis legibus liceret, a senatu impetraverat. 2 In P.Sextium. 3 Provocatum. 4 Qui fuerat collega Cæsaris in consulatu, quem Vatinius tribunus pl. et Cæsar consul exire domo prohibuerant, ne Cæsaris acta impediret. 5 Fortunam Bibuli. 6 Pompeij. 7 Cæsaris. 8 Pompejo. 9 Pompejum, Crassum, Cæsarem. 10 Exire domo. 11 Qua ex Vatinio quærit, vera ne sint illa omnia, quæ illi in oratione, quæ exstat, objicit. 12 Vatinii. 13 Quem gessit Cæsare consule. 14 Interrogatione, aut reprehensione mea. 15 Violentia, qua Bibulum obnunciantem foro expulit, atque etiam in vincula ducere conatus est. 16 Quæ Vatinius contempsit: nam contra leges, Æliam et Fusiam, cum plebe egit, cum de cælo servatum esse constaret. 17 Cum Cæsaris voluntate Vatinius fœdera cum civitatibus, regibus et tetrarchis fecit. 18 In Vatinium. 19 P.Sextii, qua agebam contra Vatinium aut qua Vatinius testis me taxarat. 20 Solummodo. 21 Dixi. 22 Quem Cæsar volebat militibus suis dividi. 23 Ut S.C. fieri posset contra Cæsaris legem de agro Campano dividendo. 24 Præcipuum causæ aggredi. Metaphora ab expugnationibus, in quibus qui arcem cepit, urbe fere potitur. 25 Magis adversari Cæsaris ac Pompeji voluntati? 26 Quam ea libertate utendo in Cæsarem. 27 Calamitatum et infortuniorum meorum. *Tempora* sæpe et hic et alibi apud Ciceronem ponuntur pro calamitatibus. 28 Sc. *magis*. 29 veterum actionum pro Rep. 30 Hoc judicio a me lato. 31 Eum fieri, i. quorum interfuit. 32 Metum fieri propter ea. Pompejum significari, satis constat ex iis, quæ sequuntur. 33 Maris Mediterranei insulam. 34 Ut frumentum in urbem convehendum curaret. 35 Quod in Sardiniam faciebat. 36 Italiæ urbem. 37 Nam id S.C. contra suam legem factum videbat.

quippe qui etiam [38] Ravennæ Crassum ante vidisset, ab eoque in me esset incensus. [39] Sane moleste Pompejum [40] id [41] ferre constabat: quod ego cum audissem ex aliis, maxime ex meo [42] fratre cognovi: [43] quem cum in Sardinia Pompejus paucis post diebus, quam Luca discesserat, [44] convenisset. Te, [45] inquit, ipsum cupio, nihil [46] opportunius potuit accidere, nisi cum [47] Marco fratre diligenter egeris, [48] dependendum tibi est, quod mihi pro illo [49] spopondisti. [50] Quid multa? [51] questus est graviter: sua [52] merita commemoravit: quid egisset sæpi.sime de [53] actis Cæsaris cum ipso meo fratre, quidque sibi [54] is de me [55] recepisset, in memoriam redegit: [56] seque, quæ de mea salute egisset, voluntate Cæsaris [57] egisse, ipsum meum fratrem [58] testatus est: [59] cujus causam dignitatemque mihi ut commendaret, [60] rogavit, ut eam ne oppugnarem, si nollem, aut non possem [61] tueri. Hæc cum ad me [62] frater pertulisset, et cum ante tamen Pompejus ad me cum [63] mandatis [64] Vibullium misisset, ut [65] integrum mihi [66] de causa Campana [67] ad suum reditum reservarem: collegi ipse [68] me, et cum ipsa quasi repub. sum collocutus, ut [69] mihi tam multa pro se perpesso, atque [70] perfuncto con-

38 Italiæ urbe. 39 Multum. 40 Quod Cæsarem offendissem. 41 Pati. 42 Quinto Cicerone. 43 Fratrem meum. 44 Accessisset colloquendi gratia. 45 Cum primum vidit fratrem. 46 Quam ut te convenirem. 47 Cicerone. 48 Promissa persolvenda. Q. d. longe aliter facit, quam tu de illo pollicitus es. 49 Promiserat enim Pompejo Q. Cicero, si Marcus frater in patriam ab exilio revocaretur, operam eum daturum, ut Cæsaris acta a senatu confirmarentur, nec omnino quidquam, quod aut ipsi Pompejo, aut Cæsari displiceret, esse facturum. 50 Sc. *dicam*? Cum rem conferre volumus in pauca utimur hoc loquendi genere. 51 Quod in Cæsaris injuria se quoque lædi putaret, vel propter affinitatem, vel communis potentiæ causa. 52 In me, quem in patriam cum Lentulo consule reduxerat et fortasse etiam in ipsum Quintum, quem fuisse tum ipsius Pompeji pro M. Fratre legatum in Sardinia suspicamur. 53 Ulra, quæ consul Cæsar, adversante collega Bibulo, egerat, Ciceronis restituti sententia confirmarentur: quod cum Pompejo Quintus promisisset, non præstare fidem ejus Marcus frater in ea sententia de agro Campano visus est. 54 Frater meus. 55 Pollicitus esset. 56 Pompejum. 57 Ea. 58 In testem sibi assumpsit. 59 Cæsaris: 60 Pompejus fratrem. 61 Protegere eam. 62 Quintus. 63 Præceptis. 64 Pompeji familiarem, ejusdemque copiarum ductorem. 65 Intactum totum negotium, i. ne quid agerem. Ubi enim cœpta res agi, non amplius integra videtur, sed tamquam imminuta, detracta sc. ea parte, quæ confecta jam est. 66 De agro Campano non dividendo. 67 Sc. *usque*. 68 Vires rationis meæ, animum meum, ut accuratius de officio meo mecum ipse considerarem. Sic epist. 10. l. 3. *Etsi graviter primo nuntio commotus sum; tamen, ut* me collegi, *cætera mihi facillima videbantur.* Hoc loquendi genus ipse interpretatus Tusc. 4. *Quid est*, inquit, *se ipsum colligere, nisi dissipatas animi partes in suum locum cogere?* 69 Qui iam multa pro Reipubl. salute perpessus essem. 70 Qui effecissem. Sic epist. 8. Perfungi *laboribus maximi*. Hic cum accusative jungitur, ut apud

cederet, ut officium meum,[71] memoremque in [72] bene meritos animum, [73] fidemque fratris mei [74] præstarem: [75] eumque, quem [76] bonum civem semper habuisset,[77] bonum virum esse pateretur.[78] In illis autem meis actionibus, sententiisque omnibus, quæ Pompejum [79] videbantur [80] offendere,[81] certorum hominum, quos jam debes [82] suspicari, sermones referebantur ad me: [83] qui cum illa sentirent in Repub.[84] quæ ego agebam, semperque sensissent; me tamen [85] non satisfacere Pompejo, Cæsaremque inimicissimum mihi futurum, gaudere se dicebant. Erat hoc mihi dolendum; sed multo magis illud, quod [86] inimicum meum ([87]meum autem? imo vero legum, judiciorum,[88] otii, patriæ, bonorum omnium) sic amplexabantur, [89] sic in manibus habebant, sic fovebant, sic, me præsente, osculabantur, non [90] illi quidem ut mihi [91] stomachum facerent, ([92] quem ego [93] funditus perdidi) sed certe ut [94] facere se arbitrarentur.[95] Hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis meis rebus omnibus,[96] rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium, quam tibi, si potero, breviter exponam. Ego, si ab improbis et [97] perditis civibus Rempub. [98] teneri viderem, sicut et [99] meis temporibus scimus, et [1] nonnullis aliis accidisse accipimus,[2] non

Terentium: functus *est officium boni adolescentis*. 71 Gratum. 72 Pompejum et Cæsarem. 73 Promissionem do me. 74 Exhiberem. 75 Me aut fratrem meum. 76 Quia Reip. studiosum. 77 Quia amicis fidelem. 78 Hactenus ostendit, se et Pompeji causa, cui deberet plurimum, et fratris sui fide, quam Pompejo de se dederat, adductum esse, ne quid amplius contra Cæsaris voluntatem moliretur; nunc alteram causam affert, cur a sua sententia discesserit, malevolentiam, obtrectationem quorumdam optimatum. 79 Quia quod ad Cæsarem attinet, simul ad Pompejum, Cæsaris generum attinere videretur. 80 Lædere. 81 Catonis imprimis, Bibuli, L. Domitii, Cæsaris inimicorum. 82 Qui fuerint. 83 Homines. 84 Sentirent me recte agere. 85 Quia meas actiones ac sententias ab illius voluntate de soceri potentia laborantis, parum accomodarem. 86 P. Clodium. 87 Dixi meum? 88 Tranquillitatis. 89 Tamquam rem charissimam. 90 Faciebant hoc. 91 Bilem concitarent, i. me ad iram provocarent. Locus pro re locata: stomachus enim iræ sedes est. 92 Stomachum. 93 Plane mihi impero, ne qua omnino re irascat. 94 Mihi stomachum. 95 In hac re. 96 Elegans metaphora, sumpta a dispensatoribus rei familiaris, qui rationes exponsarum et acceptarum pecuniarum subducunt, indeque summam conficiunt æris alieni aut sui. Significat autem Cicero se omnibus diligenter perpensis, accurateque enumeratis beneficiis aliorum erga se, vel suis erga alios deliberasse et constituisse, quid hoc rerum statu sibi cogitandum et agendum esset. 97 Sunt enim quidam ita improbi, ut perditi tamen non sint: perditi vero, quorum ita mens a recta ratione discessit, ut ad sanitatem redire jam non posse videantur. 98 Violentia quadam obsideri et opprimi. 99 In consulatu meo, cum Catilina in patriam conjuraret; vel Cinna, Mario, Sylla dominantibus. 1 Cum decemviri Remp. tenerent. 2 Non modo non, nedum, Ciceronis est consuetudo alterum *non* in hoc loquendi genere omit-

modo præmiis, (quæ apud me minimum valent) sed ne periculis quidem compulsus ullis (quibus tamen moventur etiam fortissimi viri) [4] ad eorum causam me adjungerem,[5] ne si summa quidem eorum in me merita [6] constarent. Cum autem in Repub. Cn. Pompejus princeps esset, (vir is, qui hanc potentiam et gloriam maximis in Rempublic. [7] meritis, præstantissimisque [8] rebus gestis esset consecutus, cujusque ego dignitatis ab adolescentia [9] fautor, in [10] prætura autem, et in [11] consolatu [12] adjutor etiam [13] extitissem) cumque [14] idem [15] auctoritate et [16] sententia [17] per se, consiliis et [18] studiis tecum me [19] adjuvisset, meumque inimicum [20] unum in civitate haberet inimicum; non putavi [21] famam inconstantiæ mihi pertimescendam, si quibusdam in sententiis paulum me immutassem, meamque voluntatem ad summi viri, de meque optime meriti, dignitatem aggregassem. In [22] hac sententia complectendus erat mihi Cæsar, ut vides,[23] in conjuncta et causa et dignitate. [24] Hic multum valuit cum [25] vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi et [26] Quinto fratri cum Cæsare fuisse, tum humanitas [27] ejus ac liberalitas, brevi tempore et [28] litteris et [29] officiis perspecta nobis et cognita. Vehementer etiam rès ipsa publica me movit, quæ mihi videbatur contentionem (præsertim [30] maximis rebus a Cæsare. Epist. 17. lib. 9. *Hoc tamen scito* non modo me, *sed ne ipsum quidem principem scire, quid futurum sit.* Ad Attic. epist. 6. l. 10. *Regnum* non modo *Romano homini*, *sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile.* 3 Manifestis enim periculis non moveri temeritatis est, non fortitudinis. 4 Cum iis in Rep. non consentirem, non sequerer eorum sententiam. 5 Non etiamsi. 6 Certa essent. 7 Suis. 8 Ter enim triumphaverat, ex tribus orbis terræ partibus, Africa primum, deinde Europa, postremo Asia, Mithridate victo. 9 Hinc Pompejus Ciceronem, sæpe salutatum ibat. 10 Prætor Maniliam rogationem suasit, ut Pompejo Mithridatici belli cura manderetur. 11 De lege Agraria contra Rullum, et de supplicatione, Mithridate interfecto. 12 Dignitatis ejus. 13 Fuissem. 14 Pompejus. 15 Non potestate: privatus enim, cum actum est de reditu Ciceronis, Pompejus erat. 16 Quam d xit in senatu de reditu meo. 17 Sine socio. 18 Favoribus. 19 Recuperanda salute. 20 Unicum, i. quem solum habebam inimicum, sc. Clodium: pulso enim Cicerone, omnem suam vim contra Pompeji Cæsarisque potentiam Clodius convertit. 21 Infamiam. 22 Quam de Pompejo habebam. 23 Quia dixerat Pompejus se, Cæsare fautore, Ciceronem juvisse: et tunc temporis maxime concordes erant Pompejus et Cæsar. 24 In hac re, et reconciliatione. 25 Quæ tanta fuit, ut Q. Catulus et Cn. Piso neque precibus, neque gratia, neque pretio Cicerone impellere potuerint, uti per Allobroges, aut per alium indicem C. Cæsar in conjuratione Catilinæ nominaretur. 26 Qui Cæsaris in Gallia fuit legatus. 27 Cæsaris. 28 Ad M. Ciceronem missi: cum præter alia illud scripsit, quod epist. 5. l. 7. leges. 29 Beneficiis in Q. fratrem collatis. 30 Postquam maximæ res essent gestæ a Cæsare.

sare gestis) cum [31] illis viris nolle [32] fieri, et, ne [33] fieret, vehementer [34] recusare.[35] Gravissime autem me [36] in hac mente impulit et Pompeji [37] fides, quam de me [38] Cæsari dederat,[39] fratris mei,[40] quam Pompejo. Erant præterea hæc [41] animadvertenda in civitate, quæ sunt apud Platonem [42] nostrum scripta [43] divinitus: [44] QUALES *in Repub. principes essent,* [45] *tales reliquos solere esse cives.* Tenebam memoria, nobis consulibus, ea fundamenta [46] jacta [47] ex kal. Jan. [48] confirmandi senatus, ut neminem mirari oporteret, [49] nonis Decemb. tantum vel [50] animi fuisse in illo [51] ordine, vel [52] auctoritatis. [53] Idemque memineram, [54] nobis privatis [55] usque ad Cæsarem et Bibulum Coss. cum sententiæ nostræ [56] magnum in senatu pondus haberent, [57] unum fere sensum fuisse bonorum omnium.[58] Postea cum tu Hispaniam [59] citeriorem cum [60] imperio obtineres, neque Respu. [61] consules haberet, sed [62] mercatores [63] provinciarum, et seditionum servos ac ministros:[64] jecit quidam [65] casus [66] caput meum, [67] quasi certaminis causa in [68] mediam contentionem, dissentionemque civi-

31 Tam præclaris. 32 A me. 33 Contentio. 34 Renuere videbatur Resp. 35 Potentissime. 36 Sc. constitutum, i. cum ita secuti rem, agendum mihi esse existimarem. 37 Sancta promissio. 38 cum ei pollicitus est, me, si restituerer, ejus actis adversarium non futurum. 39 Fides. 40 Dederat de me. 41 Mihi. 42 Cujus sectæ nos sumus. 43 Quasi a Deo missa. 44 Quales ii, qui Remp. gubernant. 45 Ex quo intelligebam, mutato optimatum sensu, mihi quoque et sententiam, et voluntatem esse mutandam. 46 Constituta esse. 47 A primo magistratus die per totum deinde annum. 48 Ut ad eam, quæ principem ordinem decet, animi constantiam, atque ad studium defendendæ Reip. meo excitarentur exemplo. 49 Die quinto Decembris, quo die senatus sumendum supplicium de conjuratis censuit. 50 Fortitudinis magnanimitatis ad decernendum, ut supplicium de civibus romanis sumeretur. 51 Senatorio. 52 Quia, quod senatus in conjuratos decrevit, perfectum est: non enim fortasse valuisset ejus auctoritas, nisi enm jam antea confirmatum esse constaret. 53 Et ego idem. 54 Cum nullo fungeremur magistratu. 55 Per triennium. 56 Magnam auctoritatem; Cæsare enim consule, contemni cœpta est, ac levis esse senatus auctoritas. 57 Omnes fere bonos fuisse concordes in administratione Reip. 58 Postero anno, Pisone et Gabinio Coss. 59 Quæ viciuior est Italiæ, et cis Bætim amnem sita. 60 Ex prætura; erat enim provincia prætoria; sive ex quæstura, extra ordinem. 61 Sibi faventes et ita veros: quia Consules creantur, ut Reip. potissimnm consulant: unde Accius vetus poeta: *Qui bene consulat, consul fuat.* De his consulibus Cicero Orat. pro Sext. *Si appellandi sunt consules, quos nemo est, qui non modo ex memoria, sed etiam ex fastis evellendos putet.* 62 Qui meam salutem, ex fœdere acceptis pretii loco provinciis, tribuno P. Clodio vendiderint. 63 Macedoniæ et Syriæ. 64 Immisit, conjecit. 65 Fortuitus eventus, non mea culpa. 66 Me; ponit enim partem pro toto, et eam partem, in qua vitæ domicilium est. 67 Speravit Clodius, si Ciceronem vexaret, eam fore causam bonos cum improbis committendi. 68 Erat enim inter cives ex partium dissentione con-

lem. Quo in [69] discrimine, cum mirificus [70] senatus, incredibilis [71] Italiæ totius, singularis [72] bonorum omnium consensus in me [73] tuendo [74] exstitisset, non dicam, [75] quid acciderit, ([76] multorum est enim, et [77] varia culpa) tantum dicam [78] brevi, non mihi [79] exercitum, sed [80] duces defuisse. In [81] quo, ut jam sit in iis culpa, qui me non defenderunt: non [82] minor est in iis, qui [83] reliquerunt: et, si accusandi sunt, si qui [84] pertimuerunt, magis etiam reprehendendi, si qui se timere [85] simularunt.[86] Illud quidem certe nostrum consilium [87] jure laudandum est, qui meos cives, et [88] a me servatos, et me servare cupientes, spoliatos ducibus, servis [89] armatis objici noluerim: declararique maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, si [90] iis pro me [91] stante pugnare [92] licuisset, cum [93] afflictum [94] excitare [95] potuissent. [96] Quorum quidem [97] animum tu non perspexisti solum, cum [98] de me ageres, sed etiam [99] confirmasti, atque tenuisti. Qua in causa (non modo non negabo, sed etiam semper et meminero, et prædicabo libenter) usus es quibusdam [1] nobilissimis hominibus [2] fortioribus in me restituendo, quam fuerant iidem in [3] tenendo. Qua in [4] sententia si [5] constare [6] voluissent, suam [7] auctoritatem simul cum salute mea recuperas-

tentio, sed sine armis: ex ea contentione certamen potuit existere: idque speraverunt improbi, conjecto in medium, quasi ad animos concitandos capite Ciceronis. 69 Periculo. 70 Qui, referente L. Mummio, vestem etiam quod in summo dolore fieri solitum est pro Ciceronis salute imitandam frequens censuit. 71 Ex qua incredibilis multitudo in Capitolium convenit, ac Ciceronem etiam omni ratione privato consilio defendendum putavit. 72 Qui se ad pedes consulum, veste mutata, projecerunt. 73 Defendendo. 74 Fuisset. 75 Quibus causis afflictus sim, non exponam: ne multos lædam; constat enim, cum a quibus protegi debuerat et potuerat, desertum in exilium ejectum. 76 Pompeji, Crassi, Cæsaris et aliorum. 77 Alia Pompeji, Crassi, alia Cæsaris. 78 Breviter, paucis verbis. 79 Multitudinem populi, quæ me defenderet et cunctam Italiam. 80 Principes viros, qui defensionem susciperent. Tres maxime designat, Pompejum, Cæsarem et Crassum. 81 Facto. 82 Culpa. 83 Reliquit eum, præter cæteros, Pompejus, pollicitus non semel, ei se nunquam defuturum. 84 Defendere me. 85 Significat eos, qui Ciceroni auctores fuerunt, ut Clodio cederet; ne inter cives perniciosa contentio excitaretur. 86 Quod dicturus est. 87 Merito. 88 Conjuratione Catilinæ exstincta. 89 A P. Clodio. 90 Bonis. 91 Incolumi, non expulso. 92 Per duces. 93 Me summa calamitate affectum. 94 Quas de morte ad vitam, proprie *excitamus* dormientes: unde epist. 14, l. 16. *Excita* e somno tuas literas. Transfertur ad alia, ut hic. 95 Boni. 96 Bonorum civium. 97 Voluntatem. 98 Ut in patriam revocarer. 99 Perseverare fecisti. 1 Catone in primis et Bibulo, Cæsaris inimicis. 2 Cum essent fortiores. 3 Me in urbe: vel quia timuerint, vel quia se timere simularint. 4 Quo in proposito. 5 Perseverare. 6 Cato, et ejus æmulatores. 7 Quam amiserunt stultitia et inconstantia sua, cum in gratiam redierint cum P. Clodio, inimico meo, nec eam, quam ego exspectaveram, in meis rebus

sent.[8] Recreatis enim bonis viris consulatu tuo, et constantissimis, atque optimis actionibus tuis [9] excitatis, (Cn. Pompejo præsertim [10] ad causam adjuncto, cum etiam Cæsar,[11] rebus maximis gestis, singularibus ornatus et [12] novis honoribus, ac judiciis [13] senatus, ad auctoritatem [14] ejus ordinis adjungeretur) nulli improbo civi locus ad Rempub. violandam esse potuisset. Sed [15] attende, quæso, quæ sint consecuta. [16] Primum illa [17] furia [18] muliebrum religionum, qui non pluris [19] fecerat [20] Bonam Deam,[21] quam [22] tres sorores,[23] impunitatem est [24] illorum sententiis assecutus, qui,(cum [25] tribunus plebis [26] pœnas a [27] seditioso cive [28] per bonos viros judicio [29] persequi vellet,) [30] exemplum præclarissimum [31] in

voluntatem præstiterint. 8 Ad pristinam animi fortitudinem restitutis. 9 Ad adjuvandum. 10 Cum pro mea salute propugnationem suscepit contra Clodium, et reliquos, qui non tam me, quam senatus auctoritatem oppugnaverant. 11 Postquam res maximas gesserat. 12 Supplicatione xv. deinde xx. dierum, stipendio exercitus, decem legatis. 13 Qui honores illos ei decrevit. 14 Bonorum senatorum. 15 Animadverte. 16 Innuit hic historiam. P. Clodii, qui amore captus Pompejæ, uxoris Cæsaris, Pont. Max. inter sacra Bonæ Deæ, quæ in ædibus Cæsaris fiebant, sub veste muliebri irrupit, sperans se facile, quod imperbis esset, ad Pompejam perventurum. Quæ tamen ipsum opinio fefellit, nam ab Aureliæ matris Cæsaris ancilla inter oberrandum rogatus quid vellet, et se Auream Pompejæ pedissequam quærere respondens, ab ancilla detectus et a matronis foras ejectus est. 17 Sc. P. Clodius, quem etiam *furiam* nominat lib.3.epist.1. ad Q. Fratrem. *Furiæ* proprie sunt ministræ Plutonis, quæ mittebantur ad bona hominum consilia disturbanda et scelera inspiranda. Ab ea similitudine *furiæ* et vocantur homines scelesti, qui turbatores sunt quietis et rerum piarum, qualis hic Clodius fuit, qui *furia muliebrium religionum* a Cicerone vocatur, propterea quod Bonæ Deæ sacra turbasset, ad quæ nulli, nisi matronæ, aditus patebat. Orat. pro Sextio idem Clodius appellatus *furia ac pestis patriæ*, i. qui publicam tranquillitatem et patriæ salutem interturbat. Pisonem quoque vocat *furiam*, i. Reip. turbinem, orat. in Pisonem; *Aude nunc*, o furia, *de tuo dicere*. 18 Sacrificiorum, quæ a mulieribus fiebant. 19 Æstimaverat. 20 Hæc conjux Fanni, qui in Latio regnavit, fuit: quam Fannam Fatuam ideo dictam putant, quia mulieribus fata caneret, quemadmodum ipse Fannus viris. Fuit vero hac in fœmina pudicitia tanta, ut eam, quoad vixerit, præter virum suum viderit nemo, nemo nomen audierit. Unde ad ejus sacra nulli viro est aditus, uti nec nomen ejus viris cognitum. Cic. de Arusp. Resp. *Sacrificium violavit, quod fit incredibili cerimonia, fit ei Deæ, cujus ne nomen quidem viros scire fas est, quam iste Bonam dicit, quod in tanto scelere sibi ignoverit.* 21 Quia sicut tres sorores per incestum polluerat; ita per sacrilegium sacra Bonæ Deæ violare paraverat. 22 Clodiam, Terentiam, et aliam cognominem Quadrante, quas Clodius frater constuprasse dicitur. 23 Violentiæ in urbe factæ. 24 Judicum, vel senatorum. 25 T. Annius Milo, qui P. Clodium de vi postulavit. 26 Supplicium sumere. 27 P. Clodio, qui fabros de area Ciceronis expulerat, domum Q. fratris fregerat, atque inflammaverat, Milonis oppugnaverat, ejusdem generis alia commiserat. 28 Per judices integerrimos. 29 Sc. *constituto*. 30 Judicium de vi Clodiana. 31 In o-

posterum [32] vindicandæ seditionis de Repub. [33] sustulerunt: [34] iidemque postea non meum [35] monumentum, (non enim illæ [36] manubiæ meæ, sed operis locatio [37] mea fuerat, [38] monumentum vero senatus) [39] hostili nomine, et [40] cruentis [41] inustum literis esse passi sunt. Qui me homines quod salvum esse voluerunt, est mihi gratissimum: sed vellem, non solum [42] salutis meæ, quemadmodum [43] medici, sed etiam ut [44] aliptæ [45] virium, et coloris [46] rationem habere [47] voluissent. [48] Nunc, ut [49] Apelles [50] Veneris caput, et [51] summa [52] pectoris [53] politissima arte perfecit, reliquam partem [54] corporis [55] inchoatam [56] reliquit: sic quidam homines [57] in capite meo solum [58] elaborarunt, [59] reliquum corpus imperfectum, ac [60] rude reliquerunt. [61] In quo ego spem fefelli non modo [62] invidorum, sed etiam [63] inimicorum meorum: [64] qui de uno acerrimo, et fortissimo viro, meoque judicio, omnium magnitudine animi, et [65] constantia præstantissimo, Q. Metello [66] L.

mne tempus futurum. 32 Puniendæ. 33 Milo præclarissimum exemplum vindicandæ seditionis Clodii damnatione voluit in remp. inducere: at hi contra Clodio impunitatem assecuto, exemplum illud egregium, quod ab omnibus comprobari debuit, de Rep. sustulerunt. 34 Corrupti judices. 35 Ædificium perpetuæ memoriæ rerum a me gestarum, cum titulo patris patriæ, non pecunia mea erectum. 36 Pretia rerum, quæ duci ex hoste competunt, sive pecuniæ publicæ, ad domus ædificationem a senatu attributæ, sc. *fuerant*. 37 Ære meo facta. 38 Sc. *fuerat*. 39 P. Clodii; quia suum nomen Clodius inscripserat. 40 Quasi ex meo cruore confectis: meam enim ejectionem, i. meum interitum testantur. 41 Cauterio inscriptum, impressum. 42 Vitæ. 43 Curatores ægritudinum, sc. *faciunt*. 44 Servi, quibus delicati homines in balneis utebantur et unguenti officio fungebantur, vel etiam in conviviis, nam in utrisque ungi solebant veteres. Dicuntur ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, i. ungere; unde *aliptem* etiam *unctorem* vocat lib. 7. epist. 24. Vel ii qui exercitationibus athleticis præerant, viriumque et coloris in athletis, corpus exercituris, rationem habebant. Illi a parto muneris *aliptæ*, i. *unctores* dicebantur, uti a toto *gymnasiæ*. 45 Stabilimenti et dignitatis in senatu, i. ut me non solum ab exilio revocassent, sed pristinam simul cum salute dignitatem restituere voluissent. 46 Respectum et curam. 47 Sc. *ut*. 48 Sed 49 Cous, pictor nobilissimus. 50 Quæ una maxime inter Apellis opera excelluit. 51 Summas partes. 52 Ejus. 53 Cui nihil deesset, exquisita et egregia: sic *politum judicium, polita doctrina, politus homo*. 54 Veneris. 55 Inceptam. *Inchoatum* enim est, quod principia tantum habet. 56 Inexspectata morte oppressus. 57 In vita mihi servanda: quia salutis tantum, non etiam dignitatis meæ, rationem habere voluerunt. 58 Cum me in patriam reduxerunt. 59 Quæ pertinent ad ornatum et dignitatem meam. 60 Non politum, i. dignitatis meæ nullam curam habuerunt. 61 In qua re. 62 Ut Catonis et Hortensii, qui occulti sunt. 63 Ut Clodii et Crassi, qui manifesti sunt, qui multo etiam magis, quam invidi speraverant, me post reditum, memoria calamitatis admonitum, fracto ac demisso animo futurum. 64 Invidi et inimici. 65 Cum in L. Saturnini legem de agro Gallico dividendo, per vim latam, jurare noluit, et in exilium abire, quam de sua sententia decedere maluit. 66 Qui de Jugurtha triumphavit, qui

*

F. quondam falsam opinionem acceperunt: quem post [67] reditum [68] dictitant fracto animo et [69] demisso fuisse.[70] Est vero probandum, qui et [71] summa voluntate [72] cesserit, et [73] egregia [74] animi alacritate [75] affuerit, neque sane redire [76] curarit, cum ob id ipsum [77] fractum fuisse animo: in [78] quo cum omnes homines, tum M. illum Scaurum, singularem virum, [79] constantia et gravitate superasset. Sed, quod de [80] illo [81] acceperant, aut etiam [82] suspicabantur, de me idem cogitabant, [83] abjectiore animo me futurum: cum Resp. majorem etiam mihi animum: quam unquam habuissem, daret,[84] quæ declarasset, se non potuisse me uno civi carere: [85] cumque Metelluni unius [86] tribuni pl.[87] rogatio, me universa Resp. duce senatu, comitante Italia, [88] promulgantibus [89] omnibus, [90] referente [91] consule, comitiis [92] centuriatis, cunctis [93] ordinibus, hominibus [94] incumbentibus, omnibus denique suis viribus recuperasset. Neque vero ego mihi postea quidquam assumpsi, neque hodie assumo, quod quemquam [95] malevolentissimum [96] jure possit offendere,[97] tantum enitor, ut neque amicis, neque etiam [98] alienioribus opera, consilio, labore desim. Hic meæ vitæ cursus offendit eos fortasse qui [99] splendorem et [1] speciem [2] hujus vitæ intuentur, solicitudinem autem et laborem perspicere non possunt. Illud vero [3] non obscure [4] queruntur in meis sententiis, [5] quibus ornem Cæsarem,[6] quasi [7] desciverim a [8] pristina causa. Ego autem cum

cum M. Junio Syllano consul fui: lege Plutarchum in Mario et Livium. 67 Ab exilio, quia noluit regi male assentiri. 68 Hujusmodi malevoli frequenter dicunt. 69 Abjecto. 70 Non solum dictitandum. 71 Ironia: quæ negandi vim habet, cum affirmare tamen verba ipsa videantur: sic. Virg. 4. Æn. *Et regiam vero laudem, et spolia ampla refertis Tuque puerque tuus.* 72 Tantum abest, ut invitus, ut etiam libentissime precibus propinquorum amicorumque neglectis, patria cesserit. 73 Furori civium. 74 Cum reliqui fere omnes, erepto aspectu patriæ, in mœrore jaceant. 75 In exilio fuerit. 76 Rhodi Philosophos audiens. 77 Victum. 78 Fato. 79 Qui a C. Gracco usque ad C. Marium seditiosis omnibus restiterit; quem nulla vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecerit. 80 Q. Metello. 81 Invidi et inimici. 82 Quia verisimile videbatur: malis enim sæpe frangitur constantia. 83 Post reditum. 84 Respublica. 85 Est hæc altera ratio, cur majore etiam, quam antea, esse animo deberet. 86 Calidii vel Claudii. 87 De voluntate senatus populique romani, an placeret Metellum revocare ab exilio. 88 Legem de reditu meo. 89 Judicibus. 90 Rogante. 91 P. Lentulo, qui major est, quam tribunus plebis. 92 Per centurias convocatis, quibus majores magistratus creabantur: quibus legem tulit Lentulus consul. 93 Senatorio, equestri, et plebe. 94 Proclivibus ad me reducendum. 95 Quamvis sit malevolentissimus. 96 Justa ratione. 97 Tantummodo laboro. 98 A me, i. cum quibus nulla intercedit amicitia. 99 Dignitatem. 1 Gratiam. 2 Hujusmodi. 3 Manifeste. 4 Conqueruntur. 5 Cui decreverat supplicationem quindecim dierum, stipendium, decem legatos. 6 Quod; hic enim τὸ *quasi* non minuit, sed indicat. 7 Discesserim. 8 De-

illa sequor, quæ paulo ante [9] proposui, tum [10] hoc [11] non in postremis, de quo cœperam [12] exponere. Non [13] offendes [14] eumdem bonorum sensum, Lentule, [15] quem reliquisti [16] qui [17] confirmatus consulatu nostro, nonnunquam postea interruptus et afflictus [18] ante te consulem, [19] recreatus abs te totus est; nunc [20] ab iis, a quibus [21] tuendus fuerat, derelictus: [22], idque non solum [23] fronte atque [24] vultu ([25] quibus simulatio facillime [26] sustinetur) ii declarant, qui tum [27] nostro illo statu [28] optimates nominabantur; sed etiam [29] sententia sæpe jam,[30] tabellaque [31] docuerunt. Itaque tota jam [32] sapientium civium ([33] qualem me et esse, et [34] numerari volo) et sententia et voluntas mutata esse debet.[35] Id enim jubet [36] idem ille [37] Plato, [38] quem ego auctorem vehementer sequor: [39] TANTUM [40] *contendere in Rep. quantum* [41] *probare tuis civibus possis:* [42] *vim* [43] *neque parenti neque patriæ afferre oportere*. Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reip. fuisse, quod cum ostendisset populum Atheniensem prope jam desipientem senectute cumque eum nec [44]

fensione reipublicæ. 9 De consilio meo complectendi Cæsaris et Pompeji. 10 Sc. *sequor*. 11 Non inter minimum curandum. 12 De quibusdam invidis; cum enim sententiam Platonis exposuisset de corruptis principum exemplo civibus, eam ut probaret, ita longe digressus est, inducta commemoratione sui consulatus, ut a proposito nonnihil aberrasse videatur. Itaque narrationem interruptam, ab alio tanquam orsus principio, retexit. 13 Invenies, cum redieris. 14 Eamdem sententiam bonorum. 15 Cum in provinciam abiisti: nam tertio ante anno in provinciam iverat Lentulus. 16 Sensus aut consensus bonorum. 17 Confirmandi enim senatus consul ipse ex kal. Jan. fundamenta jecerat. 18 Antequam esses consul. 19 Reformatus et refectus: amissam enim Pisone et Gabinio coss. auctoritatem senatus revocasti tum aliis in rebus, tum vero in salute mea, quam Clodius ingenti senatus dolore afflixerat. 19 Domitio, Catone, Favonio, et reliquis ejusdem sectæ. 21 Defendendus. Passive hic sumitur, ut *fruendus, utendus*. 22 Sensum bonorum esse derelictum. 23 Qua perspicitur animi judicium. 24 Quo agnoscitur voluntas. 25 Duobus membris, sc. fronte et vultu. 26 Conservatur, i. quæ sæpe mentiuntur ac fallunt. 27 Cum esset status noster, i. cum nos staremus et placeremus in senatu, cum sententiæ nostræ magnum in senatu pondus haberent. 28 Optimi in civitate, patroni, ac defensores publicæ causæ. 29 In senatu: ex qua non eumdem esse eorum sensum, qui fuerat antea, cognovimus. 30 Suffragiis, publico scripto in judiciis: cum absolverunt, quos damnari oportuit. 31 Ostenderunt. 32 Qui Remp. optimo et animo et consilio tractabant. 33 Civem sapientem. 34 Reputari. 35 Sc. contendere, quod mox sequitur. 36 A me antea nominatus. 37 Divinus Philosophus. 38 Cujus apud me gravis admodum auctoritas est, cui præcipienti aliquid maxime pareo, cujus etiam sententias in mea scripta libenter transfero. 39 Platonis verba sunt in Critone. 40 Ut contendas. 41 Persuadere et ostendere rationibus te beneficum esse. 42 Violentiam. 43 Sc. et *jubet*. 44 Quia prope desiperet senectute.

persuadendo, nec [45] cogendo regi posse vidisset, cum [46] persuaderi posse diffideret,[47] cogi fas esse non arbitraretur. Mea [48] ratio fuit [49] alia, quod [50] neque desipiente populo, neque [51] integra re mihi ad [52] consulendum,[53] capesseremne Remp. [54] implicatus tenebar: sed lætatus [55] tamen sum, quod mihi liceret [56] in eadem causa utilia, et cuivis bono [57] recta defendere.[58] Huc accessit [59] commemoranda quædam, et divina Cæsaris in me [60] fratremque meum liberalitas: [61] qui [62] mihi, [63] quascumque res gereret, [64] tuendus esset. Nunc in tanta felicitate,[65] tantisque victoriis, etiam si in nos non [66] is, esset, qui est, tamen [67] ornandus videretur. Sic enim te [68] existimare velim, cum a [69] vobis, [70] meæ salutis auctoribus, [71] discesserim, neminem esse, cujus [72] officiis me [73] tam esse [74] devinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam. [75] Quod quoniam tibi [76] exposui,[77] facilia sunt ea, quæ a me de Vatinio,

45 Quia vim neque parenti, neque patriæ afferri oporteret. 46 Quia ut senex decrepitus et delirans in errore persisteret. 47 Sc. *eum*. Hoc pendet non a proximo *cum*, sed a *quod*, ubi causam explicare Cicero incipit, cur Plato Remp. non attigerit; hoc modo: atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ Reip. fuisse, quod populum Atheniensem, cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. 48 Conditio aut consideratio gubernandæ Reip. 49 A Platonis ratione. 50 Cum populus romanus nondum desiperet: amavit enim adhuc libertatem Reip. 51 Conditione mea libera in hoc negotio et illibata. 52 Quippe cum semel ad Remp. accessissem. 53 An susciperem regendam. 54 Perplexus et incertus. 55 Licet res non esset penitus integra. 56 In eodem statu Reip. 57 Justa et honesta: quia licet illi tres principes soli rerum potiri vellent, non tamen iniqua judicia reciperent. 58 Ad has rationes. 59 Digna commemoratione. 60 Quintum. 61 Cæsar; quia optime de nobis meritus. 62 A me. 63 Etiamsi minimum laudabiles. 64 Defendendus. 65 Quantas ipse Cæsar exponit quinque primis libris de Bel Gal. Superatis Helvetiis et Germanis, ut in l.1. Nerviis, ut in l.2. de quibus, deque omni Gallia pacata cum Cæsar ad senatum literas misisset, decreta ei quindecim dierum supplicatio est; quod ante id tempus acciderat nemini: Venetis, maritimis, maritimam Galliæ partem contra Britanniam incolentibus, l. 3. rursus Germanis devictis, Sicambris perterritis, cum Rhenum primus Romanorum cum exercitu transisset; quibus rebus Romæ cognitis, decreta ei viginti dierum supplicatio: ut ex ipsius l.4. constat: in Britaniam copiis iterum traductis, re bene gesta, mox in Gallia Eburonibus, Advaticis, Nerviisque pugna victis, ut l. 5. 66 Talis. 67 A nobis oratione et observantia, idque Reip. causa. 68 Judicare de causa mea. 69 Te et Pompejo. 70 Quorum virtute atque opera sum in patriam restitutus. 71 Id est, cum non respexerim ad vos, i. vobis exceptis, nemo est, cui perinde, ac Cæsari, debeam: sic locutus est epist. 13. l. 6. *Omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine et benevolentia, sic ut,* cum ab illo discesserint, *me proximum habeant.* 72 Beneficiis. 73 Tantopere, ut cum Cæsare. 74 Obligatum. 75 Cujus rationem. 76 Declaravi. 77 Ad purgandum, aut stabiliendum rationibus: nam, quæ me causæ ad ornandum Cæsarem adduxerunt, iisdem, ut cum Vatinio et Crasso in gratiam redirem, adductus sum.

et de Crasso requiris. Nam [78] de Appio quod scribis, [79] sicut [80] de Cæsare, te non reprehendere: gaudeo tibi consilium probari meum. [81] De Vatinio autem, primum [82] reditus intercesserat in gratiam per Pompejum, statim [83] ut [84] ille [85] prætor est factus, cum quidem ego, [86] ejus [87] petitionem [88] gravissimis in senatu sententiis [89] oppugnassem: neque tam [90] illius lædendi causa, quam defendendi atque ornandi [91] Catonis: [92] post autem Cæsaris, ut [93] illum defenderem, mira [94] contentio est consecuta. Cur autem [95] laudarim, peto a te, ut id a me neve in [96] hoc reo, neve in [97] aliis [98] requiras: [99] ne tibi ego idem reponam, cum veneris: tametsi [1] possum [2] vel absenti. Recordare enim, [3] quibus [4] laudationem [5] ex ultimis terris [6] miseris: [7] nec [8] hoc pertimueris. Nam a me ipso laudantur et laudabuntur [9] iidem. Sed tamen defendendi Vatinii fuit etiam [10] ille stimulus, de quo in judicio, cum [11] illum defenderem, dixi me facere quiddam, quod in [12] Eunucho [13] parasitus suaderet [14] militi:

Ubi [15] *nominabit* [16] *Phædriam, tu* [17] *Pamphilam*
[18] *Continuo: si quando* [19] *illa dicet, Phædriam*
[20] *Comessatum intromittamus:* [21] *tu Pamphilam*
[22] *Cantatum provocemus: si laudabit* [23] *hæc*
[24] *Illius formam:* [25] *tu* [26] *hujus* [27] *contra: denique*
[28] *Par Pari referto:* [29] *quod* [30] *eam* [31] *mordeat.*

78 Quod audisti me cum Appio per Pompejum, cujus filio nupserat Appii filia, in gratiam rediisse. 79 Non reprehendis. 80 Quod audisti de Cæsare, me cum eo in gratiam rediisse. 81 Quantum est de Vatinii reconciliatione. 82 Reconciliatio ejus. 83 Postquam. 84 Vatinius, competitore M. Catone. 85 Corruptis suffragiis. 86 Vatinii. 87 Præturæ. 88 Maximi ponderis. 89 Pugnando et resistendo molestassem. 90 Vatinii. 91 Uticensis, viri optimi. 92 Illam oppugnationem meam. 93 Vatinium accusatum. 94 Instantia; tribunatum enim suum ex Cæsaris libidine Vatinius gesserat: in quo, præter alia, legem tulerat, invito senatu, de Gallia citeriore ab eo simul cum Illyrico per quinquennium obtinenda. 95 Vatinium. 96 Vatinio. 97 Reis; est autem *reus* omnis, cui causa dicenda est, i. qui se purgare debet. 98 Ejus rei causam. 99 Ne ego quoque abs te quæram, cum veneris, cur nonnullos in judicio laudaris, de quibus tamen haud optime sentias. 1 Ostenderet, cur Vatinium laudarim. 2 Etiam tibi Lentulo absenti. 3 Hominibus. 4 Orationem commendatoriam. 5 Ex Hispania citeriore: cui præfuit cum imperio Lentulus. 6 Per literas etiam ab iis, qui aberant, rei laudabantur. 7 Nolim pertimescas. 8 Sc. *fecisse*, i. eis laudationem misisse. 9 Homines. 10 Illa occasio me urgens. 11 Vatinium. 12 Comœdia illa Terentiana. 13 Gnatho. 14 Thrasoni, qui erat miles gloriosus. 15 Thais meretrix. 16 Rivalem Thrasonis. 17 Puellam, ad quam Thais suspicabatur militem adjecisse animum. 18 Illico, sc. *nominato*. 19 Thais. 20 Ut comedat nobiscum introducámus, o Thraso. 21 Dicito. 22 Ad cantandum foras vocemus. 23 Thais. 24 Amatoris sui Phœdriæ pulchritudinem. 25 Laudato. 26 Puellæ nostræ Pamphilæ. 27 E contrario. 28 Tu injuriam injuriæ accomodato, pro quovis verbo tibi molesto, alterum æque molestum illi refer. 29 Par pari referre. 30 Thaidem. 31 Re-

Sic petivi a judicibus, ut, quoniam quidam [32] nobiles homines, et de me optime meriti, nimis amarent [33] inimicum meum, meque inspectante sæpe eum in senatu [34] modo severe [35] seducerent, modo familiariter, atque [36] hilare amplexarentur; quoniamque [37] illi haberent [38] suum [39] Publium, darent mihi ipsi alium [40] Publium, in [41] uno possem [42] eorum animos mediocriter [43] lacessitus [44] leviter repungere. Neque [45] solum [46] dixi, sed etiam sæpe [47] facio, [48] diis hominibusque approbantibus. [49] Habes de Vatinio: [50] cognosce de Crasso. Ego, cum mihi cum [51] illo [52] magna jam gratia esset, quod ejus omnes gravissimas injurias, [53] communis concordiæ caussa, voluntaria quadam oblivione [54] contriveram, repentinam ejus [55] defensionem Gabinii, [56] quem [57] proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset, tamen, si sine ulla mea contumelia [58] suscepisset, [59] tulissem: sed cum me [60] disputantem, non lacessentem [61] læsisset, [62] exarsi, non solum præsenti, credo, iracundia, (nam [63] ea tam vehemens fortasse non fuisset) sed cum [64] inclusum illud odium multarum [65] ejus in me injuriarum, quod ego [66] effudisse me [67] omne arbitrabar, [68] residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. Quo quidem tempore [70] ipso quidam homines, et [71] iidem illi, quos sæpe [72] nutu [73] significatio neque [74] appello, cum se [75]

pungat, irritet, offendat. 32 Ut Cato et ejus amici. 33 Clodium. 34 Interdum. 35 Seorsum ab aliis, ducerent, quasi de gravibus seriisque rebus cum eo deliberaturi. 36 Hilariter. 37 Nobiles, volentes mihi facere quod doleret. 38 Sibi charum, cum quo in gratiam redierant. 39 Clodium, inimicum meum. 40 Vatinium, quem venuste *alium Publium* vocat, quia æque, ut Clodius, infestus erat virtutibus et optimatibus. 41 Altero Publio. 42 Nobilium hominum. 43 Ad iram provocatus. 44 Modica offensa vicissim pungere. 45 Sine effectu. 46 Illud. 47 Repungo animos eorum. 48 Sine ulla cujusquam reprehensione. 49 Rationem reconciliationis de Vatinio, i. cur Vatinium defenderim, cognovisti. *Habes*, inquit; quia, quæ audimus, accipimus. 50 Rationem. 51 Crasso. 52 Grata comunicatio et benevolentia mutua esset. Vetus inter eos fuerat simultas, vel exorta Cicerone consule, cum Crassus Catilinæ consiliorum particeps esse putaretur; vel multo ante, cum Cicero ab adolescentia sua Pompeji fautor extitisset, Crassumque sæpe in Pompejana laude perstrinxisset. 53 Ne quando privatis odiis publica impediretur utilitas. 54 Exstinxeram, aboleveram, consumpseram: contrita enim vim non habent. 55 Quia ipse defendit Gabinium de majestate et pecuniis repetundis reum, postquam ex Syria rediit. 56 Gabinium. 57 Tunc proxime transactis. 58 Defensionem Gabinii. 59 Toleravissem. 60 Cum eo in senatu. 61 Crassus acriter perstrinxisset. 62 Incensus sum. 63 Præsens iracundia. 64 Adhuc in pectore. 65 Crassi. 66 Cum in gratiam rediimus, nihil putavi reliquum esse odii. 67 Simul totum. 68 Residens adhuc in pectore. 69 Ipsum. 70 Quo Crasso adversarer. 71 Cato, et reliqui. 72 Indicio: de his enim sæpe jam locutus, neminem unquam nominavit. 73 Quadam per facta et mores eorum, non per propria nomina. 74 Voco. 75 Maximam læ-

maximum fructum cepisse dicerent ex [76] libertate mea, meque tum denique sibi esse visum reipub. [77] qualis fuissem, restitutum; cumque ea [78] contentio mihi magnum etiam [79] foris fructum [80] tulisset: gaudere se dicebant, mihi et [81] illum inimicum, et [82] eos, qui in [83] eadem causa essent, nunquam amicos futuros. Quorum iniqui sermones cum ad me per homines honestissimos perferrentur: cumque Pompejus ita contendisset, ut [84] nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam; Cæsarque per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet: habui non [85] temporum solum rationem meorum, sed etiam [86] naturæ: Crassusque, ut quasi [87] testata populo R. esset nostra gratia, pene a meis laribus in [89] provinciam est profectus. Nam cum mihi [90] condixisset, cœnavit [91] apud me in mei [92] generi Crassipedis hortis. Quamobrem ejus causam (quod te scribis audisse) magna [93] illius [94] commendatione [95] susceptam, [96] defendi in senatu, sicut [97] mea fides postulabat. [98] Accepisti, quibus rebus adductus, [99] quamque [1] rem [2] causamque defenderim, [3] quique meus in Repub. sit [4] pro mea parte [5] capessenda status. De [6] quo sic velim [7] statuas, me [8] hæc eadem [9] sensurum fuisse, [10] si

titiam. 76 Dicendi in Crassum summum virum: sc. quod, sedente Cn. Pompejo, dixerim me Bibuli fortunam, quam Vatinius afflictam putarat, omnibus triumphis victoriisque anteferre, etc. 77 Ex integro cum pristina libertate dicendi. 78 Cum Crasso. 79 Extra senatum, apud omnes homines. 80 Attulisset, i. bonam de me hominum opinionem auxisset. 81 Tam nobilem, sc. Crassum. 82 Pompejum et Cæsarem. 83 Communis erat causa Crassi, Cæsaris, Pompeji, qui ad ipsorum potentiam omnia referebant. 84 Sc. *contenderit*. 85 Earum calamitatum, quas olim pertuli, quia nimirum in rep. libere sensissem: quod ne iterum accideret, providendum fuit. 86 Meæ, quæ me ab omni contentione revocabat, quæque placabilis et exorabilis est, i. redii cum Crasso in gratiam. 87 Testimonio certo comprobata nostra reconciliatio. 88 Ædibus, cum et apud me cœnaverint, et in hortis generis mei, *lares* enim pro ædibus ponuntur, quia præesse putabantur ædibus. 89 Syriam, et contra Parthos. 90 Crassus in diem certum denunciasset se velle cœnare domi meæ. Propria in hac significatione vox, unde usitatum, *condicere cœnam, condicere ad cœnam*, i. se ipsum invitare, et *condicta cœna*, i. subita, tenuis, sine magno apparatu instructa. 91 Non domi meæ quod sæpius, quia cœnaverat Crassus non in Ciceronis ædibus, sed in hortis Furii Crassipedis, quos quasi suas ædes putat: ideo dixit etiam, *pene a meis laribus*. 92 Mariti Tulliæ filiæ meæ. 93 Crassi, qui mihi causam suam maximopere commendarat. 94 Laude. 95 A me. 96 Vide hac de re epist. 8. l. 5. 97 Post reconciliationem. 98 Intellexisti. 99 Unamquamque. 1 Id quod Cæsari et Pompejo placebat, quos offendere, temporibus admonitus, Cicero nolebat. 2 Vatinium et Crassum, quorum alterum, in judicio, alterum in senatu rogatu Cæsaris et Pompeji, defenderat. 3 Et qualis. 4 Quod ad me attinet. 5 Administranda et defendenda. 6 Statu meo in Rep. 7 Ut constituas. 8 Quæ nunc sentio. 9 Judicaturum in animo meo. 10 Si mihi pro meo sensu ac judicio Remp. capessere licuisset: id quod non

mihi integra omnia ac [11] libera fuissent. Nam neque [12] pugnandum arbitrarer contra tantas [13] opes, neque [14] delendum, etiam si id fieri posset, summorum civium principatum; neque [15] permanendum in [16] una sententia, [17] conversis rebus, ac [18] bonorum voluntatibus immutatis, sed [19] temporibus assentiendum. NUNQUAM enim [20] præstantibus in Repub. gubernanda viris laudata est in una sententia perpetua permansio: sed ut in [21] navigando tempestati [22] obsequi [23] artis est; etiam si portum [24] tenere [25] non queas: cum vero [26] id possis, [27] mutata velificatione, assequi, stultum est eum tenere cum [28] periculo cursum, quem ceperis, potius quam, [29] eo commutato, quo velis, tandem pervenire: sic, cum omnibus nobis in administranda Repub. propositum esse debeat id quod a me sæpissime dictum est, cum [30] dignitate [31] otium, non idem semper dicere, sed idem [32] semper [33] spectare debemus. Quamobrem, ut paulo ante [34] posui, si essent omnia mihi [35] solutissima, tamen in Repub. non alius essem, [36] atque nunc sum. Cum vero in [37] hunc sensum et [38] alliciar beneficiis [39] hominum, et [40] compellar [41] injuriis, [42] facile patior ea me de Repub. sentire ac dicere, quæ maxime cum mihi, [43] tum etiam Reip. [44] rationibus putem [45] conducere. Apertius autem hæc [46] ago ac sæpius, [47] quod et Quintus, frater meus, [48] legatus est Cæsaris, et nullum meum

licuit; cum me fratris mei fides, Pompeji Cæsarisque beneficia, optimatum injuriæ commoverint. 11 Per Pompejum et Cæsarem. 12 Esse mihi. 13 Crassi, Cæsaris et Pompeji, quod erat periculosum. 14 Esse, i. deleri oportere: quod ipsa Resp. nolle videretur. 15 Esse mihi. 16 Uno proposito. 17 Ad alium statum. 18 Civium. 19 Epist. 9. l. 4. *Tempori cedere, idest, necessitati parere, semper sapientis est habitum.* 20 Iis, qui optime administrandæ Reip. scientia præstiterunt: quia debent sese accommodare temporibus. 21 Navigatione. 22 Obtemperare. 23 Pertinet ad artem. 24 Assequi, obtinere ep. 1. Teneri *enim res aliter non potest.* 25 Quilibet nauta non queat. 26 Tenere portum. 27 Dispositione velorum mutata, i. obliquo cursu, non directo, qui erat institutus. 28 Submersionis aut naufragii. 29 Cursu tuo. 30 Honestate et splendore. Epist. 7. *Neque salutis nostræ rationem nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute.* 31 Tranquillitas vitæ. 32 Salutem Reip. quæ sententiam a nobis eamdem perpetuo non postulat. 33 Spectando conari assequi, more navigantium, qui non eumdem semper cursum tenent, sed eumdem tamen portum, licet mutata velificatione, semper spectant. 34 Dixi. 35 Liberrima. Soluta et libera Ciceronis voluntas non erat: cum et alliceretur Pompeji Cæsarisque beneficiis, et compelleretur optimatum quorundam injuriis. 36 Quam. 37 Hanc sententiam. 38 Blande inducar. 39 Pompeji et Cæsaris. 40 Violenter impellar. 41 Catonis, et reliquorum invidorum. 42 Ita loquebantur, cum aliquid se nec admodum libenter, nec moleste tamen facere significabat. 43 Multo magis. 44 Commodis, i. publicæ causæ, omnium libertati. 45 Utilia esse. 46 Tracto et dico, i. ita me sentire profiteor. 47 Quia. 48 Cum Cæsare in Galliam profectus, procon-

[49] minimum dictum, non [50] modo factum, [51] pro Cæsare [52] intercessit, quod [53] ille non ita [54] illustri gratia exceperit, ut ego eum mihi [55] devinctum [56] putarem. Itaque ejus omni et gratia, quæ summa est, et opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, ut meis. Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia [57] frangere, nisi cum [58] præsidiis iis, quæ semper habui, nunc etiam [59] potentium benevolentiam conjunxissem. His ego [60] consiliis si te præsentem habuissem ([61] ut opinio mea fert) essem usus eisdem. Novi enim temperantiam, et moderationem naturæ tuæ: novi animum tum mihi [62] amicissimum [63] tum nulla in cæteros malevolentia [64] suffusum, [65] contraque cum magnum et excelsum, tum etiam [66] apertum et [67] simplicem. Vidi ego quosdam in te [68] tales, quales tu eosdem in me videre potuisti. Quæ me [69] moverunt, movissent eadem te profecto. Sed quocunque tempore mihi [70] potestas præsentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum: tibi erit eidem, cui [71] salus mea fuit etiam [72] dignitas curæ. Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium [73] socium [74] comitemque habebis: neque mihi in [75] omni vita [76] res [77] tam erit ulla proposita, [78] quam ut [79] quotidie vehementius te de me optime meritum esse, lætere. [80] Quod rogas, ut mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim: [81] sunt [82] orationes quædam, quas [83] Menocrito [84] dabo, [85] neque ita multæ, ne [86] pertimescas. Scripsi etiam

sules enim semper legatos habebant, quorum opera et consilio et ductu in exercitibus utebantur, et provinciis administrandis. 49 Etiam minimum. 50 Solum. 51 Quod fecerim pro Cæsare. 52 Ad impetrandum aliquid a Cæsare. 53 Cæsar. 54 Perspicua et clara. 55 Obligatum. 56 Putare possem. 57 Debilitare. 58 Tutaminibus vitæ meæ, sc. doctrina, eloquentia, fide, constantia, integritate. 59 Virorum, Pompeji, Crassi et Cæsaris. 60 Cum inirem hæc consilia. 61 Ut opinor, quia tu eadem suasisses. 62 Itaque non dubito, quin ea voluisses, quæ meis conducere rationibus existimasses. 63 Multo magis. 65 Infectum, aspersumve. Translato verbo latere interdum in animo malevolentiam significat, ut aqua latet subter cutem fusa. 65 Et contrario. 66 Non dissimulatum. 67 Non fraudolentum. 68 Invidos. 69 Ut quibusdam in sententiis paulum me immutarem, meamque voluntatem ad summorum hominum dignitatem aggregarem. 70 Facultas. 71 Ut in patriam redirem. 72 Modeste petit, ut eundem se præbeat Lentulum in ejus tuenda atque augenda dignitate, quem in recuperanda salute præstiterat. 73 Tamquam parem. 74 Ut minorem. 75 Tota vita mea. 76 Aliqua. 77 Tantopere. 78 Quantopere. 79 Ut in dies magis ac magis me tibi gratissimum esse judices. 80 Quia. 81 Sc. ea. 82 Triennio scriptæ, ut pro L. Calpurnio Bestia, pro P. Sextio, in Vatinium, de provinciis consularibus, de haruspicum responsis, pro M. Cælio, A. Gabinio, quem rogatu Pompeji hoc anno defendit. 83 Tabellario, Lentuli liberto. 84 Portandas. 85 Sunt. 86 Eas perlegere. Et est jocose dictum, quasi multarum orationum lectio molestiam Lentulo allatura sit.

(nam ab [87] orationibus [88] disjungo me fere, referoque ad [89] mansuetiores Musas,[90] quæ me maxime, sicut jam a prima adolescentia delectarunt) scripsi igitur [91] Aristotelico more, [92] quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac [93] dialogo de Oratore, [94] quos arbitror Lentulo [95] tuo fore non inutiles.[96] Abhorrent enim a communibus præceptis: et omnem antiquorum et Aristoteleam et Isocrateam [97] rationem oratoriam [98] complectuntur. Scripsi etiam versibus [99] tres libros de temporibus meis: quos [1] jam pridem ad te misissem, si esse [2] edendos putassem. Sunt enim testes, et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum, meæque pietatis.[3] Sed quia verebar, non eos, qui se læsos arbitrarentur (etenim [4] id feci [5] parce et [6] molliter) [7] sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos, omnes nominare. Quos tamen [8] ipsos libros, si quem cui [9] recte committam, invenero, curabo ad te [10] perferendos. Atque istam quidem partem vitæ consuetudinisque nostræ totam [11] ad te defero. Quantum literis, quantum studiis, veteribus nostris delectationibus, [12] consequi poterimus, id omne [13] ad arbitrium tuum, qui [14] hæc semper amasti, libentissime conferemus. Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæque mihi commendas, ea tantæ mihi curæ sunt, ut me nolim admoneri: [15] rogari vero [16] sine magno dolore vis possim. Quod de Quinti [17] fratris negotio sribis, te priore æstate,[18] quod morbo impeditus in [19] Ciliciam non [20] transieris, [21] conficere non potuisse, nunc autem omnia facturum, ut [22] conficias: [23] id scito esse ejusmo-

87 Habendis. 88 Separo. 89 Ad ea studia, quæ domi culta, ad lenitatem atque humanitatem animos traducunt; cum orationes in foro habitæ contentionem habeant. Ergo *mansuetiores Musas*, i. in quibus nulla est contentio, quales sunt versus de astrorum ratione, quibus Aratum transtulit. 90 Musæ mansueriores delectant me. 91 Quia dialogos et Aristoteles composuit: *vel*, quia more quodam non vulgari, sed exquisito, qualis Aristotelis mos fuit, artis oratoriæ præcepta tradidit. 92 Quantum certe conatus sum. 93 Diversorum disputantium sermone: a verbo *διαλέγομαι*, i. *dissero, disputo*. 94 Libros. 95 Filio adolescenti. 96 Alieni sunt. 97 Quæ de arte dicendi Aristoteles et Isocrates præceperunt. 98 Continet. 99 De exilio, atque etiam reditu: in his enim Lentulum, optime de se meritum, nominavit. 1 Jam a pluseulo tempore. 2 Edi, i. emitti debere. 3 Ideo autem non misi eos libros ad te, quia verebar eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare: ellipsis. 4 Læsi aliquos. 5 Sobrie. 6 Leniter. 7 Sc. *verebar*. 8 Licet tales sint. 9 Sine periculo, tuto. 10 Ut perferantur. 11 Tibi transmitto, ad arbitrium tuum confero: ut se ipse interprotatur sequentibus verbis. 12 Præstare. 13 Omnes meorum studiorum fructus ad te deferam: ut iis arbitratu utaris tuo. 14 Studia literaria. 15 A te. 16 Rogari enim se qui amant, non patiuntur, et qui multum rogat, diffidere videtur. 17 Mei. 18 Quia. 19 Partem Lentuli provinciæ. 20 E Cypro. 21 Ipsum absolvere et expedire. 22 Absolvas. 23 Negotium.

di, ut frater meus vere existimet,[24] adjuncto[25] isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, et de Lentuli[26] tui[27] nostrique studiis et[28] exercitationibus, velim quam familiarissime certiorem, et quam sæpissime facias: existimesque neminem cuiquam neque cariorem neque jucundiorem unquam fuisse, quam te mihi: idque me, non modo ut tu[29] sentias, sed ut omnes[30] gentes, etiam ut posteritas omnis[31] intelligat esse facturum. Appius in[32] sermonibus antea[33] dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam, sese, si[34] licitum esset legem[35] Curiatam ferres[36] sortiturum esse[37] cum collega provinciam: si Curiata lex[38] non esset,[39] separaturum cum collega, tibique[40] successurum: legemque Curiatam consuli ferre[41] opus esse, necesse non[42] esse: se, quoniam ex S. C. provinciam haberet [43] lege Cornelia[44] imperium habiturum, [45] quoad in[46] urbem[47] introiisset. Ego, quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio: varias esse opiniones intelligo: sunt qui putent posse te non[48] decedere, quod sine lege Curiata tibi succedatur: sunt etiam, qui, si[49] decedas, a te relinqui[50] posse qui provinciæ præsit. Mihi non tam[51] de jure certum est (quamquam[52] ne id quidem valde dubium

24 Rebus suis. 25 Quem petit. 26 Filii naturalis. 27 Cura sc. 28 Oratoriis: declamando enim vel in scholis Rhetorum, publice profitentium, vel domestica disciplina adolescentes exercebantur. 29 Id. 30 Sentiant. 31 Per scripta, aut narrationes hominum. 32 Confabulationibus. 33 Frequenter dicebat. 34 Sibi, vel per tribunos plebis; nam consulibus legem Curiatam ferentibus, a tribunis plebis sæpe est intercessum. 35 Ad populum curiatim, i. per curias convocatum, latam; nam consuli, si legem Curiatam non habet, attingere rem militarem non licet. Curiæ autem, in quas Romulus populum distribuit ut in sua quisque curia sacra publica faceret, ferias observaret, triginta fuerunt. Ex his curiis cum populus, ut aliquid juberet aut judicaret, in unum locum coibat, *Curiata Comitia* vocabantur. Lex igitur Curiata Comitiis curiatis ferebatur de adoptione, et de imperio militari; si de adoptione, ferri poterat vel a tribuno plebis, vel a consule. 36 Se sortiturum esse. Consules vel sortiebantur provincias, vel comparabant inter se. 37 Cum eo, qui secum consul erat in annum sequentem, sc. L. Domitio Ænobarbo. 37 Non esset licitum Curiatam legem ferri, intercedente aliquo tribuno plebis. 39 Dixit se divisurum: al. *separaturum*, i. acturum, pacturum cum collega, ut ea sibi provincia daretur. 40 In Ciliciam: quod etiam contigit. 41 Utile et conveniens: quia sic uterque sorte, non judicio, provinciam aut urbem regendam obtinens suspicione ambitionis atque avaratiæ absolvebatur. 42 Consuli. 43 Quæ ipsum sine sortitione permittebat. 44 Sine armis: quibus uti non poterat, nisi qui Curiata lege imperium accepisset. 45 Donec. 46 Romam. 47 Tunc enim necesse erat imperium deponere. 48 Provincia. 49 De provincia. 50 Vicarium; ut reliquit Cicero Cœlium questorem. 51 Quid potius facere oporteat. 52 Ne de jure quidem dubitari valde potest, quin Appio, vel tibi sine curiata lege succedat, provinciam debeas concedere.

est) [53] quam illud ad tuam summam [54] amplitudinem, [55] dignitatem, [56] liberalitatem, qua te scio libentissime solere [57] frui, pertinere, te sine ulla mora provinciam successori concedere; præsertim cum sine suspicione [58] tuæ cupiditatis non possis [59] illius [60] cupiditatem [61] refutare. Ego utrumque puto [62] meum esse, [63] et, quod [64] sentiam, ostendere, et quod feceris defendere.

SCRIPTA jam epistola superiore, accepi tuas literas de [65] publicanis: [66] quibus [67] æquitatem tuam [68] non potui non probare: [69] felicitate quidem vellem, [70] consequi [71] potuisses, ne [72] ejus ordinis, quem semper ornasti, rem aut voluntatem [73] offenderes. Equidem non desinam [74] tua decreta defendere: sed nosti consuetudinem hominum: scis, quam graviter [75] inimici illi ipsi [76] Q. Scævolæ fuerint. Tibi [77] tamen sum [78] auctor, ut si quibus rebus possis, eum tibi [79] ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Id etsi [80] difficile est, tamen mihi videtur [81] esse prudentiæ tuæ. Vale.

X. [1] M. T. C. L. VALERIO JURISCONSULTO. S. D.

[2] Cur enim tibi [3] hoc non [4] gratificer, nescio; præsertim cum [5] his temporibus, audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo [6] no-

53 Quantum certum mihi est. 54 Pertinet hoc ad dignitatem senatoriam. 55 Qua tot magistratibus perfunctus es. 56 Consuetudinem in tribuendis officiis. 57 Ex ea voluptatem capere. 58 Multi enim diuturni imperii cupiditate flagrabant. 59 Successoris tui. 60 Ex eo manifestam, quod tibi etiam sine lege Curiata cogitat succedere. 61 Rejicere, provincia denegata. 62 Mei officii. 63 Simul. 64 Faciendam. 65 Publici vectigalis redemptoribus contra quos decretum ex voluntate provincialium Lentulus fecerat. 66 De quibus publicanis. 67 Qua eos condemnasti æquissime. 68 Coactus sum approbare. 69 Vellem, ut ita felix esse potuisses, nihil ut omnino contra ejus ordinis, quem semper ornasti, aut rem, aut voluntatem ageres. 70 Obtinere. 71 Æquitate id permittente. 72 Equestris sc., nam publicani plerumque erant equites. 73 Læderes. 74 Quæ contra eos decrevisti. 75 Qui etiam quæstorem ejus, P. Rutilium Rufum, quod cum Prætore suo consensisset, ne publicani aliquid agerent in provincia sua Asia, damnaverunt. 76 Auguri, Crassi socero. 77 Tametsi contra eos judicasti. 78 Consiliator et admonitor, i. te hortor. 79 Publicanorum. 80 Quia turpe est, decreta, præsertim justa, revocare. 81 Pertinere ad prudentiam tuam, sc. ut possis id honeste efficere inventa bona aliqua ratione, quæque difficillima superare potest, ut eum ordinem tibi aut reconcilies, aut mitiges.

1 Epistola hac jocatur Cicero cum Valerio Jurisconsulto: totaque est salibus plena, si illud unicum excipias, quo se Lentulo gratias egisse testatur pro officiis Valerio præstitis. 2 Sensus horum verborum ex titulo pendet: cum enim ita inscripsisset, VALERIO JURISCONSULTO, subjunxit jocans: nam Jurisconsultum cur te non appellem nescio, etiamsi Jurisconsultus valde non sis. 3 Ut te jurisconsultum appellem. 4 In gratiam tuam faciam, aut dicam. 5 Tam corruptis. 6 Sc. *amico*, Ciliciam ad-

stro egi per literas [7] tuo nomine gratias diligenter: sed tu velim [8] desinas jam nostris literis uti, et nos [9] aliquando [10] revisas, et [11] ibi malis esse, ubi aliquo [12] numero sis, quam [13] istic, ubi [14] solus sapere videare. [15] Quanquam qui [16] istinc nunc veniunt, [17] partim te superbum esse dicunt, quod nihil [18] respondeas, partim contumeliosum, quod male respondeas. Sed jam cupio tecum [20] coram jocari. Quare fac, ut quam primum venias: neque in Apuliam [21] tuam accedas, [22] ut possimus, salvum venisse gaudere. Nam, [23] illo si veneris, [24] tanquam [25] Ulysses, cognosces tuorum neminem. Vale.

LIBER SECUNDUS.

I. M. T. C. C. CURIONI S. D.

[1] Quanquam me [2] nomine [3] negligentiæ [4] suspectum tibi esse doleo, tamen non [5] tam mihi molestum fuit [6] accusari abs

ministranti. 7 Pro te. 8 Sc. *ut*. 9 Tandem. 10 Iterum visum venias. 11 Sc. Romæ. 12 Pretio, i. ubi alii quoque jurisprudentiam tenent; *aliquo numero, nullo numero esse* phrases romanis familiares pro in aliqua, nulla existimatione aut honore esse: ipse Cicero Orat. Philip. 3. *Tuæ conjugis bonæ feminæ, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo* nullo numero, et lib. 1. epist. 1. ad Q.F. *Accensus sit eo* numero, *quo eum majores nostri esse voluerunt*, i. pretio. 13 In provincia Cilicia. 14 Cum jurisconsultus ibi solus sis. 15 Tametsi illi. 16 Ab isto loco, ubi es. 17 Jocus est in his verbis et abstrusus, et elegans; vult enim innuere, ideo nihil eum respondere, non quod superbus sit, sed quod aut eum nemo consulat, cum homines bonum jurisconsultum non existiment; aut si quis consulat, nullum auferat responsum ob ejus ignorantiam; ideo antem male respondere, non quod contumeliosus, sed quod imperitus et indoctus. Proprium vero jurisconsultorum est, de jure consulentibus respondere. Similis jocus est in Trebatium epist. 16. l. 7. *Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant: quod negent te percunctantibus respondere.* 18 Consulas, vel des consilium. 19 Inferre multas contumelias. 20 In præsentia. 21 Sc. *patriam*. 22 Quod in Apulia tua nemo poterit: cum nec propinquum ibi, nec amicum habeas. 23 In Apuliam tuam. 24 Sc. *esses*. 25 Qui post decem annorum bellum ad Trojam, et totidem annorum per Oceanum errorem ad suos reversus, et a nemine agnitus fuit. Licet autem a nemino sit cognitus, neminemque cognosceret, canes tamen, teste Homero, caudarum adulatione adventum domini exceperunt.

1 Hanc Epistolam ad Curionem adolescentem scribit Cicero, cum adhuc in Africa magistratum gereret: respondens accusatoriæ epistolæ, qua Ciceronem tarditatis in scribendo accusarat, significans accusationem illam ex amore profectam, tametsi immeritam, non ingratam esse: deinde ad virtutem incendit adolescentem. 2 Ratione, causa, prætextu: ut epist. 12. l. 12. *Hæc a te peto, non solum Reip. quæ tibi fuit semper carissima, sed etiam amicitiæ nostræ nomine.* 3 Quod non scripserim ad te. 4 Non enim aperte negligentiam nominaverat Curio, sed, cum quereretur de infrequentia literarum, causam indicabat esse negligentiam. 5 Tantopere. 6 Cul-

te officium meum, quam [7] jucundum [8] requiri: præsertim cum, in quo accusabar, culpa [9] vacarem: in quo autem desiderare te significabas meas litteras [10] præ te ferres [11] perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem et optatum [12] amorem tuum.[13] Equidem neminem prætermisi, quem quidem ad te perventurum putarem, cui literas non dederim.[14] Etenim quis est tam in scribendo [15] impiger,[16] quam [17] ego? a te vero, bis terve [18] summum, et eas [19] perbreves accepi.[20] Quare si iniquus es in me [21] judex, condemnabo eodem ego te crimine: [22] sin me id facere noles, te mihi [23] æquum præbere debebis. Sed de literis hactenus: non enim vereor,[24] ne non scribendo te expleam; præsertim si in eo [26] genere [27] studium meum non aspernabere. Ego, te [28] abfuisse [29] tamdiu a nobis,[30] et doleo,[31] quod carui [32] fructu jucundissimæ [33] consuetudinis tuæ: [34] et lætor, quod absens [35] omnia cum maxima dignitate [36] es consecutus: quodque in omnibus tuis rebus, meis [37] optatis fortuna respondit.[38] Breve est, quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor [39] cogit. Tanta est exspectatio vel [40] animi vel [41] ingenii tui, ut ego te [42] obsecrare [43] obtestarique [44] non dubitem,[45] sic ad nos [46] confirmatus revertare, ut, quam exspectationem tui [47] concitasti, hanc [48] sustinere ac [49] tueri possis. Et,[50] quoniam meam tuo-

pari nomine negligentiæ. 7 Sc. *fuit*. 8 Officium meum exigi abs te: quia præ te fers perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem, et optatum amorem tuum. 9 Vacuus essem: cum neminem prætermiserim, cui literas ad te non dederim. 10 Indiciis manifestis ostenderes. 11 Agnitum tempore exilii mei. 12 In me. 13 Certe. 14 Nam certe. 15 Diligens. 16 Quantum. 17 Sc. *sum*? Q. d. nemo. 18 Ut plurimum, omnino. 19 Valde breves. 20 Quamobrem. 21 Condemnando me tarditatis. 22 Sed si. 23 Sc. *judicem*; non accusare me, cum omnino culpa vacem. Epist. 2. l. 5. *A te peto, ut tu quoque æquum te judicem dolori meo præbeas.* 24 Sc. *scripsi*. Q. d. confidenter. 25 Ut, i. non enim dubito, quin scribendo te saltem, tibi satisfaciam. Sic lib. 5. ep. 12. Expletur *animus jucundissimæ lectionis voluptate*. 26 Scribendi amico. 27 Diligentiam meam. 28 Erat Curio in Asia. Epist. 6. 29 Multis mensibus: nam post annum e provincia decedebant. 30 Simul. 31 Quia. 32. Voluptate. 33 Conversationis. 34 Simul. 35 Expectanda. 36 In ipsa provincia: cum te istic omnes diligant, atque laudent. 37 Votis, i. ea, quæ optabam, ad exitum fortuna perduxit. 38 Quod me facere meus in te amor cogit, ut tibi præcipiam, id faciam breviter, quandoquidem omnibus tuis in rebus meis optatis fortuna respondet. 39 Necesse non erat; sed amor coegit: nec mediocris amor, qui cogere non potest; sed incredibilis. Amovet ergo a se culpam temeritatis, quod ei præcipere audeat, cujus adjuncta virtuti fortuna sit. 40 Voluntatis. 41 Intellectus et industriæ tuæ. 42 Ob sacra, utpote ob amicitiam, rogare. 43 Per te ipsum precari. 44 Quia futurum spero. 45 Sc. *ut*. 46 Animo firmo contra voluptates, et ad sustinendam expectationem bene parato. 47 Commovisti. 48 Exhibere. 49 Protegere, conservare, i. ut tantus redeas quantum te rediturum indoles tua et cœpta studia pollicentur. 50 Quoniam me-

rum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio; te rogo, ut memineris,[51] quantæcumque tibi accessiones fient et fortunæ et dignitatis, [52] eas te non potuisse consequi, nisi meis [53] puer olim fidelissimis atque [54] amantissimis consiliis [55] paruisses. Quare [56] hoc animo [57] in nos esse debebis, ut ætas nostra jam [58] ingravescens in amore atque in [59] adolescentia [60] conquiescat tua. Vale.

II. [1] M. T. C. C. CURIONI S. D.

[2] Gravi teste [3] privatus sum [4] amoris summi erga te mei, [5] patre tuo,[6] clarissimo viro : [7] qui, cum suis laudibus, tum vero [8] te filio, superasset omnium fortunam, si ei [9] contigisset, ut te ante [10] videret, quam e vita discederet. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi [11] patrimonium dii [12] fortunent. Me certe habebis, cui carus æque sis et perjucundus, [13] ac fuisti patri. Vale.

III. [1] M. T. C. CURIONI S. D.

[2] Rupæ [3] studium non defuit [4] declarandorum munerum tuo nomine : sed nec mihi placuit, nec cuiquam tuorum, quid-

rita tua nunquam obliviscar, sc. tempore furoris Clodiani; itidem debes, quæ tibi olim puero præceperim, quibus te rationibus ad laudem incitaverim in omni vel fortunæ, vel dignitatis accessione recordari. Parem ergo gratiam reposcit in memoria meritum. 51 Quantacumque incrementa. 52 Accessiones. 53 Cum esses adhuc puer. 54 Ob amorem tui datis. 55 Obedivisses, quando te monebam, ut honores, quam opes, consequi malles : *vel*, quando tibi auctor fui, et patri, ut te a M. Antonii familiaritate prohiberet : lege Philip. 2. 56 Hujusmodi. 57 Scripsit hanc epistolam annos 54 natus. 58 *Ingravescit ætas*, cum deficientibus jam corporis viribus tardius amoventur membra. 59 Non modo sumpta virili toga, quæ prætexta deposita, sumi solita est, absoluto ætatis anno 16. sed etiam post annum 30. adolescentes vocabantur. 60 Ut me curarum publicarum oneribus quæ jam ingravescens ætas ferre vix posset, amore ac studio leves; nihil enim jucundius est senibus, quam videre adolescentes, qui optime volunt virtuti incumbere.

1 Significat sibi dolori esse mortem patris Curionis oratoris clarissimi. 2 Fido digno. 3 Curionem enim adolescentem in gratiam irati patris Cicero sua auctoritate reduxerat. 4 De summo amore meo erga te. 5 C. Scribonio Curione. 6 Consulatu, quem cum Cn. Octavio gessit, eloquentia, et rebus gestis in Macedonia, de qua etiam triumphavit. 7 Pater tuus conscius amoris in te mei, et ita optimus testis. 8 Eo quod habuisset te filium. 9 Datum fuisset a diis. 10 Reversum ex Asia. 11 Quod relictum est a patre. 12 Secundent et prosperum faciant. 13 Sicut.

1 Respondet petitioni Curionis, qui petierat significari se populo romano ludos funebres pro obitu patris exhibiturum, quam rem Cicero cur non fecerit docet. 2 Liberti Curionis nomen, cui id mandatum erat. 3 Diligens cura. 4 Exhibendorum, promittendorum spectaculorum gladiatorii certaminis populo quasi pro munere in funere patris tui. Munera populo

4

quam te absente fieri, quod tibi, cum [5] venisses, non esset [6] integrum. Meam quidem sententiam aut scribam ad te posteà [7] pluribus, aut, ne ad eam [8] meditere,[9] imparatum te offendam,[10] coramque contra istam [11] rationem,[12] meam dicam: ut aut te in meam sententiam adducam, aut [13] certe [14] testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim: ut, si [15] quando ([16] quod [17] nolim) [18] displicere tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordari. [19] Brevi [20] tamen sic [21] habeto: [22] in eum statum temporum tuum reditum incidere, ut [23] iis bonis, quæ tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, quæ sunt in Repub. amplissima, consequi possis, quam [24] muneribus, [25] quorum neque [26] facultatem quisquam admiratur ([27] est enim [28] copiarum, non virtutis) neque quisquam est, quin [29] satietate jam defessus sit. Sed aliter,[30] atque [31] ostenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quare omnem hanc disputationem [32] in adventum tuum differo.[33] Summa scito in exspectatione te esse, eaque a te expectari,[34] quæ a summa virtute, summoque ingenio exspectanda sunt.[35] Ad quæ si es, ut [36] debes, [37] paratus (quod ita esse confido) plurimis maximisque [38] muneribus

dabant, gratiam ejus aucupantes, cum vel gladiatorum certamina præberent, vel nummos dividerent, vel epulum darent, aut aliquid ejusmodi. Curio in funebri patris munere, præter cætera, ludos dedit, et in iis pantheras, ut scripsit Cœlius epist. 6. et 7. l. 8. sed plerumque gladiatorum paria populo in arena exhibebantur: credebant enim veteres superstitiosi, et fraude dæmoniorum decepti sanguinis effusionem defunctorum manibus gratam. Lege Plin. l. 36. c. 15. 5 Ex Asia. 6 Intactum: ut, si concilium nostrum probares, mutare sententiam posses. Verebatur Cicero, ne, muneribus dandis, æris alieni plurimum Curio contraheret. 7 Sc. *verbis*. 8 Exercendo te cogites. 9 Omnino improvisum, et non admonitum. 10 Et tibi præsenti. 11 Sc. *tuam*, qua tu adductus, danda hæc populo munera existimas, i. tecum disceptabo. 12 Qua mihi non probantur hujusmodi munera. 13 Saltem, si non adduxero. 14 Protestatum. 15 Aliquando. 16 Quam rem. 17 Accidere. 18 Putat Cicero futurum, ut aliquando Curionem pœniteat eorum sumptuum, quos in his muneribus fecerit, quod ita contigit. Nam, cum, præstituta die, creditoribus suis Curio satisfacere non posset, intercalationem, i. prorogationem temporis, a Pontificibus petiit: quam cum non obtinuisset, addixit se, suamque sententiam Cæsari, deserto patrocinio: epist. 9. l. 8. 19 Narratione. 20 Nihilominus, licet aut pluribus alias aut nihil tecum de ea re agore constituerim. 21 Sic existima et crede: epist. 6. *Unum hoc* sic habeto. 22 Cum Resp. defensoribus egeret, paucis jam omnia tenentibus. 23 Per ea bona. 24 Largitionibus numerum arenæ. 25 Munerum. 26 Cum dantur amplissima. 27 Ea facultas. 28 Opulentiæ; nemo enim copias admiratur, quas facillime sordidi homines atque improbi consequuntur. 29 Spectandi ea: cum sæpe hujusmodi munera populo darentur. 30 Quam. 31 Indicaveram me facturum. 32 Usque ad. 33 Scito te maximopere desiderari. 34 Quæ ab iis, qui virtute ingenioque excellunt, expectanda sunt. 35 Exhibenda. 36 Esse. 37 Voluntate ac studio. 38 Re, quæ gra-

et nos amicos, et cives tuos universos, et Rempub. afficies. Illud profecto cognosces, mihi [39] te neque cariorem, neque jucundiorem esse quemquam. Vale.

IV. M. T. C. CURIONI S. D.

[1] Epistolarum genera [2] multa esse non ignoras, sed unum illud certissimum, cujus causa inventa [3] res ipsa est, [4] ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut [5] nostra, aut [6] ipsorum [7] interesset. Hujus generis literas a me profecto non exspectas. Tuarum enim rerum domesticarum habes et scriptores et nuntios, in meis autem rebus nihil est sane novi. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant, unum familiare et jocosum, alterum severum et grave. [8] Utro me minus deceat uti, non intelligo. [9] Jocerne tecum per literas? civem mehercule non puto [10] esse, qui [11] temporibus his ridere possit. An gravius aliquid scribam? quid est, quod possit graviter [12] a Cicerone scribi ad Curionem, nisi de republica? Atque [13] in hoc genere [14] hæc mea causa est, ut neque ea, quæ [15] nunc sentio, velim scribere. Quamobrem, quoniam mihi [16] nullum scribendi argumentum relictum est, utar [17] ea clausula, qua soleo, teque [18] ad studium summæ laudis cohortabor. Est enim tibi [19] gravis adversaria constituta et parata, incredibilis quædam exspectatio, quam tu una re facillime vinces, si hoc [20] statue-

tior erit, quam si dederis plurima et maxima munera, tacite enim significat, non debere Curionem in iis muneribus, quæ populo dare cogitabat, spem suæ dignitatis collocare, sed in Remp. sua studia conferre, quo sibi civitatis universæ benevolentiam esset comparaturus. 39 Quam tu es.

1 Graphice proponit tria esse epistolarum genera, quorum cum nullo sibi esse utendum censeat, ne nihil scribat, Curionem ad virtutis amorem accendit, docens illi necessarium esse propter ingentem expectationem populi romani de se, non vulgarem exercere virtutem. 2 Quia tria. 3 Epistola. 4 Ut cum absentibus tanquam præsentibus colloqueremur. 5 Qui scribimus. 6 Ad quos scribimus. 7 In re et utilitate aut damno esset. 8 Quo horum duorum. 9 Non decet ut jocer tecum per literas, et ita jocoso utar genere. 10 In tota urbe. 11 Ad exitium Reip. spectantibus. 12 Nam a senatore et viro consulari ad senatorem. 13 In hoc de Rep. argumento. 14 Hic status meus est. 15 Nedum quæ futura puto, hoc enim dicit Cicero, se non modo, non quæ futura conjiciat, quasique jam divinet, sed ne præsentia quidem, quæque in dies videntur sentiunturque, velle scribere, ne se. Cæsarem et Pompejum, principes cives, sibi amicos, offendat, si in alienas manus literæ inciderint: al *non*, i. nolo de Rep. scribere ea, quæ non probo. 16 Nulla scribendi materia relicta est mihi. 17 Eo, quod epistolam claudit. 18 Ad tuendam Remp. ex quo manat summa laus. 19 Sic enim nobis, ut cum acerrimo inimico, cum expectatione pugnandum est; iis autem, qui nulla in expectatione sunt, licet esse otiosis. 20 Si constitueris in animo tuo, in iis artibus esse elaborandum, quibus eæ laudes comparantur,

*

ris, quarum laudum gloriam adamaris,[21] quibus artibus [22] eæ laudes [23] comparantur, in [24] iis [25] esse elaborandum.[26] In hanc sententiam scriberem plura, nisi te [27] tua sponte satis [28] incitatum esse confiderem: et [29] hoc quidquid attigi, non feci [30] inflammandi tui causa, sed testificandi [31] amoris mei. Vale.

V. M. T. C. CURIONI S. D.

[2] Hæc negotia quomodo se habeant,[3] ne epistola [4] quidem narrare audeo tibi. Etsi ubicumque es (ut scripsi ad te antea)[5] *in eadem es navi;* tamen, quod [6] abes,[7] gratulor, vel quia non vides ea, quæ [8] nos, vel quod excelso et [9] illustri [10] loco sita sit laus tua,[11] in plurimorum et [12] sociorum et [13] civium conspectu, [14] quæ ad nos nec obscuro, nec [15] vario sermone, sed et clarissima et una omnium voce perfertur. Unum illud nescio, gratulerne tibi, an [16] timeam, quod mirabilis est exspectatio reditus tui: [17] non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non [18] respondeat; [19] sed mehercule, ne, cum veneris, non habeas jam, quod cures: ita sunt omnia debilitata jam, [20] prope et extincta. Sed hæc ipsa, nescio, [21] rectene sint literis commissa; [22] quare cætera cognosces ex aliis. Tu tamen, sive habes aliquam spem [23] de Repub. sive [24] desperas, ea para,[25] meditare, cogita, quæ esse

quarum gloriam adamaveris; facillime vinces gravem adversariam, sc. exspectationem. 21 Nempe moralibus virtutibus, justitia, fortitudine, temperantia, quibus et nobis ipsis, et patriæ consulimus. 22 Ejusmodi. 23 Acquiruntur. 24 Artibus. 25 Tibi. 26 Ad formam hujus sententiæ. 27 Spontanea voluntate. 28 In optimarum actionum cursu, ut ad propositam egregiis civibus laudem pervenias. 29 Hujusmodi. 30 Incitandi. 31. Erga te.

1 Gratulatur Curioni, quod absit a tanta Reip. perturbatione, cum neque vexationes ejus videat, neque absens summa laude privetur. Deinde monet, ut ita instructus redeat, ut possit Remp. pristinæ dignitati restituere. 2 Sc. reipublicæ nostræ, i. quo in statu Resp. sit, qui sit rerum urbanarum, et Reip. status. 3 Non etiam, non saltem epistola, tantum abest, ut per nuntios audeam significare, qui sæpe produnt eorum fidei commissa. 4 Quæ literæ non exstant. 5 In eodem seu communi periculo, ut sunt, qui in eadem navi periclitantur. 6 Ab urbe, erat enim in Asia. 7 Tibi de tuo bono applando. 8 Videmus. 9 Perspicuo et claro. 10 Sc. *in*. 11 Utpote in plurimorum, etc. 12 Imperium romanum in cives et socios dividitur; sociorum plura genera, Latini, Italici, provinciales, quorum Latini jure et conditione Italis reliquis præstabant, Itali vero provincialibus. 13 Cives quoque distinguntur vel familiis, cum alii patricii, alii plebeji sint; vel ordine, cum alii senatores, alii equites, alii de plebe; vel jure, cum alii ingenui, alii libertini. 14 Laus tua. 15 Vacillante. 16 Timere debeam. 17 Ideo timeam. 18 Satisfaciat, i. ea sit, quam homines futuram putant: epist. 1. *Meis optatis fortuna* respondit. 19 Ideo timeam. 20 Quasi. 21 An decenter. 22 Quamobrem, quia de his dubito. 23 Restituenda. 24 De ea. 25 Meditamur quieti, cogitamus majore quodam mentis motu.

in eo [26] cive, ac viro debent, qui sit Rempub. afflictam et oppressam miseris temporibus, ac perditis moribus in veterem [27] libertatem ac dignitatem [28] vindicaturus. Vale.

VI. M. T. C. CURIONI S. D.

[1] Nondum erat auditum, te ad Italiam [2] adventare, cum Sextum Villium, Milonis [3] mei familiarem, cum his ad te literis misi. Sed tamen, cum appropinquare tuus adventus putaretur, et te jam ex [4] Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, ut non vereremur, ne nimis cito mitteremus, cum has ad te quamprimum perferri literas [5] magnopere vellemus. Ego, si mea [6] in te essent officia solum, Curio, tanta, quanta magis a te ipso prædicari, quam a me ponderari solent, verecundius a te, si qua magna res mihi petenda esset, [7] contenderem. [8] GRAVE est enim homini [9] pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet, ne id quod petat, [10] exigere magis, quam rogare, et in mercedis potius, quam [11] beneficii loco [12] numerare videatur. Sed quia [13] tua [14] in me, vel [15] nota omnibus, vel [16] ipsa novitate meorum temporum [17] clarissima et maxima exstiterunt, ESTQUE [18] animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere, [19] non dubitavi id a te per literas petere, quod mihi omnium esset maximum, [20] maximeque necessarium. [21] Neque enim sum veritus, ne sustinere tua [22] in me [23] vel innumerabilia beneficia non possem; cum præsertim confiderem, nullam esse gratiam tantam, quam non vel [24] ca-

26 Indiget enim Resp. non optimis tantum civibus, sed fortibus etiam viris. 27 Quas amisimus. 28 Asserturus seu restituturus.

1 Multo artificio Cicero Milonis causam commendat Curioni, ut illius consulatus et dignitas tamquam sui ipsius curæ sit. 2 Quotidianis itineribus accedere et appropinquare. 3 Sc. *amici*. 4 In qua fuerat cum potestate. 5 Magna cura et diligentia. 6 Erga. 7 Obnixe, studiose peterem. 8 Molestum. 8 Habenti pudorem, verecundo, modesto, quem ab omni turpitudine removet pudor. 10 Violenter postulare. 11 Gratis facti. 12 Illud. 13 Beneficia. 14 Erga. 15 Quia multa, et maxima. 16 Propter ipsam raritatem temporum meorum, i. eorum, quæ acciderunt temporibus meis, i. in exilii calamitate; magni enim refert, quo quidque tempore agatur, cum possit eamdem actionem ratio temporis vel obscurare, vel illustrare. 17 Evidentissima. 18 Sc. *officium*, i. pertinet ad animum ingenuum, i. minime servilem. 19 Ideo non sum veritus. 20 Multa enim maxima sunt, nec tamen necessaria; aut, si necessaria, non tamen maxime necessaria. 21 Speravi enim futurum, ut possem, speravi me posse. 22 Erga. 23 Etiam. 24 Comprehendere, i. non ita angusto animo sum, ut vel amplissimam gratiam capere non possim. *Capitur* autem *animo gratia*, cum nullam ejus partem effluere, ac perire patimur, sed totam complectimur, ut aliquando, quantum accepimus, tantundem refe-

pere animus meus [25] in accipiendo, vel in remunerando [26] cumulandoque [27] illustrare possit. [28] Ego omnia mea studia, omnem [29] operam, [30] curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis [31] consulatu [32] fixi, et locavi : [33] statuique in eo me non [34] officii solum [35] fructum, sed etiam [36] pietatis laudem debere quærere. Neque vero cuiquam salutem, ac [37] fortunas suas tantæ curæ fuisse umquam puto, [38] quantæ mihi sit honos [39] ejus, in [40] quo [41] omnia mea [42] posita esse decrevi. [43] Huic [44] te unum tanto adjumento esse, si volueris, posse intelligo, ut nihil sit [45] præterea nobis requirendum. Habemus [46] hæc omnia; [47] bonorum [48] studium, [49] conciliatum ex [50] tribunatu, [51] propter nostram ([52] ut spero te intelligere) causam; [53] vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam [54] munerum, [55] liberalitatemque naturæ; [56] juventutis, et [57] gratiosorum in suffragiis, propter ipsius excellentem in [58] eo genere vel [59] gratiam vel [60] diligentiam; [61] noramus.

25 Cum acciperet. 26 Et augendo eam, i. meus animus is est, qui non modo capere quamvis gratiam, sed remunerare etiam, atque adeo majore gratia cumulare possit. 27 Illustriorem facere; obscura sæpe beneficia sunt, quia nulla consequitur remuneratio: patent et illustrantur ea, quæ grato animo compensantur, præsertim si, quod acceptum est, pleniore etiam mensura reddatur: quod, *cumulare gratiam*, Cicero dixit. 28 Post longam insinuationem tandem aperit, quid petat. 29 Sc. *meam*. 30 Sc. *omnem*. 31 Quem tunc cum P. Plaucio Hypsæo, et Q. Metello Scipione, Pompeji socero, petebat omissa prætura. 32 Firmavi: sic Philip. 7. *Nisi talis Consul esset, ut omnes vigilias, curas, cogitationes in Reip. salute* configeret. 33 Et constitui. 34 Bene locati. 35 Utilitatem. 36 Non id solum quærere me decet, ut officio satisfaciam, et, quod debeo, præstem: non hoc uno delector, in quo officii fructus est; sed pietatis laudem expeto, quia tanta est Milonis erga me meritorum magnitudo, ut non tamquam in amicum, sed tamquam in parentem pius esse debeam. 37 Rem familiarem, divitias: ut epist. 7. l. 4. *Impetum prædonum in tuas* fortunas *fieri nolo*. 38 Curæ. 39 Milonis. 40 Honore ejus. 41 Omnes meas fortunas, et omnem vitæ meæ statum ac salutem ita volui in illo posita esse, ut ex illo penderent. 42 Sic Tusc. 5 *Qui autem potest esse celsus et erectus, et ea, quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens (qualem sapientem esse volumus) nisi omnia sibi* in se posita esse *censebit*? 43 Hujusmodi amico meo. 44 Ideo tam diligenter a te peto. 45 Præter te unum. 46 Adjumenta. 47 Civium. 48 Favorem. 49 Conquisitum Miloni. 50 Ejus quem decenter gessit, Lentulo Spinthere, et Metello Nepote coss. 51 Quia causam meam suscepit, meque ab exilio revocandum præter cæteros curavit. 52 Bonis enim gratissimum fuisse reditum meum non ignoras. 53 Et studium vulgi, etc. 54 Quæ populo dederat in ædilitate curuli. 55 Naturam Milonis. 56 Et studium juventutis, i. multitudinis juvenum. 57 Eorum, qui habent multam gratiam et prærogativam. 58 Hominum conciliando, vel in suffragiis. Sæpe ita loquitur Cicero, cum nominatam proxime rem intelligit: ut epist. 1. et 4. 59 Qui enim gratia valet, reliquos etiam, qui gratiosi sunt, sui studiosos habet, cum intelligant officiis officia compensari posse. 60 Excellit diligentia, cum prensandum est, et concilianda populi voluntas. 61 Et propter nostram suffragationem.

stram suffragationem, [62] si minus potentem, [63] at [64] probatam tamen et [65] justam, et [66] debitam, et propterea fortasse etiam gratiosam. [67] Dux nobis et [68] auctor [69] opus est, et eorum [70] ventorum, quos proposui, moderator quidam, et quasi gubernator: [71] qui si ex omnibus unus optandus esset, quem tecum conferre possemus, non [72] haberemus. [73] Quamobrem, si me [74] memorem, si [75] gratum, si bonum virum, [76] vel ex [77] hoc ipso, quod tam vehementer [78] de Milone laborem, [79] existimare potes: si [80] dignum denique tuis beneficiis judicas, hoc a te peto, ut subvenias huic meæ sollicitudini, ut huic [81] meæ laudi, vel (ut verius dicam) [82] prope saluti tuum studium [83] dices. De ipso [84] T. Annio tantum tibi polliceor, te majoris animi, [85] gravitatis, constantiæ, [86] benevolentiæ erga te, si [87] complecti hominem volueris, habiturum esse [88] neminem. Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adjunxeris, ut eumdem te facile agnoscam fuisse in [89] laude mea, qui fueris in [90] salute. Ego, [91] ni te [92] videre scirem, cum hæc ad te scriberem, quantum [93] officii sustinerem, quantopere mihi esset in hac [94] petitione

62 Licet. 63 Certe. 64 Quod erga virum optimum. 65 Quia Miloni consulatus
quasi recte factorum præmium debetur. 66 Ejus in me meritis. 67 Quem se-
quantur ii, quos proxime nominavi. 68 Hujus petitionis, quo auctore Milo-
ni consulatum deferant. 69 Necessarius. 70 Aurarum, i. favorum et suffra-
giorum, quæ sæpe facillime, ut venti, levi momento mutantur. Ventis com-
parat bonos, plebem, gratiosos in suffragiis, quos jam nominavit. 71 Mo-
derator et gubernator. 72 Quempiam. 73 Hactenus exposuit, quid cupiat,
et quam valde cupiat, et quid sperandum sit, et quid Curio possit, nunc ad
petitionem ingreditur, et primum de se ipso, quo magis Curio moveatur,
tum de ipso Milone omnia pollicetur. 74 Beneficii habendi in animo. 75 In
beneficio referendo. 76 Etiam. 77 Facto meo; magnum enim bonitatis ar-
gumentum, cupiditas gratiæ referendæ. 78 De honore Miloni augendo so-
licitus sim. 79 Judicare. 80 Me. 81 Laudabor enim, ut prius erga eum, cu-
jus præcipue studio salutem recuperavi. 82 Quia licet vere non agatur mea
salus in Milonis honore, ego tamen ita laboro, ut in eo propemodum salu-
tem meam positam esse decreverim. 83 Dedices aut dedas, et quasi con-
secres, et proprium facias, ut ea, quæ diis immortalibus consecrantur,
quæ deinde non licet amovere. Constantiam igitur et perpetuitatem simul
cum studio erga Milonem a Curione petit. 84 Milone. A. Tito Annio, avo
suo materno, adoptatus, prænomen et nomen inde sumpsit. 85 Quoniam,
ubi quid defendendum suscepit, non facile sententiam mutat. 86 Q. d. Ita
te Milo diliget, ut ab eo expectare omnia possis. 87 In amicitiam tuam ac-
ceptare, tua in eum studia conferre: sic epist. 8. *Da te homini*, comple-
ctetur, *mihi crede*. 88 Sc. *quam istum*. 89 Quam ex pietatis opinione conse-
quar. 90 Mea, i. in recuperando reditu ab exilio, cum tibi quoque, resti-
tutus ab exilio, acceptam referam salutem meam. 91 Nisi. Est hic tamquam
epilogus epistolæ, quo superiora pene omnia brevi oratione colliguntur.
92 Perspicere. 93 Milonis, i. quantum Miloni deberem; sustinet enim offi-
cii plurimum, in quem beneficia magna collata sunt. 94 Consulatus Milo-
nis, i. quæ Milo consulatum petit.

Milonis omni non [95] modo [96] contentione, sed etiam [97] dimicatione elaborandum, plura scriberem. [98] Nunc tibi [99] omnem rem [1] atque causam,[2] meque totum commendo atque [3] trado. Unum hoc sic [4] habeto; si a te hanc rem impetraro, me pene plus tibi, quam ipsi Miloni [5] debiturum. Non enim mihi tam mea salus cara fuit, in qua præcipue sum ab [6] illo adjutus,[7] quam [8] pietas erit in referenda gratia [9] jucunda: [10] eam autem [11] unius tui [12] studio me [13] assequi posse confido. Vale.

VII. M. T. C. PROCOS. CURIONI TRIB. PL. S. D.

[1] Sera [2] gratulatio reprehendi non solet, præsertim si [3] nulla negligentia prætermissa [4] est: [5] longe enim [6] absum: [7] audio [8] sero. Sed et tibi gratulor, et, ut [9] sempiternæ laudi tibi sit iste tribunatus, exopto; teque hortor, ut omnia gubernes, et [10] moderere prudentia tua, ne te [11] auferant [12] aliorum consilia. Nemo est, qui sapientius tibi suadere possit [13] te ipso: nunquam [14] labere, si [15] te audies. Non scribo hoc [16] temere, cui scribam [17] video, novi [18] animum, novi [19] consilium tuum. [20] Non vereor, ne quid timide, ne quid [21] stulte

95 Solum. 96 Verborum, extra vitæ periculum, cum civiliter contenditur. 97 Concertatione, vitæ periculo, cum armis res agitur. 98 Quia ita est, quod rem omnem nosti. 99 Universam Milonis petitionem. 1 Hoc ipsum, in quo Milo contendit omnes nervos, ut consulatum adipiscatur. 2 Et me ipsum in Milonis causa tibi commendo; nam in ejus consulatu mea omnia posita esse decrevi. 3 Tibi dedo, tuæ potestati me committo. 4 Firme teneto. 5 Esse. 6 Milone. 7 Quantum. 8 Mea. 9 Delectabilis mihi. 10 Pietatem in Milonem. 11 Solius. 12 Annixu et favore. 13 Obtinere, i. assequar studio tuo, ut pius in Milonem sim.

1 Quo tempore Curio Romam redierat, et trib. plebis creatus fuerat, Cicero provinciam regebat, Ciliciam, e qua cum audisset tandem Curionis auctoritatem, gratulatur ei, purgans tarditatem gratulationis, et simul adhortans, ne quorumvis consiliis ab Reip. favore auferatur, tacite Cæsarem aut M. Antonium notans, a quo intellexerat Curionem solicitari. Ultimo loco rogat, ut Curio faciat, ne sibi prorogetur seu prolongetur provincia. 2 De bono alterius. 3 Per nullam negligentiam, qualis est nostra 4 Gratulatio. 5 Procul, utpote in Cilicia. 6 Ab urbe. 7 Quæ illic gerantur. 8 Tarde. 9 Ad perpetuam laudem. 10 Temperes. 11 A recto tramite justitiæ et curæ Reip. quod accidit. 12 Cæsaris, et præcipue M. Antonii; Plutarchus enim et amicum Antonium his temporibus Curioni, et ejus opera tribunum factum scribit Antonium. 13 Quam tu ipse. 14 Cades in errorem, turpe facinus, errabis: sic. l. 1. de Fin. *Epicurus, in quibus sequitur Democritum, non fere* labitur. 15 Sequeris judicium tuum. 16 Inconsulte. 17 Animadverto. 18 Nihil igitur timide facies. 19 Non laberis ergo imprudentia: sequentibus verbis explicantur superiora. 20 Confide te nihil peccaturum per timorem, ut faciunt, qui sciunt quid faciendum sit, sed faciunt quod potentioribus placet. 21 Ut faciunt imprudentes, qui cum beneface-

facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse senties. Quod in [22] id Reipub. tempus *non* [23] *incideris, sed* [24] *veneris*, ([25] judicio enim tuo, non casu, in ipsum [26] discrimen rerum contulisti tribunatum tuum) [27] profecto vides. Quanta vis in Repub. [28] temporum sit, quanta [29] varietas rerum, quam [30] incerti exitus, quam [31] flexibiles hominum [32] voluntates: quid insidiarum, quid [33] vanitatis in [34] vita, non dubito, quin cogites. Sed, [35] amabo te, cura et cogita [36] nihil novi, sed illud idem, quod initio scripsi: [37] tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi [38] obtempera. Alteri qui melius dare consilium possit, quam tu, non facile inveniri potest; tibi vero ipsi certe [39] nemo [40] melius dabit. [41] Dii immortales, cur ergo non adsum vel spectator laudum tuarum, vel [42] particeps, vel [43] socius, vel [44] minister consiliorum? tametsi [45] hoc [46] minime tibi deest: [47] sed tamen efficeret magnitudo et [48] vis amoris mei, consilio te ut possem juvare. Scribam ad te plura [49] alias; [50] paucis enim diebus eram missurus [51] domesticos tabellarios, ut, quoniam [52] sane feliciter et [53] ex mea sententia Rempub. [54] gessimus, unis literis totius æstatis res

re velint, nesciunt. 22 Tale, quale cernis, sc. tam turbulentum, cum sc. Resp. est in periculo, ne opprimatur. 23 Casu fortuito. 24 Sponte te immiseris. 25 Dedita opera, quoniam his temporibus tribunatum petiisti; poterat enim Curio tribunatum differre ad alia tempora, cum urbanæ res meliore loco, ac tranquilliore statu viderentur. 26 Periculum rerum (in quo discernitur quis rerum potiatur) quod ex Pompeji et Cæsaris dissensione imminebat. 27 Violentia aut potestas. Commemorat vitia civitatis, sed ex persona Curionis, ne videatur ignarum et rudem admonere. 28 Periculosorum, cum Resp. ad paucorum gubernationem lapsura videatur. 29 Sc. *sit*: quo magis excitanda tibi est prudentia tua. 30 Nihil igitur novi cogitandum, exitu rerum incerto. Timet Curionis multiplex ingenium, ne quid in Rep. novi moliretur, spe alicujus boni proposita, quod et facere solebant tribuni plebis, et fecit ipse Curio, cujus turbolentus imprimis ac seditiosus tribunatus fuit. 31 Mutabiles, sc. *sint*. 32 Quæ si flectuntur, tua flecti non debet, sed eadem esse erga Remp. in isto magistratu, qualis adhuc fuit. 33 Mendacii et falsitatis, sc. *sit*, vel inconstantiæ. 34 Humana, aut eorum, quos ipse nosti. 35 Blandiendi verbum. 36 Rerum novitates in Rep. periculosæ. 37 Cum judicio tuo. 38 Acquiesco. 39 Quam tu. 40 Consilium. 41 Q. d. testes mihi sunt dii immortales, quam adesse cupiam spectator laudum tuarum. Ter. in Eun. *Dii immortales, homini homo quid præstat!* 42 Quod, uterer is consiliis meis. 43 Quod, si consiliis meis non egeres, me tamen in tuis socium haberes. 44 Quod opera studioque meo exsequerer consilia tua. 45 Ut adsim vel particeps, vel socius, vel minister consiliorum tuorum. 46 Cum in te ipso, quæ ad tuas laudes pertinent, omnia sint, vel quod amici, quorum opera aut consilio uti possis, tibi non desint. 47 Grata correctio, ex amoris commemoratione sumpta. 48 Abundantia. 49 Alio tempore. 50 Post paucos dies, cum sc. hæc scriberem. 51 Qui perferunt tabellas et literas domesticas, non publicas. 52 Multum. 53 Ex voto meo. 54 Administravimus in Amano monte, ut epist. 16 capto etiam oppido Pindenis-

gestas ad senatum perscriberem.[55] De sacerdotio tuo [56] quantam curam adhibuerim, quamque difficili in [57] re atque [58] causa, cognosces ex iis literis, quas [59] Thrasoni [60] liberto tuo, [61] dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me benevolentia, meaque item in te [62] singulari, rogo atque oro, [63] ne patiare mihi quidquam ad hanc [64] provincialem molestiam temporis [65] prorogari. [66] Præsens tecum egi, cum te tribunum plebis isto anno [67] fore non putarem, itemque [68] petivi sæpius per literas; sed tum quasi a senatore nobilissimo, et adolescente [69] gratiosissimo, [70] nunc a tribuno pl. et a [71] Curione tribuno: [72] non ut [73] decernatur aliquid novi ([74] quod solet esse difficilius) sed [75] ut ne quid novi decernatur, et ut [76] S.C. et [77] leges [78] defendas, eaque mihi [79] conditio maneat, qua profectus sum. Hoc te vehementer [80] etiam atque etiam rogo. Vale.

VIII. M. T. C. PROCOS. M. COELIO RUFO S. D.

[1] Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi [2] gladiatorum [3] compositiones, ut [4] vadimonia dilata, et [5] Chresti compilationem [6] mitteres, et ea quæ nobis, cum Romæ su-

so, ut epist. 4 l. 15. 55 De augurato, sive pontificatu, quem petiit et obtinuit, patre mortuo, ut in ejus locum surrogaretur. 56 Literis ad amicos Romam scriptis. 57 Surrogatione pontificis. 58 Ut Curio ipse surrogetur. 59 Servile nomen, quod in liberto remansit. 60 A te manumisso et libertate donato. 61 Ad te. 62 Sc. *benevolentia*. 63 Poterat enim tribunus plebis intercedere, si quis annuam provinciarum administrationem prorogare vellet. 64 Regendæ provinciæ. 65 Prolongari et extendi. 66 Cum essem tecum Romæ. 67 Futurum. 68 Ut non patiaris mihi provinciam prorogari. 69 Pleno maximæ gratiæ. 70 Sc. *peto*. 71 Q. d. potentissimo, prudentissimo. 72 Peto. 73 Per Senatusconsultum. 74 Decernere aliquid novi. 75 Qualis esset prorogatio imperii, quæ sine novo decreto non fieret. 76 De obtinenda provincia Cilicia per annum. 77 Quibus erat annua provincia, legem Curiatam significat, quam ferebat consul, ut is, qui profecturus erat in provinciam, annuum imperium haberet a populo; alioqui rem militarem attingere non licebat. Sed hic *leges*, non *legem* Cicero appellat, quod non una lege Curiata consularium provinciarum administratio esset annua, sed etiam Cornelia et Sempronia. 78 Intercedas, si quis provinciarum tempus prorogare voluerit. 79 Ne plus anno provinciæ præessem, atque ita expleto tempore legitimo domum redeam. 80 Frequenter.

1 Scribitur ad Cœlium Rufum, cui Cicero in Ciliciam proficiscens mandarat, ut sæpius ad se de Rep. scriberet; Cœlius autem de ludicris et inanibus ad eum rebus scripserat, quod reprehendit Cicero. 2 In arena. 3 Comparationes, commissiones pugnantium; id enim *componere* vocabant: Quinti lib. 2. cap. 17. *Sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se* componuntur. 4 Fidejussiones sistendi se aut alium in judicio a prætore prorogatas: *differre* enim *vadimonium*, est prorogare diem, de quo inter litigantes convenerat, ut in judicio adessent: nam *vadari*, est diem alicui præfinire, quo se judicio sistat. 5 Res a Chresto compilatas, furto sublatas, furta et spoliationem, quam Chrestus fur fecit. 6 In scriptis.

mus,[7] narrare nemo audeat? Vide, quantum tibi meo judicio tribuam: ([8] nec mehercule injuria: [9] πολιτικώτερον enim te adhuc neminem cognovi) [10] ne illa quidem curo mihi [11] scribas, quæ maximis in rebus Reipub. geruntur quotidie, nisi [12] quid ad meipsum pertinebit.[13] Scribent alii, multi [14] nuntiabunt, perferet multa etiam ipse [15] rumor[16]. Quare ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed, ut ab homine [17] longe in posterum prospiciente, futura exspecto, ut ex tuis literis cum [18] formam Reip. viderim,[19] quale ædificium futurum sit, scire possim. Neque tamen adhuc habeo,[20] quod te accusem, neque enim [21] fuit, quod tu plus providere posses, quam quivis nostrum,[22] imprimisque ego,[23] qui cum Pompejo [24] complures dies nullis in aliis, nisi de Repub. sermonibus,[25] versatus sum: [26] quæ [27] nec possunt scribi,[28] nec scribenda sunt. Tantum [29] habeto, civem [30] egregium esse Pompejum, et ad omnia, quæ providenda sunt in Repub. et [31] animo et [32] consilio paratum.[33] Quare da te homini, [34] complectetur, mihi [35] crede. [36] Jam iidem illi et boni et mali cives videntur, [37] qui [38] nobis videri solent. Ego, cum Athenis decem [39] ipsos dies fu-

7 Eo quod nimis vilia, futilia sint, quæque Ciceroni propter gravitatem ejus atque auctoritatem omnibus indigna relatu videantur. 8 Tribui tibi tantum. 9 Civiliorem, peritiorem administrandæ Reip. Πολιτικός græce est *civilis* aut *urbanus:* unde sit comparativus πολιτικώτερος, i. *civilior, urbanior.* 10 Non etiam. 11 Sc. *ut.* 12 Aliqui eorum. 13 Ea. 14 Ea. 15 Incerta fama, sine auctore, ubi quid ejusmodi est, ut non exstet auctor, qui audierit. 16 Quamobrem. 17 Quod sine summo ingenio, ac diuturno rerum usu consequitur nemo. 18 Statum. 19 Qualis structura ejus sit futura ex delineatione possim cognoscere: metaphora ab architectis qui futurum ædificium ex forma ostendunt. Duo Cicero postulat, formam primum Reip. deinde Cœlii conjecturam, ex ipsa forma captam, de futuro Reip. statu; non enim ipse vult ex forma Reip. a Cœlio missa, conjecturam de futuro ædificio facere, cum dixerit: abs te, *ut ab homine longe in posterum prospiciente, futura exspecto.* 20 Propter quod. 21 Aliquid. 22 Et præcipue. 23 Qui cum Pompejo de Rep. locutus, futura magis quam tu, aut certe non minus quam tu, providere potui. 24 Tridnum. Nam epist. 7. l: 3. ad Attic. *Cum triduum,* inquit, *cum Pompejo, et apud Pompejum fuissem, proficiscebar Brundusium ad* 14 *Kal. Jun.* 25 Tarenti. 26 In sermonibus eorum, quæ in illis de Rep. sermonibus egerat cum Pompejo. 27 Quia multa sunt. 28 Eo quod multa sæpe cum amicis confabulando dicimus, quæ scriptis mandare nolumus. 29 Pro certo teneto: supra epist. 6. *Unum hoc sic* habeto. 30 Non vulgarem, sed valde laudabilem: vide epist. 7. l. 5. ad Attic. 31 Voluntate. 32 Prudentia, cum neque timeat quidquam, nec ad cavendum egeat consilio. 33 Quamobrem accomoda te ad Pompeji voluntatem. Ter. in Adelphi. *Da te hodie mihi.* 34 Te, i. te suscipiet. 35 Id. 36 Non ut antea. 37 Id est, illi boni, qui solent videri boni, et illi mali, qui mali. 38 Mihi et tibi. Nam ante profectionem Ciceronis in provinciam recte Cœlius de Rep. sensit: postea vel Curionis amore, vel Appii Claudii odio, ab optimatibus ad Cæsarem descivit. 39 Neque plures, neque pauciores plane decem integros

issem,[40] multumque meoum Gallus[41] noster[42] Caninius,[43] proficiscebar inde pridie non.[44] Quinct.[45] cum hoc ad te literarum dedi. Tibi cum[46] omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil[47] magis, quam ne tempus nobis[48] provinciæ[49] prorogetur: in[50] eo mihi sunt[51] omnia. Quid, quando, et quo modo, et per quos agendum sit, tu[52] optime[53] constitues. Vale.

IX.[1] M. T. C. PROCOS. M. COELIO RUFO, ÆDILI CURULI DES. S. D.

[2] Primum tibi, ut debeo, gratulor, lætorque tum[3] præsenti, tum etiam[4] sperata tua dignitate,[5] serius, non negligentia mea, sed[6] ignorantia[7] rerum omnium. In his enim sum locis,[8] quo et propter longinquitatem, et propter[9] latrocinia, tardissime omnia perferuntur. Et cum gratulor, tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio; quod[10] ita[11] factus sis, ut dederis nobis, quemadmodum[12] scripseras ad me,[13] quem semper ridere possemus. Itaque cum primum[14] audivi, ego[15] ille ipse[16] factus sum ([17] scis quem dicam),[18] egique omnes illos[19] adolescentes, quos ille[20] jactitat,[21] dif-

dies: sic loquitur epist. 11. l. 5. ad Attic. *Cum ibi* decem ipsos fuissem dies, *venerat Pontinus.* 40 Sc. *esset locutus.* 41 Amicus aut familiaris. 42 Quem reum defenderat, Pompeji rogatu, iterum consulis. Epist. 1. l. 7. 43 Discedebam. 44 Quæ nunc sunt Juliæ; mensis enim ille ante vocabatur *Quinctilis.* 45 Quo tempore hasce ad te literas misi. 46 Negotia. 47 Vehementius, sc. *cupio.* 48 Gubernandæ. 49 Prolongetur et extendatur. Quod metuebat, emergente jam inter Cæsarem et Pompejum discordia. 50 Obtinendo. 51 Mea vota aut commoda, sc. curare, ne provincia prorogetur mihi. Sic loquebantur iis de rebus, quas maxime sua interesse arbitrabantur; supra epist. 6 dixit: *in quo omnia mea esse posita decrevi.* 52 Commodissime. 53 Judicabis et discernes.

1 Gratulatur Cœlio, quod ædilitatem curulem cum victoria competitoris sit adeptus. 2 Primum gratulatur, deinde gratias agit: sed hic, *Primum*, posuit, nec intulit, *Deinde:* sententiam tamen absolvit in eo, *et cum gratulor, tum vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio,* quia ædilitatem assecutus es. 4 Quia sperat reliquos honores, qui ædilitatem consequuntur, cum tempore assecuturum; prætura enim biennio post ædilitatem dabatur, consulatus biennio post præturam: aut *sperata*, sc. a nobis, priusquam obvenisset. 5 Tardius quam deceat. 6 Ignoratione. 7 Quæ geruntur Romæ. 8 Ad quæ. 9 Impedimenta et pericula, propter latrones et obsessores viarum. 10 Cum inimici tui ignominia. 11 Ædilis curulis. 12 Epist. 8. l. 8. cum scripsisti: *Si fio, tota vita risus nobis deesse non poterit.* 13 Sc. Hirrum hominem vanum et futilem, quem, etc. 14. Te ædilem designatum seu factum, Hirrum dejectum. 15 Hirrus. 16 Per imaginationem, i. finxi me esse Hirrum, suscepi personam Hirri: quia, quæ tu mihi de illo scripsisti, omnia cogitavi. 17 Quem designem nempe *Hirrum.* 18 Et repræsentavi etiam per imaginationem, cogitatione ipsa mihi ante oculos posui. 19 Gratiosos. 20 Jactare solitus est, ædilitatem petens, sc. sibi suffragaturos fuisse. 21 Quæ de illo cogitavi, exponere facile non pos-

ficile est loqui.[22] Te autem contemplans absentem, et quasi tecum coram loquerer,[23] non [24] ædepol, quantam egeris rem, neque[25] quantum facinus feceris: quod quia [26] præter opinionem mihi acciderat,[27] referebam me [28] ad illud: [29] incredibile hoc factum [30] objicitur: [31] repente vero [32] incessi [33] omnibus [34] lætitiis. In [35] quo cum [36] objurgarer, quod nimio gaudio pene [37] desiperem, [38] ita me [39] defendebam: ego [40] voluptatem animi nimiam.[41] Quid quæris? dum [42] illum rideo, pene sum factus [43] ille. Sed [44] hæc [45] pluribus, multaque alia, et [46] de te, et [47] ad te, cum primum ero aliquid nactus otii. Te vero, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, [48] ultorem non modo [49] inimicorum, sed etiam [50] invidorum meorum; ut eos partim [51] scelerum suorum, partim etiam [52] ineptiarum pœniteret. Vale.

X. M. T. C. IMP. COELIO RUFO, ÆDILI CURULI DES. S. D.

[1] Tu vide, [2] quam ad me literæ non [3] perferantur: non e-

sum: quia risu impedior, cum ista, quæ scripsisti, recolo. 22 Hoc totum usque ad illud, *Quod quia*, videtur a vetere Poeta sumptum. 23 Sc. *contemplans*. 24 Per ædem Pollucis. 25 Vincendo Hirrum. 26 Nihil tale opinanti, nec putanti, ut is, cui studerent adolescentes illi, repulsam tamen tulisset, atque tantopere doleret. 27 Totus versabar in ea cogitatione, ac si essem Hirrus. 28 Ejusdem Poetæ. 29 Quod sic victus sim; hæc enim verba ex persona competitoris Cœlii sunt, Hirri sc. qui se repulsum mirabatur, obstupescebatque prælatum sibi tot suffragiis Cœlium in ædilitate. 30 Cogitationi meæ, i. mihi se offert atque in mentem venit. 31 Hoc Cæcilii Poetæ est, ut videtur ex l. 2. de Fin. 32 Pompose ingressus sum, commotus sum, exilui (est enim a verbo *incedo*); nam lætitia non solum gestimus, sed etiam incedimus. 33 Sc. *cum*. 34 Quod, cum illius personam egissem, repente ad me reversus per imaginationem, tamen intellexi te victorem. 35 Superbo incessu propter lætitias. 36 Phantastice. 37 Insanirem: adimit enim voluptas mentem non minus, quam molestia. 38 His verbis. 39 Per imaginationem quasi in somno. 40 Sc. *errorem esse puto*, aut *lætitiam*, videtur hoc Trabeæ, Comici poetæ, l. 2. de Fin. et ita nimium risi. 41 Finem phantasiæ aut imaginationis meæ, ubi satis verborum effluxit, nec tamen omnino videmur, quod volumus, explicasse, ad hanc interrogationem confugimus. 42 A te victum Hirrum. 43 Stultus et ridiculus, ut ille. 44 Scribentur a me. 45 Sc. *verbis*. 46 Dicta. 47 Dicta sc. *scribentur a me pluribus*. 48 Sc. et. 49 Clodianorum, in tribunatu tuo, et in causa Milonis. 50 Hirri præcipue, Cœlii competitoris, eorumque qui ei contra Ciceronem favissent, impulissentque, quasi Ciceronem irrisuri, tali objecto competitore, quod sc. antea Ciceroni in auguratu se competitorem non dubitaverit exhibere. 51 Hoc ad inimicos pertinet, et præcipue Clodium, qui sceleratus in vexando Cicerone, et in omni vita. 52 Hoc ad Hirrum, qui cum Cicerone consulari, nondum ædilitius de auguratu certare ausus sit.

1 Queritur se nihil literarum a Cœlio accepisse, rejiciens culpam in tabellarios, unde veretur suas quoque interceptas; scribit tamen quid in Cilicia gesserit, non sine laudis suæ amplificatione. 2 Quantum non i. quod omnino non: al. *quamobrem*. 3 Negligentia sc. tabellariorum, aut aliquo casu.

nim [4] adduci possum, ut abs te, postea quam ædilis factus es, nullas putem datas; præsertim cum esset [5] tanta res, [6] tantæ gratulationis: [7] de te, quia, quod [8] sperabam: de Hillo, ([10] balbus enim sum) quod non [11] putaram. Atqui sic habeto, nullam me epistolam accepisse tuam post [12] comitia ista præclara, [13] quæ me lætitia [14] extulerunt: [15] ex quo vereor, ne [16] idem eveniat in meas literas. Equidem nunquam [17] domum misi unam epistolam, quin esset ad te [18] altera: nec mihi est te jucundius quidquam, nec [19] carius. Sed [20] balbi non sumus: [21] ad rem redeamus.[22] Ut optasti,[23] ita est: velles enim ([24] ais) [25] tantum modo ut [26] haberem negotii, quod esset ad [17] laureolam satis.[28] Parthos times, quia diffidis [29] copiis nostris: ergo [30] ita accidit. Nam [31] Parthico bello nuntiato, locorum quibusdam angustiis et natura montium [32] fretus, ad [33] Amanum exercitum adduxi, satis [34] probe [35] ornatum [36] auxiliis, et quadam auctoritate apud eos, qui me non [37] norant, nominis nostri.[38] Multum est enim in his locis:[39] hiccine est ille, qui [40] urbem? [41]

4 in opinionem, i. persuaderi. 5 Non solum quod tu ædilis factus sis, sed etiam, quod repulsam Hirrus tulerit. 6 Cum res esset tanta gratulatione digna, ideoque literis omnino significanda, ut possem tibi gratulari. 7 Res magnæ gratulationis erat, quia de te, id quod sperabam, acciderat: de Hirro autem, quod non putaveram, i. ut tam turpiter ædilitatis repulsam ferret. 8 Respondet illis verbis Cœlii, de Hirro competitore suo loquentis epist. 4. l. 8. *Spero te celeriter auditurum et de nobis, quod sperasti, et de illo quod vix sperare ausus es.* 9 Hirro. 10 Factus sermone imperfecto, quippe qui Hillum, non Hirrum dicam. 11 Eventurum. 12 Ædilitia, i. post ista tempora, quibus coeunte populo ad creandos magistratus, declaratus es ædilis curulis. 13 Comitia. 14 Quasi extra me ipsum tulerunt, et exultare fecerunt. 15 Ex qua re, i. ob quam rem, quia sc. nullas abs te accepi literas. 16 Quod non perferantur. 17 Ad familiam meam, uxorem et liberos. 18 Epistola. 19 Quod sc. magis amem. 20 Impediti lingua, quia expedite jam loquimur, quod volumus. 21 Quam scribere institueram. 22 In epist. 5. l. 8. 23 Ita se res habet. 24 In epist. 5. l. 8. in qua scripsit hæc: *Si quantum gloriæ, triumphique opus esset, assequeremur; nihil tam esset optandum.* 25 Solum tantum negotii. 26 In provincia. 27 Ut minorem speciem triumphi, i. ovationem assequi possemus, quæ contingebat in victoria non satis ampla, aut quæ esset in hostes non satis justos, ut triumphus in eos decernatur; lauro enim triumphantes coronabantur, quasi per jocum *laureolam*, potius, quam *lauream*, dixit, ut optata res ostenderetur. 28 Copiis superiores, i. non vis me obire pericula justi triumphi, qualia darent bella cum Parthis. 29 Multitudini exercitus nostri. 30 Ut laureolam meruerim. 31 Postquam nuntiatum esset, Parthos bellum moliri. Epist. 4. l. 15. 32 Confisus. 33 Montem. 34 Decenter. 35 Instructum. 36 Sociorum populorum, i. Galatarum, Pisidarum, Lyciorum. 37 Prius. 38 Nomen enim nostrum, i. fama nostra est ampla in his locis, in quibus ego sum. 39 Dicunt enim, qui me primum vident, Hiccine est ille Cicero? Mimesis. 40 Servavit a conjuratis et ab insidiis Catilinæ, ipso egredi ex urbe jusso? 41 Decreto laudavit honestissimo, supplicatione decreta ob res ab eo gestas: quem honorem antea rogatus nemo consecutus erat: epist.

quem senatus? nosti [42] cætera. Cum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo [43] communis est, [44] divisus aquarum divortiis,[45] Crassus [46] noster,quod mihi magnæ voluptati fuit feliciter ab Antiochia [47] hostem rejecerat: Bibulus [48] provinciam [49] acceperat.Interea cum meis copiis omnibus [50] vexavi Amanienses,[51] hostes sempiternos;[52] multi occisi,[53] capti,reliqui dissipati; castella munita improviso adventu capta et incensa.Ita victoria [54] justa imperator [55] appellatus apud [56] Issum (quo in loco sæpe,ut ex te audivi,[57] Clitarchus tibi [58] narravit, [59] Darium ab [60] Alexandro esse superatum) [61] adduxi exercitum ad [62] infestissimam [63] Ciliciæ [64] partem. Ibi quintum et vigesimum [65] jam diem [66] aggeribus,[67] vineis,[68] turribus oppugnabam [69] oppidum munitissimum Pindenissum,tantis [70] opibus, tantoque [71] negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi [72]

4. l. 15. Orat. in Pison. 42 Quæ in nos ob res in consulatu præclare gestas,conferri solent. Q. d. non opus est tibi explanem,quid de me dicant. 43 Cum ejus pars ad Syriam,Bibuli provinciam, altera ad Ciliciam, cui Cicero præerat, pertineret. 44 Inter nos distributus interstitiis, et in diversa versis ac defluentibus fluctibus aquarum, ut ad Syriam ab una parte, ad Ciliciam ab altera pertineret: cum enim aquæ dividuntur, divortium earum fit: sic epist. 20. l. 5. ad Attic. *Ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit.* 45 Tunc Crassus, qui postea Cæsarem occidit: is M. Crassi quæstor in Syria fuerat, quo interfecto,reliquias copiarum Antiochiam reduxit. 46 Amicus, aut civis. 47 De hac victoria loquitur etiam epist. 14. l. 15. Justin. l. 42. 42. 48 Pacatam sc. 49 A victore Cassio, qui post obitum Crassi, cum nondum in Syriam proconsul Bibulus venisset, provinciam a Parthorum impetu defenderat. Phil.2. 50 Exagitavi: vide epist. 4. l. 15. 51 Populi romani. 52 Hostium sunt. 53 Multi sc. 54 Satis magna, ut imperator appeller. Certum hostium numerum esse oportuit, quo cæso imperatoris nomen consequeretur ab exercitu; nam *imperator* dicebatur tripliciter. I. Cum ab urbe mitteretur ad exercitum; et tunc nomen erat muneris. II. Cum, re bene contra hostes gesta, ab exercitu proclamaretur, et nomen erat gloriæ. III. Cum Cæsares invasissent Rempubl. qui dicebantur *imperatores* κατ' ἐξοχήν. Quando factum est nomen tyrannidis et dominationis. 55 Sum. 56 Partem illam Syriæ. 57 Historicus græcus, Alexandri comes in expeditione Persica. 58 Ita tibi legenti exposuit, ut præsens præsenti narrare sit visus, i. ut legisti apud Clitarchum. Sic in Bruto: *Nisi in eo magistràtu cœnavisset apud præconem Granium, idque nobis* narravisset, *Lucilius, tribunum plebis nesciremus fuisse.* 59 Regem Persarum. 60 Macedonum rege. 61 Ab Isso. 62 Latrociniis: vide epist.4.15. et 20. l. 5. ad Att. 63 Provinciæ nostræ. 64 Syriæ. 65 Cum ista scriberem. 66 Aggestis ante oppidum, ne quis exeat. 67 Vinea erat instrumentum bellicum ex lignis compactum, altum pedes octo, latum septem, longum sexdecim, tectum duplici ligno, cratibus viminibusque contextum, contra telorum et saxorum impetum, extrinsecus, ne crementur, crudis ac recentibus coriis intectum. Quum plures erant, jungebantur ordine, sub quibus oppugnantes ad muros subruendos tutius pugnabant. 68 Pilis, seu molibus ligneis ad oppugnationem utilibus. 69 Syriæ. 70 Tanta vi ac contentione. Virg. *Magna pugnatur opum vi*, al. *operibus* sc. bellicis. 71 Studio et labore. 72 Magnum et celebre, ut denominer ab eo *Pin-*

nomen oppidi: [73] quod si,[74] ut spero,[75] cepero, [76] tum vero literas publice mittam. Hæc ad te [77] in præsenti scripsi, ut speres te assequi id, [78] quod optasti. Sed, ut redeam [79] ad Parthos, hæc æstas habuit hunc [80] exitum satis felicem: [81] ea, quæ sequitur,[82] magno est in timore. Quare, mi Rufe,[83] vigila, primum [84] ut mihi succedatur: [85] sin [86] id erit,[87] ut scribis, et, ut ego arbitror,[88] spissius; illud, quod facile est, [89] ne quid mihi temporis prorogetur. De Repub. ex tuis literis, ut antea tibi scripsi, cum [90] præsentia, tum etiam futura magis expecto. Quare ut ad me omnia quam diligentissime perscribas, te vehementer rogo. Vale.

XI. M. T. C. IMP. COELIO [1] ÆDILI CURULI S. D.

[2] Putares ne unquam accidere posse, [3] ut mihi verba deessent? neque solum ista [4] vestra oratoria, sed hæc etiam [5] levia [6] nostratia? [7] Desunt autem propter hanc causam, quod mirifice sum sollicitus, quidnam [8] de provinciis [9] decernatur.

denissius, sicut a *Numantia* Scipio *Numantinus*, a *Coriolis* Martius *Coriolanus*, a devicta *Creta* Metellius *Creticus;* cum enim ex oppidis vi expugnatis imperatores plerumque nomina ferebant (quæ sibi in testimonium maximæ virtutis, rerumque gestarum gloriæ adoptarunt) sic Cicero cum spem haud dubiam potiundi haberet oppidi, nihil deesse ad summam gloriam, nisi nomen oppidi, et cognomentum ex Pindenisso asseverat. 73 Oppidum. 74 Me capturum esse. 75 Cepit die 57. postquam oppugnare cœperat: epist. 4. l. 15. 76 Ad senatum, populumque romanum: sic epist. 1. l. 15. *Statuebam mihi non necesse esse* publice *scribere ea, quæ de alterius provincia nuntiarentur*, et epist. 3. Publice *propter duas causas nihil scripsi*. 77 Hoc tempore. 78 Tantum ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis. 79 Ad narrationem de Parthis, quos Cœlius scripsit se timere. 80 Quia nihil agendum fuit cum Parthis. 81 Æstas. 82 Multum timetur. 83 Vigilanter cura. 84 Ut mihi successor detur in hac provincia. 85 Si non. 86 Succedatur mihi. 87 Epist. 5. l. 3. *Successionem futuram propter Galliarum controversiam, non video*. 88 Serius, ut in Bruto: Spisse, *atque vis ad Antonium Crassumque pervenimus*. 89 Ut successor suo tempore mittatur. 90 Quæ ad me pertinent; scripsit enim se futura tantum expectare, nisi quid ad ipsum pertineret: epist. 8.

1 Superiores epistolas inscripsit ÆDILI CUR. DES. nunc ædilitatem Cælius inierat; nam epistola Megalensibus est scripta quo die ludos ante templum magnæ matris deum æediles curules dabant. 2 Dicit sibi præ solicitudine pene verba deesse, nimis se cupere in urbem redire, et pantheras, quas Cælius populo exhibendas petierat, esse captu difficillimas. 3 Similiter epist. 63. l. 13. *Non putavi fieri posse, ut mihi verba deessent; sed tamen in M. Lænio commendando desunt*. 4 Quibus vos, qui in senatu, aut ad populum loquimini, utimini; jocatur, quia Cælius quoque locum inter oratores obtinebat. 5 Facilia. 6 Quibus vulgo utimur, aut quibus nostræ sectæ homines, i. rei bellicæ intenti, utuntur? 7 Verba. 8 Prorogandis; timebat enim, ne quid de prorogando provinciarum tempore senatus decerneret. 9 Se-

Mirum me desiderium [10] tenet urbis,[11] incredibile [12] meorum, atque [13] imprimis tui: satietas autem provinciæ: vel quia videmur eam [14] famam consecuti, ut [15] non tam [16] accessio quærenda,[17] quam [18] fortuna metuenda sit: vel quia [19] totum negotium non est dignum [20] viribus nostris, qui majora in republica onera sustinere et possimus et soleamus: vel quia [21] belli magni timor [22] impendet: [23] quod videmur [24] effugere, si [25] ad constitutam diem [26] decedemus.[27] De pantheris per eos, qui [28] venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira [29] paucitas est: et eas, quæ sunt, valde ajunt [30] queri, quod nihil cuiquam [31] insidiarum in mea provincia, nisi sibi, fiat. Itaque [32] constituisse [33] dicuntur in Cariam ex nostra provincia decedere: sed tamen [34] sedulo [35] fit, et [36] imprimis a [37] Patischo. [38] Quidquid erit, tibi erit: sed quid plane [39] esset, [40] nesciebamus. Mihi mehercule magnæ curæ est [41] ædilitas tua: [42] ipsa dies me [43] admonebat: scripsi enim hæc ipsis [44] Megalensibus. Tu [45] velim ad me de omni reipublicæ statu quam diligentissime perscribas: ea enim certissima putabo, quæ ex te cognovero. Vale.

natusconsulto constitui debeat. 10 Afficit. 11 Desiderium. 12 Familiarium et amicorum. 13 Præcipue. 14 Ob justitiam et abstinentiam. 15 Non tantum, sc. *sit*. 16 Incrementum et additio ad eam. 17 Quantum. 18 Adversa, sc. quæ potest aliquo casu de fama detrahere, *fortunam* nominat, quia de sua culpa non timet. 19 Hoc bellum cum barbaris et indoctis hominibus. 20 Qui possemus etiam doctos regere. 21 Parthici: dixit enim in superiori epistola: *Sed, ut redeam ad Parthos, hæc æstas habuit hunc exitum satis felicem: ea, quæ sequitur, magno est in timore*. 22 Imminet. 23 Bellum. 24 Evitare. 25 Ad constitutum tempus, sc. pridie kal. Sext. quo die in provinciam venit: epist. 6. l. 3. 26 De provincia. 27 De eo quod petiisti, ut mittam tibi pantheras, i. animalia illa maculosa, et aspectu jucunda: epist. 2. 4. 6. 7. 9. l. 8. 28 Eas. 29 Earum. 30 Homines. 31 Per jocum sublata a se latrocinia significat. 32 Proposuisse. 33 Ipsæ pantheræ. 34 Diligenter, quasi sine dolo. 35 Negotium, aut venatio. 36 Præcipue. 37 Venatore. epist. 6. l. 8. 38 Captum. 39 Captum. 40 Cum hæc scriberemus. 41 Propter ludos, quorum causa pantheras petiisti. 42 Qua hæc scribebam. 43 Quoniam majores nostri ludos ante templum, in ipso matris magnæ conspectu, megalensibus fieri, celebrarique voluerunt. 44 Eo die, quo ludi sive spectacula exhiberi solent Cybelæ, seu magnæ matri deum, i. non. Aprilis, quo die matri deum sacra fiebant, quæ *Megalesia* dicebantur usque ad v. iduum ejus mensis. Et megalenses et romani ludi ad ædiles curules pertinebant: dies igitur megalensium, qui dabantur Aprili mense, Ciceronem admonebat ludorum romanorum, quos Cœlius Septembri mense daturus erat, quique sacri erant Jovi, Junoni et Minervæ. 45 Sc. *ut*.

XII. M. T. C. IMP. COELIO, ÆDILI CURULI. S. D.

[1] Sollicitus equidem eram de rebus [2] urbanis : [3] ita [4] tumultuosæ [5] conciones, ita molestæ [6] Quinquatrus afferebantur : nam [7] citeriora nondum audiebamus. Sed tamen nihil me [8] magis sollicitabat, quam in [9] his molestiis non me, si [10] qua ridenda essent, [11] ridere tecum : sunt enim [12] multa, sed ea non audeo scribere. Illud moleste fero, nihil me adhuc [13] his de rebus habere tuarum literarum. Quare etsi, cum tu hæc leges, ego jam annuum [14] munus confecero; tamen obviæ mihi [15] velim sint literæ tuæ, [16] quæ me erudiant de [17] omni Rep. ne [18] hospes plane veniam, [19] hoc melius quam tu, facere nemo potest. [20] Diogenes [21] tuus, homo modestus, a me cum [22] Philone [23] Pessinunte discessit: iter habebant [24] ad Dejotarum regem : quamquam [25] omnia nec benigna, [26] nec copiosa co-

1 Rursus miratur, se nihil literarum a Cœlio accepisse, cum tamen Quinquatriis novæ inciderint conciones : dicitque urbem, cujus desiderio ipse tenetur, Cœlio colendam. 2 Quæ in urbe transactæ essent. 3 Usque adeo. 4 Turbidæ. 5 Orationes habitæ ad populum convocatum. Tribunorum pl. maximeque Curionis, qui valebat imprimis eloquentia, et Cæsaris causam acerrime tuebatur : ejus enim conciones contra consulum actiones de provinciis, i. de successione Galliarum significantur epist. 1. 16. ad Att. 6 Ludis et festis Minervæ, habitis ex more, quinto die post Idus Mart. i. 14 Kal. April. habitæ : nam in his diebus contenderunt Curio et Antonius de consolatu Cæsaris, quæ res præbuit causam belli civilis. Intelligit ergo diem, quo res illæ Romæ gestæ, sive tumultuosæ illæ conciones habitæ sunt, non quo Ciceroni in provinciam allatæ : quod declarat vox illa *Citeriora*; dicit enim, se nondum audivisse, quæ post eum diem in urbe gesta sunt. *Quinquatrus* autem quinque dies festi fuerunt, Minervæ dicati. Ovid. Fast. 3. *Una dies media est, et fiunt sacra Minervæ, Nominaque a junctis quinque diebus habent.* Varro *Quinquatrum* diem ait appellatum, quod erat post diem quintum Idus Mart, i. 14. kal. April. Et quamquam ex Ovidio constet Quinquatrus fuisse quinque dies : tamen, cum Cicero Quinquatrus nominat, non semper eos omnes dies, sed interdum primum dumtaxat eorum significat. 7 Quæ facta essent citra Quinquatria, aut tempore viciniore nobis, quia minus præterito, quam sint Quinquatria. 8 Vehementius. 9 Quas potior in provincia. 10 Aliquis. 11 Ob dementias quorumdam, quas ex amicorum literis cognoverat. 12 Ridenda. Sensus est : Priusquam certior essem factus per alios, nihil solicitabat me magis, quam me non posse ridere tecum, si qua essent ridenda : ubi autem certior factus sum, scio multa fuisse ridenda. 13 Quæ tunc contigerunt. 14 Officium, i. annuam provinciæ administrationem finivero. 15 Sc. *ut*. 16 Literæ. 17 Tota. 18 Omnino ut peregrinus, ignarus omnium rerum urbanorum, i. ut sciam, quomodo se res in urbe habeant. 19 Ne plane hospes veniam. 20 Græcus, amicus Cœlii, non libertus : epist. 7, l. 8. 21 Procurator rerum tuarum. 22 Celii liberto. 23 Oppido Phrygiæ, claro Matris Magnæ Deum templo, cujus ad urbem Romam translata statua est. Declinatur autem *Pessinus Pessinuntis*, *ut Opus Opuntis, Amathus Amathuntis*, etc. 24 Ipsi ambo, sc. Diogenes et Philo ibant. 25 Quæ essent agenda cum Rege. 26 Magni fructus.

gnorant.[27] Urbem, urbem, mi Rufe,[28] cole, et in ista [29] luce vive: omnis enim peregrinatio (quod ego [30] ab adolescentia judicavi) [31] obscura et sordida est iis, quorum industria Romæ potest illustris esse. Quod cum probe scirem, utinam in sententia permansissem: cum una mehercule [32] ambulantiuncula, atque uno [33] sermone nostro omnes fructus provinciæ non [34] confero. Spero me [35] integritatis laudem consecutum: non erat [36] minor ex [37] contemnenda, quam ex [38] conservata provincia. [39] Spem triumphi? inquis: satis gloriose triumpharem, si non essem tamdiu quidem in desiderio [40] rerum mihi carissimarum. Sed, ut spero,[41] propediem te videbo: tu mihi obviam mitte epistolas [42] te dignas. Vale.

XIII. M. T. C. IMP. COELIO, ÆDILI CURULI S. D.

[1] Raras tuas quidem, (fortasse enim non perferuntur) sed [2] suaves accipio litteras.[3] Vel quas proxime acceperam, quam prudentes, quam multi et [4] officii et [5] consilii! Etsi omnia sic [6] constitueram mihi agenda, ut tu admonebas; [7] tamen confirmantur nostra consilia, cum sentimus, prudentibus fideliterque suadentibus [8] idem videri. Ego Appium (ut sæpe tecum locutus sum) valde diligo: meque ab eo diligi statim cœ-

27 Romam; quæ cum *urbs* per se ponitur, semper intelligitur. 28 Inhabita. 29 Clarorum virorum. 30 Judicavit eo tempore, cum e quæstura siciliensi Romam revertit. 31 Quia dixerat, *in ista luce vive*. 32 Nostra. 33 Quam et quem simul habere solemus. 34 Comparo in valore et jucunditate. 35 Abstinentiæ, i. quod integram et minime avaram gesserim in provincia vitam: quia ne teruncio quidem provinciæ sumptui fui. 36 Inferior. 37 Quam contemnerem amplius tenere, si hoc provinciale munus recusassem: qui enim provinciam contemnit, quam multi spe rapinarum appetebant, is laudem consequitur integritatis. 38 Si eam conservare, i. diutius cum imperio servare voluissem. 39 Sc. *abjicis*. Triumphus enim non decernebatur nisi re in provinciis bene gesta. Respondet: ego mihi præclarum in conspectu et consuetudine meorum, quibus molestissime tam diu careo, triumphum ducerem. 40 Amicorum et familiarum. 41 Tempore mox futuro. 42 Quæ censeantur a te missæ et scriptæ diligentissime de omni statu Reip. ne, cum venero, rudis plane sim.

1 Dicit literas Cœlii raras quidem, sed jucundas ad se dari et gratas: præsertim eas, quibus hortatus erat Cœlius, ut ipse Cicero cum Appio gratiam ineat: ad quam ineundam idem Cicero dicit multas sibi causas esse, rursusque urbis desiderio se teneri, ut cum amicis rideat, scribit. 2 Jucundas. 3 Etiam eas. Ter. in Hec. Vel *hic Pamphilius jurabat quoties Bacchidi.* 4 Quia retulerat ad Ciceronem de Tullia Dolabellæ collocanda. 5 Quia scripserat Cœlius his verbis: *Unum illud monere te possum; si res tibi non displicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas; et exspectes, quemadmodum exeat ex hac causa: ne qua invidiosum tibi sit, si emanarit:* epist. 6, l. 8. 6 Priusquam admoneres. 7 Stabiliuntur. 8 Quod

*

ptum esse,[9] ut [10] simultatem [11] deposuimus, sensi. Nam et [12] honorificus [13] in me [14] consul fuit, et suavis amicus, et studiosus [15] studiorum etiam meorum. Mea vero [16] officia ei non defuisse,[17] tute es testis: quoniam [18] κωμικὸς μάρτυς, ut opinor,[19] accidit [20] Phania: et mehercule etiam pluris [21] eum [22] feci, quod te amari ab eo sensi: [23] jam me [24] Pompeji totum esse scis: Brutum a me amari intelligis. Quid est causæ,[25] cur mihi non sit in optatis complecti [26] hominem,[27] florentem ætate, opibus, [28] honoribus, ingenio,[29] liberis,[30] propinquis,[31] affinibus,[32] amicis, [33] collegam meum præsertim, et in ipsa [34] collegii laude, et scientia [35] studiosum mei? Hæc [36] eo [37] pluribus scripsi, quod mihi significabant tuæ literæ [38] subdubitare te, qua essem erga [39] illum voluntate. Credo, te audisse [40] aliquid. Falsum est (mihi crede) si quid audisti.[41] Genus [42] institutorum, et [43] rationum mearum,[44] dissimilitudinem [45] nonnullam habet cum illius administratione provinciæ.[46] Ex eo quidam suspicati fortasse sunt [47] animorum contentione, non opinionum dissensione, me ab eo discrepare. Nihil autem feci umquam, neque dixi, quod contra illius [48] existimationem esse

nobis. 9 Postquam. 10 Latens odium, et æmulationem simulatam su sceptam ex eo, quod frater ejus P. Clodins capitali odio a Cicerone dissideret. 11 Auctore Cn. Pompejo, cujus filio Appii filia nupserat. 12 Honorem faciens. 13 Erga. 14 Consulatum gessit cum L. Domitio Ænobarbo. 15 Optime se animatum ostendit erga studia mea. Paronomasia. 16 Debita obsequia. 17 Firmus, et perpetuus. 18 Κωμικὸς μάρτυς dicebatur ille, qui subito interveniens confusionem comœdiæ tollebat testis, et turbas expediebat, derivata voce a κωμωδία: vel κωμικὸς μάρτυς dicitur domesticus et familiaris, qui omnium rerum, et negotiorum est arbiter; quo sensu vox deducitur a κῶμος, comessatio, convivium. Proverbialis est locutio. 19 Mihi, i. Phania, præter cœteros, mea in Appium officia cognovit, ut comicus testis ea, quibus in Comœdia lites discordiæque tolluntur. *Accidit* dicit, quia casu quodam in Comœdiis fieri videtur, ut aliquis præter expectationem adveniens, involutam rerum notitiam explicet, patefactaque veritate sedet omnes turbas. 20 Appii libertus: epist. 1. l. 3. 21 Appium. 22 Æstimavi. 23 Præterea. 24 Cujus filius filiam Appii habebat uxorem: epist. 4. et 10. l. 3. 25 Cur non optem seu desiderem. 26 Appinm. 27 Qui est in flore ætatis. 28 Consulatum gesserat, Ciliciæ præfuerat, augur erat. 29 Legitima prole: res enim filias habuit. 30 Cognatis. 31 Qui nuptiarum jure conjunguntur. Significat tres Appii generos, Cornelium Lentulum, M. Junium Brutum, Cn. Pompeji filium: de quibus epist. 4. 8. 10. l. 3. 32 Acquisitis. 33 In collegio augurum, sive in auguratu: epist. 4. 10. l. 3. 34 Cum scripsit Appius de jure augurali. 35 Quippe qui libros augurales suos mihi dedicarit. 36 Ideo. 37 Verbis. 38 Occulte, aut aliquantulum dubitare. Vide epist. 9. l. 8. 39 Appium. 40 Simultatis aut odii mei in eum. 41 Ratio et forma. 42 Morum. 43 Vivendi, vel in administranda provincia, cui anno proximo præfuerat Appius. 44 Nam Cicero Appio successerat in provinciam. Lege epist. 8. l. 3. 45 Quamdam. 46 Ex ea dissimilitudine regendi. 47 Voluntatum pertinaci pugna. 48 Dignationem vel auctoritatem.

vellem. Post [49] hoc negotium autem, et temeritatem [50] nostri Dolabellæ,[51] deprecatorem me pro [52] illius periculo præbeo. Erat in eadem [53] epistola [54] veternus civitatis. [55] Gaudebam sane, et [56] congelasse [57] nostrum amicum lætabar [58] otio. [59] Extrema pagella [60] pupugit me tuo [61] chirographo. Quid ais? Cæsarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret [62] præter me? nam, ita vivam,[63] putavi. Dii immortales, [64] quam ego [65] risum nostrum desidero? [66] Mihi erat in animo, quoniam [67] jurisdictionem [68] confeceram [69] civitates [70] locupletaram, [71] publicanis etiam superioris [72] lustri [73] reliqua [74] sine sociorum ulla querela conservaram: [75] privatis, summis, infimis fueram jucundus: [76] proficisci [77] in Ciliciam [78] nonis Maji: et, cum [79] prima æstiva attigissem, militaremque rem [80] collocassem,

49 Quod in forma gubernandæ provinciæ ab eo dissenserim. Vel hoc vult: antea nihil unquam feci, nihil dixi contra Appii existimationem: postquam autem eo temeritatis progressus est Dolabella noster, ut ei negotium facessat, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. 50 Nondum generi, sed amici, qui accusavit Appium. 51 Intercessorem et supplicatorem, ut ignoscatur. 52 Appii. 53 Tua. 54 Desidia, otium et negotiorum intermissio qua nihil non agitur, i. scripsisti de veternis civitatis Romanæ. Scripserat Cœlius hoc modo: *Nisi ego cum aquariis et tabernariis pugnarem, veternus civatatem occupasset.* 55 Quieto Reip. statu; de quo timueram, creato tribuno pl. Curione, cujus ingenium noveram. 56 Torpuisse. Cœlii verba sunt epist. 9 l. 8. *Curioni nostro tribunatus conglaciat.* 57 C. Curionem tribunum pl. qui ne nimium caleret, extimueram. 58 Sic illo veterno cessante ab infestatione refrixisse, ut congelari sentiatur. 59 Extrema pars pagellæ seu tabellæ, in qua scripta erant superiora a manu secretarii Cœlii. Unica igitur pagina totam Cœlii epistolam, quæ libro octavo nona legitur, comprehendebat: ex quo patet, longiores aut breviores paginas fuisse: nam illa Cœlii epistola satis longa est. 60 Commovit, stimulavit: sic ad Att. epist. 16. l. 2. *Ita me* pupugit, *ut mihi somnum ademerit*. 61 Scripto tua manu, cum tua manu in extrema epistola illud addidisti: *Curio transfugit ad populum et pro Cesare loqui cœpit.* 62 Qui de Curione, et ob levitatem, et ob æs alienum hoc facile putavi. 63 Quod defenderet Cæsarem. 64 Quantum. 65 Ridebat Cicero cum familiaribus hominum stultitias. Hactenus ad epistolam Cœlii. 66 Cum hæc scriberem. 67 Tempus, quo jus provincialibus dicerem. Forum egerat Laodiceæ ex idib. Febr. ad kal. Maji. 68 Finieram. 69 Multas Ciliciæ omni ære alieno liberatas. 70 Ditaveram. Lege epist. 2. l. 6. ad Att. 71 In publicanorum exactione refrænanda. Provinciales homines vectigalia publicanis debebant superioris etiam lustri: quæ ut libenter solverent, Ciceronis opera et auctoritate factum est. Qua de re sic scribit epist. 2, l. 6. ad Att. *Populi, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant; etiam superioris lustri reddiderunt: itaque publicanis in oculis sumus.* 72 Vectigalia quinto quoque anno, quod lustrum vocabatur, persolvebantur. 73 Quæ debebant, præter publicanorum negotia. 74 Nullo gemitu, scripsit ad Att. 75 Non gerentibus magistratum. 76 In animo mihi erat proficisci Laodicea, quæ erat inter tres diœceses Asiaticas, provinciæ Ciliciensi attributas. 77 Ut ibi reliquam jurisdictionem absolveret. 78 Tunc proxime futuris. 79 Tempora apta militiæ et bello gerendo. 80 Disposuissem: erat enim præsidium ro-

[81]decedere [82]ex S.C. Cupio [83] te Ædilem videre, miroque desiderio me [84] Urbs afficit, et [85] omnes mei, [86] tuque in primis. Vale.

XIV. M. T. C. IMP. COELIO ÆDILI CURULI. S. D.

[1] Marco Fabio, viro optimo, et homine doctissimo, familiarissime utor: mirificeque eum diligo, cum propter summum ingenium ejus, summamque doctrinam, tum propter [2] singularem modestiam. [3] Ejus negotium [4] sic [5] velim suscipias, ut si esset res mea. Novi ego [6] vos [7] magnos patronos: [8] hominem occidat [9] oportet, qui [10] vestra opera uti velit: sed in hoc homine nullam [11] accipio excusationem. Omnia relinques, si me amabis, cum [12] tua opera Fabius uti volet. Ego [13] res romanas vehementer exspecto, et desidero: imprimisque, quid agas, scire cupio: nam [14] jamdiu, propter hiemis magnitudinem, nihil novi ad nos [15] afferebatur. Vale.

XV. M. T. C. IMP. COELIO ÆDILI CURULI S. D.

[1] Non potuit [2] accuratius agi, neque prudentius, quam actum est a te cum Curione de [3] supplicatione: et mehercule confecta res est, ex mea sententia, cum celeritate, tum quod [4] is, qui erat [5] iratus, [6] competitor tuus, et [7] idem meus, assensus est [8] ei, qui [9] ornavit res nostras [10] divinis laudibus. Quare sci-

linquendum, si quid Parthi conarentur. 81 Et in animo mihi erat decedere. 82 Sicut senatus decreverat: sc. ut, anno confecto, decederet. 83 Ut præsens honore illo fruar. 84 Roma; i. mirum me desiderium tenet Urbis: epist. 11: 85 Afficiunt. 86 Afficis me miro desiderio.

1 Commendat Cœlio Fabium, rogatque ut patronus sit, licet in re minus ardua. 2 Insignem humanitatem, et temperantiam. 3 De Herculanensi fundo, a Q. Fabio fratre proscripto. Epist. 25. l. 9. 4 Ex animo, et studio. 5 Sc. ut. 6 Te et tui similes. 7 Defensores magnorum reorum. 8 Jocatur cum laude Cœlii. Q. d. Vos nullam causam suscipitis, nisi capitalem. 9 Ut is. 10 Solent enim magni patroni graves tantum causas recipere. 11 Admitto. 12 Tuo auxilio et patrocinio. 13 Ut res, quæ Romæ geruntur, scribantur ad me. 14 A multis diebus. 15 Cum hæc scriberem.

1 Re bene gesta a Cicerone in Cilicia, procuraverunt Cœlius et Curio supplicationem ei decernendam, pro qua eis gratias agit, dicitque se sperare triumphum. Denique nonnihil de Dolabella genero suo meminit. 2 Cum majori cura. 3 Mihi pro re bene gesta decernenda. *Supplicatio* autem dicebatur, cum populus universus ad omnia Deorum templa, cæsis victimis, Diis de victoria parta gratias agebat, quibus diebus nihil agere cum populo licebat. 4 Hirrus. Epist. 6. 1. 8. 5 Quod repulsam accepisset sive superatus fuisset a Cicerone in petitione auguratus. 6 In auguratu, i. qui tecum petiverat auguratum. 7 Competitor in obtinenda provincia. 8 M. Catoni. 9 Decoravit. 10 A.M. Catone, viro sanctissimo, et prope divino, profectis. Non decreverat Cato supplicationem, locutus tamen erat honori-

to me sperare ea,[11] quæ sequuntur : ad [12] quæ tu te para. [13] Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. Nam [14] ea, quæ speras Tulliæ [15] meæ prudentia [16] temperari posse, scio, [17] cui epistolæ tuæ [18] respondeant. [19] Quid si [20] meam legas, quam ego tum [21] ex tuis literis misi ad Appium? Sed quid agas? [22] sic [23] vivitur. [24] *Quod actum est, dii* [25] *approbent*. Spero [26] fore jucundum generum nobis:[27] multum in eo tua nos humanitas adjuvabit.[28] Respublica me valde sollicitat: faveo [29] Curioni : [30] Cæsarem [31] honestum esse cupio : pro [32] Pompejo emori possum : sed tamen ipsa Repub. nihil mihi est carius, in qua tu non valde te [33] jactas:[34] districtus enim mihi videris esse, quod et [35] bonus civis, et [36] bonus amicus es. Ego, de [37] provincia decedens,[38] quæstorem[39] Cœlium [40] præposui provinciæ;[41] puerum,[42] inquis? [43] at quæstorem, at [44] nobilem adolescentem, at [45] omnium fere exem-

fice de rebus ab eo gestis. 11 Quæ sequi solent supplicationem, sc. triumphum. 12 Obtinenda. 13 De cujus affinitate gratulatus erat Cœlius ep. 13. l. 8. 14 Vitia quædam Dolabellæ, quibus illum sibi antea parum utilem fuisse, et emendatum iri pudore Tulliæ, scripserat Cœlius. 15 Filiæ, uxoris Dolabellæ. 16 Moderari. 17 Unde id te sperare significes, cum qua congruant, epistola tua: congruunt enim cum ea, qua accusatum a Dolabella esse Appium significaveras, sc. nonæ l. 8 hoc igitur videris dicere, moderatiorem in posterum fore. 18 Conveniant, consentiant ea, quæ scribis Tulliæ meæ prudentia temperari posse. Virg. Dictis respondent *cætera matris*. 19 Scriberes, aut diceres. 20 Epistolam, sc. decimam l. 3. 21 Excerptam : in quibus Dolabellæ sermonem perscripserat, de Tulliæ nuptiis et Ciceronis affinitate gloriantis. Hæ Cœlii literæ non exstant. 22 Ut talia faciant. 23 Nunc fere ab omnibus, i. sic vitæ consuetudo postulat. 24 De nuptiis Tulliæ. 25 Secundent. 26 Dolabellam esse futurum talem generum, ut eo delectari possimus. 27 Quæ tua est humanitas, bonum et jucundum generum mihi præstabis. 28 Perturbata contentionibus civium: cum ex Gallia revocari Cæsarem optimates cuperent, contra quam lege Trebonia concessum fuerat; tribuni vero pl. maximeque Curio nihil contra Cæsaris exstimationem decerni pateretur : epist. 11. et 12. l. 8. 29 Quem a puero dilexerat. 30 Cujus in Gallia legatus fuerat Q Cicero; et summam erga se, fratemque suum liberalitatem extollit Cicero : epist. 9. l. 1. 31 Ne honor ejus imminuatur. Imminuitur autem, si ante datum lege tempus, ex provincia revocatur. 32 Cujus imprimis opera sum ab exilio restitutus: sic epist. 2. ad Attic. l. 7. *Pro Pompejo libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem*. 33 Ostentas. Nondum Cœlius ad Cæsaris causam propendebat. 34 Arctatus ne libere agas. 35 Et ita nihil vis contra rempublicam agere. 36 Eorum sc. qui cum republica contendunt, et ita nihil vis contra eos agere, i. Curioni et Cæsari a quibus nolles abesse. 37 Cilicia. 38 Qui erat mihi quæstor. 39 Alterum, i. Cœlium, ad quem scribit epistolam ultimam hujus libri. 40 Ut, præter quæstoriam potestatem, auctoritate atque imperio proconsulis uteretur. Quomodo enim sine imperio, si res ferret, bellum gerere potuisset? 41 Præposuisti provinciæ? 42 Dicis mihi. 43 Præposui fateor, sed quæstorem, etc. 44 Non sua, sed majorum virtute: adhuc enim erat adolescens. 45 Proconsulum. Plerique enim proconsules, de pro-

plo: neque [46] erat [47] superiore honore usus, quem [48] præficerem. [49] Pontinius multo ante [50] discesserat: a [51] Q. fratre [52] impetrari non poterat: quem tamen si reliquissem, dicerent iniqui, non me plane post annum, ut senatus voluisset, ex provincia decessisse, quoniam [53] alterum me [54] reliquissem. Fortasse et illud [55] adderent, [56] senatum eos voluisse provinciis præesse, qui antea non præfuissent: [57] fratrem meum [58] triennium [59] Asiæ præfuisse. Denique nunc sollicitus non sum: si fratrem [60] reliquissem, [61] omnia timerem. Postremo, non tam [62] mea sponte, quam potentissimorum [63] duorum exemplo, qui omnes [64] Cassios, [65] Antoniosque [66] complexi sunt, [67] hominem adolescentem non tam [68] allicere volui, quam [69] alienare nolui. Hoc tu meum consilium [70] laudes necesse est: [71] mutari enim non potest. De [72] Ocella [73] parum plane ad me [74] scripseras, et in [75] actis non [76] erat. Tuæ res gestæ ita notæ sunt, ut trans [77] montem Taurum etiam de [78] Matrinio [79] sit auditum. Ego, nisi quid me [80] Etesiæ [81] morabuntur, [82] celeriter, ut spero, vos videbo. Vale.

vincia decedentes, cum quis est relinquendus, præponere Quæstorem solebant. Epist. 18. 46 Alter in exercitu. 47 Altiore. 48 Provinciæ. 49 Qui legatus fuerat Ciceronis, et Cœlium honore superabat, quod Prætor fuerat, atque etiam de Allobrogibus triumphaverat. 50 Ex pacto et conventu. Nam ea lege exierat. 51 Meo legato, qui et ipse Prætorius erat, Asiamque per triennium rexerat. 52 Ut præficeretur: quoniam oderat provinciam. 53 Quia frater dicitur quasi *fere alter*. 54 In provincia. 55 Iniqui. 56 Senatus hoc decreverat eo S. C. quod Cœlius ad Ciceronem misit cum epist. 7. l. 8. 57 Sc. etc. 58 Per spatium trium annorum. 59 Prætorem. Lege primam ad ipsum Q. fratrem epistolam. 60 Pro me in provincia. 61 Cum bellum esse in Syria magnum putaretur, idque videretur in Ciliciam erupturum. 62 Propria voluntate et inclinatione mea. 63 Cn. Pompeji, et C. Cæsaris: ut ex epist. 6. Ad Att. l. 6. declaratur. 64 Q. Cassium Longinum, Pompeji in Hispania Quæstorem intelligit. 65 M. Antonium, in Hispania Cæsaris Quæstorem. Dion. l. 45. 66 Charos habuerunt, et foverunt. Ejus enim honoris causa, quem Pompejus in Q. Cassium, Cæsar in M. Antonium contulit, ab universa gente Cassia gratiam inierunt. 67 Cœlium. 68 In amicitiam meam. 69 Eum a me. Esset enim ignominia, si quem ei anteferrem. Epist. 18. 70 Sc. *ut*. 71 Aliter se habere: quia jam factum est. 72 De actis Servii Ocellæ, triduo bis in adulterio deprehensi. *Ocellas*, ab oculorum parvitate nominatos, Plinius significat l. 11. c. 37. 73 Non satis clare et perspicue. Cœlius enim, ubi deprehensus esset Ocella, significare noluerat. 74 Epistola 7. l. 8. 75 Ad me missis, quibus sc. urbanæ res singulorum dierum scribebantur. 76 Factum ejus. 77 Maximum in confinio Ciliciæ, ubi erat Cicero, cum de Matrinio cognovit. 78 Scribam Ædilitium nominat in Orat. pro Cluent. Videtur Cœlius ædilis Cur. aliquid adversus eum, vel etiam pro eo, Reip. aut amicitiæ causa fecisse. Al. *matrimonio*, sc. tuo. Quam lectionem non probo: nam quomodo conjugium post inter res gestas numerari? 79 Non igitur Cœlius id scripserat. 80 Venti a Septentrione ad Occidentem, inde in Orientem flantes. Itaque cursum Ciceronis impediebant, in Italiam ex Græcia navigantis. 81 Detinebunt. 82 Jam enim de provincia decesserat: quod paulo ante dixit.

XVI. M. T. C. COELIO ÆDILI CURULI S. D.

[1] Magno [2] dolore me affecissent tuæ litteræ, nisi [3] jam [4] et [5] ratio ipsa depulisset omnes molestias, et [6] diuturna desperatione rerum [7] obduruisset animus [8] ad dolorem novum. Sed tamen, quare acciderit, ut ex meis [9] superioribus literis [10] id suspicarere, quod [11] scribis, nescio: quid enim fuit in [12] illis, præter querelam [13] temporum,[14] quæ non animum meum magis [15] sollicitum haberent, quam tuum? nam non [16] eam cognovi aciem ingenii tui, quod [17] ipse videam, te id, ut non putem videre. Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, ut me existimares aut tam improvidum,[18] qui ab [19] excitata [20] fortuna [21] ad [22] inclinatam, et prope jacentem [23] desciscerem: aut tam incostantem, ut [24] collectam gratiam florentissimi [25] hominis [26] effunderem, [27] a meque ipse deficerem, et, quod [28] initio, semperque fugi, civili bello interessem. Quod est igitur meum [29] triste consilium? ut discederem fortasse in aliquas [30] solitudines? Nosti enim non modo stomachi mei,[31] cujus tu similem [32] quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum [33] insolentium [34] indignita-

1 Excusat se a falsa suspicione Cœlii, quam in contrariam voluntatem detorquet: tantum sc. se a Cæsaris, et Pompeji dissidiis dissidere, ut nihil pace et tranquillitate Reip. carius habeat. 2 Quia tota Cœlii epistola scripta est miserabiliter. 3 Cum allatæ sunt. 4 Simul. 5 Quæ nihil dolentum ostendit, quod absit a culpa. 6 Cum jampridem de Republica desperaverim. 7 Obduratus fuisset animus meus sic, ut novum dolorem non sentiat. Sic ad Att. epist. 2. l. 13. *Sed jam ad ista* obduruimus, *et humanitatem omnem exuimus.* 8 Contra. 9 Hæ literæ non exstant. 10 Me in Cumano mansisse, ut ad Pompejum contra Cæsarem transirem. 11 Epist. 16. l. 8. 12 Superioribus literis meis. 13 De temporibus nostris, i. accusabam tempora: nihil tamen me triste cogitare, quod tu scribis, ostendebam. 14 Tempora. 15 Sollicitarent, ut epist. 3. l. 7. Sollicitum te habebat *cogitatio tum officii, tum etiam periculi mei.* Sollicitabant autem Ciceronem tempora, quia belli civilis, i. publicæ calamitatis initia videbat. 16 Acumen tale. 17 Ego. 18 Ut. 19 Vigente et uxsurgente. 20 Cæsaris: cum Cæsar Italiam, ejecto Pompejo, teneret. 21 Fortunam sc. Pompeji. 22 Sc. Ad casum. 23 Transirem. 24 Longa manu. 25 Cæsaris: cujus ita prospera fortuna erat, ut nihil ei deesse videretur. 26 Penitus projicerem et perderem. 27 A salute et bono meo. 28 Belli civilis. 29 Quod sc. mihi objicis? Ad Cœlii verba respondet, quæ sunt l. 8. *Exanimatus*, inquit, *sum tuis literis, quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti, neque id, quid esset, perscripsisti.* 30 Desertas terras? non modo ut abessem a bello, sed etiam, ne quosdam homines viderem, quorum indignitatem fastidiunt oculi mei. 31 Stomachi mei. 32 Cum sc. Cœlius contra cives improbos pro Rep. senserat. 33 Superborum. 34 Indignis honoribus: quod ab iis, contra quam deceat, multa fiant. *Indignitas* enim est, cum quis, quod se indignum sit, facit; aut cum quis, quo non sit dignus, consequitur. Indignitas ergo insolentium, qui et plus possint, quam deberent, et immeritos plerosque damno afficerent, publicisque ærumnis

te [35] fastidium.[36] Accedit etiam [37] molesta hæc [38] pompa [39] lictorum meorum,nomenque imperii,quo appellor.Eo si [40] onere carerem,[41] *quamvis parvis* Italiæ latebris contentus essem. Sed [42] incurrit[43] hæc nostra laurus non solum in oculos,sed jam etiam in [44] voculas malevolorum.Quod cum ita esset,nihil tamen unquam [45] de profectione, nisi [46] vobis approbantibus,cogitavi. Sed mea [47] prædiola tibi nota sunt: in [48] his mihi necesse est esse, ne [49] amicis [50] molestus sim. Quod autem in [51] maritimis [52] facillime sum, moveo [53] nonnullis suspicionem, velle me [54] navigare: quod tamen fortasse non nollem, si [55] possem [56] ad otium: nam [57] ad bellum [58] quidem [59] qui convenit? præsertim contra [60] eum, [61] cui spero me satisfecisse: [62] ab eo, cui tamen satisfieri [63] nullo modo potest. Deinde sententiam meam tu facillime perspicere potuisti jam ab illo tempore,[64] cum in [65] Cumanum [66] mihi obviam venisti: non enim te celavi: in [67] sermone tum [68] providisti [69] quam [70] abhorrerem ab Urbe relinquenda? [71] quod cum [72] audissem, nonne tibi affirmavi,[73] quidvis me potius perpessurum,quam ex Italia ad bellum civile [74] exiturum? [75] Quid ergo accidit, cur [76] consilium mutarem? nonne [77] omnia potius, ut in sententia per-

quasi iusultarent. 35 Aspernationem. 36 Ad fastidium. 37 Mihi. 38 Quia lictores cum laureatis fascibus proconsuli præibant. 39 Lictores habebant, quicumque erant cum imperio.Cicero autem e provincia reversus, nondum in urbem introierat, spe triumphi: quod urbem ingredientibus deponendum erat imperium, nisi si triumphantes introierent. 40 Suscepti honoris ac nominis. 41 Quantumvis, i. quolibet recessurus sum, adeo mihi grave visum est, tantum ponderis, illis præsertim temporibus, sustinere. 42 Objicitur. 43 Hic triumphus noster, hi laureati lictores cum fascibus laureatis, qui imperatoribus, eisque, quibus esset (ut Ciceroni) decretus triumphus, dabantur. 44 Sermones, obtrectatiunculas malevolorum,i. qui præferri vident laureatos fasces,aliquid in nos contumeliose dicunt: quasi stulte cogitemus de triumpho, pulso jam Italia Pompejo, quem secuti sumus. 45 De discessione ab Italia ad Pompejum in Græciam, jam enim mare transierat. 46 Te, et meis. 47 Parva, prædia mea, propinqua mari: de quibus vide epist. 14. et 28. l. 14. 48 Prædiolis. 49 Meis. 50 Hospitio. 51 Sc. *locis*, i. in villis et oppidis ad mare sitis, mari vicinis. 52 Libenter maneo, et valde delector. 53 Quibusdam. 54 Excedere Italia navibus ad Pompejum. 55 Enavigare. 56 Ad otium alibi obtinendum. 57 Navigare. 58 Certe. 59 Quomodo conveniens et utile sit mihi, qui semper pacis auctor fui? 60 Cæsarem. 61 Quod adhuc me cum Pompejo non conjunxerim, nec interesse bello voluerim. 62 Discedendo ab eodem Cæsare. 63 Licet ad Pompejum navigem, non tamen ei plane satisfaciam, quia serius ad eum, quam voluerat, iverim. 64 Quo. 65 Agrum. 66 Ad urbem ex provincia revertenti. 67 De ea re. 68 Providentia tua cognovisti. 69 Quantum. 70 Alienus essem, et repugnarem. 71 Te providisse me abhorrere ab urbe relinquenda. 72 Ex te, aut tuis. 73 Quodlibet incommodum. 74 Esse. 75 Q. d. Nihil. 76 Meum. 77 Acciderunt,sc. rebus omnibus a Pompejo, et ab iis, qui,Pompejo duce freti bellum civile cupierunt, pessime gestis.

manerem?[78] Credas hoc mihi velim (quod puto te[79] existimare) ex[80] his miseriis nihil aliud me quærere, nisi ut homines aliquando intelligant, me nihil[81] maluisse, quam pacem: ea[82] desperata, nihil[83] tam[84] fugisse,[85] quam arma civilia. Hujus me constantiæ puto fore, ut numquam[86] pœniteat. Etenim memini, in hoc[87] genere gloriari solitum esse familiarem nostrum[88] Q. Hortensium, quod numquam[89] bello civili interfuisset. Hoc[90] nostra laus erit[91] illustrior, quod[92] illi[93] tribuebatur[94] ignaviæ: de[95] nobis[96] id existimari posse non arbitror. Nec me ista terrent, quæ mihi a te[97] ad timorem fidissime atque amantissime[98] proponuntur. Nulla est enim acerbitas, quæ non omnibus, hac orbis terrarum perturbatione,[99] impendere videatur:[1] quam quidem ego a republica meis privatis et domesticis incommodis libentissime,[2] vel ipsis istis, quæ tu me mones, ut caveam,[3] redemissem.[4] Filio meo, quem tibi carum esse gaudeo, si[5] erit ulla respublica satis amplum patrimonium relinquam memoriam nominis mei: sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim[6] a reliquis civibus. Nam quod rogas, ut respiciam[7] generum meum, adolescentem optimum, mihique carissimum: an dubitas, cum scias, quanti cum[8] illum, tum vero Tulliam[9] meam[10] faciam, quin ea me cura vehementissime solicitet? et[11] eo magis, quod in[12] communibus miseriis hac tantum oblectabar[13] specula, Dolabellam[14] meum, vel potius[15] nostrum, fore[16] ab iis molestiis, quas[17] liberalitate sua contraxerat,[18] liberum. Velim quæras,[19] quos[20] ille dies[21] sustinuerit, in urbe dum fuit:[22] quam acerbos sibi, quam mihi ipsi[23] socero non honestos. Itaque neque ego hunc[24] Hispaniensem casum expe-

78 Sc. *ut*. 79 Judicare. 80 Quas patiebatur in agro. 81 Magis voluisse. 82 Cum esset desperata a me. 83 Tantopere. 84 Quod ostendit, sero admodum ad Pompejum profectus. 85 Quantopere. 86 Me hujus sententiæ. 87 Vivendi. 88 Ciceronis æmulum in eloquentia. 89 Sullanis temporibus gesto. 90 Quod abstinebimus a bello civili. 91 Clarior et nobilior, quam Hortensii. 92 Hortensio. 93 Non interfuisse bello civili. 94 Ad ignaviam et imbecillitatem. 95 Qui bellum in Cilicia fortiter gessimus. 96 Quod propter ignaviam abstinuerimus nos. 97 Ut deterrear a susceptione belli civilis. 98 In ep. 16. l. 8. 99 Imminere. 1 Perturbationem. 2 Etiam. 3 A Rep. in me ipsum transtulissem. *Redimit* enim, qui aliquid in se recipit. 4 M. Ciceroni. 5 Finito bello. 6 Quod non idem acciderit cæteris civibus. 7 P. Cornelium Dolabellam. 8 Generum meum Dolabellam. 9 Filiam. 10 Æstimem. 11 Solicitet me. 12 Civili bello. 13 Parva, exigua spe, de filia mihi reliqua. 14 Generum. 15 Amicum communem. 16 Ab ære alieno. 17 Largitate, immoderatis sumptibus. 18 Immunem. 19 Quales. 20 Dolabella. 21 Passus sit. 22 Id est, acerbissimos, cum satisfacere creditoribus non posset. 23 Illius. 24 Hispaniensis belli exitum, quo contra Petrejum et Afranium, Pompejanos duces Cæsar exercitum suum duxerat, i. non simulo me alterius amicum, donec de casu Hispaniensi cer-

cto, de [25] quo mihi [26] exploratum est [27] ita esse, ut tu scribis: nec quidquam [28] astute cogito: si [29] quando [30] erit [31] civitas,[32] erit profecto nobis locus: sin autem non [33] erit, in easdem [34] solitudines tu ipse (ut arbitror) venies, in quibus [35] nos [36] consedisse audies. Sed ego fortasse [37] vaticinor, et hæc omnia meliores habebunt exitus. Recordor enim desperationes eorum, qui senes erant [38] adolescente me: eos ego fortasse nunc imitor, et utor [39] ætatis vitio. Velim, ita sit. Sed tamen [40] togam prætextam [41] texi [42] Oppio, puto te audisse. Nam [43] Curtius noster [44] dibaphum [45] cogitat: sed [46] eum [47] infector [48] moratur.[49] Hæc aspersi, ut scires, me [50] tamen in stomacho solere [51] ridere. De Dolabella quod scripsi, suadeo [52] videas, tanquam si res tua agatur.[53] Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus: te tationr fiam.

tior fiam. 25 Casu. 26 Perspectum et clarum. 27 Quod meliores pro Cæsare militent. 28 Callide et dissimulanter. 29 Aliquando. 30 Romæ. 31 Communicatio, et libertas civium. 32 In ea. 33 Civitas non erit, sed dominium alicujus in urbe: non enim videtur civitas, nisi ubi civilia jura dominantur. 34 Vacuitates civium. 35 Seniores. 36 Q. d. licet pro tempore forsan speres tibi aliquam Remp. et ita aliquam civitatem fore, tamen tu videbis solitudinem civium in urbe, etiamsi plena sit hominum. 37 Hallucinor, insanio, et quasi delirio, ut divinantes vana conjectura futura hæc dico: ut etiam in oratione pro Sestio vaticinari eos, atque insanire dicebat. 38 Cum essem adolescens, contendentibus de singulari potentia Sylla et Mario: quo tempore senes nunquam fore sperabant, ut salutem ac dignitatem afflicta respublica recuperaret. 39 Senilis, quæ, quod parum habeat sanguinis, meticulosa est: itaque non facile ad melioris fortunæ spem erigitur. 40 Vestem triumphalem, vel magistratum aliquem. 41 Opere textorio fieri, parari. 42 Cæsaris amico, qui, Rep. salva, contemptus jaceret: al. *Appio*, sc. Pulchro, eo fortasse sensu: Appium etiam nunc de triumpho in ea calamitate temporum cogitare. 43 Posthumus Curtius, Cæsaris amicus: de quo in epist. 2. l. 9. 44 Vestem purpuream bis tinctam, præstantiorem ea, quæ semel tingebatur: nam δὶς significat *bis*, et βάπτω *tingo*. Auguratum significari arbitror, præsertim Q. Hortensio augure jam mortuo: quia talem purpuream togam augures gestabant: metonymia *signi* pro *signato*. 45 Obtinere prætendit. 46 Curtium. 47 Tinctor. 48 Detinet, in mora tenet, quo minus haberet dibaphum. Q. d. vide, qui status Reip. sit: audet Curtius dibaphum cogitare: sed, quod cogitat, non facile eo sequetur: vel quia Cæsar differt: vel quod is est, qui nullo modo auguratum populi comitiis obtinere possit: ut *infector* vel de Cæsare dicatur, vel de ipso populo, cujus suffragiis hoc tempore auguratus dabatur. 49 De Oppio sive Appio, et Curtio. 50 Tametsi, quamquam sim iratus, cum bili et indignatione summa: est enim in stomacho sedes iracundiæ. Hinc, *stomachum facere*, i. iracundiam commovere epist. 9. l. 1. et *stomachosæ literæ*, i. iracundæ, epist. 11. l. 3. Stomachabatur autem, quod toga prætexta Oppio texeretur, quod Curtius dibaphum cogitaret: quæ, si quieta Resp. esset, sperare non auderent. 51 Jocari: nam in eo jocus est, *Eum infector moratur*. 52 Prospicias, curam suscipias, ut ejus incommodis, si fieri potest, medeare. 53 Hujus epistolæ.

men oramus, quibuscumque erimus in terris, ut nos liberosque nostros ita tueare, ut amicitia nostra, et tua fides postulabit. Vale.

XVII. M. T. C. IMP. CANINIO SALUSTIO PROCOS. S. D.

[1] Literas [2] a te mihi [3] stator tuus reddidit [4] Tarsi, ad XVI kal. [5] Sex. His ego [6] ordine, ut videris velle, respondebo.[7] De successore meo nihil audivi nec quemquam [8] fore arbitror. Quin ad [9] diem decedam, nulla causa est, præsertim [10] sublato metu [11] Parthico. Commoraturum me nusquam [12] sane arbitror.[13] Rhodum, [14] Ciceronum causa puerorum, [15] accessurum puto : neque id tamen certum est. Ad [16] urbem velim quamprimum venire : sed tamen iter meum [17] reipublicæ, et rerum urbanarum [18] ratio gubernabit.[19] Successor tuus non potest ita [20] maturare ullo modo, ut tu me in Asia possis convenire. De [21] rationibus [22] referendis, non erat [23] incommodum, te [24] nullam referre, quam tibi scribis a [25] Bibulo fieri [26] potestatem : sed id vix mihi videris per [27] legem Juliam facere posse, [28] quam Bibulus [29] certa quadam ratione non servat, tibi magnopere servandam censeo. Quod scribis,[30] Apamea [31] præsidium [32] deduci [33] non oportuisse; videbam idem cæteros [34] existimare, molesteque ferebam,[35] de ea re [36] minus commodos sermones malevolorum fuisse. Parthi [37] transierint, [38] necne, præter te, video dubitare [39] neminem. Ita-

1 Binas: nam infra nominat ejus alteram epistolam. Duo agit in hac epistola Cicero. Primo respondet missæ epistolæ Caninii: deinde purgat se adjectis causis variis, quare Bibulo neminem commendare possit, aut debeat. 2 Datas, vel scriptas. 3 Minister, stare solitus, paratus ire quo eum miseris. 4 Cum essem Tarsi. *Tarsus* urbs Ciliciæ fuit, quo se Cicero contulerat. 5 Mensis Augusti. 6 Ad singulas particulas, quo ordine scriptæ sunt. 7 An haberem, et quis esset. 8 Futurum esse. 9 Constitutam a senatu. Venerat in provinciam pridie Kal. Sext. eodem igitur die decedendum erat. 10 Amoto. 11 De bello cum Parthis gerendo. 12 Multum. 13 Insulam, unam ex Cycladibus. 14 Filii sui et fratris, qui illic erant. 15 Me. 16 Romam. 17 Cujus turbulentum esse statum si cognovero, subsistam in itinere. 18 Qualitas et status. 19 Qui tibi succedet, sc. Marius, quem nominat infra. 20 Accelerare iter suum. 21 Computationibus. 22 Reddendis de quæstura coram deputatis et prætore. 23 Tibi. 24 Nullam. 25 Syriæ proconsule. 26 Non referendi rationem. 27 Quæ jubet unumquemque rationem magistratus a se gesti, et præcipue quæsturæ, referre debere. 28 Legem. 29 Propter inimicitias et contentiones in consulatu cum Julio Cæsare: cum Bibulus, Cæsare legem ferente, contra auspicia latam esse diceret. 30 Urbe Asiæ. 31 Illud militum, quod erat impositum, ut urbem defendat ab ostibus, et in fide retineat. 32 A me. 33 Ob irruptiones Parthorum. 34 Censere. 35 De abductione præsidii. 36 Parum gratos, cum aliqua contumelia. 37 Euphratem, domum redeuntes. 38 An non. 39 Quia omnes sciunt,

que omnia [40] præsidia, quæ [41] magna et [42] firma paraveram, commotus hominum non dubio sermone dimisi. [43] Rationes [44] mei quæstoris nec verum fuit [45] me tibi mittere, nec [46] tum erant confectæ: eas nos Apameæ [47] deponere cogitabamus. [48] De præda, mea, præter quæstores [49] urbanos, id est [50] populum romanum, [51] teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam.[52] Laodiceæ me [53] prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ [54] publicæ, ut et mihi, et [55] populo [56] cautum sit sine [57] vecturæ periculo. Quod scribis ad me de [58] drachmis CCCLIII nihil est, quod in isto [59] genere cuiquam possim [60] commodare. Omnis enim pecunia ita tractatur, ut [61] præda a præfectis: quæ autem mihi attributa est, a quæstore [62] curetur. Quod quæris, quid existimem de legionibus, quæ decretæ sunt [63] in Syriam: antea dubitabam, venturæ ne essent: nunc mihi non est dubium, quin, si antea auditum erit [64] otium esse in Syria, venturæ non sint. Marium quidem [65] successorem tarde video esse venturum: propterea quod senatus ita decrevit, ut cum [66] legionibus [67] iret.[68] Uni epistolæ respondi: venio ad alteram. Petis a me, ut [69] Bibulo te quam diligentissime commendem: in [70] quo mihi voluntas non deest: sed locus videtur [71] esse tecum [72] expostulandi. Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorem me numquam fecisti, quam valde Bibuli voluntas a me sine causa [73] abhorreret. Permulti enim [74] ad me detulerunt, cum magnus [75] Antiochiæ [76] metus esset, et magna spes in

quod non transierint. 40 Urbium, non Apameæ tantum, sed locis pluribus collocata. 41 Militum numero. 42 Usu belli, et fortitudine. 43 Computationes. 44 L. Mescinii Rufi: quod ex epist. 20. l. 5. et 26. l. 13. cognoscitur. 45 Quod tibi mitterem. 46 Cum eas deceret mitti. 47 Relinquere quasi deposito apud aliquem. 48 De tota præda, me Imperatore facta. 49 Urbis Romæ: ad quos, Romam reversus, prædam in bello factam deferre cogitabat. 50 Cujus pecunia curabatur a quæstoribus urbanis. 51 Valorem trium unciarum æris. 52 Quæ urbs Syriæ Antiochiæ est. 53 Fidejussores, ut, quantum hic pecuniæ depono, tantum mihi Romæ ex permutatione numeretur. 54 Quæ ad ærarium rom. pertinet, 55 Romano: ejus enim pecuniæ pars ad ipsum, reliqua ad populum romanum pertinebat. 56 Caute prospectum. 57 Quod est in vehendo per regiones. 58 Sc. tibi mutuo dandis. Drachma nummus Atticus, ejusdem valoris erat cum denario romano, i. valebat sex stuferos hollandicos. 59 Officii. 60 Commodum facere, præstare. 61 Universa præda ex Amano monte direpto ac vastato. Nam, Pindenisso capto, omnem prædam, equis exceptis, Cicero militibus concesserat. 62 In manu sit quæstoris Mescinii Rufi. 63 Quæ Syriæ contra Parthos præsidio essent. 64 Cessationem a bello, sublato metu Parthico, eo quod Parthi abierint. 65 Qui debeat succedere tibi. 66 Certorum numerorum copiis. 67 In provinciam. 68 Tuæ. 69 Prætori tuo. 70 Negotio. 71 Mihi. 72 Agendi de injuriis. 73 Aliena esset, et aversa. 74 Mihi occulte nunciaverunt. 75 Ex qua Parthos C. Cassius, quæstor M. Crassi, jam rejecerat. 76 Cum

me, atque in exercitu meo,[77] solitum dicere,[78] quidvis se perpeti malle, quam videri eguisse auxilio meo.[79] Quod ego[80] officio quæstorio te[81] adductum reticere de[82] prætore tuo non moleste ferebam: quamquam,[83] quemadmodum[84] tractarere, audiebam.[85] Ille autem, cum ad[86] Thermum de Parthico bello scriberet,[87] ad me literam nunquam misit, ad quem intelligebat[88] ejus belli periculum[89] pertinere. Tantum[90] de auguratu filii sui scripsit ad me: in[91] quo ego[92] misericordia commotus, et quod semper amicissimus[93] Bibulo fui, dedi operam, ut[94] ei quam humanissime scriberem.[95] Ille si omnibus est malevolus (quod nunquam[96] existimavi) minus offendor[97] in me: sin[98] a me est alienior, nihil tibi[99] literæ meæ proderunt. Nam, ad senatum quas Bibulus literas misit, in iis, quod mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit: se ait curasse, ut cum[1] quæstu[2] populi[3] pecunia[4] permutaretur. Quod autem[5] meum erat proprium, ut[6] alariis[7] Transpadanis uti negarem, id etiam[8] populo se[9] remisisse scribit: quod vero illius erat[10] solius, id[11] mecum communicat:[12] *equitibus*[13] *auxiliariis,*[14] inquit, *cum*[15] *amplius frumenti*[16] *postularemus.*[17] Illud vero pusilli animi, et[18] ip-

adventare Parthi dicerentur. 77 Bibulo. 78 Quodlibet incommodum, aut malum. 79 Dictum Bibuli. 80 Eo quod esses quæstor Bibuli, et ita illi devinctus. 81 Ad hoc inductum. 82 Atqui M. Bibulum proconsulem vocat epist. 1. et 3. l. 13. sed veteres omnem magistratum, cui pareret exercitus prætorem appellarunt. 83 Ad quem modum et formam. 84 Tractareris a Bibulo. 85 Bibulus. 86 Q. Minucium Thermum, Asiæ propraetorem, ad quem scribit epistolam sequentem: et l. 13. epist. 53.54.55.56.57. 87 Ne literam quidem scripsit, non modo epistolam. 88 Parthici. 89 Quia Cilicia Syriæ Antiochiæ propinquior est, quam Asia. 90 Ut ejus filius in locum alterius auguris, quem Alexandrini equites occiderant, surrogaretur, scripsit Bibulus: quod sine Ciceronis assensu facere non poterat, cum Cicero augur esset. 91 Facto, aut filio ejus. 92 Bibulo duobus filiis orbato: de quibus Valer. Max. l. 4. c. 1. 93 Adolescenti, qui de tribus Bibuli filiis super fuerat unus. 94 Ad eum, vel patrem Bibulum, vel filium: sed patrem magis. 95 Bibulus. 96 Judicavi de eo. 97 Si est malevolus in me. 98 Quam a cæteris. 99 Commendatitiæ. 1 Lucro. 2 Romani. 3 Quam ex ipsius provincia Syria, et ex mea Cilicia collectam, Romam ad quæstores urbanos deferendam simul curavimus. 4 Daretur negotiatoribus in provincia, et reciperetur alia Romæ. 5 Meo solius consilio et auxilio factum. 6 Militibus, in alis, i. cornibus aciei locandis: sic dictis, quod iis, tamquam *alis*, pedites tegerentur. 7 Sumendis ex populo in Italia trans Padum habitanti, ut sunt Patavini, Veneti, etc. ut contra Parthos mitterentur. 8 Romano. 9 Relaxasse, tamquam onus. 10 Consilio, vel opera factum. 11 Mihi etiam attribuit. 12 Pro equitibus. 13 Qui a populis amicitia conjunctis auxilio venerant, ut romanas provincias Parthis defenderent. 14 In epistola ad senatum. 15 Plusquam. 16 Ego et Cicero: sunt, enim Bibuli verba, sed pendentia, ne plura describeret. 17 Quod sequitur, sc. *fuit.* 18 Propter malevolentiam ipsam.

sa malevolentia[19] jejuni atque inanis, quod[20] Ariobarzanem, quem senatus[21] per me regem appellavit, mihique[22] commendavit,[23] iste in literis, non regem, sed regis Ariobarzanis[24] filium appellat.[25] Hoc animo qui sunt, deteriores fiunt[26] rogati. Sed tibi[27] morem gessi: literas ad eum scripsi, quas cum acceperis,[28] facies quod voles. Vale.

XVIII. M. T. C. IMP. Q. THERMO PROPRÆT. S. D.

[1] Officium meum erga Rhodonem, cæteraque mea studia, quæ tibi ac[2] tuis præstiti, tibi, homini gratissimo, grata esse, vehementer gaudeo: mihique scito in dies majori curæ esse dignitatem tuam: quæ quidem a te ipso[3] integritate et clementia tua sic amplificata est, ut nihil[4] addi posse videatur. Sed mihi, magis magisque quotidie[5] de rationibus tuis cogitanti, placet illud meum consilium, quod initio Aristoni[6] nostro,[7] ut ad me venit, ostendi,[8] graves te suscepturum inimicitias, si[9] adolescens potens et nobilis a te[10] ignominia affectus esset: et hercle sine dubio erit ignominia. Habes enim neminem[11] honoris gradu superiorem,[12] ille autem, ut[13] omittam[14] nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos hominesque innocentissimos, legatos tuos, quod et[15] quæstor est, et quæstor tuus. Nocere tibi[16] iratum neminem posse perspicio: sed tamen tres fratres,[17] summo loco natos,[18] promptos[19] non indisertos, te nolo habere iratos, præsertim jure, quos[20] video[21] deinceps tribunos plebis per triennium fore. Tempora autem Reipub. qualia futura sint, quis scit? mihi

19 Sterilis, humilis animi et infirmi, ut qui debilitantur inedia: contra *erectum excelsumque animum* dicimus. 20 Cappadociæ regem. Hunc postea C. Cassius, interfecto jam Cæsare, auxilia sibi et M. Bruto negantem, occidit. 21 Me consule referente, vel suasu meo. 22 Eum tutandum. 23 Vilis sc. quia malevolus et turpiter agens, sc. Bibulus. 24 Quia pater ejus, etiam Ariobarzanes nomine, rex fuerat. 25 Hujusmodi animo, sc. tam malevolo. 26 Si rogentur. 27 Obsecutus sum. 28 Aut dabis, aut retinebis eas.

1 Thermus scripserat ad Ciceronem, sibi ejus officia in Rhodonem grata fuisse, de qua re Cicero se vehementer gaudere dicit. Deinde monet, ne legatos quæstori, præsertim tam nobili et potenti, præponat. 2 Amicis. 3 Cum ex iis, qui provincias regerent, paucissimi avaritiæ et crudelitatis crimine vacarent. 4 Ad eam. 5 De eo, quod ad te pertinet. 6 Communi amico. 7 Postquam. 8 Molestas tibi. 9 Quæstor tuus, quem non nominat. 10 In præferendis illi legatis, *vel*, si provinciæ non præponatur, cum decedes. 11 Honore enim legati a quæstore superantur. 12 Quæstor tuus. 13 Taceam. 14 Ejus. 15 *Quæstor* a *conquirendo*, i. colligendo, dictus est, qui publica vectigalia recipit, et stipendium militibus ponit. 16 Licet sit iratus. 17 Clarissimis natalibus. 18 Expeditos in agendo. 19 Non imperitos artis oratoriæ. 20 Animadverto. 21 Per ordinem.

[22] quidem [23] turbulenta videntur fore. Cur ego te velim incidere in [24] terrores tribunitios? præsertim cum sine cujusquam reprehensione legatis quæstorem possis anteferre: [25] qui si dignum se majoribus suis [26] præbuerit, ut [27] spero et opto, tua laus [28] ex aliqua parte [29] fuerit, [30] sin quid offenderit, [31] sibi totum, [32] nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciam [33] proficiscebar, existimavi me ad te oportere scribere. Tu quod egeris, id velim dii [34] approbent: sed, si me [35] audies, [36] vitabis inimicitias, et [37] posteritatis otio consules. Vale.

XIX. M.T.C. IMP. C.COELIO CALDO, L. F. QUÆST. S. D.

[1] Cum optatissimum nuntium accepissem, te [2] mihi quæstorem [3] obtigisse, [4] eo jucundiorem mihi eam [5] sortem sperabam fore, [6] quo diutius in provincia mecum [7] fuisses. Magni enim [8] videbatur interesse, ad [9] eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, [10] consuetudinem quoque accedere. Postea cum mihi nihil neque a te ipso, neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur, verebar, ne id ita [11] caderet (quod etiam nunc vereor) ne antequam tu in provinciam venisses, ego [12] de provincia decederem. Accepi autem a te missas literas in [13] Cilicia, cum essem in castris, [14] ad x. kal. Quintiles, scriptas humanissime, quibus facile et [15] officium, et [16] ingenium tuum perspici possit: sed neque [17] unde, neque quo die datæ essent, aut quo tempore te expectarem, [18] significa-

22 Certe. 23 Turbis impedita et plena. 24 Poterat enim audax tribunus pl. lege lata, quem vellet, ejicere. 25 Quæstor. 26 In administranda provincia. cum tu decesseris. 27 Eum se præbiturum. 28 Quandoquidem tu primus eum provinciæ præfeceris. 29 Id. 30 Sed si in aliqua re peccaverit: ut ep. 2. l. 9. *Quis est, qui in tantis tenebris nihil* offendat? 31 In detrimentum et detrimentum et dedecus suum: tu enim alienam culpam præstare non debes. 32 Quia tu eum, quem debes, prætuleris. 33 Hæc scribens. 34 Fortunent: quod enim dii approbant, prospere succedit. 35 Mihi obedies. 36 Fugies simultates et rixas. 37 Post te futurorum vel posteri temporis paci prospicies: quia, ex simultate facta, longa surgere solet discordia.

1 Gratulatur Cœlio de quæstura per illum obtenta, dicitque se gaudere, quod talem nactus sit quæstorem, cum non possit gratior aut jucundior contingere. 2 In provincia mea mecum. 3 Sorte quadam evenisse. 4 Tanto. 5 Sortitionem: quæstores enim sortitione ibant in provincias. 6 Quanto. 7 Ad futurum tempus refertur, non præteritum; hoc enim dicit, quo maturius in provinciam venisses, mecumque in ea diutius fuisses. 8 Mihi. 9 Illud vinculum amoris. 10 Familiarem conversationem. 11 Eveniret. 12 Expleto administrationis anno ex Cilicia abirem. 13 Quo se iturum nonis Maji dixit epist. 13. 14 Circiter decimum diem ante kalendas Julias. 15 Erga me: quia scripsisti humanissime. 16 Quia scripsisti elegantissime. 17 De quo loco. 18 Exprimebant.

bant; nec is, qui [19] attulerat, a te [20] acceperat, ut ex eo scirem, quo ex loco, aut quo tempore essent datæ.[21] Quæ cum essent incerta, existimavi tamen esse faciendum, ut ad te [22] statores meos, et [23] lictores cum literis mitterem, quasi si satis [24] opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quam primum veneris. Nam quod ad me [25] Curius, [26] consobrinus tuus, mihi, ut scis, [27] maxime necessarius, quod item [28] C. Virgilius, [29] propinquus tuus, familiarissimus noster de te accuratissime scripsit, valet id quidem apud me multum, sicuti [30] debet hominum amicissimorum diligens commendatio: sed tuæ literæ, de tua præsertim [31] dignitate, et de nostra [32] conjunctione, maximi sunt apud me ponderis. Mihi Quæstor [33] optatior [34] obtingere nemo potuit. Quamobrem, [35] quæcumque a me [36] ornamenta in te proficiscentur, ut omnes intelligant a me [37] habitam esse [38] rationem tuæ, majorumque tuorum dignitatis. Sed [39] id jam facilius consequar, si ad me in Ciliciam veneris: [40] quod ego et mea, et Reip. et [41] maxime tua [42] interesse arbitror. Vale.

LIBER TERTIUS.

I. M. T. C. APPIO PULCHRO IMP. S. D.

[1] Si ipsa Resp. tibi narrare posset, quomodo sese haberet, non facilius ex ea [2] cognoscere posses, quam ex liberto tuo Phania: [3] ita est homo non [4] modo prudens, verum etiam, [5] quod vidi, [6] curiosus. Quapropter ille tibi [7] omnia explana-

19 Eas. 20 Eas. 21 Sc. quo loco, et quo tempore essent datæ. 22 Satellites et nuncios. 23 Ministros publicos. 24 Ut ante, quam decedam, in provinciam venire possis. 25 Is M. Curius esse videtur, ad quem l. 7. scribit, et quem l. 13 amicis commendat. 26 Sororis patris tui filius. 27 Maxima necessitudine mihi devinctus. 28 Qui Siciliam proprætor administraverat, qui cum Ciceroni vetusta fuit amicitia. 29 Consanguineus. 30 Multum valere. 31 Tuo honore. 32 Per vinculum amicitiæ; quæstor enim ei, cui quæstor obtigit, arctissimo necessitudinis vinculo conjungitur. 33 Quam tu. 34 Sorte evenire. 35 Omnia; pollicetur enim Cicero universa se in illum effusurum esse ornamenta: sic enim postulare et illius, et majorum suorum dignitatem. 36 Honorifica et maxima beneficia in te conferentur. 37 A me, sc. in te ornando. 38 Curam et respectum. 39 Ut te ornem pro dignitate tua. 40 Te venire in Ciliciam, priusquam discessero. 41 Præcipue; quia cogitabat cum decedens provinciæ præponere. 42 In te et utilitate esse.

1 Commendat primum Phaniæ prudentiam: tum amorem suum in Appium modeste commemorat, et Appium mirifice laudat, et Ciliceem libertum ejus extollit, et denique Valerium laudat. 2 Id. 3 Usque adeo. 4 Solum. 5 Quantum animadverti. 6 Solers, scrutator rerum. 7 Negotia reipu-

bit: id enim mihi et ad brevitatem est aptius, et ad reliquas [8] res [9] providentius. De mea autem benevolentia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen videntur etiam aliquæ [10] meæ partes. Sic enim tibi persuade, carissimum te mihi esse, cum propter multas suavitates [11] ingenii, officii, humanitatis tuæ, tum quod ex literis tuis, et ex multorum sermonibus intelligo,[12] omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisse [13] gratissima.[14] Quod cum ita sit, perficiam profecto, ut longi temporis [15] usuram, qua caruimus,[16] intermissa nostra [17] consuetudine, et [18] gratia,[19] crebritate et magnitudine [20] officiorum meorum [21] sarciam: idque me,[22] quoniam tu ita vis, puto [23] non in vita Minerva esse facturum: [24] quam quidem ego, si forte de [25] tuis sumpsero, non solum [26] Pallada, sed etiam [27] Appiada nominabo.[28] Cilix, libertus tuus, antea mihi minus fuit notus: sed, ut mihi reddidit [29] a te literas plenas et amoris, et [30] officii, mirifice ipse suo sermone [31] subsequutus est humanitatem literarum tuarum. Jucunda mihi ejus oratio fuit, cum de animo tuo, cum de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid [32] quæris? [33] Biduo factus est mihi familiaris: ita tamen, ut [34] Phaniam valde sim desideratus, [35] quem cum Romam remittes, (quod, ut putabamus, celeriter [36] eras facturus) omnibus ei de rebus, quas agi, quas curari a me voles,[37] mandata [38] des velim.[39] L. Valerium jurisconsultum, valde tibi commendo: sed [40] ita etiam,

blicæ. 8 Quas ab illo de statu Reipub. audies. 9 Consultius, majoris cautionis: possunt enim in alienas manus literæ pervenire. 10 Ad me spectare, ut aliquid ego quoque tibi significem. 11 Quod amorem conciliat. 12 Omnia beneficia, quæ in te contuli. *Proficisci* dicuntur eleganter beneficia in aliquem pro *conferri*; sic lib. 11. epist. 19. *Quæcunque a me ornamenta in* te proficiscentur. 13 Ex quo intellexi, te bona fide mecum in gratiam rediisse. 14 Quæ res, sc. omnia, quæ a me profecta sunt in te, tibi gratissima accidisse. 15 Usumfructum, commercium et mutuum nostri usum. 16 Ad tempus omissa, ob inimicitias P. Clodii Appii fratris, qui anno proximo perierat, a Milone Ciceronis amicissimo, interfectus. 17 Familiari conversatione. 18 Favore. 19 Frequentia. 20 In te collocatorum. 21 Compensabo. 22 Quoniam tibi placet officiis coli amicitiam nostram. 23 Adstipulante naturali industria mea, ac vi ingenii mei, i. feliciter, successu prospero: ut epist. 25. l. 22. *Causam tuam egi* non invita Minerva. Et Horat. *Tu nihil* invita *dices faciesve* Minerva. 24 Minervam. 25 Rebus ordinandis. 26 Ut vulgo vocatur. 27 De tuo nomine, ut sit Minerva Appias, aut quasi Appii filia, aut ad Appium pertinens. 28 Homo ille e Cilicia: quia sæpe a patria servi appellabantur ut *Davus, Syrus, Geta*. 29 Missas. 30 Honorifici obsequii. 31 Comprobavit. 32 Exitum sc. rei. 33 Spatio duorum dierum. 34 Ad te proficiscentem. 35 Phaniam. 36 Cum hæc scriberemus. 37 Commissiones, ut dicunt. 38 Sc. *ut*. 39 Eumdem antea Lentulo, Ciliciæ Proconsuli, commendarat epist. ult. l. 1. 40 Commendo eum.

*

si non est jurisconsultus. Melius enim ei [41] cavere volo, quam ipse [42] aliis [43] solet. Valde hominem diligo: est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus. Omnino tibi [44] agit gratias: sed idem scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras. [45] Id eum ne fallat, te etiam, atque etiam rogo. Vale.

II. M. T. C. PROCOS. APPIO PULCHRO IMP. S. D.

[1] Cum et [2] contra voluntatem meam, et præter opinionem [3] accidisset, ut mihi [4] cum imperio in [5] provinciam proficisci necesse esset: in multis et variis molestiis, cogitationibusque meis [6] hæc una consolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam posset succedere: neque [7] ego ab ullo provinciam accipere, qui [8] mallet eam mihi quam [9] maxime aptam [10] explicatamque tradere. Quod si tu quoque eamdem de mea voluntate erga te spem habes, [11] ea te profecto nunquam fallet. A te [12] maximopere [13] pro nostra [14] summa conjunctione, tuaque singulari humanitate, [15] etiam atque etiam peto et quæso, ut, quibuscumque rebus potes (potes autem plurimis) prospicias, et [16] consulas rationibus meis. Vides ex S. C. provinciam [17] esse habendam: si eam, [18] quoad ejus facere potueris, quam [19] expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi [20] decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere possis, [21] tui consilii est. Ego te, [22] quod tibi ve-

41 Consulere et providere, hoc addendo; posset enim dicere Appius, se nullum Valerium jurisconsultum illic nosse. 42 Quorum causas recipit, nec optime defendit. 43 Cavere. 44 Quod humaniter cum tractes. 45 Ne distituatur in ea spe et opinione.

1 Veritus Cicero, ne Appii animum a se alienaret, quod ei in provincia succederet, callide lenimenta quædam excogitat, quibus animum illius irritabilem placet, et sibi conciliet. Deinde petit, ut provinciam ei ita tradat, ut quam facillima ratione eam administrare possit. 2 Quia, cum provinciæ administrationem ipse non ambiret aut cuperet Cicero, non putabat sibi veluti dormienti eàm de cœlo missum iri. 3 Contra opinionem: quia cum Cicero domi, quam foris, aptior plerisque videretur, quibusdam vero etiam nihil minus, quam ad arma natus, nemo eum putabat contra bellicosas gentes cum imperio missum iri. 4 Proconsulari. 5 Tuam, sc. Ciliciam. 6 Quam dicturus est. 7 Possem. 8 Vellet magis, quam tu. 9 Summe. 10 Evacuatam et expeditam omnibus curis et impedimentis. 11 Spes. 12 Maxima diligentia et opera. 13 Propter nostram summam conjunctionem, etc. 14 Quia conjungebantur et collegio, cum esset uterque augur, et benevolentia, post gratiam reconciliatam. 15 Iterum atque iterum. 16 Commodes mihi in omnibus rebus in provincia obeundis. 17 Oportere haberi a me; decreverat enim senatus, ut duas provincias consulares, Syriam et Ciliciam, Bibulus et Cicero sortirentur. Ciceroni Cilicia obtigerat. 18 Quantum in ea re facere poteris. 19 Minime implicatam. 20 Levis transitus. 21 Pertinet ad consilium tuum prospicere, tu considerabis. 22 Quod

niet in mentem [23] mea interesse, [24] valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem exspectaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut [25] res verba desideraret, ac non pro se [26] ipsa loqueretur. Hoc velim tibi [27] persuadeas, si [28] rationibus meis a te [29] provisum esse intellexero, magnam te [30] ex eo et perpetuam [31] voluptatem esse capturum. Vale.

III. M. T. C. PROCOS. APPIO PULCHRO IMP. S. D.

[1] Ad XI kal. Junias [2] Brundusium cum venissem, Q. Fabius, legatus tuus, mihi [3] præsto fuit, eaque me ex tuis mandatis monuit, quæ non modo mihi, ad quem pertinebant, sed universo senatui, venerant in mentem, [4] præsidio [5] firmiori opus esse ad istam [6] provinciam.[7] Censebant enim [8] omnes fere, ut in Italia [9] supplementum [10] meis et [11] Bibuli legionibus scriberetur.[12] Id cum [13] Sulpitius [14] COS. [15] passurum se negaret, multa [16] nos [17] quidem [18] quæsti sumus; sed tantus consensus senatus fuit, ut [19] mature [20] proficisceremur, [21] parendum ut fuerit.[22] Itaque fecimus. Nunc, quod a te petii literis iis, quas Romæ tabellariis tuis dedi, velim tibi curæ sit, quæ successori [23] conjunctissimo et amicissimo [24] commodare potest is, qui provinciam tradit, ut ea pro nostra constantissima voluntate erga te, cura ac diligentia tua [25] complectare: ut omnes

considerabis. 23 In utilitate esse mea. 24 Ut facias id. 25 Cum is, qui provinciam successori tradit, operam omnino dare debeat, vel honoris sui, vel Reip. causa, ut eam quam maximo aptam explicatamque tradat. 26 Res: patet enim, quid te in tradenda mihi, tui amantissimo, provincia facere oporteat. 27 Sc. *ut*. 28 Rebus. 29 Consultum. 30 Ex ea re. 31 Cum officii me tui memorem gratumque cognosces.

1 Significat se sollicitasse, sicut Appii legatus monuerat, ut supplementum præsidii firmioris pro tuenda provincia scriberetur. Deinde rogat Appium, ea curet, quæ sibi conducibilia norit. Denique tacite innuit, ideo supplemento opus esse, quia intellexerat Appium multos dimisisse. 2 Urbem maritimam Italiæ. 3 Præsens. 4 Protectione, et custodia militum fidelium, ob metum Parthici belli. 5 Quam habeas. 6 Quam administras, utpote Ciliciam tutandam. 7 Judicabant. *Censere* proprium verbum est de senatoribus, qui sententiam rogati a consule *censere* dicuntur, quando opinionem suam expromunt additis rationibus. 8 Senatores. 9 Ut ad binas legiones, quas et Cicero et Bibulus habuit, copiæ adderentur. 10 Mihi decretis. 11 Bibulo, cui Syria obtigerat post Crassum a Parthis interfectum, ut Antiochiam ducat, assignatis. 12 Talem militum conscriptionem. 13 Servius Sulpitius Rufus, juris civilis cognitione excellens. 14 Anni illius, cum M. Claudio Marcello. 15 Ne exhauritetur militibus Italia, si forte delectum novarum copiarum tempora reipublicæ postularent. 16 Ego et Bibulus. 17 Certe. 18 Conquesti. 19 Celeriter. 20 In provinciam. 21 Ut necesse fuerit, parere senatui. 22. Et nos fecimus ita, i. statim profecti sumus. 23 Sibi jure auguratus. 24 Commode facere. 25 Suscipias.

intelligant, nec me benevolentiori cuiquam succedere, nec te [26] amiciori potuisse provinciam tradere. Ex iis literis, quarum [27] exemplum ad me misisti, quas in senatu [28] recitari voluisti, sic intellexeram permultos a te milites esse dimissos: sed mihi [29] Fabius idem demonstravit, id te cogitasse facere: sed, cum ipse a te discederet, [30] integrum militum numerum fuisse. [31] Id si ita est, pergratum mihi feceris, si [32] istas exiguas [33] copias, quas habuisti, [34] quam minimum imminueris: qua de re [35] S. C. quæ facta sunt, ad te missa esse arbitror. Equidem pro [36] eo, quanti te facio, quidquid feceris, approbabo. Sed te quoque confido ea esse facturum, quæ mihi intelliges maxime esse accomodata. Ego C. Pontinium, [37] legatum meum, Brundusii exspectabam: eumque ante kal. Jun. Brundusium venturum arbitror. Qui cum venerit, quæ primum navigandi nobis [38] facultas data erit, ea utemur. Vale.

IV. [1] M. T. C. PROCOS. APPIO PULCHRO IMP. S. D.

[2] Pridie non. Jun. cum essem Brundusii, literas tuas accepi, quibus erat scriptum, te [3] L. Clodio [4] mandasse, quæ illum mecum loqui velles. [5] Eum [6] sane exspectabam, ut ea, quæ a te [7] afferret, quamprimum cognoscerem. Meum studium erga te, et officium, tametsi multis jam rebus spero tibi esse cognitum; tamen in iis maxime [8] declarabo, quibus [9] plurimum significare potuero, tuam mihi [10] existimationem, et [11] dignitatem charissimam esse. Mihi et Q. Fabius Virgilianus, et [12] C. Flaccus L. F., et diligentissime M. Octavius Cn. F. demonstravit, me a te [13] plurimi [14] fieri: quod egomet multis argumentis jam antea judicaram, maximeque illo libro [15] augurali, quem ad me amantissime scriptum, [16] suavissimum [17] misisti.

26 Magis amico homini. 27 Quod vulgo sed barbare dicunt copiam. 28 Clare et publice legi. 29 Legatus tuus. 30 Abesse tamen tres cohortes comperit. 31 Si permultos dimiseris. 32 Sc. *tuas*. 33 Militum. 34 Valde parum. 35 Senatusconsulto, i. per decretum senatus super ea re consulti. 36 Tanto. 37 Ad Ciliciam regendam mihi datum. 38 Potestas.

1 Rursus indicat benevolentiam suam in Appium Pulchrum, et gravium virorum auctoritate comprobatam. Quapropter multas causas affert, cur Appium non vulgariter colat. 2 Die proxime præcedente nonas, quæ incidunt in quintum ejusdem mensis diem. 3 Præfecto fabrum: epist. 8. 4 Ea. 5 L. Clodium. 6 Multum. 7 In mandatis. 8 Studium et officium meum erga te. 9 Abundantissime. 10 Auctoritatem et Judicium. 11 Honorem. 12 12 Sc. *demonstrarunt*. 13 Maximo pretio, aut virum maximi pretii. 14 Æstimari. 15 De arte augurandi, de augurum disciplina scripto: de quo fit mentio epist. 9. et 11. 16 Jucundissimum. 17 Unum Appius miserat, reliquos missurum se pollicitus erat: epist. 9.

Mea in te omnia [18] summa necessitudinis officia [19] constabunt. Nam cum teipsum,[20] ex quo tempore tu me diligere cœpisti, quotidie pluris feci: tum accesserunt etiam [21] conjunctiones necessariorum tuorum: [22] duos enim [23] duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompejum, filiæ tuæ [24] socerum, et M. Brutum [25] generum tuum.[26] Collegii quoque [27] conjunctio, præsertim tam honorifice a te [28] approbata,[29] non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras [30] copulandas. Sed, si [31] Clodium [32] convenero, ex illius sermone ad te scribam plura: et ipse operam dabo, ut te quamprimum videam. Quod scribis [33] manendi tibi causam eam fuisse, ut [34] me convenires, id mihi, [35] ne mentiar, gratum est. Vale.

V. M. T. C. PROCOS. APPIO PULCHRO IMP. S. D.

[1] Tralles veni ad VI. kal. [2] Sextiles: ibi mihi [3] præsto fuit L. Lucilius cum literis, mandatisque tuis: quo quidem homine [4] neminem potuisti, nec mihi amiciorem, nec, ut arbitror, ad ea [5] cognoscenda, quæ scire volebam, aptiorem, prudentioremve mittere. Ego autem et tuas literas legi libenter, et audivi Lucilium diligenter. Nunc quoniam et tu ita sentis, (scribis enim, quæ de nostris officiis ego ad te scripserim, etsi ea jucunda fuerunt, tamen, quoniam [6] ex alto repetita sint, non necessaria te putasse) et revera,[7] confirmata amicitia, et [8] perspecta [9] fide, commemoratio officiorum [10] supervacanea est: [11] eam partem orationis prætermittam: tibi tamen agam, ut debeo, gratias. Animadverti enim, et [12] didici ex tuis literis, te omnibus in rebus habuisse [13] rationem, ut mihi [14] consu-

18 Maxima, vel quæ maxima esse possunt nostræ conjunctionis officia. 19 Non obscura erunt, sed patebunt, evidentia erunt. 20 Ex eo tempore, i. post id tempus. 21 Devinctiones. 22 Viros. 23 Senescente jam Pompejo, Bruto juvene. 24 Quia filia tua nupsit filio ejus. 25 Cui filia tua nupsit: postea Porciam, Catonis Uticensis, avunculi sui filiam duxit uxorem, Appi filia dimissa. 26 Auguralis, cum augur uterque esset: epist. 13. l. 2. 27 Commercium aut societas. 28 Scripto ad me augurali libro: epist. 9. et 11. 29 Imo ingens. 30 Conjungendas, conciliandas. 31 L. Clodium. 32 Adiero. 33 In provincia. 34 Mecum loqueris. 35 Licet nihil te, mea causa, contra commodum tuum velim facere.

1 Urbem Asiæ. Primum dicit se Trallibus conventum ab Lucilio cum literis et mandatis Appii. Deinde eumdem aptissimum fuisse ad indicanda ea, quæ maximopere scire volebat. Tum gratias agit Appio de beneficiis in se collatis: ac denique quod de Scævola scripserat Appius, argute refellit. 2 Augusti. 3 Præsens et paratus. 4 Captat benevolentiam ab Appii prudentia. 5 Ex eo. 6 Ex primordiis causarum. 7 Mutuis officiis. 8 Perfecte cognita et explorata. 9 Quia redierant in gratiam. 10 Superflua. 11 Quæ esset de commemoratione beneficiorum. 12 Cognovi, rescivi. 13 Considerationem et propositum. 14 Consulendo prodesses, et expeditam

leres,[15] restitueresque, et præparares quodammodo [16] omnia, [17] quo [18] mea ratio facilior et [19] solutior esse posset. Hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicam, [20] sequitur illud, ut te existimare velim, mihi magnæ curæ fore, atque esse,[21] jamprimum ut ipse tu,tuique omnes; deinde etiam ut reliqui scire possint, me tibi esse amicissimum.[22] Quod quibus adhuc non satis est perspectum, ii mihi nolle magis [23] hoc animo nos esse,[24] quam non intelligere videntur. Sed profecto intelligent: neque enim [25] obscuris personis, nec parvis in [26] causis res agetur. Sed hoc fieri melius, quam dici, aut scribi, volo. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in provincia: ea res sic habet. Brundusii cum loquerer cum Phania, liberto tuo, veni in eum sermonem, ut dicerem, me libenter ad eam partem provinciæ primum esse venturum,[27] quo te maxime [28] velle arbitrarer: tunc mihi [29] ille dixit, classe te velle decedere: [30] perfore accommodatum tibi, si ad Sidam, maritimam partem provinciæ, navibus accessissem. Dixi me esse [31] facturum: itaque fecissem, nisi mihi L. Clodius [32] noster [33] Corcyræ dixisset,[34] minime id esse faciendum: te [35] Laodicæ fore [36] ad meum adventum. Erat [37] id mihi multo brevius, multoque commodius, cum præsertim te ita [38] malle arbitrarer.[39] Tua ratio postea est commutata. Nunc, quid fieri possit, tu facillime [40] statues: ego tibi meum consilium [41] exponam. [42] Pridie kal. Sextiles puto me Laodiceæ fore, ubi perpaucos dies, [43] dum pecunia [44] accipitur, quæ mihi ex publica permutatione [45] de-

provinciam traderes. 15 Ablata. 16 Tam vetera, quam restituta. 17 Ideo ut. 18 Meum in provincia negotium, totum negotium, quod ad provinciam pertinet. 19 Liberior, expeditior, et fine impedimento: sic epist. 9. l. 1. *Si mihi essent omnia* solutissima, i. si meam voluntatem nulla res impediret. Locutio a rationibus accepti, et exspensi desumpta. 20 Nam apud bonos viros gratiam parit. 21 Illud primum. 22 Me esse amicissimum tibi. 23 Tam benevolo. 24 Quia licet intelligant, tamen quia invident nobis, et nolunt nos esse concordes, dissimulant se perspicere amicitiam nostram. 25 Cum Cicero et Appius viri consulares auguralesque essent: clarus ergo uterque. Translatio a fabulis, in quibus veterum heroum, aut regum, i. non obscuras, sed illustres personas histriones sustinebant. 26 Negotiis. 27 In quam. 28 Me venire. 29 Phania. 30 Multum fore. 31 Id. 32 Communis amicus. 33 In Corcyra, insula in mari Jonio. 34 Nequaquam. 35 Quæ est urbs Asiæ minoris. 36 Usque ad. 37 Iter. 38 Me facere. 39 Tum propositum est mutatum, i. mutasti quod to facturum ostenderas, non eadem fuit sententia tua. 40 Constitues et ordinabis. 41 Declarabo. 42 Ultimo die mensis Julii. Non erravit: nam eo die Laodiceam pervenit. 43 Donec. 44 A trapezitis vel negotiatoribus, quam restituendam acceperant. 45 Vel in provinciæ commoda, vel in annum ipsius victum, vel in stipendia militum eroganda.

betur, commorabor. Deinde iter faciam ad [46] exercitum, ut circiter [47] id. Sext. putem me ad [48] Iconium fore. Sed si quid nunc me [49] fallit [50] in scribendo, (procul enim aberam [51] ab re ipsa, et locis) simul ac progredi cœpero, quam celerrimis potero, et quam [52] creberrimis literis faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierum, atque itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audeo quidquam, nec debeo: sed (quod tuo commodo fieri possit) [53] utriusque nostrum [54] magni interest, prius ut te conveniam, quam [55] decedas. Quam [56] facultatem si quis casus eripuerit; mea tamen in te omnia officia [57] constabunt non [58] secus, [59] ac si te vidissem. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mandaturus per literas, quam desperaro [60] coram me tecum agere posse. Quod te a [61] Scævola petiisse dicis, ut, [62] dum tu abesses, ante adventum meum provinciæ [63] præesset: eum ego [64] Ephesi vidi, fuitque mecum familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum: nec ex eo quidquam audivi, quod sibi a te [65] mandatum diceret. Sane vellem [66] potuisse [67] obsequi voluntati tuæ: non enim arbitror [68] noluisse. Vale.

VI. M. T. C. PROCOS. APPIO PULCHRO IMP. S. D.

[1] Cum meum factum cum tuo comparo, etsi [2] non magis mihi faveo in nostra amicitia [3] tuenda, quam tibi; tamen multo magis [4] meo facto delector, quam tuo. Ego enim Brundusii quæsivi ex [5] Phania ([6] cujus mihi videbar et fidelitatem erga te perspexisse, et [7] nosse locum, quem apud te is teneret)

46 Quem Appius reliquerat. 47 Decimum tertium diem augusti. 48 Oppidum Lycaoniæ, ubi erat exercitus: ep. sequenti. 49 De itineris ratione. 50 Dum hæc scribo. 51 Ab ipso negotio: quo fortasse diutius impediar, quam ut possim circiter idus Sextiles ad Iconium esse. 52 Frequentissimis. 53 Et mea et tua. 54 Ut colloquerentur de utriusque institutis in regenda provincia, in quibus non idem uterque sensit. 55 De provincia. 56 Conveniendi. 57 Constanter fient: sic locutus epistola proxima. 58 Aliter. 59 Quam. 60 In præsentia. 61 Hic vel Appii legatus, vel quæstor in provincia fuerat. 62 Donec. 63 Sc. non est sperandum quia ego eum, etc. 64 Quæ urbs est Joniæ, olim templo Dianæ clarissima. 65 Esse. 66 Eum: al *potuisset*. 67 Obtemperare. 68 Noluisse.

1 Conqueritur Cicero, quod Appius visus sit occasionem quæsivisse, ne conveniatur a se, et nolle magistratu abire, cum illo adhuc fungatur in provincia, quod tamen Cicero in æquiorem partem accipit. Accusat tamen Appium, quod tres cohortes dimiserit, et rursus quod Appium convenire non possit: pollicetur tamen, se amicitiæ in illum partibus functurum. 2 Non minus a te, quam a me ipso, præstari amicitiæ nostræ ea, quæ debentur, officia cupio. 3 Protegenda. 4 Quod a me factum est, ut te convenirem, antequam decederes. 5 Liberto tuo: epist. 5. 6 Phaniæ. 7 Cognoscere gradum æstimationis, honestiorem sc. quam reliqui liberti.

quam in partem provinciæ maxime putaret te velle, ut in [8] succedendo primum venirem. Cum [9] ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quam si ad [10] Sidam navigassem: etsi minus dignitatis habebat ille [11] adventus, et ad [12] multas res mihi [13] minus erat aptus; tamen me [14] ita dixi esse facturum. Idem ego cum L. Clodium [15] Corcyræ convenissem, hominem ita tibi conjunctum, ut mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui viderer: dixi ei, me ita facturum esse, ut in eam partem, quam Phania rogasset, primum venirem. Tunc mihi ille cum gratias egisset, magnopere a me petivit, ut Laodiceam protinus irem: [16] te in [17] prima provincia velle esse, [18] ut quamprimum decederes: [19] quin, nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre, te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse: [20] quod [21] quidem erat [22] consentaneum cum iis [23] literis, quas ego Romæ acceperam; ex [24] quibus [25] perspexisse mihi videbar, [26] quam festinares [27] decedere. Respondi Clodio, me ita esse facturum: ac multo quidem libentius, quam si illud esset faciendum, quod promiseram Phaniæ. Itaque et consilium mutavi, et ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidem ex tuis literis intellexi, satis [28] mature ad te esse perlatas. [29] Hoc ego meo facto valde delector; nihil enim potuit fieri [30] amantius. Considera nunc vicissim [31] tuum. Non [32] modo [33] ibi non fuisti, [34] ubi me quam primum videre posses: sed [35] eo discessisti, quo ego te [36] ne [37] persequi quidem possem [38] triginta diebus, [39] qui tibi [40] ad decedendum, lege, ut opinor, Cornelia, [41] constituti essent: ut tuum factum illis, [42] qui, quo animo inter nos simus, ignorant, [43] alieni hominis (ut [44] levissime dicam) et [45] fugientis

8 Tibi. 9 Phania. 10 Maritimam partem provinciæ, (ep. 5.) Panphyliæ conterminam, ab urbe Sida sic dictam. 11 In Sidam. 12 Honeste gerendas. 13 Quam cæteri. 14 Ut ille consuluerat. 15 In ea insula in mari Ionio. 16 Et dixit, te, etc. 17 In prima parte provinciæ, Romam versus. 18 Sc. *ut*. 19 Insuper dixit. 20 Dictum Lucii Clodii. 21 Certe. 22 Consonum, et ejusdem sententiæ. 23 Tuis. 24 Literis. 25 Clare vidisse, et intellexisse. 26 Quantum. 27 E provincia cedere. 28 Tempestive, aut cito. 29 Quod prænarratum est. 30 Magis amanter, aut cum majore meo in te amore. 31 Factum. 32 Solum. 33 Laodiceæ i. in prima provincia. 34 Quod L. Clodius dixerat: mos enim fuit, ut ii, qui decedebant, successorem expectarent in prima provincia. 35 In ultimam provinciam. 36 Non etiam. 37 Ad consummationem sequi, i. sequendo attingere. 38 Spatio triginta dierum. 39 Triginta dies. 40 Quibus lege Cornelia decedendum tibi erat provincia. Lex Cornelia concedebat rectoribus provinciarum, ut per 30. dies post successoris adventum in provincia morari possent. 41 Ubi primum successor tuus in provinciam venisset. 42 Qui ignorant benevolentiam nostram mutuam. 43 Non amici, nulla necessitudine conjuncti. 44 Cum levissima simultatis nota. 45 Abhorrentis a

congressum; meum vero conjunctissimi, et amicissimi esse videatur. Ac mihi tamen antequam in Provinciam venirem, redditæ sunt [46] a te literæ, [47] quibus etsi te [48] Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi [49] non dubiam spem [50] mei conveniendi afferebas: cum interea, credo equidem, malevoli homines (late enim [51] patet [52] hoc vitium, et est in multis) sed [53] tamen probabilem materiam nacti [54] sermonis, ignari meæ constantiæ, conabantur alienare a te [55] voluntatem meam: qui te [56] forum Tarsi agere, [57] statuere multa, decernere, judicare dicerent, cum posses jam suspicari, tibi esse successum: [58] quæ ne ab iis [59] quidem fieri solerent, qui [60] brevi tempore sibi [61] succedi putarent. [62] Horum ego sermone non [63] movebar: quinetiam (credas mihi velim) si quid tu [64] ageres, [65] levari me putabam [66] molestia: et ex [67] annua provincia, quæ mihi longa videretur, [68] prope jam undecim mensium provinciam factam esse gaudebam, si [69] absenti mihi unius mensis labor [70] detractus esset. Illud (vere dicam) me [71] movet, in tanta militum [72] paucitate [73] abesse [74] tres cohortes, quæ sint [75] plenissimæ, nec me scire [76] ubi sint. Molestissime autem fero, quod, te ubi visurus sim, nescio: [77] eoque ad te tardius scripsi, quod quotidie teipsum exspectabam: cum interea ne literas quidem ullas [78] accepi, [79] quæ me [80] docerent, quid ageres, aut ubi te visurus essem. Itaque virum fortem, mihique [81] in primis probatum, Antonium, præfectum [82] evocatorum, misi ad te, [83] cui, si tibi videretur, [84] cohortes trade-

congressu meo. 46 Scriptæ. 47 Literis. 48 Ad urbem Ciliciæ, in ultimam provinciam. 49 Certam. 50 Quod me esses conventurus. 51 Extenditur. 52 Malevolentiæ et invidiæ. 53 Quamvis malevoli suspicari possent. 54 De nobis faciendi, aut quem de nobis habuerunt. 55 Animum propensum. 56 Conventum juris dicendi gratia habere; *fora* enim fuerunt loca, in quibus jus dicebatur, teste Nonio. 57 Statuta condere. 58 Jam dicta officia, forum agere, statuere, etc. 59 Certe. 60 Post breve tempus. 61 Successionem fieri, vel successum iri. 62 Hujusmodi hominum. 63 Dimovebar a constanti amore. 64 In provincia. 65 Exonerari, liberari. 66 Molesto negotio. 67 Duodecim mensium. 68 Quasi. 69 Cum tu, absente me, Tarsi forum ageres. 70 Tua jurisdictione Tarsensi. 71 Dolore afficit. 72 Exiles legiones vocat epist. 15. 1. 5. ad Att. 73 Dimissas a te, facta seditione. 74 Quinque nominat epist. 4. 1. 4. 75. Perfectissimæ. 76 Ut sc. eas revocem. 77 Et idcirco. 78 A te. 79 Literæ. 80 Certiorem facerent. 81 Cujus fides mihi ante alios erat explorata. 82 Militum emeritorum, subito ex agris in militiam evocatorum: quos Cicero ex S.C. in provincia contraxerat: ut epist. 4. 1. 15. Tria autem erant militum genera: legitimum unum, eorum, qui singuli jurabant pro Rep. se esse facturos, et ii non discedebant, nisi completo militiæ tempore: alterum tumultus, eorum sc. qui, orto tumultu, ad unum bellum militabant, ut in bello Gallico et Italico: tertium evocationis, cum ad diversa loca diversi propter cogendos mittebantur exercitus. 83 Præfecto evocatorum. 84 Quas

res: ut,[85] dum tempus anni esset [86] idoneum, aliquid negotii [87] gerere possem, in [88] quo, tuo consilio ut me sperarem esse usurum, et amicitia nostra, et [89] literæ tuæ fecerant; quod ego ne nunc quidem despero. Sed [90] plane, quando, aut ubi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. Ego, ut me tibi amicissimum esse et æqui, et iniqui intelligant, curabo. De tuo in me animo iniquis [91] secus [92] existimandi videris nonnihil [93] loci dedisse: id si [94] correxeris, mihi valde gratum erit. Et, ut habere [95] rationem possis, quo loco me,[96] salva lege Cornelia, convenias: ego in [97] provinciam veni [98] pridie kal. Sex. iter [99] in Ciliciam facio [1] per Cappadociam: castra movi ab [2] Iconio [3] pridie kal. Sept. Nunc tu et ex diebus, et ex ratione itineris, si putabis me esse conveniendum, constitues, quo loco [4] id commodissime fieri possit, et quo die. Vale.

VII. M. T. C. [1] IMP. APPIO PULCHRO. S. D.

[2] Pluribus verbis ad te scribam, cum plus otii nactus ero. Hæc scripsi subito, cum Bruti [3] pueri [4] Laodiceæ [5] me convenissent, et se Romam [6] properare dixissent.[7] Itaque nullas iis, præterquam ad te, et ad Brutum dedi literas. Legati [8] Appiani mihi [9] volu-

secum Appius habebat. 85 Donec. 86 Aptum ad bellum gerendum. 87 Contra sempiternos hostes Amanenses: epist. 10. l. 2. et 4. l. 15. 88 Negotio gerendo. 89 In quibus, cupere se cum Cicerone congredi, scripserat Appius. 90 Omnino. 91 Male, aliter ac vellem. 92 Judicandi. 93 Occasionis, et quasi ansam. 94 Aliquo in me officio. 95 Modum. 96 Intra trigesimum diem. Nam lex Cornelia magistratui ultra dies triginta, post successoris adventum, non permittebat in provincia permanere. 97 Laodiceam, quæ non erat in Appii provincia, sed inter tres diœceses Asiaticas Ciceroni attribuas: ideo Ciceronem Appius, salva lege Cornelia, convenire poterat. 98 Ultimo die Julii. 99 A Laodicea in Ciliciam: epist. 4. l. 15. 1 Nam et alia erat eaque brevior in Ciliciam via, quam cur omiserit, exponit epist. 4. l. 15. 2 Licaoniæ oppido. 3 Ultimo die Augusti. 4 Conventus noster.

1 Sic est inscribendum; scripsit enim hanc epistolam Laodiceæ: quo se contulerat. Amaniensibus victis (qua victoria imperator appellatus est) et Pindenisso capto. 2 Quam nunc discedendo Appius ex provincia cum Apameæ esset, inde ad Ciceronem legatos miserat cum literis querelarum plenis, quod Cicero edicto ædificationem impedivisset, quam Apameani cœperant in gloriosam Appii memoriam, exactis tributis ex provincia. Ad quod respondet Cicero, se purgans, et Appium callide accusans, quod provinciam oppresserit. Deinde purgat, quod Appio non ierit obviam, refellitque, quod Lentuli nobilitatem Ciceronis nobilitati superbe prætulerit Appius. 3 Servi. 4 In ea urbe Asiæ minoris. 5 Ad me venissent. 6 Properanter iter pararo. 7 Et ita. 8 Quos monumentum extruere ad Appii laudem cupientes Cicero impediverat. Hos populos esse ejus provinciæ, cui Cicero præerat, docet Plinius l. v. c. 29. 9 Libellum, vel literas: quas *volumen* appellat, quod earum longitudo speciem voluminis efficeret: ita-

men[10] a te, plenum querelæ[11] iniquissimæ, reddiderunt, [12] quod [13] eorum [14] ædificationem literis meis impedissem. Eadem epistola petebas, ut eos quamprimum, ne in [15] hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi [16] liberarem: et simul [17] peracute querebare, quod eos [18] tributa exigere vetarem prius,[19] quam ego re cognita permisissem. [20] Genus enim quoddam fuisse impediendi, cum ego [21] cognoscere non possem, nisi cum ad hyemem me ex Cilicia[22] recepissem. Ad omnia [23] accipe, et cognosce [24] æquiatem [25] expostulationis tuæ. Primum, cum ad me [26] aditum esset ab [27] iis, qui dicerent a se [28] intolerabilia[29] tributa exigi: quid habuit iniquitatis,[30] me scribere, ne facerent, antequam ego rem, causamque cognoscerem? [31] Non poteram [32] (credo) ante hyemem: sic enim scribis. Quasi vero ad cognoscendum ego ad[33] illos, non illi[34] ad me venire debuerint.[35] Tam longe? inquis. Quid? cum dabas iis literas, per quas mecum agebas, ne eos impedirem,[36] quominus ante hyemem ædificarent, non eos ad me venturos arbitrabare?[37] Tametsi id quidem [38] fecerunt [39] ridicule: quas enim literas afferebant, ut opus [40] æstate facere possent, eas mihi post [41] brumam reddiderunt. Sed scito, et multo plures esse, qui de tributis [42] recusent, quam qui [43] exigi velint, et me tamen, quod te velle existimem, esse facturum. De [44] Appianis [45] hactenus. A Pausania, Lentuli liberto,[46] accenso meo, [47] audivi, cum diceret, te secum esse questum, quod [48] tibi obviam non prodiissem. Scilicet contem-

que subjecit, *Eadem epistola petebas.* Sic epist. 30. l. 12. *Non te epistolis, sed* voluminibus *lacesserem*, i. ita longis, ut voluminum instar essent. 10 Missum. 11 Injustissimæ. 12 Quia. 13 Legatorum. 14 Alicujus statuæ, vel templi in Appii honorem, ut optime de republica meriti. 15 Qua magna ædificia fieri non solent. 16 Liberos facerem et potestatem eis facerem ut possint ædificare. 17 Valde subtiliter: excogitasti enim, quod a me cogitatum non est. 18 Quibus Appio monumentum extruerent. 19 Quod non prius exigerent, quam permisissem, et nollem permittere nisi re cognita. 20 Nam querebaris quamdam formam, aut rationem impediendi fuisse, i. me nihil aliud quæsivisse, quam ut ædificationem impedirem. 21 Rem. 22 In Asiam. 23 Responsum. 24 Quæ nulla est: ironia. 25 Manifestæ postulationis injuriarum de me. 26 Accessum. 27 Cilicibus. 28 Gravissima. 29 Quæ civitates imponebant, ut collecta pecunia ædificarent. 30 Quod scriberem. 31 Rem causamque cognoscere. 32 Sic enim scribis: ironia. 33 Legatos, qui pecuniam exigebant. 34 In Ciliciam; ut ibi de toto negotio cognoscerem. 35 Venirent illli ad te, ex Phrygia in Ciliciam? 36 Ut non. 37 Etiamsi non arbitratus esses. 38 Venerunt ad me. 39 Stulte, ita ut rideri possent. 40 Durante. 41 Brevissimum tempus lucis, i. post mediam hyemem. 42 Exactionem. 43 Ea. 44 Legatis. 45 Respondi, aut scripsi. 46 Apparitore. Apparitorum multa genera, inter quos *Accensi* quoque erant, dicti, quod sæpius ad necessarias res accirentur, ut ait Varro. 47 Audivi eum dicentem. 48 E provincia re-

psi te: nec potest fieri me quicquam superbius. Cum [49] puer tuus ad me secunda fere [50] vigilia venisset, isque te ante lucem [51] Iconium mihi venturum nuntiasset, [52] incertumque, [53] utra via, cum essent [54] duæ; [55] altera Varronem, tuum familiarissimum, altera Q. Leptam, præfectum [56] fabrum meum, tibi obviam misi: mandavi utrique eorum, ut ante ad me [57] excurrerent, ut tibi obviam prodire possem. Currens Lepta venit, mihique nuntiavit, te jam [58] castra prætergressum esse. [59] Confestim [60] Iconium veni. [61] Cætera jam tibi nota sunt. An ego tibi obviam non prodirem? primum [62] Appio Claudio? deinde [63] Imperatori? deinde [64] more majorum? deinde, quod [65] caput est, amico? præsertim cum in isto [66] genere multo etiam [67] ambitiosius facere soleam, quam honos meus, et [68] dignitas postulet. Sed [69] hæc hactenus. Illud idem [70] Pausania dicebat, te dixisse: [71] Quidni? [72] Appius [73] Lentulo, Lentulus [74] Appio processit obviam: [75] Cicero Appio [76] noluit? Quæso, etiam ne [77] tu [78] has ineptias? [79] Homo ([80] mea sententia) [81] summa prudentia, multa etiam doctrina, [82] plurimo rerum usu, addo [83] urbanitatem, [84] quæ est [85] virtus, ut Stoici rectissime putant, ullam [86] *Appietatem*, aut [87] *Lentulitatem*, [88] valere apud me plus, quam [89] ornamenta virtutis, [90] existimas? Cum ea consecutus nondum eram, quæ sunt hominum [91] o-

deunti. 49 Servus. 50 Noctis. Nox in tres vigilias, et in quaternas horas vigiliæ dividebantur. 51 Lycaoniæ urbem. 52 Esset. 53 Qua duarum viarum venturus esses. 54 Viæ. 55 Via. 56 Fabrorum, qui exercitum sequebantur, ut administrarent, quæ ad bellum necessaria viderentur. 57 Extra ordinem ac pompam præcurrerent. 58 Romana. 59 Cum festinatione. 60 In eam urbem Lycaoniæ. 61 Q. d. Scis quod per te steterit, quominus te convenerim. 62 Patritiæ gentis, consulari, opibus, ingenio, propinquis, affinibus florentissimo. 63 Appellato, et a militibus, et ab senatu: qui etiam ob victoriam supplicationes decreverat. 64 Ex vetere instituto. 65 Præcipuum rei momentum. 66 Officiorum. 67 Humilius, indecentius, aut magis adulatorie. 68 Mea. 69 Sint dicta. 70 Libertus Lentuli et accensus meus. 71 Cur non crederem id a te dictum? Cum te tuæ gentis antiqua nobilitas superbum faciat; Ciceronis enim, non Appii verba sunt. 72 Processit obviam. 73 Redeunti e provincia, cum ille succederet. 74 Ex eadem provincia redeunti, i. nobilissimus nobilissimo. 75 Homo novus. 76 Procedere obviam. 77 Effutivisti. 78 Hujusmodi. 79 Cum sis homo. 80 Quantum ego de te sentio. 81 Habens summam prudentiam naturalem, multamque doctrinam. 82 Multarum rerum habens experientiam. 83 Morum honestatem, quæ in urbibus potius, quam in agro, est. 84 Urbanitas. 85 Habet enim similitudinem quamdam urbanitatis. 86 Nobilitatem et gentilitatem Appiorum. 87 Nobilitatem Lentulorum. 88 Esse majoris æstimationis. 89 Ornamenta illa, quæ a virtute proficiscuntur: cum Appietas et Lentulitas nomina quidem speciosa sint, virtutis tamen ornamenta non habent. 90 Existimas? Q. d. longe erras. 91 Secundum opiniones hominum. Nam revera non sunt amplissima, si virtute careant; vulgus autem ipsam tantum honorum speciem admiratur.

pinionibus [92] amplissima: tamen ista vestra [93] nomina nunquam sum admiratus: viros eos,[94] qui ea vobis reliquissent, [95] magnos [96] arbitrabar. Postea vero, quam ita et cepi, et gessi [97] maxima imperia, ut mihi nihil neque ad [98] honorem, neque ad [99] gloriam acquirendam putarem: superiorem quidem nunquam, sed parem vobis me speravi esse factum. Nec mehercule [1] aliter vidi [2] existimare vel [3] Cn. Pompejum,[4] quem [5] omnibus, qui unquam fuerunt, vel [6] P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono.[7] Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paulo diligentius (ut quid sit [8] ἐξοχὴ, quid sit [9] εὐγένεια, intelligas) Athenodorus,[10] Sandonis filius, quid [11] de his rebus dicat, [12] attenderis. Sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modo, verum etiam amicissimum existimes velim: profecto omnibus meis officiis efficiam, ut ita esse vere possis judicare. Tu autem si id [13] agis, ut minus mea causa,[14] dum ego absum, [15] debere videaris, quam ego [16] tua [17] laborarim: [18] libero te ista cura.[19] παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι

Οἵ κέ με τιμήσουσι μάλιστα δὲ μητιέτα Ζεύς

sin autem [20] natura es [21] φιλαίτιος, illud non perficies,[22] quominus tua causa [23] velim: hoc [24] assequere, ut quam in partem [25] ac-

92 Sc. consulatum et triumphos. 93 Nobilitatem vestram. *Nomen* pro nobilitate: Cic. pro Plancio. *Qui favent nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui imaginibus, qui* nominibus *ducuntur*. 94 Qui ea nomina præclara sua virtute vobis impetrarunt; ostendit, Appium non a se ipso, sed a majoribus, nobilem esse. 95 Nisi enim illi magni fuissent, non reliquissent posteris suis nomina præclara. 96 Sc. *esse*. 97 Præturam et consulatum, quæ cæteris omnibus magistratibus dignitate præstant. 98 Acquirendum; summus enim honor consulatus. 99 Patefacta enim et oppressa Catilinæ conjuratione, tantum adeptus est gloriæ, nihil ut expetere amplius posset. 1 Quam quod par vobis factus essem. 2 Judicare. 3 Appii sententiam Pompeji sententia ac judicio debilitat. 4 Antepono. 5 Solus enim ad eam diem ter Pompejus triumphaverat, ex tribus orbis terrarum partibus victoria comparata. 6 Cujus beneficio in patriam redierat Cicero. 7 O Appi, si tu dissentis a Pompejo et Lentulo; et ideo me contemnis, quia novus homo sum. 8 Excellentia. 9 Nobilitas. 10 Patris nomen adjunxit, ut eum distingueret ab altero Athenodoro, ejus æquali, qui Cordilio dictus est; hic autem Sandonis filius, Cæsaris Augusti præceptor fuit. 11 Quid de præstantia, quid de nobilitate scripserit, quia nobilitatem virtute metiebatur. 12 Animadverteris. 13 Prætendis. 14 Donec. 15 Laborare. 16 Causa. 17 Cum aliis in rebus, de quibus epist. 9. tum in supplicatione tibi decernenda, de qua epist. ultima. 18 Per me licet, ut mea causa non labores, hoc te movere non debuit: alios habeo cupidos honoris mei, maxime vero Cn. Pompejum. 19 Recitat Agamemnonis verba apud Homerum, contra Achillem iratum, l. 1. Iliad. *Apud me et alii* sc. sunt, *qui me honorabunt, maxime autem consiliarius Jupiter*. Q. d. Cicero: Si tu minus honorabis, me honorabunt alii. 20 Per naturam. 21 Querulus. 22 Ut non. 23 Laborare. 24 Obtinebis. 25 Hæc a me scripta, sive in bonam, sive in malam.

cipias, minus laborem. Hæc ad te scripsi liberius, fretus[26] conscientia officii mei,[27] benevolentiæque, quam a me[28] certo judicio susceptam,[29] quoad tu voles, conservabo. Vale.

VIII. M. T. C. PROCOS. APPIO PULCHRO S. D.

[1] Etsi, quantum ex literis tuis intelligere potui, videbam, te hanc epistolam, cum ad[2] urbem esses, esse lecturum,[3] refrigerato jam[4] levissimo sermone[5] hominum provincialium: tamen, cum tu tam multis verbis ad me de improborum[6] oratione scripsisses,[7] faciendum mihi putavi, ut tuis literis[8] breviter responderem. Sed[9] prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Nihil enim habent, quod aut[10] definitum sit, aut certum: nisi me[11] vultu et taciturnitate significasse, tibi[12] non esse amicum: idque[13] pro tribunali, cum aliquid ageretur, et nonnullis in conviviis intelligi potuisse. Hoc totum[14] nihil esse,[15] possum intelligere: sed cum[16] sit nihil, nec quid dicatur quidem, intelligo. Illud[17] quidem scio, meos multos, et[18] illustres,[19] et ex superiore, et ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, et cum magna significatione nostræ familiaritatis, ad te[20] vere potuisse[21] deferri. Nam, quod ad[22] legatos attinet, quid a me

26 Veritas enim, et innocentia, suis freta viribus, animos addit: delicta vero sequitur metus et humilitas. 27 Meæ, simulare, enim, aut dissimulare, benevolentia non patitur. 28 Eo susceptam animo, ut perpetuo conservarem. 29 Quamdiu.

1 Respondet epistolæ Appii, qua multa objecerat, quæ purgat. 2 Romam. *Esse* autem *ad urbem* dicebantur, qui cum potestate provinciali aut nuper e provincia revertissent, aut nondum in provinciam profecti essent. Solebant autem, qui ob res in provincia gestas triumphum poterent, in Campo Martio extra urbem expectare, donec, lege lata, triumphantes urbem introire possent. Et de triumpho Appium cogitasse, ex epist. 10. cognoscitur; ne triumpharet, accusatione Dolabellæ factum est: epist. 6. l. 8. 3 Imminuto, sedato: sic in Verrem. *Refrigerata accusatio.* Manifesta translatio: cum actionem vis frigoris impediat. Contra, *calere* dicitur id, quod sine intermissione fit. 4 Inconstantissimo. 5 Quibus de meo in te animo falsa narrantibus credidisti. Phryges et Lycaones nominat epist. 10. 6 Locutione. 7 Me debere facere. 8 Brevis responsio non fuit: sed brevis fortasse præ Appii querela. 9 Primæ duæ principales partes quæ de diversis rebus agunt. Inferius in hac epistola: *Diligentissime scriptum caput est.* 10 Determinatum. Nam neque rem nominaverat Appius, ex qua non esse sibi amicum Ciceronem conjiceret: neque certa signa posuerat, cum ex vulto et taciturnitate de Ciceronis animo conjecturam faceret. 11 Eo quod vultum iratum haberem, et nihil dicerem. 12 Sc. *me.* 13 In tribunal, ante tribunal: ut *pro Rostris pro æde.* 14 Ex vana suspicione esse ortum. 15 Quia conscius mihi sum animi erga te mei: ex quo sequitur, ut, quid a te dicatur, non intelligam. 16 In te. 17 Certe. 18 Claros. 19 Et cum in sede magistrali sederem, et in loco plano, cum ut privatus loquerer, i. et pro tribunali, et privatis in locis. 20 Veraciter. 21 Delatorie afferri. 22 Qui com-

fieri potuit aut elegantius, aut [24] justius, quam ut [25] sumptus egentissimarum civitatum minuerim sine ulla imminutione dignitatis tuæ, præsertim ipsis civitatibus postulantibus? Nam mihi totum genus [26] legationum [27] tuo nomine proficiscentium [28] notum non erat. [29] Apameæ cum essem, multarum civitatum [30] principes ad me [31] detulerunt, sumptus [32] decerni [33] legatis nimis magnos, cum [34] solvendo civitates non essent. [35] Ilic ego multa simul cogitavi: primum, te hominem non solum [36] sapientem, verum etiam (ut [37] nunc loquimur) [38] urbanum, non arbitrabar genere isto [39] legationum delectari: idque me arbitror [40] Synnadis [41] pro tribunali multis verbis disputavisse. [42] Primum, Appium Clodium [43] senatui, populoque romano non [44] Myndensium testimonio (in ea enim civitate [45] mentio facta est) sed [46] sua sponte esse laudatum: [47] deinde, me ista vidisse multis accidere, ut [48] eorum causa legationes Romam venirent; sed [49] his legationibus non meminisse ullum tempus laudandi, aut locum dari: [50] studia mihi eorum placere, quod in te bene merito grati essent: [51] consilium totum [52] videri minime necessarium. Si autem vellent declarare in [53] eo officium suum, laudaturum [54] me, si quis [55] suo sumptu functus esset [56] officio: [57] concessurum, si [58] legitimo

munibus sumptibus Romam proficisci volebant, ut Appium laudarent; quod prohibuisse Ciceronem questus erat Appius. 23 Majore cum judicio; quia ita sumptus civitatum minui, ne tuam tamen dignitatem imminuerem. *Elegantia* ab eligendo dicta est, quasi delectus et discrimen: unde *elegans* sæpe pro homine fastidiosi judicii sumitur, cui aliquid non facile placet. 24 Quid enim justius, quam levare sumptibus egentissimas civitates, præsertim cum ipsæ postulent? 25 Expensas. 26 Legatorum. 27 Tui laudandi causa abeuntium. 28 Non erat approbatum a me, cum nescirem justam earum rationem. 29 In ea urbe Phrygiæ, vel ut alii volunt, Antiochiæ. 30 Primarii cives. 31 Clam insinuaverunt mihi. 32 Decreto adjudicari. 33 Romam ituris. 34 Ad solvendum idoneæ, i. cum ea tributa civitates solvere non possent. 35 In hac re, vel hoc tempore. 36 Sapientis autem est, inania contemnere. 37 Non quod *Urbanus* novum esset verbum; sed quod nova significatio: quod enim peregrini homines ab urbanis morum elegantia, et lepore vincebantur; inde cœptum, Ciceronis ætate, *urbanus* homo dici pro eo, cujus in factis aut dictis nihil odiosum, nihil inconditum, nihil turpe notaretur. 38 Politum sermone et moribus. 39 Quæ in vanum exhaurirent egentissimas civitates. 40 In oppido Cariæ, aut Phrygiæ majoris, ubi vis est marmorum. 41 In. 42 Dixi disputando. 43 A senatu et P. R. 44 Legatorum e Myndo, Cariæ oppido. 45 Legationis mittendæ. 46 Sine alicujus intercessione. Nam senatus de Rep. bene meritos sponte laudare solebat. 47 Dixi. 48 Laudandorum. 49 Hujusmodi. 50 Dixi studia eorum, quod ire aut mittere volebant, etc. 51 De mittendis legatis Romam tui laudandi causa. 52 Sc. *sed dixi*. 53 Consilio, aut incepto. 54 Dixi me esse laudaturum. 55 Proprio, non civitatum egentium. 56 Legationis Romam tui laudandi gratia. 57 Et dixi me concessurum. 58 Functus esset suo sumptu rationabili,

[59]non permissurum, si [60]infinito. Quid enim [61]reprehendi potest? nisi quod addis, visum esse quibusdam edictum meum quasi [62] consulto ad istas legationes impediendas esse [63] accomodatum. Jam non tam mihi videntur injuriam facere ii, qui hæc [64] disputant, [65] quam [66] si cujus aures ad hanc disputationem patent. [67] Romæ composui [68] edictum: nihil addidi, [69] nisi quod [70] publicani me rogarunt, cum [71] Samum ad me venissent, ut de tuo edicto [72] totidem verbis [73] transferrem in [74] meum. Diligentissime [75] scriptum [76] caput est, quod pertinet ad minuendos sumptus civitatum: quo in capite sunt quædam nova, salutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector. Hoc vero, ex quo suspicio nata est, me [77] exquisivisse aliquid, in quo te offenderem, [78] translatitium est. [79] Neque enim eram tam desipiens, ut privatæ rei causa [80] legari putarem, qui et tibi [81] non privato, et pro re non privata [82] sua, sed publica, [83] non in [84] privato, sed in publico orbis terræ consilio, id est in [85] senatu, ut gratias agerent, mittebantur: neque, cum [86] edixi, [87] ne quis [88] injussu meo [89] proficisceretur, [90] exclusi eos, qui me in

qualem leges permittunt, vel quautum lex Cornelia concedebat: epist. 10. 59 Et dixi me non esse permissurum. 60 Sumptu: quia cederet in detrimentum Reip. cui expedit, ut unusquisque re sua bene utatur. 61 In meo facto, vel ex his, quæ Synuadis pro tribunali disputavi. 62 Consilio prævio ac de industria visus sim edicere, ne quis injussu meo Romam proficisceretur; ut impedimeutum profecturis Romam legationibus objicerem. 63 Applicatum. 64 Variis sermouibus agitant. 65 Sc. *is.* 66 Si quis talis sit, cujus aures, etc. quærit enim causas discordiarum. Tacite notat Appium, qui detractores libenter audit. 67 Cum adhuc Romæ essem. 68 Ex quo in provincia jus dicerem. 69 Id. 70 Qui publica vectigalia conducuut et tractant. 71 In eam urbem insulæ ejusdem nominis. Quæ sita est in mari Ægeo, iuter Joniam et Cariam. 72 Quod esset scriptum in tuo edicto, i.ut, quod erat in tuo edicto, ponerem aliter in meo. 73 Transmutarem. 74 Edictum. 75 In tuo edicto. 76 Capitulum, paragraphum. 77. Excogitasse. 78 De tuo edicto in meum: tantum abest, ut a me sit compositum, ut te offenderem: vel *translatitium*, i. usitatum, quod ad omnes consuetudine transfertur; *translatitium* enim *edictum* proprie dicitur, quod ex prædecessore in successoris edictum transferretur, non novum, ueque ab eo tum primum excogitatum: inde *translatitium*, quicquid usitatum consuetumque est. Hæc igitur est sententia Ciceronis. Quod edixi, ne legati Romam injussu meo proficiscerentur: ex quo suspicatus es, me exquisivisse aliquid, in quo te offenderem: novi uihil feci, aut a me exquisitum, ut minuerem dignitatem tuam: translatitium id fuit, usitatum antea. De edictorum capitibus in primis hæc vox usurpatur, quæ ex uno transferuntur in aliud. A. Gell. l. 5. c. ultimo. 79 Desipiens enim fuissem, si edictum meum composuissem, ad legationes impediendas accomodatum: quas scirem non privatæ rei causa, sed publicæ mitti. 80 Eos mitti. 81 Sed publico magistratu fuucto. 82 Sibi propria. 83 Et non gratias agerent. 84 Loco aut consilio. 85 Romano. 86 In publico mandato jussi. 87 Legatus. 88 Sine jussu meo. 89 Romam. 90 Privavi eos proficiscendi potestate, qui me ne castra ad Iconium, etc. quia qui ne quis dicit, omnes

castra, et qui trans [91] Taurum [92] persequi non possent. Nam id est maxime in tuis literis [93] irridendum. Quid enim erat, [94] quod me persequerentur in castra, Taurumve transirent, cum ego Laodicea usque ad [95] Iconium iter ita fecerim, ut me omnium illarum [96] diœcesium, quæ [97] cis Taurum sunt, omniumque earum civitatum magistratus, legationesque [98] convenirent? Nisi forte postea [99] cœperunt [1] legare, quam ego Taurum transgressus sum, quod certe non ita est. Cum enim Laodiceæ, cum Apameæ, cum Synnadis, cum [2] Philomeli, cum Iconii essem, quibus in oppidis omnibus [3] commoratus sum, omnes jam istius generis [4] legationes erant [5] constitutæ. Atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu legationum aut minuendo, aut [6] remittendo decrevisse nihil, nisi quod principes civitatum a me postulassent: ne in [7] venditionem tributorum, et illam acerbissimam exactionem, [8] quam tu non ignoras, [9] capitum, atque ostiorum, inducerentur sumptus minime necessarii. Ego autem, cum [10] hoc [11] suscepissem, non solum [12] justitia, sed etiam miserirordia [13] adductus, ut [14] levarem miseriis perditas civitates, et perditas maxime per magistratus suos, non potui in illo [15] sumptu [16] non necessario * negligens esse. Tu, cum [17] istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, [18] non debuisti credere. Sin autem eo [19] genere delectaris, ut, [20] quæ tibi in mentem veniant, [21] aliis attribuas: ge-

includit sub vetatione sua. 91 Montem, qui per totam fere Asiam extenditur; Iconium enim cis Taurum fuil. 92 Ad finem usque sequi. 93 Quod scribis me eos exclusisse. 94 Propter quod. 95 Lycaoniæ oppidum. 96 Jurisdictionum ac gubernatiouum, a verbo διοικέω i. *guberno*. 97 Citra, ab hac parte. 98 Agendi mecum de rebus suis gratia. Proficiscenti ergo mihi uon fuerunt necessariæ legatioues illæ. 99 Legati. 1 Mitti. 2 Quæ Phrygiæ majoris urbs est. 3 Moram traxi, biduum Laodiceæ, quatriduum Apameæ, triduum Synnadis, totidem Philomeli. 4 Quæ mitterentur tui laudandi gratia. 5 Decretæ. 6 Illis, qui eo onerabantur. 7 Cum enim exigi celeriter tributa non possunt, venduntur alicui, qui, quanti emit, tanlum statim de suo numerat, deinde exigit acerbissime, accepta cogendi potestate. 8 Quia ejus tempore vigebat, vel ab eo, vel ejus gratia instituta eral. 9 De singulis capitibus atque ostiis domus, cum per singula capita atque oslia exiguntur tributa per eos, quibus vendita sunt. 10 Ne fierent sumptus non necessarii. 11 Faciendum recepissem. 12 Quæ nimiam exactiouem prohibet. 13 Ad hoc. 14 Deonerarem calamitatibus. 15 Vetando. 16 Quia nulla necessitate cogebantur eas legationes Romam mittere. * Prodigus, effusus; cui opponitur *diligens*, i. e. frugalis, parcus. 17 Detractorii et qui inimicitiarum sunt occasiones, quod ais visum esse quibusdam, edictum meum quasi consulto ad istas legationes impediendas esse accomodatum; et illud, me exquisivisse aliquid, in quo te offenderem. 18 Aut enim, si credidit, imprudens; aut, si finxit ipse, non amicus. 19 Sermonum. 20 Quæ putaris dicta aut facta esse potuisse. 21 Dicas tibi dicta esse ab aliis.

*

nus sermonis inducis in amicitiam [22] minime liberale. Ego, si [23] in provincia de tua fama detrahere unquam cogitassem, non [24] ad generum tuum Lentulum, neque ad [25] libertum tuum Brundusii, neque ad [26] præfectum [27] fabrum [28] Corcyræ, quem in locum me [29] venire velles, retulissem. Quare potes, doctissimis hominibus [30] auctoribus, [31] quorum [32] sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri, [33] genus hoc totum orationis tollere: [34] *disputabant*, *ego contra* [35] *disserebam*: [36] *Dicebant, ego negabam*. An mihi de te nihil esse dictum unquam putas? ne hoc quidem, quod, cum me Laodiceam venire [37] voluisses, [38] Taurum ipse transisti? Quod iisdem diebus [39] meus conventus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli, [40] tuus [41] Tarsi? Non dicam [42] plura, ne, in quo te [43] objurgem, id ipsum videar imitari. Illud dicam, ut sentio: si ista, quæ alios loqui dicis, [44] ipse sentis tua summa [45] culpa est: sin alii tecum hæc loquuntur, tua tamen, quod [46] audis, culpa [47] nonnulla est. Mea [48] ratio in tota amicitia nostra constans, et gravis reperietur. Quod si quis me [49] astutiorem fingit: quid potest esse [50] callidius, quam, cum te absentem semper defenderim, cum præsertim mihi [51] usu venturum [52] non arbitrarer,

22 Indignum homine libero sive liberaliter educato. 23 Cum essem in provincia. 24 Ad judicium et voluntatem generi tui Lentuli; ep. 4. hujus libri. 25 Phaniam: epist. 5. 26 Lentulum Clodium: epist. 5. 6. 27 Fabrorum Appii. 28 Cum essem Corcyræ, vel in Corcyra insula. 29 Ad conveniendum te, vel, ut convenire a te. 30 Id approbantibus: monent enim me, ne inter amicos tale quidquam dicatur, quale tu ad me scripsisti, hoc, inquam: *Disputabant*; ego contra disserebam. 31 Auctorum. 32 Exstant. 33 Quale est dicentium. 34 Homines, vel inimici disputabant de tua perfidia. 35 Diversa ab iis asserebam, cum ego te contra illos defenderem. 36 Aliquid mali de te, sc. ideo a te legationes impeditas, quod meæ laudi inimicus esses; talia enim solent dicere, qui volunt videri amici, cum non sint, quia fingunt se refellisse ea, quæ nunquam dicta sunt, ut non ipsi, sed alii, ea dixisse putentur, sic tamen, ut, licet dicant se contradixisse, putent inimicos illorum, de quibus talia dicta narrant, vera censere. 37 Id enim ei dixerat L. Clodius: epist. 5. et 6. 38 Quod hominis alieni et fugientis congressum fuit. 39 Mea Jurisdictio. 40 Erat. 41 Quod argumentum erat, te nolle provincia decedere. 42 Quæ mihi de te dicta sunt. 43 Quod malevolorum sermonibus aures dederis. 44 Tu ex sententia tua asseris. 45. Qui genus sermonis inducis in amicitiam nostram minime liberale. 46 Tales: cum istiusmodi sermonibus non debueris credere. 47 Ex aliqua parte. 48 Faciendi et dicendi forma, i. nihil inconstanter aut leviter commisi: perpetuam quamdam in tota amicitia nostra constantiam et gravitatem servavi: cum tua ratio neque constans fuerit, id quod ex vitato congressu possum suspicari; neque gravis, cum credideris Phrygum et Lycaonum malevolis de me sermonibus. 49 Callidiorem: quasi consulto ad legationes impediendas meum edictum accomodaverim: quæ astutia videtur. 50 Cum ironia: potius enim stultitia, quam calliditas est. 51 Eventurum. 52 Non enim fore putabam, ut

ut ego quoque absens a te defendendus essem; nunc committere, ut tu [53] jure optimo me [54] absentem deserere possis? [55] Unum genus excipio sermonis, in quo persæpe aliquid dicitur, quod te putem nolle [56] dici: si aut [57] legatorum tuorum cuipiam, aut præfectorum, aut tribunorum militum [58] male dicitur: [59] quod tamen ipsum non mehercule adhuc accidit, me audiente, ut aut [60] gravius [61] diceretur, aut [62] in plures, quam mecum Corcyræ [63] Clodius est locutus: cum in eo [64] genere maxime quereretur, te aliorum improbitate minus [65] felicem fuisse. [66] Hos ego [67] sermones, quod et [68] multi sunt, et tuam [69] existimationem (ut ego sentio) non [70] offendunt, [71] lacessivi nunquam, [72] sed non valde [73] repressi. Si quis est, qui neminem [74] bona fide in gratiam putet redire posse: non nostram is [75] perfidiam coarguit, sed indicat [76] suam, simulque non de meis pejus, quam de te, [77] existimat. Sin autem [78] quem [79] mea instituta in provincia non delectant, et quadam dissimilitudine [80] institutorum meorum, ac tuorum [81] lædi se putat, cum uterque nostrum recte fecerit, sed non idem uterque secutus sit: [82] hunc ego amicum habere non curo. [83] Liberalitas tua, ut hominis nobilissimi, latius in provincia patuit: [84] nostra si [85] angustior est (etsi [86] de tua prolixa, beneficaque natura [87] limavit aliquid [88] posterior annus, propter quamdam [89] tristitiam temporum) non debent mirari homines, cum et [90] na-

in provinciam irem: epist. 2. 53 Æquissimis rationibus. Nam si ego te in provincia læderem, tu me absentem jure optimo desereres. 54 Existentem in provincia. 55 Nihil dico de eo. 56 Ut dicatur. 57 Qui tui in provincia legati fuerant. 58 De fama eorum sermonibus detrahitur. 59 Maledici cuipiam, etc. 60 Molestius. 61 Quidquam. 62 Non enim tibi, sed tuis maledicitur: al. *impurius*, i. obscœnius. 63 Lentulus Clodius, præfectus fabrum: epist. 5. 64 Sermonis. 65 In gubernanda provincia. Hoc autem dicendo significat cum non bene rexisse provinciam: non enim infelix est, qui bene regit. 66 Hujusmodi. 67 De te. 68 Ut reprimere non potuerim, etiamsi vellem. 69 Auctoritatem. 70 Lædunt: nec enim in aliorum facta præstare debes. 71 Provocavi, excitavi, commovi. 72 Sed permisi eos fieri. 73 Retudi. 74 Sine deceptione. 75 Quia non sumus tales, aut non scit nos tales, etiamsi sumus. 76 Perfidiam. 77 Judicat. 78 Aliquem. 79 Mores mei in provincia. 80 Morum meorum, ant rerum institutarum a me. 81 Notat homines provinciales, qui non eosdem e Ciceronis institutis fructus caperent: quos ex Appii administratione capere consueverant. 82 Hujusmodi. 83 Cum videatur eum laudare, carpit, quasi ex alieno liberalem. 84 Liberalitas. 85 Strictior, et minus lata. 86 De tuo ingenio largo ad benefaciendum inclinato. 87 Detrivit, detraxit, imminuit, ut lima solet: al. *limitavit*, i. quod prolixe et liberaliter facere consuevisti, id quasi intra limites reduxit, quos largiendo transire tibi non licet. Tacite autem notat profusionem Appii. 88 Qui tuum annum secutus est. 89 Infelicitatem; callide, ne videatur sua sponte ab Appio dissentire. Temporum, inquit, ratio liberalitatem respuit. 90 Per naturam et indolem meam. 91 Quod Appius fecit. 92 Parcior. 93 Tristibus,

tura semper [91] ad largiendum ex alieno fuerim [92] restrictior, et [93] temporibus, quibus alii [94] moventur, iisdem ego movear: *me esse* [95] *acerbum sibi,* [96] *ut sim dulcis mihi*. De rebus urbanis quod me certiorem fecisti, cum per se mihi gratum fuit, [97] tum quod significasti tibi omnia mea mandata curæ fore. In [98] quibus unum illud te præcipue rogo, ut cures, ne quid mihi ad hoc [99] negotii aut [1] oneris [2] accedat, aut [3] temporis. [4] Hortensiumque nostrum [5] collegam, et [6] familiarem roges, ut si nunquam mea causa quicquam aut sensit, aut fecit, de hac quoque sententia [7] bima decedat, [8] qua mihi nihil potest esse [9] inimicius. De nostris rebus quod scire vis, [10] Tarso nonis Oct. [11] Amanum versus profecti sumus. Hæc scripsi [12] postridie ejus diei, cum castra haberem in agro [13] Mopsuhestiæ. Si quid egero, scribam ad te: neque domum unquam ad meos literas mittam, quin adjungam [14] eas, quas tibi reddi velim. [15] De Parthis quod quæris, fuisse [16] nullos puto. Arabes qui fuerunt, admisto [17] Parthico ornatu, dicuntur omnes [18] revertisse. Hostem esse in Syria [19] negant ullum. Tu velim ad me quam sæpissime et de tuis [20] rebus scribas, et de meis, et de omni Reip. statu: de quo sum solicitus eo magis, quod ex tuis literis cognovi, [21] Pompejum [22] nostrum in [23] Hispaniam iturum. Vale.

94 Commoventur; sapientis enim est, parcere temporibus: epist. 9. 1. 4. 95 Quia largitiones Appii non imitor. 96 Ut meæ laudi consulam, ut non lædam conscientiam meam largiendo de alieno. Unde, quia non largior, quibus Appius largitus est, sum illis acerbus, aut mihi, qui rectæ sententiæ conscius sum, dulcis sum. 97 Magis fuit gratum. 98 Mandatis. 99 Provincialis. 1 Fortasse ne quid ei mandaretur, si Parthi in Syriam prorumperent: quod post M. Crassi necem timebatur. 2 Addatur. 3 Prorogationis. Suspicabatur fore, quod accidit, ut successor ei non mitteretur. 4 Oratorem. 5 In auguratu. 6 Appio quidem ita studuit, ut eum, a Dolabella accusatum, defenderet. 7 Duorum annorum, i. biennii mihi prorogandi, ut provinciæ per biennium a me obtinerentur. 8 Sententia. 9 Magis contrarium. 10 Ex ea urbe Ciliciæ. 11 Montem inter Ciliciam et Antiochiam, quo in monte quæ gesserit, scripsit ad Cœlium epist. 10. l. 2. 12 Die sequente nonas Octobris. 13 Urbis Ciliciæ, a Mopso vate et Argivorum rege conditæ. 14 Literas. 15 An venerint contra Romanos. 16 Parthos. 17 Quia partim vestiti erant more Parthico, quo plus terroris inferrent. Finitimi Syris Arabes sunt, ideo facilis irruptio est: epist. 8. l. 8. 18 In patriam. 19 Homines, vel exploratores. 20 Privatis. 21 Quo absente, infirma Resp. videtur. Reversus tamen e provincia, ut contentiones inter Cæsarem et Pompejum sedarentur, censuit, ut in Hispaniam iret. 22 Communem amicum. 23 Provinciam suam, quam per legatos absens administrabat.

IX. M. T. C. IMP. APPIO PULCHRO S. D.

[1] Vix tandem legi literas dignas [2] Appio Clodio, plenas humanitatis, officii, diligentiæ. Adspectus videlicet [3] urbis tibi tuam [4] pristinam [5] urbanitatem reddidit. Nam quas ex itinere, antequam ex [6] Asia egressus es, ad me [7] literas misisti, unas de legatis a me prohibitis [8] proficisci, alteras de [9] Appianorum ædificatione [10] impedita, legi [11] perinvitus. Itaque [12] conscientia meæ constantis erga te voluntatis, rescripsi tibi [13] subiratus. Iis vero literis lectis, quas Philotimo, liberto meo dedisti, [14] cognovi, intellexique, in provincia multos fuisse, qui nos, [15] quo animo inter nos sumus, esse [16] nollent: ad urbem vero ut [17] accesseris, vel potius ut primum [18] tuos videris, [19] cognosses te ex iis, qua in te absentem [20] fide, qua in omnibus [21] officiis [22] tuendis erga te observantia, et constantia fuissem. Itaque qnanti illud me æstimare putas, quod est in tuis literis scriptum? si quid acciderit, quod ad meam dignitatem pertineat, etsi vix [23] fieri possit, tamen te [24] parem mihi gratiam relaturum: tu vero facile [25] facies. Nihil est enim, quod studio et [26] benevolentia, vel [27] amore potius, effici non possit. Ego etsi et ipse ita judicabam, et fiebam [28] crebro [29] a meis per literas certior: tamen maximam lætitiam cepi ex tuis literis de [30] spe minime dubia, et plane [31] explorata

1 Cum difficultate. Multa conquestus fuerat de Cicerone Appius, ut supra vidimus: sed postquam in urbem redierat, et favorem Cic. in se intellexerat, amicas scripserat literas ad eum: nnde nunc familiarius, omissa simultate, ad eum scribit. Epistola est gratulatoria et petitoria. 2 Quæ scriberentur ab Appio Clodio. Quasi aliæ Appii literæ non tam ipsins voluntate, qui natura ad humanitatem inclinaret, sed ob sermones improborum scriptæ sint. 3 Romæ. 4 Quam habueras, priusquam urbe exiveras. 5 Comitatem et humanitatem illam, quæ in nrbanis hominibus agnoscitur. 6 Ex ea parte Asiæ, quæ ad provinciam Ciliciam non pertinuit. 7 Binas. 8 Romam, ut te laudarent. 9 De quibus epist. 7. 10 A me, ut querebaris. 11 Valde invitus. 12 Propter conscientiam meam, i. quia mihi conscius eram nihil in te peccasse. 13 Aliquantulum iratus. 14 Culpam in alios confert, quo levius peccasse Appius videatur. Nam omnino peccatum aliquod in eo fuit, quod audierit, et crediderit. 15 Qua benevolentia. 16 Vellent nos non esse. 17 Non enim introierat, quia triumphum sperabat. 18 Amicos. 19 Te. 20 Fidelitate, sc. post gratiam reconciliatam. 21 Quæ amicus amico debet. 22 Protegendis, colendis et conservandis. 23 Ut referas mihi parem gratiam. 24 Operam Appio snam Cicero navarat in supplicatione impetranda. 25 Id quod vix fieri posse dixeras. 26 Quia multi student, nec tamen diligunt. 27 Major est in amore vis, quam in benevolentia: sicuti plus est amare, quam diligere. 28 Frequenter, sæpe. 29 Datas ad me. 30 Ex tuis rebus gestis, et quia jam adeptus erat supplicationem, quæ triumphi prærogativa quædam solebat esse. 31 Perspecta.

triumphi tui: [32] neque vero ob eam causam,[33] quo ipse [34] facilius consequerer,nam [35] id quidem [36] Ἐπιχαίρεον est,[37] sed mehercule,quod tua dignitas,atque amplitudo mihi est ipsa cara [38] per se. Quare, quoniam plures tu habes, quam cæteri, quos scias in [39] hanc [40] provinciam proficisci, quod te adeunt fere [41] omnes, si quid velis; gratissimum mihi feceris, si ad me, simul atque adeptus eris, quod et tu [42] confidis, et ego [43] opto, literas miseris.[44] *Longi subsellii* (ut noster Pompejus appellat) [45] *judicatio* et [46] mora, si quem tibi item [47] unum,alterumve diem abstulerit: (quid enim [48] potest amplius?) tua tamen dignitas [49] suum locum obtinebit. Sed, si me diligis, si a me diligi vis, ad me literas, ut quamprimum [50] lætitia afficiar,mittito. Et velim reliquum quod est [51] promissi, ac muneris tui, mihi persolvas. Cum ipsam cognitionem juris auguralis consequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter studiis erga me,muneribusque delector. Quod autem a me [52] tale quiddam desideras, sane mihi [53] considerandum est, [54] quonam te [55] remunerer [56] potissimum genere: nam profecto non est [57] meum, qui in scribendo, ut soles admirari, tantum [58] industriæ ponam,[59] committere, ut in scribendo negligens fuisse [60] videar: præsertim cum id, non modo negligentis,

32 Cepi maximam lætitiam de spe triumphi tui. 33 Ut. 34 Obtinerem triumphum in consimili negotio, exemplo tuo, cum ego quoque Ciliciæ præsim; nec mihi, successori tuo, negari posse videatur, quod tibi concessum sit. 35 Esset hoc, sc. lætari bonis amici, quatenus sibi sint commodo, ejus hominis, qui Epicuri sententiam sequeretur, i. qui ad se ipsum omnia referret, et in sua utilitate cuncta poneret. 36 Epicureum, et ad Epicureos pertinens, qui summum hominis bonum in voluptate ponere existimatus est. 37 Ob eam causam lætabar. 38 Etiam sine respectu commodi mei. 39 Ubi ego sum. 40 In ciliciam. 41 Profecturi in Ciliciam quæsitum, numquid velis,numquid habeas quod nunciari ibi conficive velis. Propria erat et solemnis formula,qua abituri utebantur, offerentes suam operam et ministerium ad quævis officia. *Si* vero idem est quod *num*. Terent. Heaut. II l. 4.5. *Visam*, si *domi sic*. 42 Te adepturum esse. 43 Sc. triumphum. 44 Plurimorum, qui in subselliis sunt, i. senatus. Nam, ut Senatores omnes sedere possent in senatu, necesse erat ut longa essent subsellia. Inde metaphorice longi subsellii judicatio est res,ad quam decernendam multi requiruntur judices quæ a magno judicum consessu definienda est. 45 In judicandis rebus,de quibus consulitur. 46 Quia senatores et multi sunt et consultando multum temporis terunt. 47 Consuetudinem senatus in protrahendo rerum exitu significat. 48 Auferre. 49 Sibi debitum locum,i. statutum triumphum 50 Læter. 51 Libros,quos de scientia augurali te perfecturum et docto daturum promisisti; scripserat enim ad Ciceronem Appius librum unum de jure augurali, reliquos promiserat: ep. 4. et 11. 52 Literarium munus tibi dicatum. 53 Si gratus esse volo. 54 Quo muneris genere, i. quid ad te scribam,ut te remunerer. 55 Referendo munus donem. 56 E plurimis. 57 Officii mei. 58 Studiosæ operæ. 59 Pati. 60 Si, accepto a te munere, nihil remittam.

sed etiam ingrati animi crimen futurum sit. Verum [61] hæc videbimus. Illud, quod [62] polliceris, velim pro tua fide diligentiaque, et pro nostra, non [63] instituta, sed jam [64] inveterata amicitia, cures,[65] enitare, ut [66] supplicatio nobis quam honorificentissime, quamprimumque [67] decernatur. Omnino [68] serius [69] misi literas, quam vellem: [70] in quo cum [71] difficultas navigandi fuit [72] odiosa,[73] tum ipsum [74] discessum senatus [75] incidisse credo meas literas. Sed [76] id feci [77] adductus auctoritate, et [78] consilio tuo: idque a me recte factum puto, quod non statim, ut [79] imperator [80] appellatus sim, sed [81] aliis rebus additis, æstivisque confectis, literas [82] miserim. Hæc igitur tibi erunt curæ, quemadmodum ostendis: meque totum, et [83] mea, et [84] meos [85] commendatos habebis. Vale.

X. M. T. C. IMP. APPIO PULCHRO S. D.

[1] Cum est ad nos allatum de temeritate [2] eorum, qui tibi [3] negotium facesserent; etsi graviter primo nuncio commotus

61 Quid de his acturi simus. 62 Te curaturum. 63 Incepta nuper. 64 Longa consuetudine firmata. 65 Sc. etc. 66 Totius populi gratiarum actio pro rebus in Amano monte gestis: ex qua victoria imperator appellatus est. 67 Per senatusconsultum. 68 Tardius. 69 Ad senatum de victoria. 70 In mittendis literis. 71 Misit enim literas ad senatum mense Januario. 72 Molesta nobis. 73 Magis odiosum fuit, quod credo, etc. 74 Ex curia diebus comitialibus, per quos lege Puppia haberi senatus non poterat: ep. 3. l. 1. Discedebat senatus Aprili mense, cujus fere dies omnes vel ludis dabantur, vel festi erant, vel comitiales, quibus haberi senatum non licebat. 75 Ex quibus referri ad senatum de supplicatione mea ideo fortasse non potuit, quia frequens senatus non affuerit: infrequenti enim senatu fieri S. C. non poterat. 76 Serius misi literas meas. 77 Persuasus et ad hoc inductus. 78 Ne statim post primam victoriam literas mitterem. 79 Devictis Amaniensibus: obtenta enim legitima victoria, solebat exercitus ducem suum salutare imperatorem. 80 Ab exercitu pro justa victoria, apud Issum, ep. 10. l. 11. 81 Eo quod aliæ res etiam honore dignæ sint additæ (capto Pindenisso die quinquagesimo septimo, postquam oppugnari cœptum erat, ep. 4. l. 15.) et æstiva jam sint confecta, cum in hyberna milites dimittuntur; nec jam bellum geri per anni tempus licet. 82 Ad senatum. 83 Negotia, aut bona. 84 Amicos. 85 Tibi.

1 Quando. Ex hac epistola plenum testimonium de sua erga Appium voluntate dedit, cum significat sibi illius dignitatem non aliter curæ fore, ac sui ipsius. Hortatur idem Appium, ut improborum conatus fortiter ferat. Postremo excusat se de falsa illa suspicione legationis prohibitæ. Epistola partim est judicialis, partim petitoria. 2 Dolabellam significat, qui Appium accusaverat: epist. 6. l. 8. 3 Rem molestam ac difficilem, vel curam ac molestiam crearent accusatione de crimine ambitus: quo accusabantur, qui largitionibus, precibus, minis, promissis, aliisque corruptionibus magistratum petebant: cuius convicti de saxo Tarpejo, ut Manlius Capitolinus olim, præcipitabantur: sic in Verrem: *Cum audissent ei negotium facessitum.* Pro Cluentio: *Si cui forte* negotium facesseretur.

sum, quod nihil [4] tam præter opinionem meam accidere potuit: tamen,[5] ut me collegi, [6] cætera mihi facillima videbantur, quod et [7] in te ipso maximam spem, et in [8] tuis magnam habebam: multaque mihi veniebant in mentem; quamobrem istum [9] laborem tibi etiam [10] honori putarem fore. Illud [11] plane moleste [12] tuli, quod certissimum, et justissimum triumphum hoc invidorum consilio esse tibi [13] ereptum videbam. [14] Quod tu si tanti [15] facies,[16] quanti ego semper judicavi faciendum esse, facies sapienter, et ages [17] victor ex [18] inimicorum dolore [19] triumphum justissimum. Ego enim [20] plane video fore,[21] nervis, opibus, sapientiaque tua, vehementer ut inimicos tuos poeniteat [22] intemperantiæ suæ. De me tibi sic, [23] contestans omnes deos, promitto, atque confirmo, me pro tua dignitate (malo enim dicere, quam pro [24] salute) in hac provincia, cui tu præfuisti, [25] rogando, [26] deprecatoris; [27] laborando, [28] propinqui; auctoritate, [29] cari hominis, (ut [30] spero,) apud civitates: [31] gravitate, Imperatoris suscepturum officia, atque [32]

4 Tantum. 5 Postquam vires animi mei ex ea commotione collegi, cum ad rationem me quieto animo revocare cœpi: sic epist. 9.1.1. Collegi *ipse me, et cum ipsa quasi Rep. sum collocutus.* 6 Quæ restarent, ut absolvaris. 7 In innocentia ac dignitate tua. 8 Amicis, præsertim Pompejo, ejus filiæ socero, et in Bruto genero: quos pro Appii absolutione laborasse patet ex epistola sequenti. 9 Injuriam, molestiam. Ter Andr. v. 2. 29. *Nonne te miseret mei tantum* laborem *capere ob talem filium.* 10 Ad honorem. In adversis enim virtus elucet, et, ut aurum igne, sic innocentia sententiis judicum probatur. 11 Omnino. 12 Passus sum. 13 Appius enim introierat in urbem, triumphique postulationem abjecerat: lege epist. 9.1.8. 14 Quam ereptionem triumphi factam esse tibi. 15 Æstimabis. 76 Id est, minimi. Nam, si triumphum exoptasset, consul non deposuisset, 17 Voti compos, absolutus. 18 Tuorum, quibus dolebit, quod tibi non doleat, et quod tam constanter contumeliam erepti triumphi feras. 19 Tantum enim honorem, tantam lætitiam absolutus, ex inimicorum dolore capies, quantum, si triumphans urbem introires. 20 Perspicue video fore, ut vehementer doleant inimici tui, se in te tam petulantes fuisse: atque id quidem existimo, fretus potentia, opibus et sapientia tua: eos enim in te nervos et opes video, ut possis dignitatem tuam tueri, et illos, quod tibi molesti fuerint, facile ad pœnitentiam reducere. 21 Viribus, propter virtutem tuam. Translatio est a corpore ad animum. 22 Immodestiæ, aut insolentiæ. 23 Testes vocans: sic in Verrem: Deos *hominesque* constans *clamare cœpit.* 24 Tua, i. quam dicere me suscepturum pro salute tua; non enim putat, salutem in periculo esse; aut si putat, evitandi mali omnis gratia dicere non vult. 25 Pro te. 26 Precantis, ne culpæ detur. 27 Pro te. 28 Consanguinitate. 29 Ad persuadendum valet plurimum amor; nisi enim ameris et carus sis, non facile aures invenies tuis persuasionibus. 30 Me esse. 31 Qua ular in te laudando; ponderis enim plus habebunt officia mea, ob acceptam mihi ex Imperatoris nomine dignitatem. 32 Munera et debita obsequia, ne quis ex provincia Romam iret, ut adversus Appium testimonium diceret.

partes. [33] Omnia volo a me et postules, et expectes: [34] vincam meis officiis cogitationes tuas. Q. Servilius perbreves [35] a te mihi literas reddidit, quæ mihi tamen nimis longæ visæ sunt. Injuriam enim mihi fieri putabam, cum [36] rogabar. Nollem [37] accidisset tempus, in quo [38] perspicere posses quanti ego te, quanti [39] Pompejum, (quem [40] unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi) quanti [41] Brutum facerem: quamquam in [42] consuetudine quotidiana perspexisses, sicuti [43] perspicies: sed, quoniam [44] accidit, si [45] quid a me prætermissum fuerit, commissum [46] facinus, et [47] admissum [48] dedecus confitebor. [49] Pontinius, qui a te [50] tractatus est præstanti, ac singulari [51] fide, (cujus [52] tui beneficii sum ego [53] testis) [54] præstat tibi [55] memoriam, benevolentiamque, quam debet: qui cum, maximis rebus suis coactus, a me [56] invitissime decessisset, tamen, [57] ut vidit [58] tua interesse, [59] conscendens jam navem, Epheso [60] Laodiceam [61] revertit. Talia cum te [62] studia videam habiturum esse innumerabilia, [63] plane dubitare non possum, quin tibi [64] amplitudini ista sollicitudo futura sit. [65] Si vero efficis, ut censores creentur, et si ita [66] gesseris censuram, ut et [67] debes, et [68] potes: non tibi solum, sed tuis omnibus, video in perpetuum summo te præsidio futurum. Illud [69] pugna, et [70] enitere, [71] ne quid nobis temporis prorogetur: ut cum [72] hic tibi satisfecerimus, [73] istic quoque nostram in te benevolentiam [74] navare possimus. Quæ de hominum atque [75] ordinum omnium erga te studiis scribis ad me, [76] minime mihi miranda, et maxime jucunda acciderunt: eademque ad me

33 Officia. 34 Superabo, i. plus faciam pro te, quam cogitare poteris. 35 Datas. 36 A te. 37 Sc. *ut*. 38 Clare videre. 39 Socerum filiæ tuæ. 40 Quem unum pluris facio, quam omnes. 41 M. Brutum, Appii generum: epist. 4. 42 Conversatione. 43 Quando adero. 44 Tale tempus. 45 Officii. 46 Factum turpe, quod non liceat. 47 A me. 48 Quod non deceat. 49 Legatus meus, qui de Allobrogibus triumphaverat, Appio ipso consule adjuvante. 50 Cum tu consul illi in petitione triumphi ex Allobrogibus victis contra Catonem et Servilium prætores favisti. 51 Cum debitam amicitiæ fidem præstitisti; 52 In eum. 53 Nam Pontinio ad triumphum volui adesse. 54 Exhibet. 55 Gratitudinem. 56 Quia voluissem eum retinere. 57 Postquam cognovit. 58 In re et utilitate tua esse reditum suum in provinciam. 59 Ut in Italiam transfretaret. 60 Ut tibi memoriam benevolentiamque præstaret: *vel*, ut in provincia operam daret, ne testes in Appium Romam irent. 61 Rediit. 62 Favores in te. 63 Omnino. 64 Sc. studiorum. 65 Quod si accidat, fore non dubitat, ut censor ipse Appius creetur. 66 Eam sane quidem postea gessit cum L. Pisone. 67 Ne a majoribus tuis, præcipue ab Appio Cæco, degeneres. 68 Cum tibi neque animus, neque consilium desit. 69 Pugnando contende. 70 Elabora. 71 Ne quid ad hoc annuum provinciæ munus temporis addatur. 72 Ubi nunc sumus. 73 Romæ, ubi tu es. 74 Gnaviter exercere, præstare, tribuere. 75 Senatorii, equestris, et plebei. 76 Nec miror, et

perscripta sunt [77]a familiaribus meis. Itaque capio magnam voluptatem, cum tibi, cujus mihi amicitia non solum [78]ampla, sed etiam [79]jucunda est, ea tribui, quæ debeantur; tum vero [80] etiamnum remanere in civitate nostra [81] studia [82]prope omnium consensu, erga fortes, et [83] industrios viros: [84]quæ mihi ipsi [85] una semper tributa merces est laborum, et vigiliarum mearum. Illud vero mihi [86] permirum accidit, tantam temeritatem fuisse in eo [87] adolescente, cujus ego [88]salutem duobus [89] capitis judiciis summa contentione defendi, ut, [90] tuis inimicitiis suscipiendis, oblivisceretur [91] patroni omnium fortunarum ac rationum suarum: præsertim cum tu omnibus [92] vel ornamentis, vel præsidiis redundares: [93] illi (ut [94] levissime dicam) multa deessent: [95] cujus [96] sermo stultus, et puerilis erat jam antea ad me a M. Cœlio, familiari nostro, perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. [97] Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem [98] conjunctionem [99] diremissem, quam [1] novam [2] conciliassem. Neque enim de meo erga te studio dubitare debes: neque [3] id est [4] obscurum cuiquam in provincia, nec [5] Romæ [6] fuit. Sed tamen significatur in tuis literis suspicio quædam, et dubitatio tua: de qua [7] alienum tempus est mihi [8] tecum expostulandi; [9] purgandi autem mei [10] necessarium. Ubi enim ego cuiquam [11] legationi sui impedimento, [12] quominus Romam ad

gaudeo, dixit epist 1. l. 10. 77 A M. Cælio. 78 Honorifica, ut mihi plurimis in rebus usui esse possit. 79 Ob multas suavitates. 80 Etiam nunc, perditissimis sc. temporibus. 81 Hominum. 82 Quasi. 83 Solertes: al. *illustres* pro *illustres*; quomodo veteres olim plurimum scripserunt, i. illustres natalibus et meritis in rem publicam. 84 Quæ merces, sc. quod studia hominum fere sint erga fortes et industrios. 85 Sola in primis; habet enim non tam definiendi, quam augendi vim. 86 Valde mirum. 87 Dolabella. 88 Vitam 89 In quibus agebatur de periculo capitis ejus. Hinc epist. 11. l. 6. ita scribit: *Dolabella mihi debebat, quod non defueram eius periculis.* 90 Dum tuas inimicitias susciperet 91 Protectoris, sc. mei. Q. d. Si ad me respexisset, cum sciret me tibi summum esse amicum, non suscepisset tecum inimicitias. 92 Iis rebus, quæ vel ornamento, vel præsidio esse possunt. 93 Sc. *et*. 94 Minime graviter in eum. Quia si verum vellet aperte dicere, diceret illi omnia deesse. 95 Adolescentis Dolabellæ. 96 Dictitabat fortasse, probari a Cicerone accusationem illam, quod sibi tunc filiam suam collocasset. 97 Si Romæ fuissem. 98 Amicitiam, quæ antea fuerit: epist. 11. l. 6. 99 Solvissem et diripuissem. 1 Ex nuptiis Tulliæ filiæ conciliatam. 2 Cum eo. 3 Studium meum. 4 Multos enim et illustres, et ex superiore. et ex æquo loco sermones habitos esse cum summa Appii laude, dixit epist. 8. 5 Cum illic essem. 6 Obscurum cuiquam. 7 Importunum. 8 Arguendi te injuriarum, quod inique suspiceris ac dubites. 9 Ut me purgem, i. excusem. 10 Quia significatur in tuis literis suspicio quædam et dubitatio. 11 Hac de re vide epist. 8. 12 Ut non.

laudem tuam mitteretur? aut in quo potui, si te palam odissem, minus quod tibi [13] obesset, facere? si clam, magis aperte inimicus esse? Quod si essem ea perfidia, qua sunt ii, qui in nos hæc conferunt: tamen ea stultitia certe non fuissem, ut aut [14] in obscuro odio apertas inimicitias, aut, [15] in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem voluntatem [16] nocendi. Ad me adire quosdam memini, qui dicerent, nimis magnos sumptus [17] legatis [18] decerni: quibus ego non tam [19] imperavi, quam [20] censui, sumptus legatis [21] quam maxime [22] ad legem Corneliam decernendos. Atque in [23] eo ipso me non [24] perseverasse, testes sunt [25] rationes civitatum, in [26] quibus, quantum [27] quæque voluit, legatis tuis [28] datum, [29] induxit. Te autem [30] quibus mendaciis homines [31] levissimi onerarunt? non modo [32] sublatos sumptus, sed etiam a procuratoribus eorum, qui jam [33] profecti essent, repetitos et ablatos, eamque causam multis omnino non eundi fuisse. Quererer [34] tecum, atque [35] expostularem, nisi, ut supra scripsi, purgare me tibi [36] hoc tuo empore, quam accusare te, mallem: [37] idque putarem esse [38] rectius. Itaque [39] nihil de te, quod [40] credideris de me: quam ob rem non debueris [41] credere, pauca dicam. Nam si me virum bonum, si dignum iis studiis, eaque doctrina, cui me a pueritia [42] dedi, si satis magni animi, non minimi consilii in maximis rebus perspectum habes: nihil in me non modo [43] perfidiosum, et insidiosum, et [44] fallax in amicitia, sed ne [45] humile quidem, aut [46] jejunium debes [47] agnoscere. Sin autem [48] me [49] astutum, et [50] occultum [51] juvat fingere: quid

13 Noceret. 14 Si obscure seu clam te odissem. 15 Ut in impedienda legatione. 16 In eo. 17 Romam mittendis. 28 Decreto prætorio attribui. 19 Jussi, præcepi auctoritate imperatoria. 20 Probavi, et judicavi tamquam consilii dator, i. non tam hoc imperii, quam judicii fuit: non hoc pro imperio feci, sed quod ita faciendum censui. 21 Fieri posset. 22 Secundum legem Corneliam, a L. Cornelio Sylla latam, quæ definierat sumptus legatis decernendos. 23 Judicio, aut consilio meo. 24 Permansisse. 25 Supputationes sive tabulæ publicæ, in quas accepti exspensique ratio refertur. 26 Rationibus. 27 Civitas voluit; non quantum lex Cornelia vellet. 28 Esse. 29 Inscripsit tantum. Usu pari solitum est hoc verbum in expensis perscribendis. 30 Qualibus. 31 Vanissimi. 32 Subductos, et imminutos, *vel* vetitos edicto meo. 33 Discessissent. 34 De te, quod levissimis hominibus aures præbueris. 35 Ægrem de injuriis. 36 Adversos et periculosos, cum sis reus, nec addere laboranti molestiam debeam. 37 Ut me purgem. 38 Quam ut te accusem. 39 Dicam de te, *i.* non contra te sed pro me disputabo. 40 Non credenda. 41 Talia de me. 42 Dedidi, addixi. 43 Perfidiæ plenum. 44 A quibus vitiis longe vir bonus abest, et is, qui se studiis optimis dediderit. 45 Vile et abjectum; refertur ad illud. *Si satis magni animi.* 46 Timide et dissimulanter dictum aut factum. Refertur ad illud, *Non minimi consilii.* 47 Fateri. 48 Esse virum. 49 Versipellem: epist. 8. *Quod si quis me astutiorem fingit.* 50 Tectum et fraudulentum. 51 Lu-

est, quod minus cadere in [52] ejusmodi naturam possit, quam aut [53] florentissimi hominis aspernari benevolentiam? aut ejus [54] existimationem oppugnare in provincia, [55] cujus laudem domi defenderis? aut in ea re animum ostendere inimicum, in qua [56] nihil obsis? aut id eligere ad [57] perfidiam, quod ad [58] indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum [59] levissimum? Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem, cum te ex [60] fratre meo,[61] ne tunc quidem, cum tibi [62] prope necesse esset [63] eas agere partes, inimicum mihi fuisse [64] cognovissem? cum vero [65] reditum nostrum in gratiam [66] uterque [67] expetisset: quid [68] in consulatu tuo [69] frustra mecum egisti, quod me aut facere, aut sentire voluisses? Quid mihi mandasti, cum te [70] Puteolis [71] prosequerer, in quo non expectationem tuam diligentia mea [72] vicerim? Quod si id est maxime [73] astuti, omnia ad suam utilitatem referre, quid mihi tandem erat utilius, quid commodis meis aptius, quam hominis nobilissimi, atque honoratissimi [74] conjunctio: cujus opes, ingenium, liberi,[75] affines, propinqui, mihi magno vel ornamento, vel præsidio esse possent? quæ tamen ego omnia in expetenda amicitia tua, non [76] astutia quadam, sed aliqua potius [77] sapientia secutus sum. Quid? illa [78] vincula, quibus quidem libentissime adstringor, quanta sunt? studiorum similitudo, suavitas consuetudinis, delectatio vitæ, atque [79] victus, sermonis societas, literæ [80] interiores. [81] Atque hæc domestica. [82] Quid

bet, delectat. Ciceroni non infrequens vox in hac notione. Ad Q. Fratrem l. 2. epist. 11. *Teque hilari animo esse et prompto ad jocandum valde me* juvat. Inf. l. 5. ep. 21. *Juvitque me tibi cum summam humanitatem, tum etiam tuas literas profuisse.* 52 Tam astutam aut duplicem. 53 Qualis erat Appius. 54 Auctoritatem aut famam. 55 Præsertim in supplicatione: de qua in espist. ult. 56 In nullo noceas? 57 Exercendam. 58 Prodendum odium, latens prius in animo. 59 Et minimi momenti ac valoris. 60 Q. Cicerone. 61 Ne tempore quidem exilii mei, cum actum est de me restituendo. 62 Quia frater tuus, P. Clodius, me oppugnaret. 63 Oppugnare salutem meam. 64 Reversus in patriam ab exilio. 65 Reconciliationem, auctore Pompejo. 66 Nostrum. 67 Nam, qui in gratiam inviti redeunt, rursus amicitiam facile discindunt. 68 Cum consul esses. 69 Sine obtentione ejus. quod voluisses me aut facere, aut sentire. 70 Cum essemus Puteolis, urbe Italiæ. 71 Honorifice te sequerer in provinciam proficiscentem; quod in more fuit. Epist. 6: l. 11. *Cum te* prosequerer *paludatum*. 72 Superaverim. 73 Hominis. 74 Amicitia. 75 Maximo Pompejus et M. Brutus: epist. 4. 76 Malitiosa calliditate, quod utilitatem meam spectaverim. 77 Est enim sapientis, ejus amicitiam expetere, in quo illa sint, quæ proxime nominavit. 78 Necessitudinis. 79 Convictus. 80 Secretiores, ut de re augurali, aut alia quavis arcana. 81 Atque hæc, quæ commemoravi, privata sunt negotia, et inter nos: exponam nunc, quæ publice nota sunt, ac populo patent. 82 Sunt dicenda, aut censenda.

illa tandem [83] popularia? [84] reditus illustris in gratiam, in [85] quo ne [86] per imprudentiam quidem [87] errari potest [88] sine suspicione perfidiæ: [89] amplissimi sacerdotii [90] collegium, in [91] quo non modo amicitiam [92] violari apud majores nostros fas non erat, sed ne [93] cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus. [94] Quæ ut omittam tam multa atque [95] tanta; quis unquam tanti quemquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti [96] ego Cn. Pompejum, [97] socerum filiæ tuæ? Etenim, si merita [98] valent: [99] patriam, liberos, salutem, dignitatem, memetipsum mihi per illum [1] restitutum puto. Si consuetudinis [2] jucunditas, quæ fuit unquam amicitia [3] consularium in [4] nostra civitate [5] conjunctior? Si ulla amoris, atque officii [6] signa: quid mihi [7] ille non [8] commisit? quid non mecum communicavit? quid de se in senatu, [9] cum ipse abesset, [10] per quemquam agi maluit? Quibus [11] ille me rebus non ornatissimum voluit amplissime? qua denique ille [12] facilitate, qua humanitate [13] tulit [14] contentionem meam pro [15] Milone, adversantem interdum [16] actionibus suis? [17] quo studio [18] providit, ne qua me illius temporis [19] invidia attingeret, cum me [20] consilio, cum [21] auctoritate, cum armis denique [22] texit suis? quibus quidem temporibus [23] hæc in eo gravitas, hæc animi altitudo fuit, non modo ut [24] Phrygi alicui, aut [25] Lycaoni, [26] quod tu in legatis fecisti; sed ne summo-

83 Populo nota et plausibilia. 84 Reconciliatio nostra clara et perspicua omnibus; cum enim clari in gratiam redeunt, non potest esse obscura illa reconciliatio, præsertim ex gravissimis inimicitiis. 85 Reditu in gratiam. 86 Licet esset per imprudentiam, et non per malitiam. 87 Ab aliquo, i. error aliquis committi. 88 Quia si quid peccatur post reconciliationem, licet per ignorantiam, factum fuerit, putabitur per perfidiam factum. 89 Auguratus: fuit enim uterque augur. 90 Compar munus et societas. 91 Collegio. 92 Ut violetur. 93 Communibus votis eligi. 94 Popularia, aut necessitudinum vincula. 95 Sc. *alia*. 96 Feci. 97 Patrem mariti. 98 Ad aliquem magni faciendum. 99 Qua donatus sum. 1 Cum me ab exilio revocavit. 2 Valet ad hoc. 3 Virorum, eorum, qui aliquando consulatum gesserunt. 4 Romana. 5 Quam nostra, i. mea, et Pompeji? Q.d. nulla. 6 Valent ad hoc. 7 Pompejus. 8 Credidit ac mandavit. 9 Diu abfuit Pompejus, bellorum causa: gessit enim Hispaniense, Piraticum, Mithridaticum; cum Cicero aut magistratus gereret, aut certe senator esset. 10 Alium, quam per me. 11 Pompejus. 12 Mansuetudine. 13 Passus est. 14 Summum studium meum. 15 Reo ob necem P. Clodii. 16 Legibus et suspicionibus de Milone, amicissimi sui, salute contendebat: Pompejus consul id, quod e Rep. esset, diligenter curabat: itaque, cùm judicium de Milone fieret, forum armatis militibus sepsit. 17 Qua diligentia. 18 Pompejus prospexit et cavit. 19 Molestia: quia suspicio fuit, consilio Ciceronis Clodium a Milone intefectum. 20 Suo. 21 Sua. 22 Protexit. Exercitum eo tempore Pompejus in urbe habuit, ne quid Resp. ei commissa, detrimenti caperet. 23 Hujusmodi. 24 Nato in Phrygia. 25 Nato in Lycaonia. 26 Quos credidisti a me prohibitos.

rum quidem hominum malevolis de me sermonibus crederet. [27] Hujus igitur [28] filius cum sit [29] gener tuus, cumque præter [30] hanc conjunctionem affinitatis, quam sis Cn. Pompejo carus, quamque jucundus intelligam: quo tandem animo in te esse debeo? cum præsertim [31] eas ad me [32] is litteras miserit, quibus, etiam si sibi, cui sum amicissimus, hostis essem, [33] placarer tamen, totumque me ad [34] ejus viri, [35] ita de me meriti, voluntatem [36] nutumque converterem. Sed [37] hæc [38] hactenus: pluribus enim etiam fortasse verbis, quam necesse fuit, scripta sunt. [38] Nunc ea, quæ a me [39] profecta, quæque [40] instituta sunt, [41] cognosce. Atque hæc agimus, et agemus magis [42] pro dignitate, quam [43] pro periculo tuo. Te enim, ut spero, [44] propediem censorem [45] audiemus: [46] cujus magistratus [47] officia, quæ sunt [48] maximi animi, [49] summique consilii, [50] tibi [51] diligentius, et [52] accuratius, quam hæc, [53] quæ nos de te agimus, cogitanda esse censeo. Vale.

XI. M. CICERO IMP. APPIO PULCHRO, UT SPERO,[1] CENSORI. S.D.

[2] Cum essem in castris ad [3] fluvium Pyramum, redditæ mi-

27 Pompei. 28 Cn. Pompejus. 29 Maritus filiæ tuæ. 30 Quia filius ejus tibi gener est. 31 Hujusmodi literas, quibus a me mirifice contendit, ut hic omnia pro te faciam. 32 Pompejus. 33 Amicus fierem, et tranquillo in eum animo. 34 Talis. 35 Cum mihi patriam, liberos, salutem, dignitatem, et me ipsum mihi per illum restitutum putem. 36 Signum voluntatis. 37 Scripta sint. 38 In hanc usque partem, et in hunc locum, aut hoc tempus. 39 Deinceps. Consummata, absoluta; dicit enim, exponere se velle, non solum, quæ pro Appio ab ipso sunt profecta, sed etiam quæ instituta, incepta. 40 Incepta. 41 Ex commentario, vel nunciis, quos misi; nisi potius dicendum sit, multa deesse, quæ fortassis ab ipso Cicerone detracta sunt. 42 Tua, i. ut nihil de dignitate tua detrahatur. 43 Ut evites periculum salutis tuæ. 44 Statim, quia prope est dies. 45 Audiit; censor enim creatus est Appius cum L. Pisone. *Censor* dicitur arbiter morum et rerum, quia ejus officium erat, mores taxare, et ab ordine pristino, si meruerint, amovere, et ornamenta, ut equos et phaleras adimere, præterea quantum aliquis possideret æstimare, et pro eo censum imponere. 46 Censuræ. 47 Magistralis honoris et potestatis. 48 Cum censor summos viros, etiam consulares, e senatu interdum ejiceret. 49 Ne immeritos notet; valeat enim consilio Censor, opus est, cum de universa civitate judicet, omniumque plane civium notandorum potestatem habeat. 50 Tibi. 51 Majore opera. 52 Majore cura. 53 Ut accusationem ambitus expugnes: *vel*, quæ nos in provincia agimus, i. disputamus de te, quibus supra conquestus erat, quod non amice agerentur a Cicerone.

1 Cum L. Pisone. 2 Gratulatur primum, quod absolutus sit majestatis, i. criminis, universæ pene Reip. suffragio. Deinde alteris ejus literis respondens gratias agit, formam Reip, ab Appio sibi expressam. Et quia in magno negotio fuit Appius, non petit ab eo libros augurales, quos supra perficiendos monebat, sed orationes ejus. Purgat denique, quod visus est scripsisse ad Appium literas stomachosas. Epistola est gratulatoria, responsoria, et petitoria. 3 Ciliciæ.

hi sunt uno tempore a te epistolæ duæ, quas ad me Q. Servilius [4] Tarso miserat. Earum in altera [5] dies erat adscripta Nonarum Aprilium : in altera, quæ mihi recentior videbatur, dies non [6] erat. Respondebo igitur [7] superiori prius, in qua scribis ad me de absolutione [8] majestatis : [9] de qua etsi permultum ante certior factus eram literis, nuntiis, fama denique ipsa (nihil enim fuit [10] clarius : [11] non quo quisquam [12] aliter putasset, sed nihil de [13] insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet) tamen eadem illa [14] lætitiora fecerunt mihi tuæ literæ, non solum quia [15] planius [16] loquebantur, et [17] uberius, quam vulgi sermo; sed etiam quia magis tibi videbar gratulari, cum de te ex teipso [18] audiebam. [19] Complexus igitur sum cogitatione te absentem; epistolam vero osculatus, etiam ipse [20] mihi gratulatus sum. Quæ enim a cuncto populo, a senatu, a judicibus, [21] ingenio, [22] industriæ, [23] virtuti tribuuntur : quia mihi ipse [24] assentior fortasse, cum [25] ea esse in me fingo, mihi quoque ipsi tribui puto. Nec tam gloriosum exitum [26] tui judicii extitisse, [27] sed tam [28] pravam [29] inimicorum tuorum mentem fuisse, mirabar. [30] De ambitu vero quid interest, [31] inquies, an de majestate? [32] Ad rem nihil : [33] alterum enim non attigisti, [34] alterum [35] auxisti. Verum tamen [36] est majestas,

4 Oppido Ciliciæ, unde Paulus Apostolus erat oriundus. Qua data erat. 6 Adscripta. 7 In qua dies adscripta erat. 8 Affectatæ, i. criminis ambitus, quo eum crimine Dolabella reum fecerat. Q. Hortensio paucis ante mortem diebus cum M. Bruto defendente. 9 Absolutione. 10 Evidentius aut illustrius nuntiatum. 11 Non ita fuit clare nunciatum. 12 Futurum. 13 Insignitis laude. Quia sunt etiam insignes ad vitia, addidit *ad laudem*; uti in Oratore: *Insignia ad maximam laudem. Insignis* accipitur vel in laudem, pro præstanti, vel in vituperationem, pro eo, qui malus est. 14 Jucundiora. 15 Manifestius, eo quod in plano sita melius videntur, quam quæ inter colles jacent. 16 Literæ tuæ. 17 Abundantius. 18 Tam læta. 19 Præ gaudio ex tua absolutione suscepto. 20 Felicitate, quæ mihi in tua felicitate speranda erat. 21 Bonæ indoli, nobis ingenitæ. 22 Solertiæ exercitatione acquisitæ aut auctæ. 23 Jam ratione stabilitæ. 24 Assentor, blandior. 25 Jam dicta, ingenium, industriam, virtutem. 26 De te habiti. 27 Mirabar. 28 Iniquam et perversam. 29 Dolabellæ. 30 Sim accusatus et absolutus? 31 Quia ego prius dixi, quod in epistola ad me scribis de absolutione majestatis. 32 Ad litem et negotium tuum, cum utriusque sis innocens, nihil interest. Alii exponunt ad rem, i. ad molem criminis : quia convictus majestatis non minus punitur, quam ambitus; sed facilius est convincere ambitus, quam majestatis. Majestatis enim reus est, qui arguitur ambitione quadam affectasse majestatem, aut decerni sibi aut prorogari indecenter. Ambitus vero, qui largitionibus, precibus, minis, pollicitationibus, et aliis corruptionibus ad magistratum viam affectat. Unde ambitio et crimen majestatis : ambitus in opere ipso et rebus exterioribus. 33 Ambitum, de quo nondum absolutus es. 34 Majestatem, qua te absolutum scribis. 35 Tantum abest ut minueris. 36 Majestas est talis.

(et sic Sylla [37] voluit) ne in quemvis [38] impune [39] declamare liceret. Ambitus vero ita [40] apertam vim habet, ut aut accusetur [41] improbe, aut [42] defendatur: [43] qui enim [44] facta, aut non facta largitio [45] ignorari potest? tuorum autem [46] honorum [47] cursus [48] cui suspectus unqnam fuit? Me miserum, qui non [49] affuerim; quos ego [50] risus [51] excitassem! Sed de majestatis [52] judicio duo mihi illa ex tuis literis jucundissima fuerunt: unum, quod te [53] ab ipsa Rep. defensum scribis: [54] quæ [55] quidem etiam in summa bonorum, et fortium civium copia [56] tueri [57] tales viros deberet: [58] nunc vero eo magis, quod tanta [59] penuria est in omni [60] vel [61] honoris, vel [62] ætatis gradu, ut tam [63] orba civitas tales tutores [64] complecti debeat: [65] alterum, quod [66] Pompeji, et [67] Bruti fidem, benevolentiamque mirifice laudas. Lætor [68] virtute, et officio cum tuorum [69] necessariorum, meorum amicissimorum: [70] tum maxime [71] alterius [72] omnium sæculorum, et gentium principis, [73] alterius, [74] jampridem [75] juventutis, [76] celeriter (ut spero) [77] civitatis. [78] De mercenariis testibus a suis civitatibus [79] notandis, nisi

37 Lege cavit et sanxit. 38 Passim et sine punitione. 39 Accusare, palam maledicere, ac de fama detrahere. 40 Manifestam naturam. 41 Quando accusatur innocens. 42 Improbe. Namque aut reus aut accusator, uter eorum succubuerit, notatur ut improbus. 43 Quomodo. 44 An facta (quæ defenditur improbe) an non facta sit, quæ accusatur improbe. 45 Q. d. Nullo modo: cum fiat publice. 46 Magistratuum. 47 Continuatio. 48 Q. d. nulli. Ergo dubitandum non est, quin etiam ambitus absolvendus sis, cum improbe fueris accusatus. 49 In absolutione tui. 50 Patefacta atque exagitata accusatoris tui levitate ac stultia. 51 In accusatorem tam temerarium. 52 Quo absolutus es. 53 Ab ipsis Reip. gubernatoribus. 54 Respublica, i. omnes ejus gubernatores. 55 Certe. 56 Protegere. 57 Qualis tues. 58 Debet. 59 Paucitas et difficultas inveniendi tales viros. 60 Non modo honoris verum etiam ætatis. 61 Tam magistratuum, quam privatorum. 62 Tam senum, quam juvenum. 63 Privata patronis: ut orbati parentibus pupilli suos tutores caros habent, incolumesque esse cupiunt. 64 Fovere, in sinu gerere. 65 Mihi jucundum fuit. 66 Qui tibi favit. 67 Qui te cum Hortensio defendit. 68 Propter virtutem, quod potuerint: et officium, quod voluerint, ac laboraverint. 69 Pompeji et Bruti, qui sunt tibi affines, et ita necessarii. 70 Lætor virtute et officio. 71 Pompeji. 72 Omnium hominum, qui sunt, aut fuerunt in quovis seculo et in quavis natione. 73 Virtute et officio alterius, sc. Bruti. 74 Jam a plusculo tempore. 75 Juventutis Romanæ principis. Vere: nam probitate, doctrina, animi magnitudine, studio in Remp. neminem cum M. Bruto conferendum fuisse, quis negat? 76 Et futuris brevi tempore, quamprimum. 77 Principis civitatis totius, excepto tamen Pompejo, i. lætor primum tantum virtutis et officii esse in viris maxime tibi necessariis, et mihi amicissimis; deinde et multo magis in viris summis et principibus, altero totius mundi et omnium temporum, altero nunc juventutis, et mox totius civitatis futuro. 78 Quod scribis de testibus, qui mercede conducti ex Asia Romam iverant, ut in te falsum testimonium dicerent. 79 Infamiæ nota.

jam factum aliquid est per [80] Flaccum, fiet a me, cum [81] per Asiam [82] decedam. Nunc ad alteram epistolam venio. Quod ad me quasi [83] formam [84] communium temporum, et totius Reip. [85] misisti [86] expressam prudentia [87] litterarum tuarum valde est mihi grata. Video enim et pericula leviora, [88] quam timebam, et majora [89] præsidia; [90] si quidem, ut scribis, omnes vires civitatis se [91] ad Pompeji ductum applicarunt; tuumque simul promptum animum, et [92] alacrem perspexi ad defendendam [93] Remp. mirificamque cepi voluptatem ex [93] hac tua diligentia, quod in summis tuis occupationibus mihi tamen Reipub. statum per te notum esse voluisti. Nam [95] augurales libros [96] ad commune utriusque nostrum otium [97] serva. Ego enim a te cum [98] tua promissa per literas [99] flagitabam, [1] ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar: nunc tamen, ut ipse polliceris, [2] pro auguralibus libris, [3] orationes tuas [4] confectas omnes exspectabo. [5] Tullius, cui mandata [6] ad me dederas, [7] non convenerat me: nec erat jam quisquam mecum [8] tuorum, præter omnes meos, qui sunt omnes tui. [9] Stomachosiores meas literas, quas dicas esse, non intelligo. [10] Bis ad te scripsi, me [11] purgans diligenter: te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisses: quod genus querelæ mihi [12] quidem videbatur [13] esse amici. Sin tibi [14] displicet, non utar

80 Præsidem illis a me constitutum. 81 Nunc enim erat in Cilicia. 82 E provincia. 83 Designationem et speciem. 84 Quæ ad omnes æque pertinent. 85 In altera illa epistolæ. 86 Expresse descriptam. 87 In literis apparens. 88 Hoc anno. 89 Reip. 90 Quoniam. 91 Ad auspicium, felicitatem et prudentiam ducentis Pompeji, i. ut Pompejus, tamquam dux, omnia regeret. 92 Acrem et strenuum, ut sumus in rebus, quas alacres facimus. 93 Quæ putabatur esse in partibus Pompeji. 94 Quæ in his literis, quas teneo, scripta est. 95 Quos Appius de jure augurali ad Ciceronem scripserat, et quos supra perfici petiit. 96 Donec et tibi scribendi, et mihi legendi eos dabitur otium. 97 Concedo ut serves. 98 De perficiendis reliquis libris auguralibus, primo antea misso, quos Cicero ep. 9. petierat his verbis: *Velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas.* 99 Exigebam. 1 Circa res urbanas, eorum more, qui ex provincia cum imperio reversi ad urbem exspectant, ut eis triumphus decernatur, unde et *ad urbem* dici potest pro, *apud urbem*. 2 Loco auguralium librorum. 3 Vel quas habuit pro se ipso in majestatis judicio, quo erat absolutus: vel quibus antea varias causas defenderat. 4 Absolutas. 5 Cum Cicerone quidem erat M. Tullius scriba, et L. Tullius legatus, sed hic unus ex amicis Appii esse videtur. 6 Quæ mihi diceret. 7 Non venerat allocuturus me. 8 Tuorum familiarium. 9 Ex nimis magno stomacho, i. indignatione scriptas. 10 Duas epistolas significat, 8. et 10. in quibus leviter Appium accusat, quod improborum sermonibus crediderit. Nam de vitato congressu queritur epist. 6. de Apamæorum vero edificatione impedita purgat se epist. 7. 11 De crimine perfidiæ ac læsæ amicitiæ. 12 Certe. 13 Pertinere ad amicum: non enim te, quod improbus ipse esses, sed, quod improbis credidisses, accusavi. 14 Id

eo [15] posthac. Sed si, ut scribis, [16] hæ literæ non fuerunt [17] desertæ, scito meas non fuisse. Ut enim [18] Aristarchus Homeri [19] versum negat, quem non [20] probat: sic tu, (libet enim mihi jocari) quod disertum non erit, [21] ne putaris meum. Vale, et in [22] censura, si jam es Censor, ([23] ut spero,) de proavo multum cogitato tuo.

XII. M. T. C. IMP. APPIO PULCHRO S. D.

[1] Gratulabor tibi [2] prius [3] (ita enim rerum ordo postulat) deinde [4] ad me convertar. Ego vere vehementer [5] gratulor [6] de judicio ambitus: neque id, quod nemini [7] dubium fuit, absolutum te esse: sed illud, quod, [8] quo melior civis, quo vir clarior, quo [9] fortior amicus es, quoque plura virtutis, et industriæ ornamenta in te sunt, eo [10] mirandum est magis, [11] nullam [12] ne in tabellæ quidem latebra fuisse absconditam malevolentiam, quæ te impugnare auderet. [13] Non horum temporum, non [14] horum hominum, atque [15] morum negotium: nihil jam sum [16] pridem admiratus [17] magis. [18] De me autem su-

genus querelæ. 15 Post hoc tempus. 16 Stomachosiores. 17 Ornate loquentes. 18 Grammaticus Alexandrinus, Aristophanis discipulus: is Homeri versus judicavit, ut veros ab adulterinis secerneret: ep. 10. l. 9. 19 Esse. 20 Approbat. 21 Nolim ut putes meum esse. 22 In gerenda Censura. 23 Te esse. 24 Appio Claudio Cæco, qui solus toto quinquennio censor fuit, quoniam C. Plautius Venox collega intra annum et sex menses magistratu se abdicavit.

1 Gratulatur Cicero Appio de absolutione ambitus, purgatque quod Tullia, se absente, data sit nuptum Dolabellæ, homini Appio inimicissimo, et pollicetur propter affinitatem illam se nihil de amicitia Appiana detracturum. Epistola est gratulatoria et excusatoria. 2 Priore parte epistolæ. 3 Sic fieri, ut prius de amicis, deinde nobis agamus. 4 Ad rem meam purgandam. 5 Tibi. 6 Te absolutum esse de judicio, in quo causam dicebas de ambitu, i. majestate malis artibus attentata. 7 Futurum. 8 Quanto. 9 Constantior. 10 Quoniam talibus viris, qualis tu es, multi solent invidere, proptereaque his in suffragiis, præsertim occultis, adversari. 11 Sensus est: cum plerique invidere optimis viris soleant, eo magis miror, te omnibus suffragiis absolutum, neque quemquam extitisse, qui suum erga te odium vel in tabella judiciaria, in qua occulte poterat impugnare dignitatem tuam ac salutem, ausus sit offendere: solent enim qui oderunt, neque tamen apertas gerere inimicitias audent, in suffragiis plerumque abditioribusque inimicitiis obesse. 12 Non saltem in angulo aliquo libelli accusatorii. L. Cassius Longius Trib. pleb. legem tulit, ut populus per *tabellam* suffragium ferret, qua in re populo *latebra* data est, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum in judiciis occultaret suffragium. 13 Non enim negotium, quod factum est tibi, fuit horum temporum, in quibus virtuti adhuc locus et honos est. 14 Qui boni fere sunt et tibi fere necessarii. 15 Horum hominum et temporum. 16 Jam a pluscolo tempore. 17 Quam quod inventi sint tam impudentes, ut auderent non modo per occultam delationem, sed etiam per manifestam accusationem in publico judicio te ambitus postulare. 18 Quantum ad nuptias filiæ meæ atti-

scipe [19] paullisper meas [20] partes, et eum te esse finge, qui ego sum: si facile inveneris, quod [21] dicas, noli [22] ignoscere hæsitationi meæ. Ego vero velim mihi, [23] Tulliæque meæ, (sicut tu amicissime, et suavissime optas) prospere evenire [24] ea, quæ, insciente, facta sunt a [25] meis: sed ita [26] cecidisse, ut agerentur [27] eo tempore, spero omnino cum aliqua [28] felicitate, et [29] opto: verumtamen plus me in hac [30] spe, tua [31] sapientia, et [32] humanitas consolatur, quam [33] opportunitas temporis. Itaque, quemadmodum [34] expediam [35] exitum hujus [36] institutæ orationis, non reperio: neque enim tristius dicere quidquam debeo ea de re, [37] quam tu ipse [38] omnibus optimis prosequeris: [39] neque non me tamen mordet aliquid: [40] in quo unum non vereor, ne tu parum [41] perspicias ea, quæ [42] gesta sunt, [43] ab aliis esse gesta, quibus [44] ego ita mandaram, ut, cum [45] tam longe abfuturus essem, [46] ad me ne referrent; [47] agerent, quod [48] probassent. In [49] hoc autem mihi illud [50] occurrit. [51] Quid tu igitur, si affuisses? [52] rem probassem: [53] de tempore, nihil te invito, nihil sine consilio egissem tuo. Vides [54] sudare me [55] jam dudum laborantem, quomodo ea [56] tuear,

net, quantum ad filiam meam, accusatori tuo collocatam, pertinet. Aggreditur secundam partem epistolæ. 19 Per paulum temporis. 20 Quas ego sustineo. Locutio est a Comicis deducta, apud quos histriones *partes suas, primas, secundas, agere, sumere, suscipere, et sustinere* dicuntur: quod nobis est, *ziin rolle spelen*. 21 Respondeas ad purgandum factum ipsum aut damnandum. 22 Parcere aut veniam dare perplexitati, meæque in loquendo tarditati: quia non possum explicare, utrum mallem, factas, an infectas cum Dolabella nuptias: si factas, lædi videtur amicitia nostra, cum accusatoris tui affinitatem probem: si vero infectas, non ominabor optime de filiæ conjugio. 23 Filiæ. 24 Nuptias ejus cum Dolabella. 25 Terentia, et M. Cœlio. 26 Quod ita casu evenerit. 27 Quo te Dolabella accusabat. 28 Ex spe, te et Dolabellam reconciliandi. 29 Cecidisse. 30 Reconciliandi. 31 Quod, cum perspicies, hanc rem, me insciente, a meis esse factam, prorsus omni me culpa liberandum intelliges. 32 Quod nihil te durius de me suspicari tua natura patietur. 33 Non enim opportuno tempore facta res est. 34 Expedite faciam. 35 Finem. 36 Inceptæ de nuptiis filiæ. 37 Sc. nuptias filiæ. 38 Precationibus auspiciis, votis. 39 Attamen aliquid tristia afficit me, quiddam tamen est, quod moleste feram, hoc videlicet, quod, quo tempore Dolabella tuam salutem oppugnabat, eo sit a meis ei filia mea in matrimonio collocata. 40 In quo unum certo scio, non te parum perspicere, etc. 41 Cognoscas. 42 De contractu matrimoniali. 43 A. M. Cœlio: ep. 9. l. 8. 44 Discedens. 45 Ab eis, sc. in provincia. 46 Ne consulerent me. Falsum: nam retulit ad eum Cœlius: ep. 9. l. 8. 47 Super illo. 48 Utile censuissent. 49 Dicto. 50 Objicitur, i. objici potest. 51 Igitur, o Cicero, quid tu fecisses, si adfuisses? 52 Contractum matrimonialem approbassem. Responsio. 53 Utrum affinitas cum Dolabella, quo tempore Appium accusabat, jungenda, an post exitum judicii rejicienda: ne quid Appio ejus conjugii fama, propter auctoritatem Ciceronis, noceret. 54 Angore quodam opprimi. 55 Ab eo tempore, quo incepta est mentio de nuptiis filiæ. 56 Defendam.

quæ mihi [57] tuenda sunt, et te non [58] offendam. [59] Leva me igitur hoc onere: nunquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem. [60] Sic habeto tamen: nisi [61] jam tunc [62] omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissime [63] confecissem: tametsi nihil videbatur ad meum erga te pristinum studium addi posse; tamen, [64] hac mihi affinitate [65] nuntiata, non majore equidem studio, sed acrius, apertius, [66] significantius, dignitatem tuam [67] defendissem. [68] Decedenti mihi, et jam imperio annuo terminato, [69] ante diem III. non. Sext. cum ad [70] Sidam [71] navi accederem, et mecum [72] Q. Servilius esset, literæ a meis sunt redditæ. Dixi statim Servilio, (etenim videbatur esse [73] commotus) ut [74] omnia a me [75] majora exspectaret. [76] Quid multa? benevolentior tibi, quam fui, [77] nihilo sum factus; [78] diligentior quidem ad declarandam benevolentiam multo. Nam ut [79] vetus nostra [80] simultas antea [81] stimulabat me, ut caverem, ne [82] cui suspicionem [83] ficte reconciliatæ gratiæ darem: sic [84] affinitas novam curam mihi affert cavendi, ne quid de summo meo erga te amore [85] detractum esse videatur. Vale.

XIII. M. T. C. IMP. APPIO PULCHRO. S. D.

[1] Quasi [2] divinarem, tali in officio [3] fore mihi aliquando expetendum studium tuum; sic, cum de tuis rebus [4] gestis [5] agebatur, [6] inserviebam honori tuo. Dicam tamen vere: [7] plus, quam acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscripsit, [8] te non solum [9] auctoritate orationis, [10] sententia tua, quibus

57 Defendenda. 58 Lædam. 59 Libera. 60 Pro certo teneto. 61 Cum ex amicorum literis de Dolabellæ et filiæ matrimonio cognovi. 62 Quæ pro Appii absolutione in majestatis judicio facere poterat. 63 Perfecissem. 64 Cum Dolabella inimico tuo. 65 Si fuisset prius nunciata. 66 Cum majori evidentia, eo quod suspectus fuissem. 67 In provincia. 68 De provincia. 69 Tertio nonas Augusti mensis: quia venerat in provinciam pridie kalendas Sextiles. 70 Urbem Lyciæ: maritimam partem provinciæ vocat epist. 5. 71 In navi. 72 Amicus Appii. 73 Ex his meorum literis de nuptiis. 74 Officia. 75 Quam prius. 76 Dicam? 77 In nullo. 78 Sed factus sum multo diligentior, etc. 79 Quæ ante annos aliquot esse cœperat, quo tempore inter Ciceronem, et P. Clodium, Appii fratrem, exortæ inimicitiæ sunt. 80 Occultum seu latens odium, i. ejus memoria, non simultas, quæ tunc nulla erat. 81 Urgebat. 82 Alicui. 83 Simulanter, et non vere iterum initæ et renovatæ. 84 Cum Dolabella, Appii accusatore. 85 Diminutum, delibatum.

1 Officium suum Appio commendat, et, id rursus ut faciat Appius propter Dolabellæ inimicitias, monet. 2 Quia, cum Appio supplicationem curavit, revera de provincia non cogitabat. 3 Consimili, sc. in supplicatione obtinenda. 4 In provincia, pro quibus supplicationem petebas. 5 Disceptabatur. 6 Hoc verbo summa diligentia declaratur, quam domino servi debent, et, nisi sint improbi, præstant. 7 Beneficii. 8 Unusquisque ad me perscripsit. 9 Quæ cæteros commovere potuit. 10 Qua Ciceroni supplica-

ego a [11] tali viro contentus [12] eram; sed etiam opera, consilio, [13] domum veniendo, conveniendis [14] meis, nullum [15] munus officii cuiquam reliquum fecisse? [16] Hæc mihi ampliora multo [17] sunt, [18] quam illa ipsa, propter quæ hæc [19] laborantur.[20] INSIGNIA enim virtutis multi etiam [21] sine virtute asseculi sunt: talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest. Itaque mihi [22] propono [23] fructum amicitiæ nostræ,[24] ipsam amicitiam, [25] qua nihil est [26] uberius: præsertim in iis [27] studiis, quibus uterque nostrum [28] devinctus est. Nam tibi me profiteor, et in Repub. socium, de qua idem sentimus, et in quotidiana vita [29] conjunctum cum iis artibus, studiisque, quæ colimus. Velim ita fortuna tulisset, ut quanti ego omnes tuos facio, tanti tu [30] meos facere posses: [31] quod tamen ipsum, nescio [32] qua permotus animi divinatione, [33] non despero. Sed hoc nihil [34] ad te: [35] nostrum est [36] onus. [37] Illud velim sic [38] habeas, quod [39] intelliges, [40] hac re-novata, additum potius aliquid ad meum arga te studium, [41] cui nihil videbatur addi posse, quam quicquam esse detractum. Cum hæc scribebam,[42] censorem jam te esse sperabam: [43] eo brevior est hæc epistola, et [44] ut [45] adversus magistrum morum,[46] modestior. Vale.

tionem decrevit. 11 Tam eximio. 12 Fuissem. Vir. in Georg. *Laurus erat*, pro esset. 13 Ad magistratus, ut eos de supplicatione Ciceronis rogaret. 14 Familiaribus. 15 Nihil cuiquam faciendum reliquisse, nihil eorum, quæ officii ratio exigebat, reliquisse, plane omnia fecisse mea causa. Sic et alibi Cicero. Inf. l. 5. ep. 14. *Singularis pietas amorque fraternus nullum me patitur* officii *erga te studiique* munus *aut tempus prætermittere*. De senect. *ad omne* officii munus *instruere*. Ibid. *Quidam senes nullum* officii *aut omnino vitæ* munus *exsequi possunt*. 16 Hujusmodi studia et officia. 17 Æstimantur a me. 18 Supplicationes, aut triumphos. 19 Cum labore fiunt, elaborantur. 20 Ut honores seu magistratus, et triumphos. 21 Quia alii vi, alii malis artibus, alii casu. 2 Constituo. 23 Ultimum finem. 24 Nihil amplius peto in amicitia, quam ipsam amicitiam: ego, præter ipsam amicitiam, nihil specto: in ea mihi statuo omnes fructus. 25 Amicitia. 26 Abundantius, fructuosius. 27 Auguralis et legalis scientiæ. Tacite ostendit Cicero, quanti fecerit eum librum, quem de jure augurali Appius ad eum scripserat: idque sibi curæ esse, ut simili eum munere remuneretur: ep. 4. et 9. 28 Obligatus est. 29 Fore. 30 Quod facere tamen posset, nisi unus esset Dolabella gener meus, quem odisses. 31 Te posse omnes meos tanti facere. 32 Quo præsagio. 33 Aliquando fore. Petere aperte non audet, ut Dolabellæ reconcilietur: sed modeste petit, et Appii humanitati confidere videtur. 34 Pertinet. 35 Nobis id curandum est, ut ita fiat, ego efficiam, ut reconciliationis initia a genero meo proficiscantur. 36 Reconciliandi. 37 Quod jam dicam. 38 Certum teneas. 39 Re ipsa perspicies. 40 Per hanc rem novatam, quod mihi Dolabellam affinitate devinxerim. 41 Studio. 42 Magistrum morum, ut mox subjungit. 43 Ideo, propterea. 44 Esse debet. 45 Erga, coram magistro morum, i, Censore, qui regendis moribus quinto quoque anno creabantur quasi epistola censorem alloquatur: modeste enim agere in conspectu censorum oportebat. 46 In verbis temperatior.

LIBER QUARTUS.

I. M. T. C. SER. SULPITIO. S. D.

[1] Cajus Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit, te ex se quæsisse, quibus in locis essem: molesteque ferre, quod me propter [2] valetudinem tuam, cum ad urbem [3] accessissem, non vidisses: et hoc tempore velle te mecum, si propius [4] accessissem, de [5] officio utriusque nostrum communicare. Utinam, Servi, [6] salvis rebus ([7] sic enim est dicendum) colloqui potuissemus inter nos: profecto aliquid [8] opis [9] occidenti Reipub. tulissemus. Cognoram enim jam [10] absens, te [11] hæc mala [12] multo ante providentem, [13] defensorem pacis, et [14] in consolatu tuo, et [15] post [16] consulatum fuisse. Ego autem cum consilium tuum probarem, et idem ipse sentirem, nihil [17] proficiebam. [18] Sero enim [19] veneram: [20] solus [21] eram: [22] rudis esse videbar in causa: incideram in [23] hominum [24] pugnandi cupidorum insanias.[25] Nunc, quoniam nihil jam videmur posse [26] opitulari Reipub, si quid est, in quo nobismetipsis [27] consulere possimus, [28] non ut aliquid ex [29] pristino statu nostro [30] retineamus, sed ut quam honestissime [31] lugeamus: nemo

1 Jurisconsultus, ad quem misit Topicorum libros. Fuit in Gallia cum Cæsare ante bellum civile. Suasoria est epistola, ut Servius omnem curam juvandæ Reip. deponat. 2 Malam. 3 Reversus e Cilicia: nam, triumphi spe, urbem ingressus non est. Dicebant veteres, *Ad urbem accedere, ad urbem esse*, de iis, qui extra pomœrium, triumphandi spe, morabantur. 4 Ad urbem, vel ad te. Circa Reip. curam, i. quid nos, exorto civili bello, deceat agere. 6 Salva, incolumi, stante Rep. 7 Hoc est, dixi de rebus salvis, quia mihi salvæ non videntur: nunc enim perditæ res sunt, afflictæ. 8 Auxilii. 9 Ad interitum tendenti. Eadem translatione, Reviviscentis Reip. dixit epist. 4. 10 Cum essem in provincia. 11 Bellum civile inter Pompejum et Cæsarem. 12 Quam evenirent. 13 Pro[illegible]torem. 14 Quem cum M. Claudio Marcello gessisti consule Sulpitio, in provinciam Cicero profectus est: ep. 3. l. 3, 15 Cum C. Marcellus consul eadem in Cæsarem tentavit. 16 Tuum. 17 Utilitatis faciebam. 18 Nimis tarde. 19 Ex provincia: epist. 10. l. 16. Venit autem pridie Non Jan. L. Lentulo, C. Marcello Coss. Abfuit igitur toto anno, quo C. Marcellus cum L. Paulo consul fuit. 20 Cum paucissimis: dixit enim, suam et Sulpitii sententiam de Rep. eamdem fuisse. 21 In ea sententia. 22 Minus expertus in causis dissidii inter Pompejum et Cæsarem, quia ignorem, quid interea temporis, dum Ciliciæ præfui, Romæ gestum sit. 23 Cæsaris et Pompeji. 24 Cum ego clamarem, nihil esse bello civili miserius. 25 Pompejo jam ex Italia pulso, et Cæsare in Hispania contra Petrejum et Afranium bellum gerente. 26 Auxiliari, opem ferre in nulla re: cum jam occiderit Resp. quod proxime dixit. 27 Consilio prodesse. 28 Id dico. 29 Priore, et prius a nobis habito. 30 Quasi sperem nos posse retinere. 31 Statum nostrum ac Reip.

est [32] omnium, [33] qui cum potius mihi, quam tecum, [34] communicandum putem. Nec enim [35] clarissimorum virorum, quorum [36] similes esse debemus, exempla, neque doctissimorum, [37] quos semper coluisti, [38] præcepta te [39] fugiunt. Atque ipse antea ad te scripsissem, te frustra in senatum, sive potius in [40] conventum senatorum esse venturum, ni veritus essem, ne [41] ejus animum offenderem, qui a me, ut [42] te [43] imitarer [44] petebat. [45] Cui quidem ego, cum me [47] rogaret, ut adessem in senatu, eadem omnia, quæ a te [48] de pace, et de [49] Hispaniis [50] dicta sunt, [51] ostendi me esse [52] dicturum. [53] Res vides quo modo se habeat, orbem terrarum, [54] imperiis distributis, [55] ardere bello: urbem [56] sine legibus, sine [57] judiciis, sine jure, sine fide, [58] relictam direptioni, et incendiis. Itaque mihi venire in mentem nihil potest, non modo quod [59] sperem, sed [60] vix jam, quod audeam optare. Sin autem tibi homini prudentissimo, videtur utile esse, nos [61] colloqui: quamquam [62] longius etiam cogitabam ab urbe discedere, ([64] cujus jam etiam nomen [65] invitus audio) tamen [66] propius accedam. Trebatio.

32 Mortalium. 33 Cum quo. 34 Esse consilium meum. 35 Nobilissimorum. Causam affert, cur nemo sit, quicum sibi potius, quam cum *Sulpitio*, communicandum putet. 36 In moribus. 37 Quorum libros diligentissime legisti: *vel*, quibus ob doctrinæ præstantiam semper honorem habuisti. 38 Quæ ex doctissimorum libris accipiuntur. 39 Non latent, i. nosti egregie, quid clarissimi viri fecerint, quid doctissimi faciendum præceperint. 40 Nam plurimi et optimi quique cum Pompejo erant profecti. Nam senatus appellari non debet, in quo nec senatores multi, nec eorum libera, metuque soluta voluntas est: non enim decerni quidquam potest, quod ei displiceat, cujus arma dominantur: erat urbs hoc tempore, ac tota jam Italia in Cæsaris potestate, Pompejo in Græciam, cum utroque consule, ac majore (ut diximus) magistratuum parte profecto. 41 Cæsaris. 42 Qui Romæ esses, et in senatum ires. 43 Romam redirem, et in senatum venirem: id enim Cæsar cupiebat; ne, absente Pompejo, simul abesse Resp. videretur. 44 Et præsens a præsente, et literis. 45 Cæsari. 46 Certe 47 Formiis. 48 Ut ageretur de concordia Cæsaris et Pompeji. 49 Administrandis per legatos, non per Pompejum ipsum, ut volebat Cæsar. 50 In senatu, antequam Cæsar iret in Hispanias. 51 Senatui non placere, in Hispanias iri, nec exercitus in Græciam transportari. 52 Decreturum. 53 Statum Reip. Perditum Reip. statum demonstrat. 54 Cæsarianis et Pompejanis: cum Italiam et Gallias Cæsar; Hispanias, Græciam, et reliquas populi romani provincias Pompejus teneat. 55 Apta translatio: quia nec incendio quidquam citius consumit, nec igni quidquam bello similius: æque enim prosternit ac delet, quæcumque invaserit. 56 Quarum vox in armorum strepitu non exauditur. 57 Bello intermissis, fuga magistratuum. 58 Pompeji et consulum fuga. 59 Sperare debeam. 60 In mentem venit. 61 De officio utriusque nostrum: quod Trebatius scripserat. 62 Quam sim. Formiis enim fuit initio belli civilis. 63 Adhuc. 64 Urbis. 65 Quia relicta sit direptioni et incendiis, et quia non leges in ea, non judicia, non jus, non fides ulla sit. 66 E Campania, et mari-

mandavi, ut, [67] si quid tu eum velles ad me mittere, ne [68] recusaret: idque ut [69] facias, velim: aut, si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi [70] exire ex urbe necesse sit, aut mihi [71] accedere. Ego tibi [72] tantum tribuo, quantum mihi fortasse [72] arrogo: ut [74] exploratum habeam, quicquid nos [75] communi sententia [76] statuerimus, id omnes homines probaturos. Vale.

II. M. T. C. SULPITIO. S. D.

[1] Ad III Kal. Majas, cum essem in [2] Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis, cognovi non satis prudenter fecisse [3] Philotimum: qui, cum abs te [4] mandata haberet (ut scribis) de omnibus rebus, ipse ad me non venisset, literas tuas misisset: quas intellexi breviores fuisse, quod eum [5] perlaturum putasses. Sed tamen, postquam literas tuas legi, Postumia [6] tua me convenit, et [7] Servius [8] noster. [9] His placuit, ut tu in [10] Cumanum venires: [11] quod etiam mecum, ut ad te scriberem, egerunt. Quod [12] meum consilium [13] exquiris, [14] id est tale, ut [15] capere facilius ipse possim, quam alteri dare. Quid enim est, quod audeam suadere tibi, homini summa [16] auctoritate, summaque prudentia? si, quid [17] rectissimum sit, quærimus, [18] perspicuum est: [19] si, quid maxime [20] expediat, [21] obscurum: sin [22] ii sumus, qui profecto esse debemus, ut nihil arbitremur [23] expedire, nisi quod [24] rectum honestumque sit:

tima ora, quæ me, ut voluit Pompejus, habet ἐπίσκοπον. 67 Si quam ob rem. 68 Mittere illud. 69 Mittas ad me aliquid per Trebatium. 70 Ut colloquamur. 71 Urbem. 72 Prudentiæ et auctoritatis. 73 Arroganter sumo, tribuo. 74 Certissimum. 75 Ut cur nos conventum erit. 76 Ut nobismetipsis consulamus: quoniam nihil jam in te videmur opitulari posse Reip.

1 Biduo ante primum diem Maji. Accusat Philotimum, quod ad se non venisset cum mandatis Sulpitianis: deinde dicit uxorem, et filium Servi consulere, ut in Cumanum ad se veniat. Tum de Reip. auxilio, quam difficile sit, disputat, et denique, quo, consilio ad se in Cumanum venire possit, explanat. Epistola est deliberativa. 2 Agro. 3 Libertum meum, quem ad te cum superioribus literis miseram. 4 Loquendi mecum. 5 Et ita reliqua dicturum. 6 Uxor. 7 Convenit me. 8 Quia tuus filius, et mihi charus. 9 Uxori et filio. 10 Agrum: quo posset cum Cicerone colloqui. 11 Quam rem ut ad te scriberem, etiam me induxerunt. 12 Quid tibi agendum sit. 13 Per literas tuas. 14 Consilium meum. 15 Consilium. 16 Ob honores magna cum laude administratos: gesserat autem Sulpitius biennio ante cum M. Marcello consulatum. 17 Factu. 18 id evidens est, sc. rectissimum esse ab eo stare, qui Remp. tuetur. 19 Quærimus. 20 Utile sit. 21 Sc. *est*, cum nihil sit incertius belli exitu: et propterea nesciamus, uter sit victurus. 22 Tales. 23 Utile esse. 24 Lege 3. Off.

[25] non potest esse dubium, [26] quid faciendum nobis sit. Quod existimas [27] meam causam conjunctam esse cum tua: certe similis in utroque nostrum, cum optime [28] sentiremus, error fuit. Nam omnia utriusque consilia ad [29] concordiam [30] spectaverunt: qua cum ipsi Cæsari nihil esset [31] utilius, gratiam quoque nos inire ab [32] eo, [33] defendenda pace, arbitrabamur. Quantum nos [34] fefellerit, et quem in [35] locum res deducta sit, vides. Neque solum ea perspicis, quæ [36] geruntur, quæque jam [37] gesta sunt, sed etiam qui [38] cursus rerum, qui [39] exitus futurus sit. [40] Ergo aut probare [41] oportet ea, quæ [42] fiunt: aut [43] interesse, etiamsi non [44] probes: [45] quarum [46] altera mihi turpis, [47] altera etiam [48] periculosa ratio videtur. [49] Restat, ut [50] discedendum putem: [51] in quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium in [52] discessu, [53] quæ loca sequamur. Omnino [54] cum miserior res [55] nunquam accidit, tum ne [56] deliberatio quidem difficilior. Nihil enim [57] constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam [59] difficultatem. Tu, si [60] videbitur, ita censeo facias: ut, si habes jam [61] statutum, quid tibi agendum putes, in [62] quo non sit conjunctum consilium

25 Dubitare non possumus. 26 Quid facere debeamus sc. quin eundum sit ad Pompejum, etiamsi non expedire videatur. 27 Eodem in statu nos esse, eamdem rationem esse, pertinere idem ad utrumque nostrum, ut idem ab utroque capi consilium oporteat. 28 Ego quidem in Campania, tu vero Romæ in senatu. 29 Cæsaris et Pompeji. 30 Tetenderunt. Ut quidem ipse Cicero putabat, cui, quod honestum, id unum utile videbatur. Cæsar autem nihil melius, quam regnare, existimabat. 32 Cæsare. 33 Si pacem defenderemus: ut in præfat. l. 1, Off. *Orationem latinam, legendis nostris, efficies pleniorem*, si nostra leges. 34 Spes vel opinio, id quod arbitramur. Fefellit autem in eo Ciceronem opinio, quod Cæsar, cum ei nihil esset utilius concordia, rem tamen ad arma deducere maluerat. 35 Statum: sc. Hispania, et toto pene orbe terrarum bellis ardente. 36 A Cæsare in Hispania, contra Pompeji legatos: pulso enim Italia Pompejo, ad urbem Cæsar excurrit, deinde in Hispaniam. 37 Cum Pompejus ejectus Italia sit, Cæsar urbe et Italia sit potitus. 38 Ut enim adhuc, ita deinceps armis agentur omnia. 39 Quam funestus: perspicis enim exitum fore vel Cæsaris, vel Pompeji tyrannidem. 40 Cum videas, quem in locum res deducta sit. 41 Te, et reliquos, qui Romæ sunt, approbare, et consensu confirmare. 42 In urbe, et precipue in senatu. 43 Præsentem esse. 44 Approbes ea. 45 Rationum ac conditionum. 46 Altera ratio sc. probare ea, quæ fiunt, etiamsi non sint probanda. 47 Interesse, et non probare. 48 Quia iram provocat eorum, qui sua probari cupiunt. 49 Reliquum est. 50 Roma: ubi sine turpitudine, aut vitæ periculo esse non liceat. 51 Quod testat, i. in discedendo. 52 Discedendo, i. quid consilii discendentes capiamus. 53 Quo nos conferre debeamus. 54 Quam patriam fugere, et nescire quo te recipias. 55 Quia salutis publicæ spes nulla superest. 56 Sc. *accidit*. 57 Deliberari et statui. 58 Celeriter incidat. 59 Mari Adriatico occupato a Dolabella, Cretensi a Curione, Sardinia a Valerio, tota pene Italia a M. Antonio. 60 Consultum et utile. 61 Decretum. 62 Agendo.

tuum cum meo, [63] supersedeas [64] hoc labore itineris: sin autem [65] est, quod mecum communicare velis, ego te [66] exspectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quamprimum velim venias, sicut intellexi et [67] Servio, et Postumiæ [68] placere. Vale.

III. M. T. C. SULPICIO. S. D.

[1] Vehementer te esse [2] sollicitum, et in communibus miseriis [3] præcipuo [4] quodam dolore [5] angi, multi ad nos quotidie deferunt. Quod quamquam [6] minime miror, et [7] meum quodammodo [8] agnosco: doleo tamen, te, sapientia præditum [9] prope singulari, non tuis [10] bonis delectari potius, quam alienis [11] malis [12] laborare. Me [13] quidem, etsi nemini concedo, [14] qui majorem ex pernicie, et [15] peste Reipub. molestiam traxerit; tamen multa jam consolantur, maximeque [17] conscientia consiliorum meorum.[18] Multo enim ante, tamquam ex [19] aliqua specula, prospexi [20] tempestatem futuram: neque [21] id solum [22] mea sponte, sed multo etiam magis monente, et [23] denuntiante te. Etsi enim [24] abfui [25] magnam partem [26] consulatus tui: tamen et [27] absens cognoscebam, [28] quæ esset tua in hoc [29] pestifero bello [30] cavendo et [31] prædicendo sententia: et ipse affui primis temporibus tui consulatus, cum [32] ac-

63 Non utare. 64 Veniendi ad me. 65 Aliquid. 66 In Cumano. 67 Filio tuo. 68 Uxori tuæ.

1 Conqueritur de injuria suorum temporum: mox consolatur a recta con-
scientia, et bonarum artium studio. Postremo S. Sulpitii filium commen-
dat, quo pari voluptate aliqua a doloribus afficiat. Epistola est consolatoria.
2 Ob Remp. servitute oppressam: jam enim Cæsar, iterum devictis Pompeji
partibus, unus omnia tenebat. 3 Singulari, et præter cæterorum dolores
magno: cum enim commune sit exitium, cur tu præcipue doleas? 4 Ita lo-
quimur, cum singulare quiddam notamus. 5 Premi multi nobis denuntiant.
6 Cum plane perierit Resp. 7 Dolorem, i. me quoque dolore agnosco, quia
æqualis et de consimili causa est. 8 In dolore tuo. 9 Quasi tam magna, ut
tibi soli contingat. 10 Animi, i. tuis virtutibus, scientiis, et memoria recte
factorum. 11 Vitiis quibus afflicta Resp. concidit, ut ambitione Cæsaris
et Pompeji. 12 Angi. 13 Certe. 14 Ut is. 15 Exitio. 16 Cruciatum animi, i. ne-
mo est, cui molestiæ plus attulerit Reip. interitus. 17 Quia mihi conscius
sum nihil me consuluisse Pompejo, aut alteri, ob quod hæc mala subse-
cuta sint. 18 Quam veniret, i. quatuordecim annis ante cum esset consul:
epist. 4. Att. l. 10. 19 Loco aliquo alto ad speculandum apto. 20 Procel-
lam, quæ Remp. afflixit. 21 Feci, i. prospexi tempestatem futuram. 22 Pro-
pria natura et instigatione. 23 Significante futurum, quasi ex certo au-
gurio, ut pullarii denunciare solebant. 24 Ab urbe, cum sc. esset in Cili-
cia Proconsul: quo ivit Sulpitio Consule. 25 Durante magna parte, men-
ses circiter octo. 26 Temporis, quo Consul eras cum M. Marcello. 27 Cum
abessem. 28 Qualis. 29 Cæsaris et Pompeji, quo Resp. periit. 30 Fugiendo.
31 Denunciando. 32 Cum summa cura et diligentia.

curatissime monuisti senatum, [33] collectis [34] omnibus bellis civilibus, ut et [35] illa [36] timerent, quæ [37] meminissent, et scirent, cum [39] superiores, nullo tali exemplo antea in Repub. cognito, tam crudeles fuissent, quicumque postea rempublicam oppressisset armis, multo [40] intolerabiliorem futurum. NAM, *quod* [41] *exemplo fit, id etiam jure fieri* [42] *putant*: et aliquid, atque adeo multa addunt, et afferunt de [43] suo. Quare meminisse debes, [44] eos, qui auctoritatem, et [45] consilium tuum non sunt secuti, sua stultitia [46] occidisse, cum tua prudentia [47] salvi esse potuissent. Dices: [48] Quid me ista res consolatur in tantis [49] tenebris, et quasi [50] parietinis Reipublicæ? Est omnino vix [51] consolabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, et desperatio [52] recuperandi. Sed tamen et Cæsar [53] ipse ita de te judicat, et omnes cives sic existimant, quasi lumen aliquod, extinctis [54] cæteris, [55] elucere [56] sanctitatem, et prudentiam, et dignitatem tuam. [57] Hæc tibi ad [58] levandas [59] molestias [60] magna esse debent. Quod autem a [61] tuis [62] abes, id eo [63] levius [64] ferendum est, quod eodem tempore a multis, ac magnis molestiis abes: [65] quas ad te omnes perscriberem, nisi [66] vererer ne [67] ea cognosceres absens, quæ quia non vides, mihi videris [68] meliore esse [69] conditione, quam nos, qui [70] videmus. Hactenus existimo nostram consolationem [71] recte adhibitam esse, quoad [72] certior ab homine amicissimo fieres iis

33 Simul commemoratis, in oratione et admonitione tua. 34 Tribus. 35 Similia eorum. 36 Patres Conscripti. 37 Memoria tenerent jam transacta. 38 Oppressores Reip. ut Marius, Sylla, et reliqui. 39 Licet nullum haberent, cujus credulitatem imitarentur. 40 Quam superiores. 41 Ad exemplum. 42 Omnes fere homines. 43 Proprio ingenio atque more. 44 Pompejum, Domitium, Scipionem, et Catonem, qui bellum paci, odio Cæsaris, pretulerant. 45 Ne, agentes de successore ante tempus mittendo, Cæsarem irritarent. 46 Periisse. 47 Nisi bellum, Cæsarem provocantes, excitassent. 48 In quo. 49 Obscurationibus et oppressionibus. 50 *Parietinæ* sunt parietum ruinæ, muri semiconsumpti; ut in epist. ad C. Memmium: *Peteremque, ut nescio quid illud Epicuri* parietinarum sibi concederes. Sic Tusc. 3. *Magisque me moverant Corinthi subito aspectæ* parietinæ, *quam ipsos Corinthios.* Appellat autem *parietinas* Cic. Reip. *μεταφορικῶς* quasi ruinas et reliquias: quæ translatio ne videretur dura particula illa, *quasi*, mitigat. 51 Consolatione mitigabilis. Responsio. 52 Eas. 53 Caput omnium malorum, vel in cujus potestate sunt omnia. 54 Luminibus, aut talibus viris. 55 Manifeste lucere. 56 Summam probitatem. 57 Quæ de te creduntur, vel optimorum consiliorum recordatio, deinde judicium Cæsaris, omniumque civium. 58 Mitigandas et minuendas. 59 Animi tui. 60 Magni momenti. 61 Uxore, et filio. 62 Erat enim in Achaja. 63 Facilius. 64 Patiendum, tolerandum. 65 Molestias. 66 Quia graves atque acerbæ audienti etiam essent, non modo videnti. 67 Mala urbis. 68 Non igitur dolendum est, quod a tuis absis, 69 Statu vitæ. 70 Ea. 71 Decenter. 72 Scientior: quia scire hac ipse per te non posses.

de rebus, quibus [73] levari possent molestiæ tuæ. [74] Reliqua sunt in te ipso, neque mihi ignota, nec minima solatia, et, ut quidem ego sentio, [75] multo maxima: [76] quæ ego ipse experiens quotidie, sic [77] probo, ut ea mihi salutem afferre videantur. Te autem [78] ab initio ætatis, memoria teneo, [79] summe omnium [81] doctrinarum studiosum fuisse, omniaque, quæ *a sapientissimis* [81] *ad bene vivendum tradita essent*, summo studio, curaque didicisse: [82] quæ [83] quidem, [84] *vel optimis rebus*, [85] *et usui et* [86] *delectationi esse possent*: [87] his vero temporibus habemus aliud nihil, in quo [88] acquiescamus. [89] Nihil faciam [90] insolenter; nec te, tali vel [91] scientia, vel [92] natura præditum, hortabor, ut ad eas te referas artes, quibus a primis temporibus [93] ætatis studium tuum [94] dedisti. [95] Tantum dicam, (quod te spero approbaturum) me, posteaquam [96] illi arti, cui studueram, nihil esse loci, neque in [97] curia, neque in [98] foro viderem, omnem meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. [99] Tuæ scientiæ [1] excellenti, ac singulari [2] non multo plus, quam [3] nostræ, relictum est [4] loci. Quare [5] non equidem te moneo: sed [6] mihi ita persuasi, te quoque in iisdem versari [7] rebus, [8] quæ, etiam si [9] minus prodessent, [10] animum tamen a solicitudine abducerent. Servius quidem [11] tuus in omnibus [12] ingenuis artibus, imprimisque in [13] hac, in qua ego me [14] scripsi [15] acquiescere, ita versatur, ut excellat. A me vero sic diligitur, ut tibi [16] uni [17] concedam, [18] præterea [19] nemini; mihique ab eo [20] gratia refertur: in

Significat autem duas maxime res, de quibus certiorem Sulpitium fecit, judicium Cæsaris, omniumque civium et miserrimum civitatis statum. 73 Minui, 74 Ut bonarum artium ac philosophiæ studia. 75 Longe. 76 Solatia. 77 Comprobo. 78 Ab ineunte ætate. 79 Summopere. 80 Liberalium. 81 Bene vivendi præcepta Philosophorum libris continentur. 82 Tradita a sapientissimis. 83 Certe. 84 Etiam in lætissimis rebus, florente Rep. 85 Utilitati. 86 Voluptati. 87 Malis. 88 Contenti simus. 90 Supra modum et superbe. 91 Acquisita. 92 Naturali prudentia. Non modo enim a literis, sed a natura etiam prudentiam accipimus. 93 Tuæ. 94 Addixisti. 95 Tantummodo 95 Oratoriæ, vel bene dicendi, i. eloquentiæ. 97 Senatu. 98 Judiciali, i. in judiciis. 99 Juris civilis. 1 Vicit enim hac laude Sulpitius superiores omnes. 2 Quia sublata causarum actione, panci de jure consuluntur. 3 Oratoriæ et causidicæ. 4 Expetitionis et usus. 5 Tali vel scientia, vel natura præditum: facerem enim insolenter. 6 Prorsus ita judico utile esse, si etiam tu verseris in iisdem Philosophiæ studiis. 7 Artibus. 8 Res: dixit enim, *ut ad eas te referas artes*. 9 Non satis: cum tamen vehementer prosint, quippe quæ salutem afferre videantur. 10 Quasi enim aberramus a molestiis, dum literas tractamus. 11 Filius. 12 Ingenuo dignis, i. liberalibus. 13 Arte, i. in Philosophia. 14 Paulo ante. 15 Contentum esse, et quietem animi invenire. 16 Soli. 17 Locum dem. 18 Præter te. 19 Id est, ut plus tamen diligatur a te: sed a nemine altero. 20 Quantum amoris a me accipit, tantum

[21]quo ille [22] existimat,quod [23] facile appareat, cum me colat, et observet, [24] tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

IV. M. T. C. SULPICIO. S. D.

[1] Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur sæpius ad me literas [2] uno exemplo dedisses: sed [3] accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui [4] epistolas accipiant, fieri scribis, ne ad nos perferantur. Illam partem excusationis, qua te scribis [5] orationis [6] paupertate (sic enim appellas) iisdem verbis epistolas sæpius mittere,nec [7] nosco, nec probo. Et ego ipse, quem tu per jocum ([8] sic enim [9] accipio) divitias orationis habere dicis, me non esse verborum admodum inopem agnosco: [10] εἰρωνεύεσθαι enim non necesse est: sed tamen [11] idem, (nec [12] hoc [13] εἰρωνευόμενος) [14] facile cedo tuorum scriptorum [15] subtilitati,et [16] elegantiæ. Consilium tuum, quo te usum scribis, hoc [17] Achaicum negotium non recusavisse, cum semper probavissem, tum multo magis probavi,lectis tuis proximis literis. [18] Omnes enim causæ, quas commemoras, justissimæ sunt, [19] tuaque et auctoritate,et prudentia dignissimæ. Quod aliter cecidisse rem existi-

refert, amantem redamat atque observat, et ita non minus me diligit, quam diligatur a me. 21 Facto, i. in gratia referenda, et in mutuo amore mihi præstando. 22 Id. 23 Evidens satis est. 24 Utpote mei amantissimo.

1 Approbo. Purgaverat se Servius Sulpitius, quod multas ejusdem exempli literas misisset,quia dubitaret, an priores essent perlatæ, et quod inopia sermonis alterius exempli scribere nequiret, quarum excusationum priorem Cic. accipit, non posteriorem: laudat deinde consilium Servii, quo Achaicum negotium non recusaverat: hortaturque eum tacite Cæsaris clementiæ confidere, et filium rursus laudat. Epistola est mixta. 2 Eadem verborum forma iisdem verbis scriptas: ut, si qua periret, aliqua tamen perferretur epistola. *Exemplum* veteribus est, quod nos *copiam* dicimus; sic infra l. VI. ep. 8. *Earum literarum* exemplum *infrascriptum est.* 3 Approbo eam. 4 Perferendas. 5. Rationis dicendi. 6 Inopia. 7 Deprehendo in scriptis tuis, i. veram esse non confiteor. *Noscere excusationem* est *admittere, accipere excusationem:* pro quo *noscere causam* dixit XI. ad Attic. 7. *Quod te excusas, ego vero et tuas* causas nosco, *et mea interesse puto, te istic esse.* Non noscit igitur Cicero causam excusationis Sulpicii, quia orationis paupertatem in eo non noscebat. 8 Te id dicere. 9 Intelligo. 10 Ironice loqui, dissimulare. 11 Ego. 12 Quod dicam. 13 Ironice loquens, dissimulans, sed vere, et ex animo. 14 Fateor me succumbere. 15 In sententiis. 16 In verbis. 17 Præfecturam Achajæ, i. e Græciæ a Cæsare mandatam. Post Achæorum rempublicam eversam, quæ antea dicebatur *Hellas*, tum a romanis dicta est *Achaja*, nimirum Græcia proprie dicta. 18 Quarum una fuit, ut minus miser esset, cum ea non videret, quæ in oppressa patria contra leges moremque majorum fierent, nam oculi dolorem augent, nec avertere a miseriis cogitationem sinunt. 19 Quæ a tali viro appro-

mas, [20] atque opinatus sis, id tibi nullo modo [21] assentior. Sed quia tanta perturbatio, et confusio est rerum: ita perculsa, et prostrata [22] fœdissimo bello jacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, ut sibi quisque miserrimus esse videatur: propterea et tui te [23] consilii pœnitet, et nos, qui domi sumus, tibi beati videmur. At [24] contra nobis non [25] tu quidem [26] vacuus molestiis, sed, [27] præ nobis beatus: atque [28] hoc ipso melior est tua, quam nostra [29] conditio, quod tu quid doleat, scribere audes nos ne [30] id quidem [31] tuto possumus: nec [32] id [33] victoris vitio, quo [34] nihil [35] moderatius, sed ipsius [36] victoriæ, quæ [37] civilibus bellis semper est [38] insolens. [39] Uno te vicimus, quod de [40] Marcelli, [41] collegæ tui, [42] salute paulo ante, quam tu, cognovimus: etiam mehercule, quod, quemadmodum [43] ea res ageretur, vidimus. Nam sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari cœptum est de jure [44] publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam et ipse Cæsar, [45] accusata [46] acerbitate Marcelli ([47] sic enim [48] appellabat) laudataque honorificentissime, et [49] æquitate tua, et prudentia, repente præter spem dixit, se senatui roganti de [50] Marcello, [51] ne hominis quidem causa, negaturum. Fecerat autem [52] hoc senatus, ut, cum a [53] L. Pisone mentio esset facta de Marcello; et cum [54] C. Marcellus se ad [55] Cæsaris pe-

barentur, vel quæ te tam prudentem et magnum virum ad hoc adducerent. Decet enim, qui autoritate et prudentia valeat, cum nihil committere, quod in aliquam reprehensionem possis incurrere. 20 Quam. 21 Concedo. 22 Quia civili, et inter affines, quo omnia fœdantur. 23 Quod Achaicum negotium non recusaveris. 24 E contrario. 25 Sc. *videris*. 26 Omnino sine molestiis. 27 Respectu nostri. 28 Propter hoc ipsum. 29 Fortuna, aut forma vivendi. 30 Scribere quid doleat. 31 Sine periculo. 32 Accidit. 33 Cæsaris. 34 Est. 35 Temperantius utens victoria. Sane in victoria se moderatissimum Cæsar præbuit. 36 Vitio. 37 Sc. *in*. 38 Immoderata et superba: victores enim insolentes facit: epist. 9. 39 Una re beatitudinem tuam superavimus, cum in reliquis tua melior, quam nostra, conditio sit. 40 M. Claudii Marcelli, qui, Pompejo in Pharsalia devicto, cujus partes secutus erat, exultabat. 41 In consulatu. 42 Restitutione, a Cæsare impetrata. 43 Reconciliatio Marcelli. 44 Imperii Romani. 45 Reprehensa. 46 Pertinaci constantia, qua in consulatu adversus Cæsarem ipsum usus fuerat: atque in primis, cum mittendum Cæsari successorem censuit. 47 Acerbitatem. 48 Cæsar constantiam Marcelli. 49 Qui iniquum esse censuisti, mittere successorem, nondum finito tempore. 50 Reductione Marcelli in urbem cum bona venia Cæsaris. 51 Ne ipsius quidem Marcelli causa, a quo graviter esset offensus, i. licet Marcellus nimis acerbus esset, tamen, ne hac quidem causa, Senatui deprecanti ejus reditum, negaturum: non tanti apud Cæsarem fore Marcelli ipsius injuriam, quanti Senatus universi consensum et deprecationem. 52 Quod dicet. 53 Cæsaris socero. Exstat in eum Ciceronis oratio. 54 Marci Marcelli frater germanus, qui cum L. Lentulo Consul fuit, biennio post Marcum Consulem. 55 Julii.

des [56] abjecisset,[57] cunctus [58] consurgeret, et ad Cæsarem supplex accederet. [59] Noli quærere: ita mihi pulcher [60] hic dies visus est, ut [61] speciem aliquam [62] viderer videre quasi [63] reviviscentis Reipublicæ. Itaque, cum omnes [64] ante me [65] rogati gratias Cæsari egissent, præter [66] Volcatium (is enim, si [67] eo loco esset, negavit [68] se facturum fuisse) ego [69] rogatus, mutavi meum consilium. Nam statueram ([70] non mehercule [71] inertia, sed desiderio [72] pristinæ dignitatis) in perpetuum [73] tacere. Fregit hoc meum [74] consilium et Cæsaris [75] magnitudo animi, et [76] senatus officium. Itaque [77] pluribus verbis [78] egi Cæsari gratias: meque [79] metuo, ne etiam in cæteris rebus [80] honesto otio [81] privarim: [82] quod erat unicum solatium in malis. Sed tamen, [83] quando effugi [84] ejus offensionem, qui fortasse arbitraretur, me [85] hanc [86] rempublicam non [87] putare, si perpetuo tacerem;[88] modice hoc faciam, aut etiam [89] intra modum; ut et illius voluntati, et meis [90] studiis [91] serviam. Nam, etsi a prima ætate me omnis ars, et doctrina liberalis, et maxime [92] philosophia, delectavit: tamen hoc [93] studium quotidie [94] ingravescit, credo et [95] ætatis maturitate ad prudentiam, et

56 Nulla suæ dignitatis habita ratione, quo magis Cæsarem moveret. 57 Simul totus. 58 Ipse senatus. 59 Quo modo Cæsar senatum, ad se accedentem, acceperit. 60 Quo hæc contigerunt. 61 Repræsentationem et effigiem. 62 Mihi. 63 Iterum vitam capientis et renascentis. 64 Antequam ego egissem Cæsari gratias de revocatione M. Marcelli. 65 Sententiam. 66 L. Volcatium Tullum, qui cum M. Æmilio Lepido consul fuerat, triennio ante Ciceronem. 67 In eo statu, quo Marcellus, i. si eadem, quæ Marcellus consul, contra Cæsarem fecisset; et si cum Pompejo postea adversus eumdem Cæsarem pugnasset, nec se, post victum Pompejum, victori credidisset. 68 Se in patriam, vel ad Cæsarem fuisse rediturum; inconstantiæ enim esse videbatur, nec satis honorificum, beneficio ejusdem Cæsaris, quem vehementer oppugnaverat, in patriam redire. 69 Sententiam de reditu Marcelli. 70 Id statueram. 71 Propter carentiam artis et industriæ. 72 Prius habitæ. 73 In senatu, i. nullam sententiam dicere. 74 De perpetuo silentio in senatu habendo. 75 Quod salutem inimico suo largitus esset. 76 Qui ita pro Marcello intercessit. 77 Quam constitueram: vel *pluribus*, i. multis. 73 In oratione pro M. Marcello. 79 Et vereor, ne, cum in senatu loqui cœperim, idem posthac sæpe cogar facere, ut Cæsaris voluntati serviam. 80 Literario. 81 Mutato semel tacendi consilio. 82 Otium. 83 Quandoquidem. 84 Cæsaris. 85 Quæ nunc est. 86 Sc. *esse*. 87 Censere. 88 Cum modo, parce loquar in senatu. 89 Infra, vel non usque ad modum, i. justam mensuram. Eleganter dicitur *intra* pro *citra* vel *infra*: vide Gell. l. XII. c. 12. Cicero infra lib. IX. ep. 26. *Epulamur una non modo non contra legem, si ulla nunc lex est, sed etiam* intra *legem*. 90 Quod esse unicum solatium in malis proxime dixit. 91 Inserviam et obsequar. 92 Moralis. 93 Philosophiæ. 94 Fit gravius et majoris auctoritatis, augetur. A ponderibus translatio. 95 Quia juvenes, auctore Aristotele, sunt Philosophiæ moralis inutiles auditores, eo quod mores probati eis non sapiant. Sexagenarius au-

[96] his temporum vitiis, ut [97] nulla res alia [98] levare animum molestiis possit. A quo [99] studio te abduci [1] negotiis, intelligo ex tuis literis: sed tamen [2] aliquid [3] jam [4] noctes te adjuvabunt. Servius [5] tuus, vel potius [6] noster, summa me observantia [7] colit: [8] cujus ego cum omni probitate, summaque [9] virtute, tum studiis [10] doctrinaque delector. [11] Is mecum sæpe de tua [12] mansione, aut [13] decessione [14] communicat. Adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus, nisi quod maxime Cæsar velle videatur. Res [15] sunt ejusmodi, ut, si Romæ sis, nihil te, præter tuos delectare possit. [16] De reliquis, nihil melius [17] ipso est. [18] Cæteri et [19] cætera [20] ejusmodi, ut, si [21] alterutrum necesse sit, audire ea malis, quam videre. [22] Hoc nostrum consilium nobis minime jucundum est, qui te videre cupimus: sed consulimus tibi. Vale.

V. SULPICIUS CICERONI S. D.

[1] Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu [2] Tulliæ filiæ tuæ; sane [3] quam [4] pro eo, ac debui, graviter molesteque [5] tuli, [6] communemque [7] eam calamitatem [8] existimavi: [9] qui si [10] istic affuissem, [11] neque tibi defuissem, [12] coramque meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis [13] miserum, atque [14] acerbum est: propterea quia, per quos [16] id fieri debet, propinqui, ac familiares, ipsi [17] pari molestia afficiuntur, neque sine lacrymis multis [18] id conari queunt: ut magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere, quam a-

tem jam erat Cicero, cum hanc epistolam scripsit. 96 Propter hæc temporum vitia. 97 Præter Philosophiam. 98 Liberare. 99 Philosophiæ. 1 Per negotia. 2 In aliquo. 3. Deinceps. 4 Quæ longiores tunc fiebant. 5 Filius, sc. per naturam. 6. Communis filius, sc. per amorem paternum. 7 Veneratur. 8 Servii tui. 9 Præstantia in omnibus rebus. 10 Dabat in primis operam Philosophiæ: epist. 3. 11 Servius. 12 In provincia. 13 De provincia. 14 Cum familiaritate loquitur. 15 Ita se habent. 16 Inter reliquos, qui non sunt tui. 17 Cæsare: quo nihil esse moderatius, jam supra dixit. 18 Homines. 19 Negotia. 20 Sunt talia. 21 Unum duorum, sc. aut videre, aut audire ea. 22 Quo deterremus te a videndis, quæ Romæ fiant, *vel*, quot suademus tibi, ne decedas. 23 Prospicimus, et utile tibi consilium damus, i. non quid voluntas nostra ferat, sed quid e re tua sit, in consilio dando spectamus.

1 Audita morte Tulliæ, filiæ Cic. consolatur eum Servius Sulpitius. Epistola est si non perfectæ, certe admodum diligentis et elaboratæ consolationis exemplum. 2 Quam exstinctam morbo, quem ex partu contraxerat (ut ait Plutarcus) pater ita graviter doluit, ut nec ab amicorum consiliis, nec a Philosophiæ præceptis quidquam solatii capere posset. 3 Perquam. 4 Sicut debui. 5 Eum. 6 Omnium parentum. 7 Amissionem liberorum esse. 8 Judicavi. 9 Sc. *ego*. 10 Romæ, aut ubi tu es. 11 Adfuissem tibi auxilio, et consolationi. 12 In præsentia. 13 Cum ipse consolatione egeas, parique in luctu verseris, officio quasi cogi, aliorum lachrymas abstergere. 14 Quia de gravissima jactura. 15 Ideo quia. 16 Genus, vel officium consolationis. 17 Simili, æquali 18 Consolari propinquum in morte liberorum.

liis posse suum [19] officium præstare: tamen quæ [20] in præsentia mihi in mentem venerunt, decrevi [21] brevi ad te [22] perscribere: non quod [23] ea te [24] fugere existimem: sed quod forsitan [25] dolore impeditus, [26] minus ea perspicias. Quid est, [27] quod [28] tantopere te [29] commoveat tuus dolor [30] intestinus? cogita, quemadmodum [31] adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quæ hominibus non minus, quam liberi, cara esse debent, patriam, [32] honestatem, [33] dignitatem, [34] honores omnes. Hoc uno [35] incommodo addito, quid ad dolorem [36] adjungi potuit? aut [37] qui, non in illis [38] rebus, exercitatus animus [39] callere jam debet, atque omnia [40] minoris æxistimare? An [41] illius vicem ([42] credo) doles? Quoties in eam cogitationem necesse est, et tu [43] veneris, et nos sæpe [44] incidimus, [45] hisce temporibus [46] non pessime cum iis esse actum, quibus sine [47] dolore licitum est [48] mortem cum vita commutare? Quid autem fuit, quod [49] illam hoc tempore ad vivendum magnopere invitare posset? quæ res? quæ spes? quod animi solatium? [50] ut cum aliquo adolescente [51] primario [52] conjunctæ ætatem [53] gereret? Licitum est tibi ([55] credo) [56] pro tua dignitate ex

19 Consolandi sibi charos. 20 In præsenti, modo, hoc temporis articulo. 21 Epistola, vel oratione: ut ep. 9. l.1. *Tantum dicam* brevi: et epist. 3.1.2. Brevi *tamen sic habeto*. 22 Ea. 23 Quæ mihi in mentem venerunt. 24 Tibi latere et occulta esse. Hoc addit, ne sibi prudentiæ laudem, Ciceroni ademptam, tribuere videatur. 25 Ob amissam filiam. 26 Quam ego: vel *minus*, i. non. 27 Propter quod. 28 Tam vehementer. 29 Conturbet et afficiat. 30 Intra viscera tua inhærens, domesticus: quo modo *bellum intestinum*, i. quod domi et in civitate nostra sit, dicimus. 31 Hucusque, usque ad hunc diem. 32 Vitæ, sive honesti speciem collectam ex iis rebus, quæ laudem habent singulæ. 33 Personæ, i. existimationem, ortam ex honoribus præclare administratis. 34 Ab aliis impendi solitos, *vel*, magistratus, ut consulatus, quæsturas, etc. 35 De morte filiæ. 36 Addi. 37 Quomodo. 38 Malis et multis, ac diuturnis, sc. in amissione patriæ, honestatis, dignitatis, honorum omnium. 39 Obdurescere, et quasi callum ex consuetudine ita contrahere, ut novum dolorem jam non sentiat, omnia ferre ac concoquere. Translatio a corpore ad animum. 40 Quam illa, quæ sunt erepta. 41 Filiæ tuæ defunctæ sortem dolenter fers, i. an doles id, quod illi contigit? 42 Ironia: quasi minime credendum sit ob ea, quæ sequuntur. 43 Ordinate, propter objecta tibi præsentia. 44 Casu, quando adversa urbis occurrunt nobis sæpe. 45 Hujusmodi, tam malis. 46 Pessime iis non evenisse, imo bene. Cic. Lælio: *Cum Scipione quis neget* actum esse *præclare*. 47 Alio, utpote amissione patriæ, honestatis, dignitatis, honorum omnium. 48 Accipiendo mortem dare vitam. 49 Filiam tuam. 50 Allicere. 51 Ex nobili familia orto. 52 Matrimonio. Duo enim Tulliæ mariti fuerant: primo Pisoni Crassipedi, deinde Dolabellæ nupserat, cum quo divortium fecerat, antequam pareret. 53 Ageret. Suetonius in Domit. c. 1. *Pubertatis ac primæ adolescentiæ tempus tanta inopia, tantaque infamia gessisse fertur*. 54 Cui necesse pene fuerit Dolabellam juvenem perditum diligere. 55 Ironia. 56 Quæ tua est dignitas. 57 Maritum filiæ, si adhuc vive-

*

hac juventute [57] generum [58] diligere, cujus fidei liberos tuos te tuto committere putares.[59] An ut ea liberos ex sese [60] pareret, quos cum [61] florentes videret, lætaretur? qui [62] rem a parente traditam [63] per se tenere possent? [64] honores [65] ordinatim petituri essent in republica? in amicorum negotiis [66] libertate sua uti? Quid [67] horum [68] fuit, quod non prius, quam datum est,[69] ademtum sit? [70] At vero malum est [71] liberos amittere.[72] Malum, nisi hoc pejus sit,[73] hæc sufferre et perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare; si forte eadem res tibi minuere dolorem possit. Ex [74] Asia rediens, cum ab [75] Ægina [76] Megaram versus navigarem, cœpi regiones [77] circumcirca prospicere. Post me erat Ægina, ante Megara [78] dextra [79] Piræeus,[80] sinistra [81] Corinthus: quæ[82] oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, et diruta ante [83] oculos jacent. Cœpi egomet mecum sic cogitare: [84] Hem, nos [85] homunculi indignamur,[86] si quis nostrum interiit, aut [87] occisus est, quorum vita brevior esse debet: cum [88] uno loco tot oppidorum [89] cadavera projecta jaceant? Vis ne tu te,[90] Servi,[91] cohibere, et meminisse,[92] hominem te esse natum? Crede mihi, cogitatione [93] ea [94] non mediocriter sum [95] confirmatus.[96] Hoc idem, si tibi videtur, fac

ret. 58 Videlicet, ex copia et multitudine. 59 An ideo. 60 Pepererat: sed infans obiit. 61 In civitate libera, *vel*, florentis ætatis. 62 Patrimonium avitum. 63 Sine præsidio alterius, suo studio, suaque industria. 64 Magistratus. 65 Ex ordine. Honorum hic erat ordo, quæstura, tribunatus pl, ædilitas, prætura, consulatus, censura. 66 Libere suos defendere possent? Q. d. frustra hæc speres. 67 Rei a parente traditæ, honorum, amicorum. 68 Sperandum filiæ fuit, et ad vivendum illam incitare potuit. 69 Ablatum vi et injuria bellorum civilium. 70 Objicit alia dolenda, quæ mox purgat. 71 Legitimam prolem, sc. filiam. 72 Sit. 73 Dicta incommoda de amissione libertatis et honoris: quæ cum patimur, jucunda esse vita non potest. 74 Sc. minore, ab Attalo regnata populo romano legata. 75 Inter Cyclades insula nobilissima, ab Ægina, Æaci matre, nominata. 76 Ad eam urbem, sitam inter Peloponnesum, Atticam, et Bœotiam. 77 Quæ jacebant in circuitu. 78 Parte. 79 Athenarum portus, quadringentarum navium capax: oppidum quoque ejusdem nominis quod L. Sylla oppugnavit. 80 Parte. 81 Achajæ urbs opulentissima. 82 Urbes nobilissimæ 83 Hominum. 84 Indignantis particula. 85 Homunciones ægre patimur. Argumentum a majori: nam si oppida intereunt; quis perire homines miretur? 86 Cum accidit, ut homo aliquis intereat propria morte. 87 Quæ mors est violenta. 88 Spatio parum distante. 89 Reliquiæ et ruinæ. Interitus oppidorum est eversio. 90 Alloquitur se ipsum. 91 Continere inter terminos mortalitatis tuæ, nec vitam hanc magis, quam deceat, diligere. 92 Animal mortale, sive eum cui moriendi necessitas impendeat: unde illud Anaxagoræ, nunciata filii morte, *Sciebam me genuisse mortalem:* Tusc. 3. 93 Ejusmodi cogitatione de oppidorum præstantium interitu. 94 Imo maxime. 95 Firmior factus ad mortem meam, aut meorum, æquo animo ferendam. 96 Urbium interitum, etc.

ante oculos tibi proponas.[97] Modo,[98] uno tempore, tot viri clarissimi interierunt: de [99] imperio præterea [1] tanta diminutio facta est: [2] omnes provinciæ [3] conquassatæ sunt: in [4] unius mulierculæ animula [5] si jactura facta sit, tantopere [6] commoveris? [7] quæ si hoc tempore non [8] suum diem obiisset, [9] paucis post annis tamen ei moriendum fuit; quoniam homo [10] nata fuerat.[11] Etiam [12] ab hisce tu rebus animum, ac cogitationem tuam [13] avoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna [14] tua persona sunt: [15] illam,[13] quamdiu ei opus fuerat, vixisse: [17] una cum [18] republica fuisse: te patrem suum, prætorem, consulem,[18] augurem, vidisse: [19] adolescentibus [20] primariis nuptam fuisse: [21] omnibus bonis prope perfunctam esse: cum respublica occideret, vita excessisse. Quid est, quod tu, aut [22] illa, cum fortuna [23] hoc nomine queri possitis? Denique noli te

97 Paulo ante. 98 Conflictus Pharsalici, et ex illo etiam alii, ut Pompejus et Cato, qui postea perierunt. 99 Romano. 1 Quod sc. civili bello et vectigalium fructus, et majestas, ac vires etiam populi romani, cæsis tot hominum millibus, imminutæ sint. 2 Italia, cum Cæsar Pompejum ejecit: Hispania, cum Pompeji legatos et exercitum in suam potestatem redegit: Græcia, cum ipsum Pompejum devicit: Ægyptus, unde victoriam, non sine vitæ periculo reportavit: Asia, propter Pharnacem, Mithridatis regis filium, quem Cæsar, Alexandria revertens, nullo negotio superavit: Africa, in qua Scipionem, et Jubam regem vicit. 3 Impetu belli frequenter concussæ, labefactatæ, incommodis et calamitatibus affectæ. 4 Filiæ tuæ vita. 5 Perditio. 6 Conturbaris? 7 Muliecurla, i. filia tua. 8 Tempus vitæ suæ consummasset. 9 Intra paucos annos. 10 Ut moreretur: morti enim homines debentur. *Hominem* incerti sexus. Donatus dicit esse in Terentii Eunuchum. 11 Fac, quod ego feci; qui cum oppida, quondam florentissima, prostrata ac diruta vidissem, inde animum ad cogitandum avocavi reprehendique communem errorem, quod indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vitæ exiguos natura terminos circumscripsit; cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant: hæc me cogitatio valde confirmavit. Etiam tu, cum tot viri clarissimi uno tempore perierint, etc. ab hisce rebus, ut ego ab oppidorum excidio, animum ad cogitationem avoca. 12 Ab hujusmodi rebus, quæ te excruciant, cum in cæde tot virorum clarissimorum, in imperio diminuto, provinciis conquassatis, plus damni, quam in unius mulierculæ animula factum sit. 13 Abduc. 14 Viri consularis, oratoris clarissimi, philosophique præstantis. 15 Reminiscere itaque illam vixisse. 16 Quamdiu ei utile fuerit, fuisse in vita: non enim, cum Resp. occideret, opus fuit. 17 Simul. 18 Romana occidisse. *Fuisse* est *interiisse*, ut apud Virg. Fuimus *Troes*, fuit *Ilium*. 18 Sacerdotem in collegio augurum. Augur creatus est in locum P. Crassi, a Parthis cum patre M. Crasso interfecti, cum ab exilio restitutus esset, antequam iret in provinciam. 19 Tribus, sc. C. Calpurnio Pisoni, Furio Crassipedi, et P. Cornelio Dolabellæ. 20 In urbe, omnibus quidem patricii generis. 21 Quia gavisa erat bonis naturæ, cum esset elegans et facunda: bonis fortunæ, ut honoribus ac divitiis: bonis animi, ut virtute et scientia: præterea bonis matrimonii, liberis et fide matrimoniali. 22 Filia tua. 23 Hanc ob cau-

oblivisci [24] Ciceronem esse, et eum, qui aliis consueris præcipere et dare consilium : neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt : sed potius, quæ aliis tute præcipere soles, ea tute tibi subjice, atque apud [25] animum [26] propone. NULLUS dolor [27] est, quem non longinquitas temporis minuat, atque molliat. Hoc te exspectare [29] tempus, [30] tibi turpe est, ac non [31] ei rei sapientia tua te occurrere. Quod si quis etiam inferis [32] sensus est, [33] qui illius in te amor fuit, [34] pietasque in omnes suos, [35] hoc certe illa te facere non vult. [36] Da [37] hoc [38] illi mortuæ : da cæteris amicis, ac familiaribus, qui tuo dolore mœrent : da patriæ, ut, si qua in re opus sit, opera, et consilio tuo uti possit. Denique quoniam in [39] eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis [40] serviendum sit : noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam, quam reipublicæ [41] tempora et [42] aliorum victoriam [43] lugere. Plura me ad te [44] de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Quare, [45] si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquoties [46] secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnamque ex ea re te laudem [47] adipisci : fac [48] aliquando intelligamus, [49] adversam quoque te [50] æque ferre posse, neque id majus, quam debeat, tibi [51] onus videri : ne [52] ex omnibus virtutibus [53] hæc una tibi videatur deesse. [54] Quod ad me attinet, cum te [55] tranquilliore esse animo cognovero, de his rebus, quæ [56] hic geruntur, quemadmodumque se [57] provincia habeat, certiorem faciam. Vale.

sam, quod vita nunc excesserit. 24 Multis jam clarum virtutibus. 25 Tuum. 26 Ea. 27 Tam magnus. 28 Mitiget. 29 Longum et quod dolorem et ægritudinem adimat. 30 Viro prudenti. 31 Mitigationi doloris perlonginquitatem temporis, i. prævenire illam rationem mitigandi doloris. 32 Aliqua perceptio rerum post mortem, quæ hic fiant. Quia dubitabant veteres an sensus rerum humanarum ad defunctos perveniret, creberrime his utebantur et similibus formulis : *Si quis manium sensus est : si quis in morte sensus est : si quis etiam inferis sensus : si quid inferi sentiunt ; si quis post funera sensus* etc. 33 Is fuit amor filiæ tuæ in te, vel pro amore in te suo : ut epist. 68. l. 13. *Quæ tua natura est.* 34 Et quæ pietas, i. ea pietas fuit illius in omnes suos. *Pietas* plus, quam *amor* significat, et usurpatur in deos, parentes, propinquos, optime de nobis meritos. 35 Expectare mitigationem doloris ex longinquitate temporis. 36 Concede. 37 Ut dolorem mitiges. 38 Tam charæ filiæ tuæ. 39 Miseram. 40 Prospiciendum. 41 Miserrima, ob amissam libertatem. 42 Quia paulo ante Cæsar Pompeji liberos in Hispania devicerat. 43 Deplorare. 44 De consolatione tui ob mortem filiæ. 45 Postquam. 46 Prosperam, ut in consulatu, et reditu ab exilio. 47 Acquirere. 48 Aliquo tempore, vel tandem. 49 Fortunam. 50 Æqualiter, ac secundam, vel æque animo. 51 Ut ferre non queas. 52 Cum alias omnes virtutes habeas. 53 In adversis constantia et fortitudo. 54 Quantum. 55 Tranquilliorem habere animum. 56 In provincia. 57 Achaja, quæ et Græcia dicta est.

VI. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] Ego [2] vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo [3] casu affuisses. Quantum enim [4] præsens me adjuvare potueris, et consolando, et prope [6] æque dolendo, facile ex eo intelligo, quod, literis tuis lectis, aliquantulum acquievi. Nam et [7] ea scripsisti, quæ [8] levare luctum possent, et in me consolando [9] non mediocrem ipse animi [10] dolorem adhibuisti. Servius [11] tamen [12] tuus, omnibus officiis, quæ [13] illi tempori tribui potuerunt, declaravit, et quanti ipse me faceret, et [14] quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret [15] fore: [16] cujus officia [17] jucundiora, [18] scilicet sæpe mihi fuerint, nunquam tamen [19] gratiora. Me autem non oratio tua solum, et [20] societas [21] pene ægritudinis, sed etiam auctoritas, consolatur. Turpe enim esse existimo, me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia præditus, [22] ferendum putas. Sed [23] opprimor interdum, et [24] vix resisto dolori; quod ea me [25] solatia [26] deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non fuerunt. Nam et [27] Q. Maximus, qui [28] filium [29] consularem, [30] clarum virum, et [31] magnis rebus gestis, amisit: et [32] L.

1 Respondet superiori epistolæ Servii Sulpitii, eumque præsentem sibi fieri mire exposcit, ut de ratione vitæ inter se consultent. Epistola est rogatoria. 2 Pro certo, et citra simulationem. Cum in rescribendo amici consilium comprobamus, utimur, tali principio: sic. l, VII. ep. 30. Ego vero *jam te nec hortor nec rogo, ut domum redeas.* lib. IX. ep. 5. Mihi vero *ad nonas bene maturum videtur fore.* l. XVI. ep. 12.22. 3 Infortunio, sc. morte filiæ. 4 Si præsens fuisses. 5 Potuisses, 6 Æqualiter. atque ego. 7 Quod prudentiæ et doctrinæ fuit. 8 Diminuere. 9 Sed ingentem. 10 Quod humanitatis et amoris. 12 Licet præsens non fuisti, et absens satisfecisti. 13 Filius: illi calamitati: ut ep. 9. l. 1. *Habuit non* temporum *solum rationem meorum, sed etiam naturæ.* 14 Quantum. 15 Futurum, 16 Filii tui. 17 Quia in re læta, in qua est jucunditas. 18 Quod scire licet, cum sit evidens. 19 Acceptiora et utiliora. 20 Æqualitas, quia Servius Sulpicius dolorem suum mirifice fuerat testatus præcedenti epistola. 21 Animi ex dolore. *Ægrotatio* in corpore, *ægritudo* in animo locum habet, et proprie molestia, solicitudo, angor, propter similitudinem corporum ægrorum, *ægritudo* dicitur. 22 Esse. 23 Dolore. 24 Cum difficultate. 25 Eæ res consulatoriæ. 26 Deserunt, destituunt. 27 Q. Fabius Maximus Verrucosus, qui, filio mortuo, laudationem in foro dixit, et postea scriptam edidit; adeo forti animo Marci filii mortem tulit. Hic rem romanam secundo Punico bello, superiorum ducum temeritate eversam, cunctando restituit: de quo Ennius, *Unus, qui nobis cunctando restituit rem*: quem versum Virgilius usurpavit. 6 Æn. unde *Cunctator* appellatus est. 28 Marcum. 29 Qui consulatum gesserat cum T. Sempronio Graccho. 30 Illustrem. 31 Postquam magnas res gesserat, quarum illa fuit maxima, quod Hannibalem, juveniliter exsultantem, patientia sua mollivit: Arpes in Apulia quoque recepit: quod oppidum Hannibalis præsidio tenebatur. 32 Æmilius, qui Macedoniam im-

Paulus, qui [33] duos [34] septem diebus: et [35] vester [36] Gallus, et [37] M. Cato, qui summo ingenio,[38] summa virtute filium perdidit, [39] iis temporibus [40] fuerunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex republica consequebantur. Mihi autem, [41] amissis [42] ornamentis iis, quæ ipse commemoras, quæque eram maximis laboribus adeptus, unum [43] manebat [44] illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non reipublicæ procuratione, impediebantur cogitationes meæ: nihil in [45] foro [46] agere [47] libebat: adspicere [48] curiam [49] non poteram: existimabam id, quod erat, omnes me, et [50] industriæ meæ fructus, et [51] fortunæ perdidisse. Sed cum cogitarem,[52] hæc mihi tecum, et cum quibusdam [53] aliis esse communia, et cum [54] frangerem jam ipse [55] me, cogeremque [56] illa ferre [57] toleranter,[58] habebam [59] quo [60] confugerem,[61] ubi [62] conquiescerem, cujus in sermone, et [63] suavitate omnes curas, doloresque [64] deponerem.[65] Nunc autem hoc tam gravi [66] vulnere etiam illa, quæ [67] consanuisse videbantur, [68] recrudescunt. Non enim, ut [69] tum me [70] a republica [71] mœstum [72] domus excipiebat, [73] quæ [74] levaret: sic nunc, [75] domo mœrens, ad rempublicam confugere possum, ut in ejus [76] bonis [77] acquiescam. [78] Itaque et [79] domo absum, et foro: quod nec eum dolorem, quem a republica capio, domus jam [80] consolari po-

perio adjunxit et Persem regem in triumphum duxit, inde Macedonicus dictus. Leges Livium l.45. Vell. l.1. 33 Filios amisit. 34 Spatio septem dierum. 35 Ex vestra gente Sulpitia. 36 C. Sulpitius Gallus, qui cum M. Claudio Marcello consul. fuit. 37 Censorius, et bellicis rebus, et doctrina clarus. 38 Habentem summum ingenium, et summam virtutem. 39 Talibus. 40 Omnes dicti. 41 Per occupationem. Reip. a Cæsare. 42 Consulari et augurali dignitate. 43 Reliquum erat. 44 Filia suavissima. 45 Judiciali. 46 Pro amicis. 47 Mihi, 48 Senatum. 49 Præ indignatione. 50 Naturalis artis, sc. prodesse amicis in foro, Reip. in curia. 51 Per fortunam acquisitos: quia fortuna industriam adjuvat. 52 Incommoda et damna. 53 Bonis. 54 Illata animo vi, ut illa gravissima toleranter tamen ferret. 55 Propositum meum dolendi de amissione honorum, et bonorum, non filiæ. 56 Tam insignia adversa, sc. amissionem, fructum industriæ et fortunæ. 57 Patienter. 58 Ante mortem filiæ. 59 Ad quam. 60 Solatium habiturus. 61 Et in qua. 62 Tranquillitatem animi invenirem. 63 Sermonis et morum. 64 Exuerem et rejicerem. 65 Post mortem filiæ. 66 De morte filiæ accepto. 67 Sanata et e memoria ob longitudinem temporis deleta. Metaphora est a vulneribus quæ vetustiora pejoris conditionis sunt, et cum cicatricem obduxerint, si recrudescant, desperatæ salutis. 68 Renovantur, recentia rursus fiunt, et in priore ægritudine. 69 Ante mortem filiæ, et stante Rep. 70 Si quid adversi in Rep. vidissem. 71 Reversum tristem. 72 Familia, et præcipue filia. 73 Talis quæ *vel* quæ 1. ut. 74 Me ab ea ægritudine. 75 Propter mortem filiæ. 76 Quæ nunc nulla sunt. 77 Tranquillitatem animi accipiam. 78 Et ita. 79. In prædiis manens. 80 Consolando levare.

test, nec [81] domesticum [82] respublica. [83] Quo [84] magis te expecto, teque videre quam primum cupio. Major mihi [85] levatio afferri nulla potest, quam conjunctio [86] consuetudinis, sermonumque nostrorum: quamquam sperabam tuum adventum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cum [87] multis de causis te exopto quamprimum videre: [88] tum etiam, ut [89] ante [90] commentemur inter nos, [91] qua ratione nobis [92] traducendum sit hoc tempus, [93] quod est totum ad [94] unius voluntatem [95] accomodandum, et [96] prudentis, et [97] liberalis, et (ut perspexisse mihi videor) [98] nec a me [99] alieni, et [1] tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magnæ tamen est [2] deliberationis, quæ ratio sit [3] ineunda nobis, non agendi aliquid, sed [4] illius concessu et beneficio quiescendi. Vale.

VII. M. T. C. M. MARCELLO S. D.

[1] Etsi [2] eo te [3] adhuc consilio usum intelligo, ut id reprehendere non audeam (non [4] quin ab [5] eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse judicem, ut meum consilium non [6] anteponam tuo:) tamen et amicitiæ nostræ vetustas, et tua summa erga me benevolentia, quæ mihi jam a pueritia tua cognita est, me hortata est, ut ea scriberem ad te, quæ et saluti tuæ [7] conducere arbitrarer, et [8] non aliena esse ducerem a dignitate. Ego [9] eum te esse, qui horum malorum initia

81 Dolorem, quem capio domi ob mortem filiæ. 82 Potest consolari. 83 Quocirca. 84 Quam exspectarem, si aliunde consolationem invenirem. 85 Ad consolationem. 86 Frequentis conversationis tuæ. 87 Ob multas causas. 88 Multo magis. 89 Quam tempus, aut opportunitas elabantur. 90 Comminiscendo disquiramus. 91 Qua via, quo modo. 92 Transingendum. 93 Tempus. 94 Hominis, utpote Cæsaris. 95 Conformandum. 96 Quia modeste et sagaciter usus est victoria. 97 Quia clementer multis gratis ignovit. 98 Non etiam. 99 Quia Ciceronem monuerat Cæsar, ut a bellis civilibus abstineret, et post victoriam eum sæpe amice ad curiam invitarat. 1 Quia consul Sulpitius M. Marcello collegæ, Cæsari Gallias ante diem eripere conanti, restiterat, pacisque semper auctor fuerat: epist. 1. et 3. et Suetonius. Amicissimus etiam Sulpitio Cæsar, quia suis in præsidiis ejus filius civili bello fuerat. 2 Consultationis. 3 Inceptanda. 4 Cæsaris.

1 Marcellus, Servii Sulpicii in consulatu collega, Pompejanas partes secutus, post Pharsalicam cladem se Athenas contulit, ubi perpetuum exilium agere decreverat. Verum cum Cicero, aliique multi pro eo intercessissent, annuit Cæsar, modo ille redire vellet: quod ut velit, nunc agit Cicero hac epistola. Tota moralis est hæc epistola. 2 Tali. 3 In hoc usque tempus. 4 Quod non. 5 Consilio tuo. Non enim eo, quo Marcellus, consilio usus erat; quippe qui post Pharsalicam pugnam, desperatis rebus, Brundusium se contulit. 6 Præferam tuo consilio. Captat benevolentiam a modestia sua, et a Marcelli laude. 7 Utilia esse. 8 Et quæ existimarem nihil factura contra dignitatem tuam. Hoc addit, quia Romæ vivere, cum unius voluntas pro legibus esset, contra dignitatem Marcellus existimabat. 9 Talem.

[10] multo ante videris, consulatum magnificentissime atque optime [11] gesseris,[12] præclare memini : sed [13] idem etiam illa [14] vidi, neque [15] te consilium civilis belli [16] ita gerendi, neque [17] copias Cn. Pompeji, nec [18] genus exercitus [19] probare, semperque [20] summe [21] diffidere. Qua in sententia [22] me quoque fuisse, memoria tenere te arbitror.[23] Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis, et ego id semper egi, ne [24] interessem. Non enim iis rebus [25] pugnabamus, quibus valere poteramus, consilio, auctoritate, causa,[26] quæ erant in nobis [27] superiora : [28] sed [29] lacertis, et viribus, quibus pares non eramus. Victi sumus [30] igitur : aut, si vinci dignitas non potest,[31] fracti certe, et abjecti. In quo tuum [32] consilium [33] nemo potest non maxime laudare, quod cum spe vincendi simul abjecisti certandi etiam cupiditatem : [34] ostendistique [35] sapientem, et [36] bonum civem initia belli civilis invitum suscipere,[37] extrema non libenter persequi. Qui non idem consilium, [38] quod tu, secuti sunt, [39] eos video in duo genera esse [40] distractos. Aut enim renovare [41] bellum conati sunt, ii qui se [42] in Africam contulerunt : aut, quemadmodum [43] nos, [44] victori sese crediderunt.[45] Medium quoddam tuum consilium fuit, qui [46] hoc fortasse [47] humilis animi duceres, [48] illud [49] pertinacis. Fateor,

10 Quam evenerunt. Itaque Cæsaris potentiam, adempta ei provincia, minuere conatus est : in quo Sulpitium collegam habuit adversarium. 11 Et qui gesseris, sc. cum Servio Sulpitio. 12 Egregie. 13 Egô idem. 14 Animadverti. 15 Qui bellum ducendum censebas. 16 Ut gestum est : quod urbem Pompejus primum : deinde Italiam stulto consilio deseruit. 17 Potentias exercitus, militum numerum, neque magnum neque bellicosum, epist. 3. l. 7. Nam cum eum, ante Cæsaris adventum, maximum promisisset, Cæsaris adventu nunciato, paratum exercitum non habuit. 18 Ex tironibus magna ex parte collectum. 19 Approbare et laudare. 20 Summopere. 21 Desperantem victoriam. 22 Epist. 3. l. 7. 23 Et ita. 24 Rebus bellicis gerendis, vel cum bellum susciperetur. 25 Certabamus. 26 Tria dicta. 27 Meliora, et priora. 28 Pugnabamus. 29 Robustis brachiis. 30 Quia pares non eramus. 31 Debilitati saltem. 32 Mitylenas secedendi. 33 Quisque cogitur maxime laudare. 34 Facto tuo. 35 Quia invitus bellum civile suscipit. 36 Quia bellum civile pro salute, ad dignitatem patriæ suscipit. 37 In quibus est multorum innocentium trucidatio, ut victor securior vivat. 38 Secutus es. 39 Ut Cato, Scipio, Labienus, aliique. 40 Divisos. 41 Contra Cæsarem, ut Cato, Uticensis. 42 Ad Jubam regem qui, Curione, Cæsarianarum partium duce, interfecto, equitatum firmissimum, et elephantos plurimos habebat. 43 Credidimus, i. ego credidi. 44 Victoris fidei se commiserunt : credunt enim se alicui, qui in illius potestatem se tradunt, et in ea loca deveniunt, ut in eorum arbitrio sint : sicut ii, qui aut in Italiam redierant, aut in iis locis manserant, quæ Cæsaris præsidiis tenerentur. 45 Ut neque bellum renovares, neque Romam redires, sed in oppidum liberum et ab armis remotum, te reciperes. 46 Se victum fateri. 47 Abjecti animi esse existimares. 48 Renovare bellum. 49 Obstinati animi

a plerisque vel dicam ab omnibus [50] sapiens tuum [51] consilium; a multis [52] etiam [53] magni ac fortis animi judicatum. Sed habet ista [54] ratio (ut mihi quidem videtur) [55] quemdam modum: præsertim cum tibi nihil deesse arbitrarer ad tuas [56] fortunas omnes obtinendas, præter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse, quod dubitationem afferret [57] ei, [58] penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu [59] illud [60] beneficium omnino non putares. De [61] quo quid sentiam, nihil attinet dicere, cum appareat, [62] ipse quid fecerim. Sed tamen, si jam ita [63] constituisses, ut [64] abesse perpetuo malles, quam ea, quæ nolles, videre: tamen id cogitare deberes, [65] ubicumque esses, te fore in ejus ipsius, quem [66] fugeres, potestate: [67] qui [68] si facile passurus esset, te carentem patria, et fortunis tuis, quiete, et [69] libere [70] vivere: cogitandum tibi tamen esset, Romæne, et domi tuæ, [71] cujusmodi res esset, an [72] Mytilenis, aut [73] Rhodi malles vivere. Sed cum ita late pateat [74] ejus potestas, quem veremur, ut terrarum orbem complexa sit: nonne mavis sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo [75] alienæ? Equidem, etiam si [76] oppetenda mors esset, domi, atque in patria [77] mallem, quam in externis atque alienis locis. [78] Hoc idem omnes qui te diligunt, sentiunt: [79] quorum est magna pro tuis maximis clarissimisque virtutibus multitudo. Habemus etiam [80] rationem rei familiaris tuæ, quam dissipari nolumus. Nam, etsi nullam [81] potest [82] accipere injuriam, quæ [83] futura perpetua sit; propterea quod neque [84] is, qui tenet Rempubl. [85] pateretur: neque ipsa Respub., tamen impetum [86] prædonum in tuas fortunas fieri nolo. [87] Hi au-

esse. 50 Sapientis hominis. 51 Esse. 52 Insuper. 53 Nam sapiens, quatenus sapiens, sapit quid faciendum, magnanimus et fortis, quod sapit, audet. 54 Consideratio consilii tui. 55 Quamdam mensuram, aut, formam faciendi. 56 Opes. 57 Cæsaris. 58 Qui Remp. tenet. 59 Restitutionem vel recipere fortunas tuas. 60 Esse. 61 Consilio tuo. 62 Qui me victori commiserim. Post Pharsalicam enim pugnam, Cæsar et Ciceroni et aliis ignoverat. 63 Proposuisses. 64 Ab urbe. 65 Quia tunc fere totius mundi imperium obtinuerat Cæsar. 66 Fugere velles. 67 Cæsar. 68 Tametsi. 69 Sine persecutione. 70 Extorrem. 71 Cujuscumque modi, i. qualiscumque res esset, sive perdita, sive salva. Quæcunque Resp. esset, unde alii legunt *cujuscuiusmodi*. 72 In ea urbe in Mitylene insula in mari Ægeo, quo se contulerat a pharsalica pugna. 73 In ea urbe Rhodi insulæ. 74 Cæsaris. 75 Domi. 76 Fortiter obeunda. 77 Oppetere mortem aut vivere. 78 Faciendum tibi. 79 Te diligentium. 80 Respectum. 81 Res tua familiaris. 82 Pati, 83 In re tua familiari non perpetuam injuriam, sed repentinum aliquem, te absente, prædonum impetum extimesco. 84 Cæsar: quem tamen, ut invisum Marcello, non nominat. 85 Injuriam tibi perpetuam fieri. 86 Ut erant satellites Cæsariani. 87 Prædones, M. Antonius, aliique Cæsariani insigni audacia et

tem qui essent, auderem scribere, nisi [88] te intelligere confiderem. Hic pro te [89] unius solicitudines, etiam multæ et assiduæ lacrymæ [90] C. Marcelli, [91] fratris optimi, [92] deprecantur: nos [93] cura, et dolore [94] proximi sumus; [95] precibus [96] tardiores, quod jus [97] adeundi, cum ipsi [98] deprecatione [99] eguerimus, non habemus. [1] Gratia tantum [2] possumus [3] quantum victi. Sed tamen consilio, studio, [4] Marcello non desumus. A tuis [5] reliquis non [6] adhibemur: [7] ad omnia [8] parati sumus. Vale.

VIII. M. T. C. MARCELLO S. D.

[1] Neque monere te audeo præstanti prudentia virum, nec confirmare maximi animi hominem, [2] unumque fortissimum: [3] consolari vero nullo modo. Nam si ea quæ acciderunt, ita fers, ut [4] audio; gratulari magis [5] virtuti debeo, quam consolari dolorem tuum. Sin te tanta [6] mala reipublicæ [7] frangunt, non ita abundo ingenio, ut te [8] consoler, cum ipse [9] me non possim. Reliquum est [10] igitur, ut tibi me in omni re [11] eum præbeam, præstemque, ut ad omnia, quæ tui velint, ita adsim præsto, ut me non solum omnia debere [12] tua causa, quæ possum, sed ea quoque [illegible], quæ non possum, [13] putent. Illud tamen vel tu me monuisse, vel [14] censuisse puta, vel [15] propter benevolentiam tacere non potuisse; ut, quod ego fa-

fortasse egentes. 88 Qui sint. 89 Solius. 90 Qui consul fuerat post M. Marcellum anno proximo. 91 Tui vel Patruelis, ut ait Suetonius: *Patrueles* etiam *fratres* dicuntur. 92 Tuam salutem a Cæsare precibus petunt. Deprecamur, ut cum expetimus aliquid, vel cum recusamus. 93 Pro te susceptis. 94 C. Marcello fratri tuo, cui uni cedimus, præterea nemini. 95 Faciendis pro te Cæsari. 96 Sed sumus tardiores, quam frater tuus. 97 Cæsaris, aut Cæsarem. 98 Intercessione alicujus pro nobis, sc. Dolabellæ, Trebatii, Pansæ, Hirtii, Balbi et Oppii. 99 Ante veniam obtentam. 1 Per gratiam nostram. 2 Erga Cæsarem. 3 Possunt. 4 Fratri tuo. 5. Amicis. 6 Ad consilium de tuo reditu capiendum. *Adhibere* hic pro *consulere* ponitur, uti apud Græcos Χρᾶσθαι et alib. l. v. ep. 25. *hæc eadem locutus sum domi meæ* adhibito *Quincto fratre meo, et Cæcina, et Calvisio*, vide ep. 7. l. xi. 7 Etiam ad aliis consilia danda, si exposcerent. 8 Sc. *sed*.

1 Iterum suadet, ut, mutata sententia, in patriam revertatur: idque propter temporum et loci conditionem, et Cæsaris erga bonos voluntatem. Epistola est laudatoria, officiosa et suasoria. 2 Singularem, solum. 3 Audeo talem virum. 4. Intelligo te a Cratippo instructum ea ferre. 5 Tuæ: cujus eximia vis non in secundis, sed in adversis rebus agnoscitur. 6 Incommoda. 7 Debilitant. 8 Consolari possim. 9 Consolari. 10 Cum neque audem te consolari, si consolationis non indiges, neque possim, si indiges. 11 Talem. 12 Propter te. 13 Existiment. 14. Judicasse pro opinione, si monere te non debuissem. Correctione utitur, quia dixerat jam, *Neque monere te audeo, præstanti prudentia virum.* 15 Se etiam censere non

cio,[16] tu quoque animum inducas, si sit [17] aliquæ respublica, in ea te esse oportere, judicio omnium, [19] reque principem, necessitate cedentem tempori: sin autem [20] nulla sit, [21] hunc tamen aptissimum esse etiam [22] ad exulandum locum. Si enim libertatem [23] sequimur: quis locus hoc [24] dominatu vacat? sin [25] qualemcumque locum,[26] qui est [27] domestica sede jucundior? Sed (mihi crede) etiam [28] is,qui omnia [29] tenet, favet ingeniis: [30] nobilitatem vero, et [31] dignitatem hominum, quantum ei [32] res, et [33] ipsius causa [34] concedit, amplectitur. Sed [35] plura, quam [36] statueram. Redeo [37] ergo ad unum illud,me tuum fore cum [38] tuis, si modo [39] erunt tui: [40] sin minus, [41] me certe in omnibus rebus satis nostræ conjunctioni,[42] amorique facturum. Vale.

IX. M. T. C. MARCELLO S. D.

[1] Etsi perpaucis [2] ante diebus dederam Q. Mutio literas,ad te pluribus verbis scriptas,[3] quibus declaraveram,[4] quo te animo censerem esse oportere,et quid tibi faciendum arbitrarer: tamen cum,Theophilus,libertus tuus proficisceretur,[6] cujus ego[7] fidem erga te benevolentiamque perspexeram,sine meis literis eum ad te venire nolui. Iisdem igitur te de rebus [8] et-

debuisse. 16 Ut facias idem. 17 Qualiscumque. 18 Secundum judicium. 19 Qui principem, i. præcipuum dignitate et auctoritate locum tenebis, necessitate, qua excusantur actiones nostræ, quia aliter non posset esse, cedes tempori, cum ad unum Cæsarem referri omnia videbis, et feres. 20 Fortuna Reip. 21 In quo ego sum, i. Romam. 22 Si Romæ ut in Rep. i. ut in antiquo legum ac morum optimorum domicilio esse non potes: sit tamen ut in exilio. 23 Sectamur, i. quærimus. 24 Cæsaris: cum ejus potestas, quem veremur, terrarum orbem complexa sit: in epist. superiore. 25 Sequimur. 26 Locus. 27 Propriæ domus. 28 Cæsar. 29 In potestate sua. 30 A majoribus acceptam. 31 Ipsius quoque Marcelli. 32 Utilitas, vel opportunitas, i. natura bellorum civilium, quæ non concedit, ut victor eos, qui contra arma tulerint, vehementer ornet. 33 Rationes ejus, id quod ad ipsum proprie pertinet. 34 Permittit. 35 Scripsi. 36 Proposueram scriberem. 37 Quia non sunt plura dicenda, aut scribenda. 38 Amicis. 39 Aliqui. 40 Sed si non aliqui erunt tui, i. si nunquam recuperabis res tuas, et ita nulli erunt tui. 41 Redeo ad illud, me, etc. 42 Nostro.

1 Hortatur rursus Marcellum, ut omnino velit in patriam reverti, nec tam moleste ferre, omnia ad solum Cæsarem esse relata, cum Pompeji victoria molestior fuisset: monetque vitanda pericula vitæ, quæ, ubicumque esset, nisi in Cæsaris gratia sit, magna sint, hortatoria est epistola et tota moralis. 2 Harum dationem. 3 Li[illegible]is. 4 Cum hortaretur Marcellum, ut omnino suam voluntatem cum [illegible]orum sententia conjungeret, ac vivere in patria mallet, quod Cæsar [illegible]essurus videbatur, quam in externis atque alienis locis. 5 Hinc ad te. 6 The[illegible]ili, 7 Fidelitatem. 8 Ac-

iam atque etiam hortor, [9] quibus superioribus literis hortatus sum, ut in [10] ea republica, [11] quæcumque est, quamprimum velis esse. Multa videbis fortasse, quæ [12] nolis: non plura tamen, quam audis quotidie. Non est porro [13] tuum, [14] uno sensu solum oculorum moveri: cumque illud idem [15] auribus percipias, quod etiam [16] majus videri solet, minus [17] laborare. At [18] tibi ipsi [19] dicendum erit aliquid, quod non [20] sentias; aut faciendum, quod non [21] probes. Primum, TEMPORI cedere, id est, necessitati parere, semper [22] sapientis est [23] habitum. Deinde, non habet, [24] ut nunc quidem est, [25] id vitii res. [26] Dicere fortasse, quæ sentias, non licet; tacere [27] plane licet. Omnia enim [28] delata ad unum sunt. [29] Is utitur consilio, [30] ne suorum quidem, sed [31] suo. Quod non multo [32] secus fieret, si [33] is Rempubl. [34] teneret, quem secuti sumus. An, qui in bello, cum omnium nostrum conjunctum esse periculum [35] suo cerneret, [36] certorum hominum [37] minime prudentium consilio uteretur [38] eum magis [39] communem censemus [40] in victoria futurum fuisse, quam [41] incertis in rebus fuisset? [42] et qui nec [43] te consule, tuum [44] sapientissimum consilium secutus esset, nec, [45] fratre tuo consulatum ex [46] auctoritate tua [47] gerente, [48] vobis auctoribus uti voluerit; nunc omnia

curatissime. 9 De quibus. 10 Quam Cæsar tenet. 11 Sive aliqua, sive nulla. 12 Velis non videre. 13 Tuæ naturæ, vel dignitatis. 14 In iis, quæ vides. 15 Audiendo illud, i. non est tuum, minus laborare, cum audias, quam cum videas. 16 Evidentius. 17 In periculo esse. 18 Tibi præcipue ob nobilitatem et dignitatem tuam. 19 In curia. 20 Dicendum. 21 Approbes faciendum. 22 Viri factum. 23 Existimatum. 24 Quid futurum sit, affirmare non licet: sed, ut nunc certe est, res ita se habet. 25 Id mali ut dicendum sit aliquid, quod non sentias, aut faciendum, quod non probes. 26 Romæ. 27 Omnino. 28 Redacta ad potestatem unius, sc. Cæsaris. 29 Cæsar. 30 Per quos vicit: quo æquius ferre debemus, si minus nostro utatur. 31 Unius. 32 Aliter. 33 Pompejus. 34 Ut tenuisset, si in Pharsalico conflictu vicisset: quoniam Pompejus æque suo, ut Cæsar, et non certorum hominum, ut consueverat, consilio uteretur. 35 Periculo. 36 Scipionem imprimis, Pompeji socerum, Domitium Ænobarbum, L. Lentulum notat. 37 Cum tu bellum aliter gerendum censeres: ut in epist. 7. 38 Pompejum. 39 Communicantem consilia sua, i. magis usurum fuisse consiliis nostris. *Communes* dicuntur Latinis *comes*, aliter *civiles*, qui nihil singulare ac præcipuum sibi tribuunt præ aliis, qui non supra alios cives se extollunt, qui sunt populares, modesti, patientes juris legumque communium, qui non suo in omnibus utuntur consilio, sed et aliorum civium hominumve. Terent. *Quemquam ne animo tam* communi *esse aut leni putes?* 40 Si usus fuisset victoria. 41 Dubiis, cum incerta ac nondum parta victoria esset: cum bellum gereretur; est enim sensus: qui incerta victoria nihil consilia nostra moratus est, quid eum, dijudicata jam belli fortuna, facturum fuisse credimus? 42 Et censes eum, qui, etc. 43 Cum esses consul. 44 Cum horum malorum initia et videres, et cavere velles. 45 C. Marcello. 46 Approbatione tua. 47 Cum L. Lentulo. 48 Vobis id factum ejus approbantibus, tutam pacem

[49] tenentem,[50] nostras sententias [51] desideraturum censes fuisse? OMNIA sunt misera in bellis civilibus,[52] quæ majores nostri ne [53] semel quidem, nostra ætas [54] sæpe jam sensit: sed MISERIUS [55] nihil, quam [56] ipsa victoria: [57] quæ etiam si ad [58] meliores venit, tamen eos ipsos ferociores,[59] impotentioresque reddit: ut, etiam si [60] natura [61] tales non sint, necessitate esse cogantur: MULTA enim victori eorum [62] arbitrio, per quos vicit, etiam invito, facienda sunt. An tu non videbas mecum simul, quam [63] illa [64] crudelis esset futura victoria? Igitur tunc quoque patria [65] careres, ne quæ [66] nolles, videres? [67] Non,[68] inquies: ego enim ipse tenerem [69] opes, et dignitatem meam. At [70] erat tuæ virtutis; [71] in minimis res tuas ponere,[72] de republica vehementius laborare. [73] Deinde, qui finis istius consilii est? nam adhuc et factum tuum probatur et,[74] ut in tali re, etiam fortuna laudatur: [75] factum, quod et initium [76] belli [77] necessario secutus sis, et [78] extrema [79] sapienter [80] persequi nolueris: [81] fortuna, quod [82] honesto otio tenueris, et [83] statum, et [84] famam dignitatis tuæ. [85] Nunc vero nec locus tibi ullus dulcior esse debet patria: nec eam dili-

exitioso bello præferentibus. 49 Habentem, si modo habuisset, ut Cæsar tunc habebat in potestate sua. 50 Quid nos sentiremus in senatu de iis, quæ ipse ex sententia sua facere constituisset. 51 Exspectaturum? Neglexisset potius, ut antea: id enim verisimilius. 52 Bella civilia, aut misera, quæ contingunt in bellis civilibus. 53 Senserunt. 54 Sub Sylla et Mario, sub Sertorio, Carbone, et Perpenna ac Cinna, sub Cæsare et Pompejo. 55 Est in bellis civilibus. 56 Ep. 4. *Civilibus bellis victoria semper est insolens.* 57 Victoria. 58 Pro republica. 59 Minus sibi imperantes, et se ab illicitis minus cohibentes post victoriam. 60 Per naturam. 61 Feroces et impotentes. 62 Ad Arbitrium. 63 Pompejanorum: quorum crudelitatem semper extimuit. 64 Jam tum in bello Domitio, Scipione, Lentuloque Spintere de Cæsaris sacerdotio contendentibus: aliis quoque domos, bonaque eorum, qui in castris erant Cæsaris, petentibus. Lege etiam epist. 3. l. 7. 65 Carere deberes. 66 Videre. 67 Carerem tunc patria. 68 Respondebis mihi. 69 Meas. 70 Pertinebat ad virtutem tuam. Objectio. 71 Inter minima reputanda. 72 Quam crudelis Pompejanorum victoria quietam ac tranquillam esse non pateretur. 73 Ut secundo loco objiciam. 74 In qua nihil plene laudabile contingit. 75 Tuum probatur. 76 Contra Cæsarem. 77 Non sponte: nam boni cives bellum civile suscipiunt inviti. 78 Belli civilis: quia se Mitylenas contulit, multis in Africam ad Jubam regem, belli renovandi spe, proficiscentibus. 79 In quo fecisti sapienter. 80 Ut Cato et Scipio. 81 Tua laudatur. 82 Quia literario. 83 Tuum, i. quod in eodem statu permanseris, nullam tibi fortuna varietatem ac mutationem attulerit. 84 Cum quiete et libere, honesto otio viveres; quo tuæ dignitatis fama conservabatur. Nam et qui profecti in Africam sunt, statum suum non tenuere, vel in acie interfecti, vel incommoda miseriasque perpessi: et eorum, qui se victori crediderunt, dignitas est imminuta. 85 Cum jam satis a te factum sit et boni civis officio et dignitati tuæ.

gere minus debes, quod [86] deformior est, sed [87] misereri potius: nec eam [88] multis claris viris [89] orbatam privare etiam [90] aspectu tuo. Denique, si fuit magni animi, non [91] isse supplicem victori:[92] vide, ne [93] superbi sit,[94] aspernari [95] ejusdem liberalitatem: et si sapientis est carere [96] patria,[97] duri non [98] desiderare: et si republica non possis frui, stultum est [99] nolle [1] privata.[2] Caput [3] illud est, ut, si [4] ista vita tibi commodior esse videatur, cogitandum tamen [5] sit, ne [6] tutior non sit. Magna [7] gladiorum est licentia: sed in externis locis minor etiam ad [8] facinus [9] verecundia. Mihi salus tua tantæ curæ est, ut Marcello fratri tuo aut [10] par, aut certe proximus sim.[11] Tuum est [12] consulere temporibus, et incolumitati, et vitæ, et [13] fortunis tuis. Vale.

X. M. T. C. MARCELLO S. D.

[1] Etsi [2] nihil erat novi, quod ad te scriberem, magisque literas tuas jam exspectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen, cum [3] Theophilus [4] proficisceretur, non potui [5] nihil ei literarum dare. Cura [6] igitur, ut quam primum venias: venies enim (mihi crede) [7] expectatus, neque solum nobis, id est [8] tuis, sed [9] prorsus omnibus.[10] Venit enim mihi in mentem, [11] subvereri interdum, ne te delectet [12] tarda decessio. Quod si nullum haberes sensum, nisi oculorum; prorsus tibi ignoscerem, si [13] quosdam nolles videre. Sed, cum leviora

86 Quam prius, amissis ornamentis suis. 87 Ejus. 88 Consularibus septem, Pompejo, Bibulo, P. et L. Lentulis, Appio Pulchro. Domitio Ænobarbo, Scipione. 89 Spoliatam. 90 Quo eam aspicias, i. facie et præsentia tua. 91 Ivisse. 92 Cave. 93 Animi. 94 Contemnere. 95 Victoris. 96 Ob amissam libertatem miserrima. 97 Est duri, i. pertinet ad durum et immitem. 98 Patriam. 99 Frui. 1 Re. 2 Principale momentum. 3 Quod modo dicetur. 4 In otio, et terra peregrina. 5 Tibi. 6 Quam esset in urbe. Nam facile aliquis posset mitti, unde occidaris: et revera paulo post a Magio Chilone, familiari suo, pugione interemptus est. 8 Tale perpetrandum. 9 Est. 10 Æqualis, in cura tanta. 11 Ad te pertinet. 12 Consilio prospicere, ne tempora ista periculosa tibi noceant, vel ea facere, quæ temporum ratio, quæ incolumitas, et vita, et fortunæ tuæ postulant. 13 Ne eis noceatur.

1 Hortatur Marcellum quamprimum ad suos redeat: petitque ab eo certior fieri, quid facturus sit. Hortatoria est epistola. 2 Præter id, quod scripserat in superioribus literis, quæ non exstant; in quibus Marcello reditum gratulatus erat: ut ipsius Marcelli, sequentes literæ demonstrant. 3 Marcelli libertus, qui et ante ad eum literas attulerat: epist. 9. 4 Roma ad te quin aliquid literarum darem ei. 6 Quia te tantopere exspectamus. 7 Desideratus et optatus. Quia nos tui sumus. 9 Omnino. 10 Cogitando enim pellor. 11 Aliquantulum vereri. 12 Ut qui ad modum libenter in hanc Remp. venias. 13 Cæsarianos, ut Reip. oppressores, et in victoria nimis insolen-

non multo essent, quæ [14] audirentur, quam quæ [15] viderentur: suspicarer autem multum [16] interesse [17] rei familiaris tuæ, te quam primum [18] venire, idque [19] in omnes partes valere: putavi ea de re te esse admonendum. Sed quoniam, quod mihi placeret,[20] ostendi,[21] reliqua tu [22] pro tua prudentia considerabis. Me tamen velim,[23] quod ad tempus te exspectemus, certiorem facias. Vale.

XI. MARCELLUS CICERONI S. D.

[1] Plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem, cum in omni [2] re, tum in hoc maxime [3] negotio, potes [3] existimare. Cum mihi C. Marcellus fratrer, amantissimus mei, non solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret; non prius mihi persuadere potuit, quam tuis est effectum literis, ut uterer [5] vestro potissimum [6] consilio. [7] Res quemadmodum [8] sit acta,[9] vestræ literæ mihi declarant. Gratulatio tua, etsi est mihi [10] probatissima, quod ab optimo fit animo: tamen hoc mihi multo jucundius est, et gratius, quod in summa paucitate amicorum,[11] propinquorum, ac [12] necessariorum, qui [13] vere meæ saluti faverent, te cupidissimum mei, singularemque mihi benevolentiam præstitisse, cognovi.[14] Reliqua sunt ejusmodi,[15] quibus ego, quoniam [16] hæc erant tempora, facile, et æquo animo carebam: [17] hoc vero ejusmodi esse statuo, ut sine talium [18] virorum, et [19] amicorum benevolentia, neque in adversa, neque in [20] secunda fortuna, quisquam vi-

tes. 14 A te. 15 Si Romæ esses. 16 Ad utilitatem pertinere. 17 Quæ, Marcello absente, non diligenter ab ejus procuratoribus administrabatur: vel quod timendum esset, ne in eam prædonum impetus fieret: quod scripsit epist. 7. 18 Domum. 19 Ad omnia: sic. lib. xi. ad Attic. ep. 6. *Brundusii jacere* in omnes parter *molestum*; epist. Vatinii lib. v. *Me tibi* in omnes partes *defendendum putes*. 20 Id. 21 Rationes, quæ te ad celerem reditum hortentur. 22 Secundum tuam prudentiam. 23 Quo tempore. 24 Exspectare debeamus.

1 Quid Ciceronis epistolæ apud Marcellum valuerint, declarat Marcellus ipsa hac epistola dicens se ab eis persuasum Romam venturum: grataque sibi esse docet, quæ pro se acta essent cum Cæsare. 2 Alia. 3 Domum redeundi. 4 Judicare. 5 Amborum, tuo et fratris. 6 Ut in patriam, suadentibus vobis, redirem. 7 Reconciliatio mea, aut veniæ datio. 8 In senatu cum Cæsare, i. cum a Cæsare de reditu meo est impetratum; hoc ex epist. 4 cognoscitur. 9 Tua et fratris. 10 Maxime approbata. 11 Quos Marcelli non valde cupidos fuisse, indicat illud epist. 8. *Si modo erunt tui*. 12 Arctiore quadam benevolentia devinctorum. 13 Non ficte. 14 Bona quæ ante habebam, præter unum te, sine quo neque in adversa, neque in secunda fortuna mihi vivendum statuo. 15 Quod eis. 16 Hujusmodi, sc. tam mala. 17 Quod mihi præstitistis. 18 Virtute. 19 Benevolentia. 20 Prospe-

vere possit. Itaque [21] in hoc ego mihi gratulor. Tu vero ut intelligas,[22] homini amicissimo te tribuisse [23] officium,[24] re tibi præstabo. Vale.

XII. SERVIUS SULPICIUS CICERONI S. D.

[1] Etsi scio [2] non jucundissimum me nuntium [3] vobis allaturum: tamen, quoniam [4] CASUS, et [5] natura in nobis [6] dominatur,[7] visum est faciendum,[8] quoquo modo res se haberet, vos certiores [9] facere.[10] Ad x. kal. Jun. cum ab [11] Epidauro [12] Piræeum navi advectus essem,[13] ibi Marcellum,[14] collegam nostrum conveni, eumque diem ibi consumsi, ut cum [15] eo essem. Postero die, cum ab eo digressus essem, eo consilio, ut ab Athenis in [17] Bœotiam irem, reliquamque [18] jurisdictionem absolverem: [19] ille, uti ajebat, [20] supra Maleas ... Italiam versus navigaturus erat. [21] Postridie ejus diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter horam decimam [22] noctis Postumius, familiaris [23] ejus, ad me venit, et mihi nunciavit, M. Marcellum, collegam nostrum, post cœnæ tempus, a [24] P. Magio Cilone, familiari ejus, [25] pugione percussum esse, et duo vulnera accepisse; unum in stomacho alterum in capite [26] secundum aurem; sperare tamen, eum vivere posse. Magium [27] seipsum interfecisse: [28] postea se a Mar-

ra. 21 Quod in summa amicorum, propinquorum, necessariorum paucitate, unum te mei cupidissimum cognovi. *In aliquo gratulari* est *de aliqua re gratulari* ut *accusari et excusare in aliquo*, pro *de aliqua re.* 22 Mihi. 23 Opportunum beneficium. 24 Effectu ipso.

1 Cædem Marcelli nuntiat Ciceroni Sulpicius, et, quibus officiis mortuum prosecutus sit, declarat. Epistola est narratoria. 2 Imo tristissimum. 3 Qui Romæ estis. 4 In multis. 5 In omnibus, quoniam hujus finem mortem esse dicunt. 6 Imperium exercet. 7 Mihi. 8 Quocumque modo. 9 Ut facerem. 10 Tertio et vigesimo die mensis Maji. 11 Urbe Achajæ, Æsculapii sacello insigni. 12 Ad portum illum Atheniensium. 13 In Pyræo. 14 Quondam in consulatu. 15 Marcello. 16 Sequenti eum, quo conveneram. 17 Quæ Atticæ vicina est regio. 18 In illis locis provinciæ, in quibus nondum egeram conventum juri dicundo. 19 Marcellus. 20 Superato Malea promontorio, in Peloponeso navigantibus propter angustias valde periculoso. Tunc enim dicitur quis supra promontorium transmitterre, cum non longinquum ab eo cursum tenet, sed prope illud navigat. Sunt autem insulæ quædam e regione Maleæ promontorii, non longe ab eo distantes, inter quas et promontorium qui transibant, ὑπὲρ Μαλέας navigare dicebantur: quem cursum fortasse Marcellus tenere in sua navigatione constituerat. 21 Die sequente eum diem, i. ad VIII. kal. Jun. 22 In. 12. horas more romano omnibus anni temporibus divisæ. 23 Marcelli. 24 Cliente ægre ferente, alios quosdam amicos sibi a Marcello præferri. 25 Gladio brevi et acuto, quo punctim vulnera fiunt. 26 Pone et post autem. 27 Quod cum commissi facinoris pœniteret. 28 Et mihi nunciavit se postea, etc.

cello, ad me missum esse,[29] qui hæc [30] nuntiaret, et [31] rogaret: [32] uti cogerem medicos.[33] Coegi,[34] et e vestigio [35] eo sum profectus [36] prima luce. Cum non longe a [37] Piræeo abessem, [38] puer [39] Acidini mihi obviam venit cum [40] codicillis: in quibus erat scriptum, paulo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine [41] teterrimo acerbissima morte est affectus: et cui [42] inimici propter [43] dignitatem [44] pepercerant, inventus est amicus, qui ei mortem afferret. Ego [45] tamen ad [46] tabernaculum ejus perrexi: [47] inveni [48] duos libertos, et pauculos servos: [49] reliquos [50] ajebant [51] profugisse [52] metu perterritos, quod dominus eorum ante [53] tabernaculum interfectus esset.[54] Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse [55] delatus eram, meisque [56] lecticariis, in [57] urbem [58] eum referre: [59] ibique pro ea [60] copia, quæ Athenis erat, [61] funus ei satis amplum faciendum curavi. Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra urbem ut [62] darent, impetrare non potui, quod religione se [63] impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserant. Quod [64] proximum fuit, uti, in quo vellemus [65] gymnasio, eum sepeliremus, nobis [66] permiserunt. Nos in [67] nobilissimo orbis terrarum [68] gymnasio academiæ

29 Ut. 30 Mihi. 31 Me. 32 Ut congregarem et in unum locum compellerem medicos manuales, i. chirurgos. 33 Congregavi eos. 34 Continuo, quasi non mutato vestigio. 35 Piræeum versus ad Marcellum. 36 Prima parte diei, aut diluculo ipso. 37 Portu. 38 Servus. 39 Viri utrique noti. *Acidinus* Manliorum erat cognomen: vid. Cic. lib. II de Orat. Vell. l. 11. 40 Tabulis, ceratis, a *codice* i. arboris libro, nominatis. 41 Perditissimo. 42 Ut Cæsar. 43 Ejus. 44 Cæsar enim ei reditum in patriam concesserat. 45 Licet obiisse intellexissem. 46 Diversorium sive hospitium. 47 Illic. 48 Ejus. 49 Servos. 50 Qui aderant. 51 Procul fugisse. 52 Ne quæstioni traderentur: nam suspicio esse poterat, ne a servis aut cæsus, aut derelictus videretur dominus. Nam et quæstio de servis acerbissima in domini nece, et supplicium in eos, qui non accurissent, defendissentque dominum, constitutum erat veteribus senatus consultis, quæ deinde repetita sunt in jure civili. 53 Suum. 54 Officio. 55 Pyræeo. 56 Servis, qui me solent portare in lectica, i. instrumento ad modum cathedræ ad portandum hominem in humeris suis apto: portabantur enim tunc a servis potentiores, ut nunc a jumentis. 57 Athenas. 58 Marcellum. 59 In urbe. 60 Hominum. 61 Pompam funebrem. 62 Ei. 63 Nam lex XII. tabularum, de Solonis legibus translata, ita habet, *In urbem ne sepelito, neve urito*: vid. Cic. l. II. de Legibus. 64 Ad honorem sepeliendi intra urbem. 65 Exercitatorio, literario, quæ fere extra urbem erant, et tria numero, Lyceum, Cynosarges, Academia. *Gymnasia* vero dicta, quod in iis luctarentur *nudi*: quam exercitationem *palestram* vocarunt: multis enim annis inventa esse gymnasia, antequam Philosophi in iis garrire cœperunt, auctor est Cic. l. 2. Orat. postea placuerunt ea loca Philosophis, in quibus de quo vellent scientiæ genere disputarent. 66 Id. 67 Propter Platonem. 68 In quo docuerat Plato, cum distaret ab urbe mille passus. Nomen accepit *Academia*, Laertio teste, ab *A-*

locum delegimus: ibique [69] eum combussimus: posteaque curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum [70] ei marmoreum faciendum [71] locarent. Ita, quæ nostra officia fuerunt, [72] pro collegio, et [73] propinquitate, et vivo, et mortuo omnia [74] ei præstitimus. Vale. Data pridie kal. Jun. Athenis.

XIII. M. T. C. P. NIGIDIO FIGULO S. D.

[1] Quærenti mihi jamdiu, quid ad te potissimum scriberem; non modo certa res ulla, sed ne genus quidem literarum [2] usitatum veniebat in mentem.[3] Unam enim partem, et consuetudinem earum epistolarum, quibus [4] secundis rebus uti solebamus tempus eripuerat: perfeceratque [5] fortuna, ne quid [6] tale scribere possem, aut omnino cogitare. [7] Relinquebatur triste quoddam, et miserum, et his temporibus consentaneum genus literarum: id quoque [8] deficiebat me; in [9] quo debebat esse aut promissio auxilii alicujus, aut consolatio doloris tui. Quod pollicerer, non erat. Ipse enim [10] pari fortuna abjectus, aliorum [11] opibus casus meos sustentabam: sæpiusque mihi veniebat in mentem [12] queri, quod [13] ita viverem, quam gaudere, quod viverem. Quamquam enim nulla meipsum [14] privatim [15] pepulit insignis injuria: nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit [16] optare, quod non [17] ultro mihi Cæsar [18] detulerit; tamen nihilominus [19] eis [20] conficior [21] curis; ut [22] hoc ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimem. Careo enim cum familiarissimis multis, quos aut [23] mors eri-

eademo heroe. 69 Marcellum. 70 Marcello. 71 Mercede statuta opificibus darent. 72 Collegii causa: quia consules una fuerant. 73 Sanguinis. 74 Marcello.

1 P. Nigidius Figulus, vir doctrina singularis, Pompejo (cujus partes secutus erat) victo, exsulabat, angebaturque cum sua, tum Reip. calamitate: quocirca consolatur eum Cicero, suamque in ipso restituendo operam pollicetur. Epistola tota est lamentatoria, et consolatoria. 2 Occurrebat mihi. 3 Genus literarum familiare et jocosum, ep. 4. l. 2. 4 Cum essent secundæ. 5 Adversa. 6 Lætum et jucundum. 7 Mihi. 8 Relinquebat. 9 Sc. genere literarum. 10 Qua tu: uterque enim Pompeji partes secutus, Cæsarem offenderat. 11 Potentia et auxiliis, sive auctoritate et gratia aliorum, quos plurimum posse, apud Cæsarem intelligebat. Hi erant potissimum, Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Martius, Postumius: ep. 11. l. 6. 12 Ut quererer. 13 Tam misere. 14 Peculiariter: publica enim Cicero condidit calamitate. 15 Percussit, commovit: Cic. 11, de finib. 10. *Ne ullum habet ictum, quo* pellat *animum, status hic non dolendi.* 16 Ut optem. 17 Etiam prius, quam rogarem. 18 Præsentaverit, obtulerit. 19 Ejusmodi. 20 Consumor. 21 Quas significavit in eo, queri quod ita viverem, ob exitium Reip. 22 Propter hoc ipsum, vel in hoc ipso. 23 Perierant Pompejus, P. Lentu-

puit nobis, aut [24] distraxit [25] fuga, tum omnibus [26] amicis, quorum benevolentiam nobis conciliarat per me [27] quondam, [28] te socio, defensa Respub. [29] versorque in eorum [30] naufragiis, et bonorum direptionibus: nec audio solum, [31] quod ipsum esset miserum, sed etiam id ipsum video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas [32] dissipari, quibus nos olim adjutoribus [33] illud incendium extinximus: et in qua urbe [34] modo gratia, auctoritate, et gloria floruimus, in ea nunc [35] iis quidem omnibus caremus. Obtinemus [36] ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem: sed [37] ea [38] plus non potest, quam [39] vis, et mutatio omnium rerum, atque temporum. Itaque [40] orbus [41] iis rebus omnibus, quibus et natura me, et voluntas, et consuetudo assuefecerat; cum [42] cæteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo. [43] Natus enim ad agendum semper aliquid dignum viro, nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem: et qui antea, aut [44] obscuris hominibus, aut etiam [45] sontibus, [46] opitulari poteram, nunc P. Nigidio, uni omnium doctissimo, et [47] sanctissimo, et [48] maxima quondam gratia, et mihi [49] certe amicissimo, ne benigne quidem [50] polliceri possum. Ergo [51] hoc ereptum est literarum genus. Reliquum est, ut te consoler, et afferam rationes, quibus te a molestiis coner abducere. At ea quidem facultas vel tui, vel alterius consolandi, in te [52] summa est, si unquam in [53] ullo fuit. Itaque [54] eam partem, quæ ab [55] exquisita quadam ratione, et doctrina [56] proficiscitur, [57] non attingam, tibi totam [58] relinquam. [59] Quid sit forti, et sapienti homine dignum, quid

lus, M. Cato, alii præterea multi, Ciceronis familiarissimi. 24 In diversa loca traxit. 25 Fugerant, post Africanum bellum, in Hispaniam ad Pompeji liberos multi. 26 Licet non familiarissimis. 27 Ipso consule, cum patefacta et oppressa Catilinæ conjuratio est. 28 Quippe qui judicum dicta, interrogata, responsa perscripserit. 29 Et assiduus sum. 30 Fortunarum: sic epist. 9. l. 1. *Naufragio rei familiaris*. 31 Audire. 32 A M. Antonio, et reliquis Cæsarianis. 33 Catilinæ conjurationem: qua, tanquam aliquo incendio, nisi nos opem tulissemus, Resp. deflagrasset. 34 Paulo ante. 35 Gratia, auctoritate, gloria. 36 Qui caput totius rei est. 37 Humanitas Cæsaris. 38 Quoniam multa victori, eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito, facienda sunt. 39 Violenta. Cum, in summa Cæsaris humanitate, frui tamen vetere gratia, auctoritate, gloria non liceat. 40 Privatus. 41 Quas agere, cum florerem gratia, auctoritate, gloria consueveram. 42 Quia careo iis rebus omnibus, quibus etc. 43 Per naturam aptus. 44 Ignobilibus, vel quorum innocentia in obscuro erat. 45 Manifeste nocentibus, ut Miloni et Vatinio. 46 Opem ferre. 47 Integerrimo. 48 Qui quondam maximam gratiam habuerat. 49 Quod, indubitatum est. 50 Aliquid opis. 51 Quo opem polliceamur. 52 Maxima: qui nobilium Pythagoreorum disciplinam quodammodo extinctam renovasti. 53 Homine. 54 Consolatoriam. 55 Cogitata, ac singulari. 56 Oritur. 57 Quia ea in te summa est. 58 Tibi eam. 59 Quid

gravitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid [60] studia, quid [61] artes, quibus a pueritia floruisti, a te [62] flagitent, tu [63] videbis. Ego, quod intelligere, et [64] sentire, quia sum Romæ, et quia curo, attendoque, possum; id tibi affirmo, te in istis [65] molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius futurum: in [66] iis autem, in quibus etiam nos sumus, [67] fortasse semper fore. Videor mihi [68] perspicere, primum [69] ipsius animum, qui plurimum potest, [70] propensum ad salutem tuam. Non scribo hoc [71] temere. [72] *Quo minus* [73] *familiaris sum,* [74] *hoc sum ad* [75] *investigandum curiosior.* [76] Quo facilius, quibus est [77] iratior, [78] respondere tristius possit, [79] hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum. [80] Familiares vero ejus, et ii [81] quidem, qui illi jucundissimi sunt, mirabiliter de te, et loquuntur, et sentiunt. Accedit [82] eodem vulgi voluntas, vel potius consensus omnium, etiam [83] illa, quæ minimum nunc quidem potest, sed [84] possit necesse est, Respub. quascumque vires habebit, ab [85] iis ipsis, quibus tenetur, [86] de te [87] propediem (mihi crede) impetrabit. Redeo igitur ad id, ut jam tibi etiam pollicear aliquid, [88] quod primo omiseram: nam et complectar [89] ejus familiarissimos, [90] qui me [91] admodum diligunt, multumque mecum sunt, et in [92] ipsius consuetudinem, quam adhuc [93] meus pudor mihi clausit [94] insinuabo: et certe [95] omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, [96] pervenire posse. In hoc toto [97] genere plura faciam, quam scribere audeo. [98] Cætera, quæ tibi a multis [99] prompta esse certo scio, a me sunt paratissima. Nihil in re familiari mea est, quod ego meum malim esse, quam tuum. Hac de re, et de hoc [1] genere toto, hoc scribo parcius, quod te (id quod ipse confido) sperare malo, esse usurum [2] tuis. Extremum [3] illud est, ut te orem, et [4] obsecrem, animo ut ma-

faciendum sit decenter homini forti, et sapienti. In laude latet admonitio. 60 Tua. 61 Tuæ. 62 Acriter deposcant. 63 Considerabis per te ipsum. 64 Percipere sensu. 65 Exilii. 66 Molestiis. 67 Vere vaticinatur: numquam enim postea libertatem Resp. recuperavit. 68 Clare videre. 69 Cæsaris. 70 Inclinatum. 71 Inconsiderate, et sine ratione. 72 Quanto. 73 Cæsari. 74 Tanto. 75 Scrutandum. 76 Ut. 77 Propter bellum in Africa renovatum. 78 Veniam peccantibus negare. 79 Ideo. 80 Balbus, Oppius, Hirtius, et reliqui. 81 Certo. 82 Ad confirmationem ejusdem rei. 83 Respublica. 84 Ut possit plurimum: non enim jacere perpetuo potest: et omnino vires aliquas recuperabit. 85 Cæsarianis. 86 Restituendo patriæ. 87 Intra paucos dies. 88 Quia dixerat, se nihil polliceri posse. 89 Cæsaris. 90 Familiarissimi ejus. 91 Valde. 92 Cæsaris. 93 Et hic superbiæ culpam removet a Cæsare. 94 Ingeram, i. arte quadam aditum mihi aperiam ad intimam ejus familiaritatem. 95 Omnia media. 96 Me. 97 Ambiendi pro te. 98 Auxilia. 99 Parata. 1 Subveniendi per rem suam amico. 2 Fortunis. 3 Quod nunc dicam. 4 Plus

ximo sis: nec ea solum memineris, quæ ab aliis magnis viris [5] accepisti, sed illa etiam quæ ipse ingenio, [6] studioque [7] peperisti. [8] Quæ si [9] colliges, et sperabis omnia optime, et quæ accident, qualiacumque erunt, sapienter [10] feres. Sed hæc [11] tu [12] melius, vel optime omnium. Ego, quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime omnia, diligentissimeque curabo: tuorumque [13] tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam [14] conservabo. Vale.

XIV. M. T. C. C. [1] CN. PLANCIO S. D.

[2] Binas a te accepi literas, [3] Corcyræ datas: [4] quarum alteris mihi gratulabare, quod audisses meam me pristinam dignitatem [5] obtinere: alteris dicebas, te velle, quæ [6] egissem, bene ac feliciter evenire. Ego autem, si dignitas est, bene de Repub. sentire, et bonis viris probare, quod sentias, obtineo dignitatem meam: sin autem in eo dignitas est, quod sentias, aut re efficere, si possis, aut denique libera oratione defendere: ne vestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis: [7] agiturque preclare, si nosmetipsos [8] regere possumus, ut ea, quæ partim jam adsunt, partim [9] impendent, moderate feramus: quod est difficile in ejusmodi [10] bello, cujus exitus ex [11] altera parte [12] cædem ostentat, ex [13] altera servitutem. Quo in periculo [14] nonnihil me consolatur, cum recordor, [15] hæc me tum vidisse, cum [16] secundas etiam res nostras, [17] non modo adversas, pertimescebam: videbamque, quanto periculo de jure, [18] publico disceptaretur armis. [19] Quibus si vicissent, [20] ii

enim est *obsecrare* quam *orare*. Cic. II. in Verr. 17 *Multis lacrimis cum eum* oraret atque obsecraret *Heraclius*, *impetrare non potuerat*. 5 Didicisti, cum eorum scripta legeres. 6 Proprio. 7 Excogitasti, et invenisti. 8 A te parta. 9 Ad animum reduces tuum. 10 Pateris. 11 Diceres. 12 Quam ego. 13 Cum ejectus a Clodio exularem. 14 Apud me.

1 Pro quo exstat oratio. 2 Duas epistolas. Gratulatus Ciceroni Plancius fuerat, quod dignitatem pristinam apud Cæsarem retineret: quod certis de causis negat Cicero, sed alteram gratulationem justam habet. Postremo officium suum Plancio commendat. Epistola est officiosa. 3 In ea insula, quæ Adriatico mari vicina est. 4 Literarum. 5 Apud Cæsarem, cum in urbem post Pharsalicam pugnam revertisset. 6 De novo Publiliæ matrimonio, quam sexagenarius virginem duxit, dimissa Terentia, quia rem domesticam, ipso absente, negligenter administraverat, ærisque plurimum alieni contraxerat. 7 Nobiscum. 8 Ne tantis oppressi malis concidamus. 9 Quæ non videtur posse vitari. 10 Africano, quod Scipio, Pompeji socer, M. Cato, freti Jubæ Regis auxiliis, renovaverant. 11 Pompejana. 12 Occisionem omnium eorum, qui contra Remp. cum Cæs. steterint. 13 Sc. Cæsariana. 14 Aliquantum. 15 Mala. 16 Prosperas. 17 Nedum. 18 Ad Remp. pertinente, uter regnaret, Cæsar an Pompejus. 19 Armis. 20 Pompejani.

ad quos ego, [21] pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram, intelligebam tamen, et [22] iratorum hominum, et [23] cupidorum, et [24] insolentium, quam crudelis esset futura victoria: sin autem [25] victi essent, quantus interitus esset futurus civium partim [26] amplissimorum, partim etiam optimorum: qui me hæc prædicentem, atque optime [27] consulentem saluti suæ, [28] malebant nimium timidum, quam satis prudentem [29] existimari. Quod autem mihi de eo [30] quod egerim, gratularis: te ita velle [31] certo scio: sed ego [32] tam misero tempore nihil [33] novi consilii cepissem, nisi in [34] reditu meo [35] nihilo meliores [36] res domesticas, quam Rempubl. offendissem. [37] Quibus enim pro meis immortalibus beneficiis, carissima [38] mea salus, et [39] meæ fortunæ esse debebant; cum propter [40] eorum scelus nihil mihi [41] intra meos parietes tutum, nihil insidiis vacuum viderem, [42] novarum me [43] necessitudinum fidelitate contra [44] veterum perfidiam muniendum putavi· Sed de nostris rebus [45] satis, vel etiam nimium multa. [46] De tuis, velim ut eo sis animo, quo debes esse, id est, ut ne quid tibi [47] præcipue timendum putes. Si enim status erit aliquis [48] civitatis, quicumque erit, te omnium periculorum video [49] expertem fore. Nam [50] alteros tibi jam placatos esse intelligo, [51] alteros numquam [52] iratos fuisse. De mea autem in te voluntate sic velim judices, me, quibuscumque rebus [53] opus esse intelligam, quamquam videam, quis sim [54] hoc tempore,

21 Ut agerem de conciliatione Cæsaris et Pompeji. 22 Cæsari et omnibus, qui cum Cæsare erant, ob illatam injuriam. 23 Quippe qui jam tum, bello vix dum cœpto, honores, domos bonaque eorum, qui in castris erant Cæsaris, peterent vel qui erant cupidi bellandi. 24 Superbe agentium, qui ne de pace quidem quemquam loqui paterentur. 25 Pompejani. 26 Hoc refertur ad honores et dignitatem: nam et consules, et consulares, et magistratus fere omnes Pompeji in castris fuere. 27 Ut potentiæ Cæsaris cedant. 28 Significat maxime L. Domitium, Scipionem, Metellum, Lentulum consulem, et alios pugnandi cupidos. 29 Judicari. 30 De nuptiis novæ uxoris Publiliæ. 31 Pro certo. 32 Bellorum civilium, cum victis in Pharsalia Pompeji partibus, in urbem rediit. 33 De ducenda uxore. 34 E castris Pompejanis. 35 In nullo. 36 Quas uxor Terentia dissipaverat. 37 Illi enim quibus, etc. 38 In salute Quintum fratrem, et Quinti fratris filium accusat: qui vehementer illum post Pharsalicam pugnam apud Cæsarem oppugnarunt, cum se dicerent, auctore Marco, adversus illum arma cepisse. 39 In fortunis uxorem Terentiam accusat, quæ impudice vixerat, et patrimonium dissiparat, unde eam repudiavit. 40 Fratris, fratrisque filii. 41 In propria domo. 42 Ob novas nuptias. 43 Affinitatum cum nova uxore. 44 Necessitudinum. Notat uxorem, fratrem, fratris filium. 45 Scripsimus. 46 ut scribam. 47 Præ cæteris. 48 Romanæ, sive sub Pompejo, sive sub Cæsare. 49 Immunem. 50 Cæsarianos, quos oppugnasti. 51 Pompejanos. 52 Tibi. 53 Tibi. 54 Tam periculoso, et mihi adverso.

et quid possim, opera tamen, et consilio, studio quidem [55] certe, rei, famæ, saluti tuæ [56] præsto futurum. Tu velim, et quid agas, et quid acturum te putes, [57] facias me quam diligentissime certiorem. Vale.

XV. M. T. C. CN. PLANCIO S. D.

[1] Accepi [2] perbreves tuas literas, quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui, cognovi autem id, quod mihi dubium non fuit. Nam, quam fortiter ferres [3] communes miserias, non intellexi: quam me amares, facile perspexi; sed [4] hoc scieram: [5] illud si scissem, ad id meas literas accommodassem. Sed tamen etsi antea scripsi, quæ existimavi scribi oportere; tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ne [6] quo periculo te [7] proprio existimares esse: in [8] magno [9] omnes, sed tamen in communi sumus. Quare non debes, aut propriam fortunam, et [10] præcipuam postulare, aut [11] communem [12] recusare. Quapropter [13] eo animo simus inter nos, quo semper fuimus. [14] Quod de te sperare, de me [15] præstare possum. Vale.

LIBER QUINTUS.

I. Q. METELLUS, Q. F.[1] CELER, [2] PROCOS. M. T. CICERONI S. D.

[3] Si vales, [4] bene est. Existimaram [5] pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nec me absentem [6] ludibrio

55 Indubitanter, i. si opera et consilio minus valebo, studio quidem certe non deero, 56 Paratum: *Præsto esse* est *adesse*, *superesse*, opem ferre, tueri. 57 Ut.

1 Monet Plancium, ut publicas calamitates, quemadmodum cæteri, fortiter ferat. Epistola est monitoria. 2 Valde breves. 3 Ex interitu Reip. 4 Posterius dictum. 5 Prius dictum, sc. quam fortiter ferres communes miserias. 6 In aliquo. 7 Tibi peculiari. 8 Periculo. 9 Qui Pompejum secuti sumus. 10 Præeminentem. 11 Fortunam. 12 Renuere. 13 Benevolo, i. sic amemus inter nos, ut antea. 14 Ita fore. 15 Exhibere, et re ipsa efficere.

1 Cognomen gentis Metellorum, traditum ab eo, qui patri mortuo munus gladiatorium celerrime dedit, ut docet Plutarchus in Coriolano. 2 Galliæ citerioris quæ provincia erat proconsularis. Antea autem, Cicerone consule, curam gesserat illius tractus Italiæ, qui a Gallia Rubicone fluvio disjunctus, *Gallicus* appellatus est, quia Senones eum antiquitus possederant. 3 Expostulatio Metelli, cur, præter reconciliationem, fratrem illius Metellum ob dictum ac verbum unum accusaret. Epistola est expostulatoria. 4 Recte se res habet. 5 Propter benevolentiam et reconciliationem. 6 Tuo, præcipue in fratrem.

[7] læsum iri, nec Metellum [8] fratrem, [9] ob dictum, [10] capite ac fortunis per te oppugnatum iri. [11] Quem si parum pudor ipsius [12] defendebat, debebat vel [13] familiæ nostræ dignitas, vel [14] meum studium erga [15] vos Remque publ. satis [16] sublevare. Nunc video [17] illum [18] circumventum, me [19] desertum, a quibus minime [20] conveniebat. Itaque in luctu, et squalore sum, qui [21] provinciæ, qui exercitui præsum, qui [22] bellum gero. [23] Quæ quoniam nec ratione, nec [24] majorum nostrorum clementia administrastis, non erit mirandum, si vos pœnitebit. Te tam [25] mobili in me [26] meosque esse animo, non sperabam. Me [27] interea nec domesticus dolor, nec [28] cujusquam injuria [29] a Repub. abducet. Vale.

II. M. T. C. Q. METELLO, Q. F. CELERI PROCOS. S. D.

[1] Si tu, exercitusque valetis, [2] bene est. Scribis ad me, te existimasse, pro mutuo inter nos animo, et pro reconciliata gratia, nunquam te a me [3] ludibrio læsum iri. [4] Quod cujusmodi sit, satis intelligere non possum: sed tamen suspicor, [5] ad te esse allatum, me, in senatu, cum [6] disputarem, permultos esse, qui Rempub. a me [7] conservatam dolerent, dixisse; a te [8] propinquos tuos, quibus [9] negare non potuisses, impetrasse, ut eæ, quæ statuisses [10] tibi in senatu [11] de mea

7 Offendendum esse. 8 Meum, sc. Q. Metellum Nepotem tribunum plebis. 9 Ob verbum, non licuisse cives romanos indicta causa condemnari: vide, quæ Cicero respondeat. 10 Ejusmodi recusatione, ubi ageretur de periculo vitæ ac rerum ejus. 11 Fratrem meum. 12 A te. 13 Cum intra duodecim ferme annos consules Metelli fuissent, aut censores, aut triumpharint amplius duodecim. 14 Tempore conjurationis Catilinariæ, cum prætor essem. 15 Te et fratem tuum, vel omnes, qui Romæ estis. 16 Ab onere talis oppugnationis. 17 Fratrem meum. 18 Insidiis captum et seductum. 19 Auxilio, vel honore, sc. ab illis. 20 Decebat, i. a te, do quo optime meriti sumus. 21 Galliæ citeriori. 22 Pro Rep. in Alpibus. Q.d. Tales debebant apparere læti, et majestatis ac dignitatis pleni. 23 Provinciam, exercitum et bellum. 24 Qualis erat priscis romanis majoribus nostris in absentes. 25 Variabili, mutabili. 26 Præcipue in fratrem. 27 Dum tales eritis. 28 A quoquam illata. 29 A procuratione salutis Reip.

1 Respondet Cicero particulatim epistolæ superiori ipsius Metelli, refellitque singula fere ejus dicta, probans nec animum nec amorem Metelli fuisse mutatum, nec se habuisse ipsum ludibrio, nec gratiam reconciliatam, nec se fratrem ejus ob dictum capite oppugnasse, sed se adversus eum defendisse. At contra significat se usum erga fratrem Metelli omni humanitate et clementia, seque Metelli amicitiam conservaturum, rogans ut simili in se sit animo. Epistola est excusatoria et purgatoria. 2 Recte res se habet. 3 Contumeliosa irrisione lædendum fuisse. 4 Scriptum, vel dictum tuum. 5 Tibi denunciatum. 6 Disputando assererem. 7 Esse in consulatu, anno superiore, oppressa conjuratione Catilinæ. 8 Imprimis Metellum Nepotem, fratrem tuum, Ciceronis inimicum. 9 Sc. *decenter*. 10 A te, 11 Id

laude esse dicenda, reticeres. Quod cum dicerem, illud adjunxi, mihi tecum ita [12] dispertitum officium fuisse in Reip. salute retinenda, ut [13] ego [14] urbem a [15] domesticis insidiis, et ab [16] intestino scelere; tu Italiam, et ab [17] armatis hostibus, et [18] ab occulta conjuratione defenderes: [19] atque hanc nostram [20] tanti, et tam præclari muneris societatem, a tuis [21] propinquis [22] labefactatam: qui, cum tu a me [23] rebus amplissimis, atque honorificentissimis ornatus esses, timuissent, ne qua mihi pars abs te [24] voluntatis mutuæ tribueretur. Hoc in sermone, cum a me exponeretur, [25] quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, quantoque in [26] errore versatus essem: [27] visa est [28] oratio non injucunda; et mediocris quidam est risus consecutus, non in te, sed magis in errorem meum, et quod me abs te [29] cupisse laudari, aperte, atque [30] ingenue [31] confitebar. Jam hoc non potest in te non honorifice esse dictum, me, in clarissimis meis atque amplissimis [32] rebus, tamen aliquod testimonium tuæ [33] vocis habere voluisse. Quod autem ita scribis, *pro mutuo inter nos animo*: quid tu existimes esse in amicitia mutuum, nescio: equidem [34] hoc arbitror, cum [35] par voluntas accipitur, et redditur. Ego si hoc dicam, me [36] tua causa prætermisisse [37] provinciam, tibi ipse [38] levior videar esse: meæ enim [39] rationes ita tulerunt: atque ejus mei consilii majorem in dies singulos fructum, voluptatemque capio. Illud [40] dico, me, ut primum in concione provinciam [41] deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi

est, eos impedivisse, ne a te laudarer. 12 Divisum. 13 Defenderem. 14 Romam. 15 Quos maxime Lentulus et Cethegus, egresso jam Catilina, in urbe comparabant. 16 Quod a civibus oriri possit, utpote ab incendio ædium, ac cæde bonorum. 17 Catilina et Manlio. Nam Q. Metellus Celer, ad quem hæc scribuntur, tempore belli Catilinarii prætor erat in agro Piceno, cui permissum erat exercitum comparare, ut scribit Sallustius. 18 Ne aliæ civitates, cum aliquo Reip. damno conspirarent. 19 Adjunxi. 20 Utpote conservationis Reip. romanæ. 21 Fratrem utrumque notat. 22 Debilitatam et dissolutam. 23 Quia prætura et auctoritate exercitus comparandi, et Italiæ ab armatis hostibus, et ab occulta conjuratione defendendæ. 24 Benevolentiæ. 25 Qualis, aut quanta exspectatio, etc. i. quantopere expectassem orationem tuam de laude mea. 26 Frustra exspectans a te laudari; hic enim error erat Ciceronis, quod frustra sperarit a Metello laudari. 27 Audientibus. 28 Mea. 29 Propter quem risum forte Metellus se ludibrio habitum scripserat: in quo erravit. 30 Simpliciter et sine dissimulatione, ut ingenuum decet. 31 Cum ambitionis confessio risum moveret. 32 Quæ laudibus non egerent. 33 Orationis. 34 Mutuum esse in amicitia. 35 Similis et æqualis benevolentia, cum amamus et redamamus. 36 Ut tu eam obtineres. 37 Galliam. 38 Nimis levis et inconstans in amicitia. 39 Dispositiones et conditiones status mei ita exegerunt, ut tibi provinciam permitterem, ego vero urbem defenderem. 40 Affirmo. 41 Recusaverim.

traderem, cogitare cœpisse. Nihil dico de [42] sortitione [43] vestra: tantum te suspicari volo, nihil in ea re per [44] collegam meum, [45] me insciente, esse factum. [46] Recordare cætera; quam cito senatum illo die, facta [47] sortitione, [48] coegerim: quam multa de te [49] verba fecerim: cum tu ipse mihi dixisti, orationem meam, non solum in te honorificam, sed etiam in [50] collegas tuos contumeliosam fuisse. [51] Jam illud S. C. quod eo die factum est, [52] ea præscriptione est, ut, [53] dum [54] id [55] exstabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Postea vero, quam [56] profectus es, velim recordere, quæ ego de te in senatu egerim, quæ in concionibus dixerim, [57] quas ad te literas miserim. Quæ cum omnia [58] collegeris; tu ipse velim judices, satisne videatur [59] his omnibus rebus tuus adventus, cum [60] proxime Romam venisti, mutue respondisse. Quod scribis de reconciliata nostra gratia; non [61] intelligo, cur [62] reconciliatam esse dicas, quæ numquam [63] imminuta est. Quod scribis, non oportuisse, Metellum, fratrem tuum, ob dictum a me oppugnari: primum hoc velim existimes, [64] animum mihi istum tuum vehementer [65] probari, et fraternam, plenam humanitatis, ac pietatis, voluntatem: deinde, si qua ego in re fratri tuo [66] Reip. causa restiterim, peto, ut mihi ignoscas: tam enim sum amicus Reip. [67] quam qui maxime. Si vero [68] meam salutem contra illius impetum in me crudelissimum defenderem, satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri. [69] Quem ego cum comperissem omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atque [70] meditari, egi cum [71] Claudia uxore tua, et cum

42 Vel sortiebantur provincias inter se, vel comparabant, i. pactione, quam quisque vellet, capiebant. 43 Inter te et collegas tuos facta. 44 Cajum Antonium, qui mecum consul fuit. 45 Et ita non minus per me, quam per collegam provinciam sortitus es. 46 Reduc ad memoriam. 47 Provinciarum: in qua tibi obvenerat Gallia. 48 Congregari fecerim. 49 Locutus fuerim. 50 Competitores, prætores Q. Pompejum Rufum, C. Pontium, L. Valerium Flaccum, et C. Cosconium, nam in magistratu provincias sortiebantur. 51 Continuativa est particula. 52 Eam præscriptionem habet, i. titulum sive magnum numerum nominum senatorum, quæ, ut honori ejus, de quo agebatur, consulerent, solebant præscribi. 53 Donec. 54 Senatusconsultum. 55 Scriptum in publicis actis. 56 In Picenum, in quo permansisse usque ad illud tempus, cum Catilina victus est, e Sallustio cognoscitur. Catilina superato, Galliam provinciam accepit. 57 Quam amicas. 58 Ad memoriam reduxeris. 59 Officiis meis in te. 60 Brevissime post necem Catilinæ. 61 Id. 62 Gratiam nostram. 63 Infra ep. 5. *aliquid de nostra conjunctione* imminutum *esse ostenderem*. 64 In fratrem tam pium. 65 Comprobari et placere. 66 Nam dum me apud populum de conjuratorum morte accusabat, totum senatum, qui censuit, accusabat. 67 Quam is est, qui maxime est amicus ejus. 68 Quoniam me reum faciebat. 69 Fratrem tuum. 70 Exercere. 71 Impudica mu-

vestra sorore [72] Mutia (cujus erga me [73] studium, pro [74] Cn. Pompeji necessitudine, multis in rebus [75] perspexeram) ut eum ab illa injuria [76] deterrerent. Atque [77] ille (quod te audisse certo scio) [78] pridie kal. Jan. qua injuria nemo unquam in [79] aliquo magistratu [80] improbissimus civis affectus est, ea me consulem affecit, cum Rempub. conservassem, atque [81] abeuntem [82] magistratu [83] concionis habendæ potestate [84] privavit. Cujus injuria mihi tamen honori summo fuit. Nam cum [85] ille [86] mihi, nihil nisi ut [87] jurarem, permitteret, [88] magna voce juravi verissimum, [89] pulcherrimumque [90] jusjurandum: quod populus item magna voce, me vere jurasse, juravit. Hac accepta tam insigni injuria, tamen illo ipso die misi ad [91] Metellum [92] communes amicos, qui [93] agerent cum eo, ut ab illa [94] mente desisteret: quibus ille respondit, [95] sibi non esse integrum: etenim paulo ante in [96] concione dixerat, ei, cui in alios [67] animadvertisset [98] indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere.[99] Hominem gravem et civem egregium: qui, qua pœna senatus, consenso bonorum omnium, eos affecerat, qui urbem incendere,[1] magistratus, ac [2] se-

licre. P. Clodii sororc, quam in oratione pro Cœlio Ciccro vexat multis contumeliis. Plutarchus in Cicerone *Quadrantiam* vocatam scribit, a *quadrantibus*, abjectissima pecunia ex ære, in cjus loculos ab amatorc conjectis. 72 Cn. Pompeji uxore. 73 Favorem. 74 Quæ crat nobis cum Cn. Pompejo. 75 Cognovcram. 76 Rationibus et precibus rcpugnarent, ut desistcret ab injuria mihi inferenda; interdum enim *deterrere* et *cohortari* ut contraria opponuntur. 77 Frater tuus. 78 Die præcedente kal. Jan. i. ultimo Decembris ac consulatns die. 79 Dum gcreret aliquem magistratum, licet minimum: al. *minimo magistratu*. 80 Licet esset improbissimus. 81 Me. 82 Consulari. 83 Orationis ad populum convocatum habendæ de rebus in consulatn actis. 84 Pro potestate tribunitia. 85 Frater tuus. 86 Agere, vel dicere. 87 Juste me consulatum gessisse; consules enim, commemoratis rebus in consulatu gestis, jurare soliti erant, omnia se consilia atque facta ad Reip. dignitatem commodumque retulisse, quod Ciceroni Metellus permisit: reliqua commemorare vetuit. 88 Ut omnes audirent. 89 Honestissimum. 90 Juramentum, sc. Remp. atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. De jurejurando hoc sno in Pisonem meminit: sed et Plutarchus. 91 Fratrem tuum. 92 Nobis. 93 Rogarent et monerent illum. 94 Volnntatc tam iniqua in me. 95 Se non habere amplins integram potestatem desistendi. 96 Oratione ad populum habita. 97 Punivisset alios conjuratos, sc. Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, Ceparium, conscios et participes conjnrationis Catilinæ: qui, Cicerone jubente, in carcere strangulati sunt: ut Sallustius et Plutarchus scriptum reliquere. 98 Non purgata, i. non dato reis ad se purgandum loco: hoc enim semper postea objecerunt Ciceroni inimici, quasi non convicti fuissent illi. 99 O hominem gravem, etc. sc. Metellum fratrem: ironia: ut Tusc. 2. *Hominem exercitatum, quis tot verba tanto in luctu continuat?* 1 Annuos. 2 Patres Conscri-

natum [3] trucidare, bellum maximum * conflare voluissent, eadem dignum judicaret eum, qui [4] curiam cæde, urbem incendiis, Italiam bello liberasset. Itaque ego Metello fratri suo [5] præsenti restiti. Nam in senatu kal. Jan. sic cum eo de Repub. disputavi, ut sentiret, sibi [6] cum viro forti et constanti esse pugnandum. Ad. III. non. Jan. cum [7] agere [8] cœpisset, [9] tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat, mihi minabatur: neque [10] illi quidquam deliberatus fuit, quam me, quacumque ratione posset, non judicio, neque disceptatione, sed vi, atque [11] impressione evertere. [12] Hujus ego temeritati si virtute, atque animo non [13] restitissem, quis esset, qui me in [14] consulatu non [15] casu potius existimaret, quam [16] consilio fortem fuisse? Hæc si [17] Metellum cogitare de me nescisti, debes existimare, te maximis de rebus a [18] fratre esse [19] celatum: sin aliquid [20] impertivit tibi sui consilii, lenis a te, et [21] facilis existimari debeo, qui nihil tecum [22] de his ipsis rebus [23] expostulem. Etsi intelligis, non me [24] dicto [25] Metelli (ut scribis) sed consilio ejus, animoque in me inimicissimo esse commotum. Cognosce nunc humanitatem meam; [26] si humanitas appellanda est, in acerbissima injuria remissio animi ac [27] dissolutio. Nulla est a me unquam sententia dicta [28] in fratrem tuum: quotiescumque aliquid est [29] actum, [30] sedens [31] iis assensi, qui mihi [32] lenissime [33] sentire visi sunt. Addam illud etiam, quod [34] jam ego [35] curare non

ptos. 3 Truculenter occidere. * Construere. 4 Patrum conscriptorum. 5 Nam postea victus a me, in Asiam ad Pompejum abiit. 6 Mecum esse disputandum. 7 Disceptare in senatu. 8 Metellus fratres tuus. 9 De tribus verbis orationis suæ semper uno. 10 Magis deliberate constitutum ab illo, sc. fratre tuo. Cic. xv. ad Artic. epist 5. *Mihi vero* deliberatum *est*, *ut nunc quidem est, abesse ex ea urbe*, i. hoc plane decrevi et constitui. 11 Violento impetu: unde *impressionem facere*, est cum impetu irruere. 12 Hujusmodi inimici. 13 Acerrime disputando. Scripsit etiam contra Metelli concionem. 14 Meo. 15 Fortuito; taus enim a consitio pendet, non a casu. 16 Proposito deliberato. 17 Fratrem tuum. 18 Tuo. 19 Occultationem tibi factam. 20 Communicavit tecum. 21 Placidus. *Facilis* opponitur *moroso* et *duro*. 22 Propter has ipsas res. 23 Agam tecum injuriam. 24 Solo verbo. 25 Fratris tui. 26 Q. d. potius appellabitur ignavia seu pusillanimitas. 27 Fractio animi. *Dissolutus* est, qui fert ea, quæ non debet, aut indulget plus, quam oporteat: ut l. 3. Off. *Negligere quid de se quisque dicat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino* dissoluti. 28 Contra. 29 In fratrem tuum. 30 Et ita parum intentus: assensio enim paucis verbis absolvitur: stantes autem sententiam pluribus verbis absolvebant. 31 Ut M. Catoni, qui senatum retinuit, ne Metellum ignominia afficeret. 32 Facillime, cum alii gravissime sentirent: quibus non assensi. 33 Cum ageretur in senatu de Nepote tribunopl. puniendo, quia leges iniquissimas adversus collegarum intercessionem ferret. 34 Animo ejus cognito. 35 Quis enim curat, ut sub-

bui, sed tamen [36] fieri [37] non moleste tuli; atque etiam, ut ita fieret, pro mea parte adjuvi, ut [38] senatusconsulto meus inimicus, quia tuus frater erat, sublevaretur. Quare non ego oppugnavi fratrem tuum, sed fratri tuo [39] repugnavi: nec in te (ut scribis) animo sui [40] mobili: sed ita stabili, ut in mea erga te [41] voluntate, etiam desertus [42] ab officiis tuis permanerem. Atque [43] hoc ipso tempore tibi, pene minitanti nobis per literas, hoc rescribo, atque respondeo. Ego [44] dolori tuo non solum ignosco, sed summam etiam laudem [45] tribuo: [46] meus enim me sensus, quanta [47] vis fraterni sit amoris admonet. A te peto, ut tu quoque [48] æquum te judicem dolori meo præbeas: si acerbe, si crudeliter, si sine causa sum a tuis oppugnatus, ut [49] statuas, mihi non modo non [50] cedendum, sed etiam tuo, atque [51] exercitus tui auxilio [52] in ejusmodi causa utendum fuisse. Ego te mihi semper amicum esse volui: me ut tibi amicissimum esse intelligeres, [53] laboravi: maneo in voluntate, et [54] quoad voles tu, permanebo: citiusque [55] amore tui fratrem tuum odisse desinam, quam illius odio quidquam de nostra benevolentia detrahatur. Vale.

III. [1] Q. METELLUS NEPOS CICERONI S. D.

[2] Hominis [3] importunissimi [4] contumeliæ, quibus me, [5] crebris concionibus, [6] onerat, tuis erga me [7] officiis [8] leniuntur: et, ut sunt [9] leves hujusmodi [10] homines, a me [11] despiciuntur:

levetur inimicus? 36 Ut fieret. 37 Non gravate. 38 Decreto totius senatus. 39 Oppugnat enim ille, qui prior invadit, et aggreditur, repugnat vero ille, qui oppugnanti resistit. 40 Variabili, i. non habui animum mobilem. 41 Benevolentia. 42 Quæ erant, ut tu fratris consilii conscius, vel illum inhiberes, vel me, ut caverem, moneres. 43 Quod sequitur. 44 Quem de fratris adversitate copisti. 45 Ei. 46 Proprium ingenium, et propria natura. 47 Potestas. 48 Quod impulsus dolore ita cum fratre tuo de Rep. disputavi, ut sentiret sibi cum viro forti et constanti esse pugnandum. 49 In animo tuo judices. 50 Fuisse. 51 Tres eum legiones habuisse, cum in Piceno præsideret, ait Sallustius: nec fuisse pauciores, cum Galliam proconsul regeret, consentaneum est. 52 Pro republica. 53 Operam dedi. 54 Quamdiu. 55 Propter amorem in te meum.

1 Qui post consulatum in Hispaniam proconsul est profectus. 2 Agnoscit improbitatem fratris Metellus, et cur Ciceroni non plura scribat, rationem reddit. Epistola est moralis, et videtur responsoria ad præcedentem vel similem. 3 Molestissimi et maxime inquieti, sc. P. Clodii, fratris mei. 4 Contumeliosæ de te querelæ. 5 Literis verbosioribus tam prolixis, et accurate scriptis, quasi ad populum contra te oraret. 6 Usque ad fastidium me fatigat, mihi molestus est, quod te revocarim. 7 Officiosis dictis et factis. 8 Mitigantur, i. earum acerbitate non moveor, quæ minuitur ac tollitur officiis tuis. 9 Inconstantes 10 Tam frater, quam alii. 11 Contemnun-

libenterque [12] commutata [13] persona, te mihi [14] fratris loco esse [15] duco. De illo ne [16] meminisse quidem volo: tametsi bis eum [17] invitum [18] servavi. De meis rebus, ne [19] vobis multitudine literarum [20] molestior essem, ad Lollium perscripsi: de rationibus etiam [21] provinciæ quid vellem fieri, ut is vos doceret, et commonefaceret.[22] Si poteris, velim pristinam tuam erga me [23] voluntatem [24] conserves. Vale.

IV. M. T. C. METELLO NEPOTI COS. S. D.

[1] Literæ Quinti [2] fratris, et [3] T. Pomponii, necessarii mei, tantum mihi spei dederant, ut in te non minus auxilii, quam in tuo [4] collega, mihi [5] constitutum fuerit. Itaque ad te literas statim misi, per quas,[6] ut fortuna postulabat, et gratias tibi egi, et [7] de reliquo tempore [8] auxilium petii. Postea mihi non tam meorum literæ, quam sermones eorum, qui [9] hac iter faciebant, animum tuum immutatum significabant: quæ res fecit, ut tibi literis [10] obstrepere non auderem. Nunc mihi Quintus, frater meus,[11] mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, præscripsit: [12] qua inductus, ad te scribere sum [13] conatus, et abs te, quantum tua [14] fert voluntas, peto quæsoque, ut [15] tuos mecum serves potius, quam propter [16] arrogantem crudelitatem [17] tuorum me oppugnes. Tu, tuas [18] inimicitias ut [19] Reipubl. donares, [20] te vicisti; [21] alienas ut contra Rempubl. confirmes, [22] adduceris? Quod si mi-

tur. 12 In tuam, ut tu sis mihi fratris loco. 13 Fratris; translatio ab histrionibus, qui commutata persona, diversas agunt partes. 14 P. Clodii. 15 Reputo. 16 Mentionem amplius facere. 17 Servari nolentem, sed sese periculo committere gestientem. Nemo servatur invitus: sed qui palam peccat, nec pœnæ metu flagitiis abstinet, is, cum impunitatem adipiscitur, servavi videtur invitus. 18 Cum illum ædilem faciendum curavi, ut judicium de vi vitaret: ad quod illum bis Milo vocavit. 19 Tibi et cæteris amicis. 20 Plus, quam decet, molestus. 21 Hispaniæ, cui Metellus Nepos præfuit. 22 Id facere. 23 Benevolentiam. 24 Sc. ut.

1 Metelli auxilium in rebus suis adversis exposcit. Epistola est petitoria. 2 Mei. 3 Attici. 4 P. Lentulo consule, Ciceronis reditum enixè curante. 5 Animo conceptum. 6 Quia *omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.* Ter. in Hecyr. 7 Pro. 8 Tuum. 9 Per hunc locum ubi sum, i. ut multi volunt, per Dyrrachium. 10 Invite audituro strepitum facere. 11 Placatissimi animi indicem, quæ mihi antea diffidenti, spem attulit auxilii tui. 12 Cujus orationis fiducia. 13 Ut significet Cicero, se non invitum scripsisse, inductum ejus oratione mitissima. 14 Patitur rogari. 15 Necessarios, ut fratrem et Clodium. 16 Superbam crudelitatem. 17 Clodiorum, cum esset frater P. Clodii. 18 Quas concepisti in me. 19 Ob amorem et utilitatem Reip. *Donare inimicitias reipublicæ* venustissime dicitur propter rempublicam, sive boni publici causa exuere inimicitias, et deponere simultates. 20 Iram tuam. 21 Inimicitias, ut P. Clodii. 22 Sinis, vel

hi [23] tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me [24] fore in tua potestate tibi [25] confirmo: sin mihi neque [26] magistratum, neque [27] senatum, neque populum auxiliari propter eam [28] vim, quæ me cum Rep. vicit, licuerit: vide, ne, cum velis revocare tempus omnium [29] reservandorum, [30] cum qui servetur, non erit, [31] non possis. Vale.

V. M. T. C. [1] ANTONIO M. F. IMP. S. D.

[2] Etsi statueram nullas ad te literas mittere, nisi [3] commendatitias (non quo eas intelligerem satis apud te valere: sed ne iis, qui me [4] rogarent, aliquid de [5] nostra conjunctione imminutum esse [6] ostenderem): tamen, cum [7] T. Pomponius, homo omnium meorum in te studiorum, et officiorum maxime conscius, tui cupidus, nostri amantissimus, ad te proficisceretur, aliquid mihi scribendum putavi: præsertim cum aliter [8] ipsi Pomponio satisfacere non possem. Ego si abs te summa officia desiderem, mirum nemini videri [9] debeat. Omnia enim a me in te [10] profecta sunt, quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. [11] Contra etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis audivi (nam, comperisse me, non audeo dicere, ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te, ajunt, [12] falso in me solere conferri) sed ea, quæ ad me [13] delata sunt, malo te ex Pomponio, cui [14] non minus molesta fuerunt, quam ex meis literis cognoscere. Meus in te animus [15] quam singulari offi-

sines te adduci. 23 Pro clementia tua. 24 Omnia facturum, quæ imperas, nunquam a tuis rationibus, et voluntate discrepaturum. Cicero ad Attic. l. 1. ep. 11. *Ac ne illud mirere, cum ego antea significarem tibi per literas, me sperare illum* in nostra potestate fore, i. facturum quæ volumus. 25 Firmiter promitto. 26 Eos, qui publicum gerant honorem, imprimis consulem P. Lentulum. 27 Ordinem Patrum conscriptorum. 28 Tribuniliam violentiam Clodii, et consularem Pisonis, et Gabinii. 29 *Conservandorum*, vel iterum servandorum, quos antea non servaveris, cum posses. 30 Se. [illegible] 31 Revocare. Q. d. Cum Clodius effecerit, quod Catilina conatus fuerat. [illegible] consulatu collegæ, nunc in Macedonia proconsuli. 2 Expostulatoria [illegible]stola. Verum cum Ciceroni data esset occasio experiundi animum [illegible] illum beneficiorum immemorem egregie perstringit. 3 Quibus tiqui in an[illegible] commendarem. 4 Ut se commendarem tibi. 5 Vinculo amicitiæ diem solvi[illegible] enuendo. Atticus. 8 Qui Ciceronis animum non nihil ab Antoreferebant[illegible] tum, reconciliari cupiebat. 9 Id. 10 Concessio Macedoniæ, exigere no[illegible] rte meæ, communicatio Galliæ; jam pactione quoque meæ: [illegible] contra suspicionem, quæ fuit, te cum Catilina conjurasse. 11 [illegible] um. 12 Cum dicas, comperisse te, me tibi amicum non fuisse, vel multa mala a me in te profecta: quod falso a te dicitur. 13 De querelis tuis. 14 Quam mihi. 15 Quam officiosus, indulgens....

cio fuerit, et senatus, et populus R. testis est. Tu, quam gratus erga me fueris, ipse [16] existimare potes: quantum mihi debeas, cæteri [16] existimant. Ego, quæ tua causa [17] antea feci, voluntate sum adductus, ut [18] facerem, [19] posteaque [20] constantia. Sed [21] reliqua (mihi crede) [22] multo majus meum studium, [23] majoremque gravitatem, et laborem [24] desiderant. [25] Quæ ego si non profundere, ac perdere videbor, omnibus meis viribus [26] sustinebo: sin [27] ingrata esse sentiam, [28] non committam, ut tibi ipse [29] insanire videar. [30] Ea quæ sint, et cujusmodi, poteris ex [31] Pomponio cognoscere. Atque ipsum tibi Pomponium ita commendo, ut quamquam ipsius causa confido te omnia esse facturum; tamen abs te hoc petam, ut, si quid [32] residet in te amoris erga me, id omnem in Pomponii negotio ostendas. [33] Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

VI. M. T. C. [1] P. SEXTIO L. F. PROQUÆSTORI S. D.

[2] Cum ad me Decius [3] librarius venisset, [4] egissetque mecum, ut [5] operam darem, ne tibi hoc tempore [6] succederetur: quamquam [7] illum hominem [8] frugi, et tibi amicum existimabam; tamen, quod memoria tenebam, cujusmodi ad me [9] literas antea misisses, non satis credidi [10] homini prudenti, tam valde esse mutatam voluntatem tuam. Sed posteaquam et [11] Cornelia [12] tua [13] Terentiam convenit, et ego cum Q. Cornelio locutus sum, adhibui diligentiam, quotiescunque senatus fuit, ut ad-

16 Judicare, judicant. 17 Quam te ingratum offenderem. 18 Ea. 19 Et quæ postea feci. 20 Sum adductus constantia mea, ne arguar inconstantiæ, i. et si non deberem, cum te non esse in me gratum audirem; feci tamen, ne inconstans in amicitia viderer. 21 Ea, quæ restant tibi peragenda, vel quæ imminent, ut accusatio conjunctionis: et quod Pompejani prodromi nuntiant aperte, Pompejum acturum, tibi succedi oportere: eodemque tempore aget prætor ad populum, quod contra Dardanos avare et ob id infeliciter rem gesseris. 22 Quam quod hactenus impendi. 23 Sc. *multo*. 24 Expetunt. 25 Studium, gravitatem, laborem. 26 Faciam, ut persistant erga te. 27 Tibi. 28 Non efficiam id. 29 Ut faciunt, qui in invitos grata conferunt beneficia, siquidem ipsorum gratia faciunt. 30 Quæ restant. 31 Attico. 32 Reliquum manet. 33 Quam sit hoc.

1 Quæstor Antonio fuit et consuli Romæ, et proconsuli in Mac[...] Sed in Macedonia, revocato Antonio, fortasse relictus, hić a Cice[...] quæstor dicitur. 2 Exponit suam diligentiam, in eo adhibitam, [...] qui cum C. Antonio proconsule quæstor in Macedoniam iver[...] retur: addit de domo a se empta, non sine joco: de Sextii, [...] bantur, ædibus: de C. Antonio a se in senatu defenso. Epis[...] ciatoria. 3. Tuus, i. scriptor librorum tuorum. 4 Et me rogasset; vel monuisset. 5 Diligenter curarem. 6 In provinciam. 7 Decium. 8 Non vanum, sed sedulum, ac prudentem. 9 Quia petentes, ut tibi succedatur. 10 Sc. tibi. 11 C. Scipionis filia. 12 Uxor. 13 Uxorem meam.

essem: plurimumque in eo [14] negotii habui, ut Q. Fusium, [15] Tribunum pleb. et cæteros,ad quos tu [16] scripseras,cogerem mihi potius credere,quam tuis literis.Omnino res tota in mensem Januarium [17] rejecta erat, sed facile [18] obtinebatur. Ego, tua gratulatione commotus, quod ad me pridem scripseras, velle te [19] bene evenire, quod [20] de Crasso domum emissem: enim eam ipsam domum [21] xxxv. aliquanto post tuam gratulationem. Itaque nunc me scito [22] tantum habere æris alieni, ut cupiam [23] conjurare, si [24] quisquam [25] recipiat: sed [26] partim [27] odio inducti, me [28] excludunt, et aperte [29] vindicem conjurationis oderunt: partim [30] non credunt, [31] et a me insidias metuunt: nec putant [32] ei nummos deesse posse, qui ex [33] obsidione [34] fœneratores [35] exemerit. [36] Omnino semissibus magna copia est: ego autem meis rebus gestis hoc sum assecutus,ut [37] bonum nomen existimer. Domum tuam, atque [38] ædificationem omnem perspexi, et vehementer [39] probavi. [40] Antonium, etsi ejus in me officia [41] omnes [42] desiderant,

14 Difficultatis.15 M.Pisone,et M.Messala consulibus.16 Cupere te, ut tibi succederetur. 17 Dilata. 18 Ne tibi hoc tempore succederetur. 19 Prospere succedere.20 A Crasso,ditissimo illo cive,qui in bello adversus Parthos postea periit,una cum filio.21 Tricies quinquies, sc. centenis millibus nummorum,i.octoginta septem ducatonum sive Philippeorum millibus et quingentis,sive bis centenis et sexaginta duobus florenorum millibus,et quingentis. 22 Tantum debiti contraxisse. 23 Conjurationem facere cum aliis debitoribus in multos divites.Jocatur Cicero: quia Catilina cum Lentulo, Cethego, aliisque sociis, cum æs alienum fœneratoribus solvere non possent,in patriam conjurarunt.Sallustius.24 Perditorum hominum. 25 In societatem conjuratorum.26 Pro parte.27 In me sumpto,eo quod conjuratos persecutus sim.28 Conjurationis participes excludunt me a conjuratione facienda, vel e societate sua. 29 Me ultorem. 30 Me cupere conjurare. 31 Quasi velim eos indicare. 32 Mihi, qui exemerim, etc, i.qui effecerim, ne Catilina,ejusque socii in facultates divitum impetum facerent.33 Præsentissimo periculo, quod eis a Catilina imminebat:maxime enim contra fœneratores et locupletes facta conjuratio est.Cicero orat.ad quirites: *Tum, se fuisse miserum, cum careret patria, quam* obsidione *liberasset*. 34 Cives opulentos, qui civilibus et licitis usuris nummos aliis locant.35 Liberaverit: oppressa enim conjuratione,fœneratores impendenti periculo liberati.36 Deesse,inquit,nummi non possunt,si quis usuras semisses velit pendere, i. senos annuos pro centenis. *Semisses usuræ* sunt, cum in centum denarios singulis mensibus penditur semis denarius,sive octo asses, qui in anno faciunt sex denarios.37 Bonæ fidei debitor,qui diligenter et ad diem solvit,cujus fides non laborat.Debitorum nomina in expensi codicem referebantur: inde factum,ut *nomen* acciperetur pro debita pecunia (unde *exigere nomina*) et pro debitore, ut hic. 38 Quia locaverat eam edificandam. 39 Eam commendavi. 40 C. Antonium, collegam Ciceronis in consulatu, qui hoc tempore Macedoniam rexerat. 41 Qui testes sunt meorum in eum meritorum. 42 Dicunt non extare. Desideramus enim, quæ absunt, vel quæ non habemus.Unde in bello legimus tot aut tot *desiderata*

*

tamen [43] in senatu gravissime ac diligentissime defendi; senatumque vehementer oratione mea atque auctoritate [44] commovi. Tu ad me velim [45] literas [46] crebrius mittas. Vale.

VII. M.T. C. CN. POMPEJO, [1] CN. F. [2] MAGNO IMP. S.D.

[3] Si tu, exercitusque valetis, bene est. Ex literis tuis, quas [4] publice [5] misisti, cepi una cum [6] omnibus incredibilem voluptatem. Tantam enim spem [7] otii ostendisti, quantam ego semper omnibus, te [8] uno [9] fretus, [10] pollicebar. Sed hoc scito, tuos [11] veteres hostes, [12] novos amicos, vehementer [13] literis [14] perculsos, atque ex [15] magna spe [16] deturbatos jacere. Ad me autem literas, quas misisti, quamquam [17] exiguam significationem tuæ erga me [18] voluntatis habebant, tamen mihi scito jucundas fuisse. Nulla enim re [19] tam lætari soleo, [20] quam meorum [21] officiorum conscientia: [22] quibus si [23] quando [24] non mutuo respondetur, apud me plus officii [25] residere, [26] facillime patior. Illud non dubito, quin, si te [27] mea summa erga te studia parum mihi adjunxerunt, Respub. nos

militum millia, i. occisa esse, et periisse. 43 Cum ageretur de Antonio ex provincia ob rapinas revocando. 44 Ad faciendum, quod orabam, sc. ut manserit postea C. Antonius in provincia usque ad Cæsarem et Bibulum consules. 45 Sc. ut. 46 Frequentius.

1 Cn. Pompeji Strabonis, qui de Asculanis et Picentibus consul triumphavit. 2 Hoc ei cognomen dedit Syllæ salutatio; cum adhuc eques Romanus, adolescens annos natus 24. Siciliam, ejecto Perperna, cæso Carbone consule, recuperasset, Africam vero 40. diebus, interfecto Cn. Domitio, Hiarba, Numidiæ rege, capto subegisset. 3 Hæc epistola est clancularia accusatio, qua ne alienaret a se Pompeji voluntatem, clam illum perstringit, et propemodum accusat de animo ejus ingrato, quod fortia illius consilia et facta in conjuratione Catilinæ exstincta non agnovisset. 4 Ad senatum populumque Romanum. Sic etiam *publice* eleganter dicitur fieri, quicquid fit publica autoritate, veluti jussu populi ac decreto senatus. 5 Ex Asia, de Mithridatico bello confecto. 6 Aliis. 7 Ab externis bellis futuri: unus enim, reliquis devictis aut pacatis, formidandus hostis Mithridates videbatur: cum quo per annos triginta continenter bellum gessit populus romanus. 8 Solo. 9 Confisus. 10 Id maxime pollicitus est in oratione pro lege Manilia. 11 Reliquias Catilinariæ conjurationis, quos ille dicit veteres hostes Pompeji, quod ille omnibus Rempub. turbare volentibus fortissime olim restiterat. 12 Quia Pompejus in epistola de Republ. per Ciceronem vindicata et punitis supplicio sontibus nullum verbum posuerat, ne offenderet homines populares, eoque illis reconciliatus et amicus videbatur. 13 Tuis. 14 Attonitos et obstupefactos. 15 Quam conceperant de interitu tuo. 16 Conturbatione dejectos. 17 Exilem et modicam notificationem. 18 Bonæ. 19 Tantopere. 20 Quantopere. 21 Decenter factorum: quorum te non satis esse memorem, literæ tuæ significant. 22 Officiis meis. 23 Aliquando. 24 Non satisfit ab his, quibus ea impendi. Et hic mordet Pompejum, qui suis officiis non mutuo respondere videatur. 25 Quasi otiosum esse. 26 Æquissimo animo, i. non laboro, non invitus patior. 27 Quæ

inter nos conciliatura conjuncturaque sit. Ac, ne ignores, quid ego in tuis literis [28] desiderarim, scribam aperte, sicut et [29] mea natura, et [30] nostra amicitia postulat. [31] Res eas, [32] gessi quarum aliquam in tuis literis, et nostræ necessitudinis, et Reip. causa, gratulationem exspectavi: [33] quam ego abs te prætermissam esse arbitror, quod verebare, ne [34] cujus animum [35] offenderes: sed scito, ea, quæ nos pro salute patriæ gessimus, orbis terræ judicio, ac testimonio comprobari. [36] Quæ, cum [37] veneris, tanto consilio, tantaque animi magnitudine a me gesta esse cognosces, ut tibi multo majori, quam [38] Africanus fuit, me, non multo [39] minorem, quam [40] Lælium, facile et in Repub. et in amicia adjunctum esse patiare. Vale.

VIII. M. T. C. M. LICINIO P. F. CRASSO S. D.

[1] Quantum meum studium [2] extiterit dignitatis tuæ vel [3] tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito, quin ad te omnes [4] tui perscripserint. Non enim [5] fuit aut [6] mediocre, aut [7] obscurum, aut ejusmodi, quod silentio posset [8] præteriri. Nam et cum [9] consulibus, et cum multis [10] consularibus tanta contentione [11] decertavi, quanta [12] nunquam antea ulla in causa: suscepique [13] mihi perpetuam [14] propugnationem pro omnibus ornamentis tuis: veterique nostræ [15] necessitudini jamdiu debitum, sed multa [16] varietate temporum [17] interruptum offici-

tanti Pompejus æstimare videbatur, ut eum diligere: idque significaverat gratulatione prætermissa. 28 Non invenerim, invenisse tamen voluerim. 29 Quæ nihil simulare novit. 30 Quæ omnia manifesta esse vult. 31 Res tam insignes, quarum causa senatus ei togato supplicationem decreverit; Q. Catulus parentem patriæ nominavit, L. Gellius civicam coronam deberi a Rep. dixit: epist. 4. l. 15. 32 In consulatu, se. in oppressione conjuratorum. 33 Gratulationem. 34 Alicujus. ut C. Cæsaris, aut M. Crassi, quos occulte favere conjuratis multi suspicati sunt. 35 Læderes. 36 Gesta mea. 37 Romam. 38 Scipio Africanus Minor, a devicta *Africa* sic dictus: Qui Cartaginem et Numantiam evertit, alio nomine Aemilianus dictus. 39 Inferioris virtutis. 40 Nobilissimum Scipionis amicum, qui de amicitia apud Ciceronem disputat.

1 Prædicat animum suum erga Crassum, et, quam officiosus esse cupiat, scribit. Epistola est partim purgatoria, partim officiosa et familiaris. 2 Eminuerit, vel fuerit. 3 Protegendæ contra Attejum Trib. pl. et reliquos adversarios. 4 Domestici. 5 Studium meum. 6 Non mediocre, sed ingens. 7 Occultum. 8 Aboleri. 9 L. Domitio Ænobarbo, et Appio Claudio Pulchro. 10 Qui prius consulatum gesserant. 11 Pro te. 12 Decertavi. 13 Ad placitum meum. 14 Decertationem. 15 Conjunctioni animorum quæ ante conjurationem Catilinæ fuerat. 16 Non culpa nostra. 17 Ob eam simultatem, quæ inter eos Catilinæ temporibus exorta est, quia Crassus conjuratio-

um [18] cumulate reddidi. Neque mehercule unquam mihi tui aut colendi, aut [19] ornandi voluntas defuit: sed [20] quædam pestes hominum, [21] laude aliena dolentium, et te nonnunquam a me [22] alienarunt, et me aliquando immutarunt [23] tibi. Sed [24] extitit tempus optatum mihi magis, [25] quam speratum, ut, [26] florentissimis tuis rebus, mea [27] perspici posset, et memoria nostræ [28] voluntatis, et [29] amicitiæ [30] fides. [31] Sum enim consecutus, non modo ut domus tua tota, [32] sed ut [33] cuncta [34] civitas me tibi amicissimum esse cognosceret. Itaque et [35] præstantissima omnium fœminarum, [36] uxor tua, et [37] eximia pietate, virtute, gratia [38] tui Crassi, meis consiliis, monitis, studiis actionibusque [39] nituntur: et Senatus, populusque Rom. intelligit, tibi absenti nihil esse tam promptum, aut tam paratum, quam in omnibus rebus, quæ ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, auctoritatem meam. Quæ sint acta, quæque [40] agantur, domesticorum tibi literis declarari puto. De me sic [41] existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim, non me [42] repentina aliqua voluntate, aut fortuito, ad tuam amplitudinem meis officiis [43] amplectendam incidisse; sed ut primum [44] forum attigerim, [45] spectasse semper, ut tibi possem quam maxime esse conjunctus. Quo quidem ex tempore, memoria teneo, neque meam tibi [46] observantiam, neque mi-

nis conscius et particeps putaretur. 18 Abundanter. 19 Honorandi. 20 Quidam homines pestiferi, vitandi tamquam pestis, quique homines dici non merentur, ut Cato, aliique. 21 Laus enim sita est in mutua benevolentia: cum utriusque dignitas utriusque augeri possit officiis. 22 Alienum fecerunt. 23 Ut alius tibi viderer. 24 Emersit, exortum est. Mihi autem, inquit, contigit, quod optabam potius, quam sperabam, ut optimo rerum tuarum statu, mea tamen et memoria veteris nostræ necessitudinis, et post reconciliatam gratiam fides perspici posset. 25 Non enim sperare poterat, cum non haberet præsentia ad hoc merita nec evidentes causas. 26 In summa felicitate tua. 27 Clare videri et agnosci. 28 Benevolentiæ pristinæ. 29 In amicitia conservanda. 30 Quæ maxime requiritur in iis, qui post simultatem amicitia juncti sunt. 31 Obtinui enim. 32 Etiam. 33 Universa. 34 Romana. 35 Quæ est præstantissima. 36 Tertulla. 37 Qui habent eximiam pietatem in te, eximiam virtutem et gratiam in oculis omnium. 38 Filii, Marcus et Publius, qui a Cæsare e Gallia cum mille equitibus remissus, nondum patrem secutus fuerat. 39 Fulciuntur, sustentantur. 40 Pro te. 41 Ut judices. 42 Subitanea. Non est hæc, inquit, augendæ tuæ dignitatis repentina voluntas, sed quædam pristini erga te studii renovatio. 43 Prosequendam. 44 Ab ineunte adolescentia, simul ac indui togam virilem deposita prætexta, ab amicis deductus in forum, ut transcriberer in viros. Sic l. xv. ep. 16. *Qui postquam* forum attigisti, *nihil fecisti, nisi plenissimum amplissimæ dignitatis.* lib. xiii. epist. 10. vocat *in forum venire.* Ipse autem dies, quo togam virilem capiebant, dicebatur *dies tyrocinii*, et annus ille, *annus tyrocinii*, qui plerumque fuit annus ætatis quartus decimus. 45 Tetendisse ad hoc. 46 Venerationem

hi tuam summam benevolentiam, ac liberalitatem defuisse. Si [47] qua interciderunt, non tam te, quam [48] suspicione [49] violata, ea cum fuerint et falsa, et [50] inania, sint evulsa ex [51] omni memoria, vitaque nostra.[52] Is enim tu vir es, et [53] eum me esse cupio, ut, quoniam in eadem [54] Reipubl. tempora incidimus, conjunctionem amicitiamque nostram utrique nostrum [55] laudi sperem fore. Quamobrem tu, quantum [56] tuo judicio tribuendum nobis esse [57] putes,[58] statues ipse, et ut spero, [59] statues [60] ex nostra dignitate. Ego vero tibi profiteor, atque polliceor eximium, et singulare meum studium in omni genere officii,[61] quod ad honestatem, et gloriam tuam spectet. In quo, etiamsi multi mecum contendent, tamen cum reliquis omnibus,[62] tum Crassis,[63] tuis [64] judicibus,[65] omnes facile superabo: [66] quos quidem ego ambos [67] unice diligo, sed in [68] Marco benevolentia [69] impari: [70] hoc magis sum [71] Publio [72] deditus, quod me, quamquam [73] a pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum [74] parentem, et [75] observat, et diligit. Has literas velim existimes,[76] fœderis habituras esse [77] vim, non [78] epistolæ: meque ea, quæ tibi promitto, ac [79] recipio, sanctissime esse observaturum, diligentissimeque facturum. Quæ a me suscepta defensio est, te absente, dignitatis tuæ, in [80] ea jam ego non solum amicitiæ nostræ, sed etiam [81] constantiæ meæ causa permanebo. Quamobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum,[82] hoc ad te scribere; me, si quid ipse intelligerem, aut ad [83] voluntatem, aut ad [84] commodum, aut ad amplitudinem tuam pertinere,[85] mea sponte id esse facturum: sin quippiam aut a te essem admonitus, aut a tuis,[86] effecturum, ut intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quemquam tuorum frustra ad me [87] detulisse. Quamobrem velim ita et ipse ad me scribas de omnibus

et cautionem, ne te lædam. 47 Aliqua discordiæ semina. 48 Nam a P. Clodio infestissimus esse meis fortunis prædicabaris. 49 Quæ violarent, sive per fraudem commissa viderentur. 50 Indigna que cogitemus, levia, minimi ponderis. 51 Tota. 52 Talis. 53 Talem. 54 Ut simul Rempub. tractemus. 55 Ad laudem. 56 Secundum judicium tuum. 57 Putare debeas. 58 Constitues in animo tuo. 59 Illud. 60 Secundum dignitatem nostram. 61 Quod tibi vel honori, vel gloriæ possit esse. 62 Multo evidentius. 63 Filiis. 64 Ita judicantibus. 65 Contendentes mecum. 66 Liberos. 67 Ut unicos filios diligerem. 68 Filio tuo. 69 Minore. 70 Propter hoc. 71 Filio tuo: quo intercedente, Cicero et Crassus reconciliati sunt: amabat is Ciceronem unice propter eloquentiam. Interfectus est a Parthis. 72 Addictus. 73 Tamquam magistrum. 74 Patrem. 75 Veneratur et reveretur. 76 Tecum icti. 77 Potestatem. 78 Sc. *dumtaxat*. 79 Polliceor. 80 Defensione dignitatis tuæ. 81 Ut constans sim et videar, ne famam inconstantiæ subeam: epist. 5. 82 Quod sequitur. 83 Tuam. 84 Tuum. 85 Proprio instinctu. 86 Me 87 Denunciasse.

minimis, maximis, mediocribusque rebus,[88] ut ad hominem amicissimum: et[89] tuis præcipias, ut opera, consilio, auctoritate, gratia mea sic utantur in omnibus[90] publicis,[91] privatis,[92] forensibus,[93] domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clientum tuorum negotiis; ut,[94] quod ejus fieri possit, præsentiæ tuæ[95] desiderium[96] meo labore[97] minuatur. Vale.

IX. VATINIUS[1] IMP. CICERONI SUO S. D.

[2] Si[3] vales, bene est: ego[4] valeo. Si tuam consuetudinem in[5] patrociniis[6] tuendis servas,[7] P. Vatinius[8] cliens advenit, qui[9] pro se causam[10] dicier vult. Non, puto,[11] repudiabis in[12] honore, quem in[13] periculo[14] recepisti. Ego autem quem potius[15] adoptem, aut invocem, quam illum, quo defendente, vincere didici? An verear, ne,[16] qui[17] potentissimorum hominum conspirationem[18] neglexerit[19] pro mea salute, is pro[20] honore meo, pusillorum, ac malevolorum obtrectationes, et invidias non prosternat atque obterat? Quare, si me sicut soles, amas, suscipe me totum, atque hoc, quidquid est oneris, ac[21] muneris, pro mea dignitate, tibi[22] tuendum, ac sustinendum puta. Scis, meam fortunam, nescio quo modo, facile[23] obtrectatores invenire, non meo[24] quidem mehercule[25] merito: sed quanti id[26] refert, si tamen[27] fato nescio quo accidit? Si quis forte fuerit, qui nostræ dignitati[28] obesse ve-

88 Tamquam. 89 Domesticis. 90 Quæ magistratum concernunt et Remp. 91 Quæ ad rem privatam spectant. 92 Quæ in foro judiciali agunt. 93 Familiaribus. 94 Quatenus, vel quam maxime possit, quantum liceat. 95 Quo teneutur domestici tui, amici, hospites, clientes, qui, te præsente, opera, consilio, auctoritate, et gratia tua nitebantur. 96 Per laborem meum, quem eorum causa, non modo tua, suscipiam. 97 Tolli enim prorsus non potest.

1 Ab exercitu, nondum a Senatu appellatus: cum nondum decretæ essent supplicationes. 2 Vatinius Ciceronem rogat, ut, pro rebus bene in Illyria gestis, supplicationem sibi decernendam procuret, pollicenturque se curaturum, ut fugitivus Ciceronis comprehendatur. Epistola est petitoria. 3 O Cicero. 4 Bene. 5 Clientibus patrocinio tuo commissis. 6 Protegendis. 7 A Cæsare in Illyricum cum tribus legionibus missus, ut tributa imponeret, et obsides acciperet. 8 Tuus, i. te advocatum et patronum suum colens. Defenderat eum, rogatu Cæsaris, Cicero, a Calvo de ambitu accusatum: quo judicio absolutus est. 9 Pro supplicatione sibi impetranda. 10 Dici. 11 Sc. *quod*. 12 Obtinendo, i. in supplicationibus a senatu impetrandis, cum jam imperator esset appellatus ab exercitu. 13 Capitis. 14 Defendendum. 15 Eligam patronum: vel *adoptem*, i. exoptem. 16 Sc. Cicero. 17 Mihi adversantium, ut Catonis, Favonii, et aliorum. 18 Parvi fecerit. 19 Ut me salvum faciat. 20 Augendo. 21 Officii. 22 Esse. 23 Maledicos. 24 Certe. 25 Peccato meo. 26 Id interest, an. sc. merito an immerito fiat. 27 Infortunio mihi ex Deorum dispositione impendente. 28 Nocere

lit, peto a te, ut tuam consuetudinem, et [29] liberalitatem in me absente defendendo mihi præstes. Literas [30] ad senatum nostris de rebus [31] gestis, [32] quo exemplo miseram, [33] infra tibi perscripsi. Dicitur mihi tuus [34] servus [35] anagnostes fugitivus cum [36] Vardæis esse: de quo tu mihi nihil [37] mandasti: ego tamen, terra marique, ut conquireretur, [38] præmandavi: et profecto tibi illum reperiam, nisi si in [39] Dalmatiam aufugerit: et [40] inde [41] tamen [42] aliquando [43] eruam. Tu nos fac ames. Vale ad v. id. Quint. ex castris, [45] Narona.

X. VATINIUS IMP. CICERONI S. D.

[1] Si vales, bene est: ego quidem valeo. De Dionysio [2] tuo adhuc nihil [3] extrico: et [4] eo minus, quod me frigus Dalmaticum, quod [5] illinc [6] ejecit, etiam [7] hic [8] refrigeravit. Sed tamen non desistam, quin [9] illum [10] aliquando [11] eruam. Sed tamen omnia mihi [12] dura [13] imperas. De [14] Catilio nescio quid ad me scripsisti [15] deprecationis diligentissimæ. [16] Apage te

et obsistere. 29 *Liberalis* est, non modo qui pecuniam largitur, sed etiam, qui quocunque officii genere subvenit, aut commodat alicui; sive qui studet de aliis bene mereri. 30 Ut supplicationes ei decernerentur. 31 In Dalmatia. 32 Ea forma, qua miseram, etc. *Exemplum* est, quod barbaris *copia* dicitur. 33 In inferiore parte tabellæ. 34 Dionysius: ep. sequenti, et 77. l. 13. 35 Lector tuus. Non est ergo proprium, sed officii nomen, a verbo Græco ἀναγινώσκω, i. *lego*. Homines docti et divites apud Romanos solebant habere genus ejusmodi servorum a studiis, quos *anagnostas*, i. lectores, appellabant: propterea quod dominis solerent prælegere aliquid auctorum, sive Græcorum, sive Latinorum, veluit historicos, Poetas, Philosophos: præcipue inter otiandum veluti inter cænam, aut cum irent in hortos. 36 Dalmatiæ populis, in qua Vatinius bellum gerebat. Dicuntur et *Ardiæi* et *Varalii*. 37 Sc. ut curem comprehendendum. 38 Antequam eo aufugeret. 39 Quæ est pars Illyrici, in quam eum aufugisse jam audierat. 40 Ex ea terra. 41 Licet eo fugerit. 42 aliquo tempore, vel tandem. 43 Avellam. 44 Julias. 45 In eo loco. Et fluvius, et civitas fuit Liburniæ, quæ hodie *Narenta* dicitur.

1 Respondet Ciceronis petitioni de Catilio pirata Vatinius, quem propter immensa scelera dimittere se non posse dicit. Deinde supplicationes pro rebus, a se in Dalmatia gestis, sibi decerni postulat. Epistola est petitoria et excusatoria. 2 Servo fugitivo. 3 Expedio, et ex tricis et involucris eruo, i. nihil adhuc audivi, ubi lateat, vel nihil adhuc certi afferre possum. 4 Tanto minus, sc. *extrico aliquid*. 5 E Dalmatia. 6 Me. 7 Ubi nunc sum, i. in hac parte Illyrici. 8 Iterum frigidum effecit, i. negligentem, ut propter frigus nihil hactenus potuerim agere. 9 Servum tuum. 10 Tandem. 11 Extraham, quasi feram e latebris. 12 Difficilia factu: cum neque servum invenire, neque de Catilio, quod petis, facile possim concedere. 13 Jam igitur ei per literas Cicero de Dionysio servo mandaverat. Nam in superiore epistola nihil sibi mandatum Vatinius dixit. 14 Pirata a me capto. 15 Id est, quam diligentissime deprecatus es, ne animadvertam in Catilium. 16 Amove, procul age. Hac voce rejicimus a nobis eos, qui molesti sunt: utuntur ea frequenter

cum nostro Sexto Servilio: nam mehercule ego [17] illum quoque amo. Sed hujusmodi [18] vos [19] clientes, hujusmodi causas recipitis? [20] hominem [21] unum omnium crudelissimum, qui tot [22] ingenuos, [23] matresfamilias, cives R. occidit, arripuit, disperdidit, regiones vastavit? [24] Simius, [25] non semissis homo, contra me arma tulit, et eum [26] bello cepi. Sed tamen, mi Cicero, quid [27] facere possum? Omnia mehercule [28] cupio, quæ mihi imperas. Meam [29] animadversionem, et supplicium, quo usurus eram in eum, quem cepissem, remitto tibi, et condono. Quid illis respondere possum, qui sua bona [30] direpta, naves expugnatas, fratres, liberos, [31] parentes occisos, [32] actiones [33] expostulant? [34] Si mehercule Appii [35] os haberem, in cujus locum [36] suffectus sum, tamen [37] hoc sustinere non possem. Quid [38] ergo [39] est? Faciam omnia [40] sedulo, quæ te sciam velle. [41] Defenditur a Q. Volusio, tuo discipulo: si forte [42] ea res poterit [43] adversarios fugare: in eo maxima spes est. Nos, si quid erit [44] istic opus, defendes. [45] Cæsar adhuc mihi injuriam facit: de meis supplicationibus, et rebus [46] gestis [47] Dalmaticis adhuc [48] non refert: quasi vero non [49] justissimi [50] triumphi in Dalmatia res gesserim. Nam, si [51] hoc

Comici. 17 Servilium. 18 Tam sancti et prudentes viri. 19 Reos, piratas. 20 Sc. *recipitis*? 21 Solum. 22 Pueros liberis parentibus ortos et honesto loco natos. 23 Fœminas nobiles et honoratas. 24 Dictum in hominem improbum, et nullius pretii. *Simii* dicuntur homines turpes facie et animo: prius, propter simiæ, illius bestiæ cum humana forma similitudinem; posterius, propter ejus nequitiam et improbitatem. Sic epist. 2. l. 7. *Hic* Simiolus, *animi causa, me, in quem inveherentur, delegerat*. Simiolum, quem irridet, appellat, quia suis inimicitiis propter humilitatem ejus et sordes indignus esset. 25 Vix asse et dimitio ejus æstimandus. *Semis*, assis dimidium fuit: *as* autem, nummus æreus, chalcos sive dentas quatuor fere continens: homo igitur *non semissis*, i. minimi pretii, nihili æstimandus. Sic Persius Sat. 5. *Hic dema est*, *non* tressis *agaso*, i. nihili, tribus assibus non æstimatus. 26 Justo. 27 In hac re. 28 Facere. 29 Justam punitionem Catilii. 30 A Catilio. 31 Ab eodem. 32 *Actionem expostulare* est petere a prætore in urbe, aut proprætore in provincia agendi contra hunc aut illum copiam, sicuti *dare actionem* dicebatur prætor iis, quos admittebat ad agendum, hoc est, jus suum persequendum in judicio. Sic *intendere actionem, instruere actionem* sæpe legitur. Actores, i. accusatores. 33 Juste et manifeste postulant. 34 Si essem ea, qua Appius, impudentia, audacia. 35 Audaciam, impudentiam. Epist. 8. l. 9. *Nosti enim profecto os ejus adolescentioris Academiæ*. 36 Substitutus, successor ei datus in provincia Illyrico. 37 Hanc iniquissimam absolutionem, vel expostulationem tam justam in Catilium agentium. 38 Inquies. 39 Reliquum? 40 Diligenter. 41 Catilius contra actores. 42 Fama patroni. 43 Ejus. 44 Ubi es, sc. Romæ. 45 Consul, idemque Dictator. 46 A me. 47 In Dalmatia. 48 Non affert in consultationem senatus. 49 Triumpho dignissimas, ob numerum cæsorum hostium. 50 Qui supplicationem fere sequebatur. 51 Referre de rebus meis.

exspectandum sit, [52] dum totum bellum [53] conficiam: viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua; quæ [54] ipsi sibi [55] adsciverunt, amplius [56] sexaginta. Hæc nisi omnia [57] expugno, si mihi supplicationes non decernuntur, [58] longe alia [59] conditione ego sum, [60] ac cæteri Imperatores.

Ego, [61] post supplicationes mihi [62] decretas, in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi [63] oppugnando cepi: [64] unum hoc, quod erat maximum, quater a me jam [65] captum. Quatuor enim turres, et quatuor muros cepi, et arcem eorum totam: ex [66] qua me nives, frigora, imbres, detruserunt, [67] indigneque, mi Cicero, oppidum captum, et bellum jam [68] confectum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, [69] ad Cæsarem [70] meam causam agas, meque tibi in omnes partes defendendum putes: hoc existimans, neminem te tui amantiorem habere. Vale. Data Nonis Dec. Narona.

XI. M. T. C. VATINIO IMP. S. D.

[1] Grata tibi esse officia mea, non miror; cognovi enim [2] te gratissimum [3] omnium; idque nunquam destiti prædicare: nec enim tu mihi [4] gratiam modo [5] habuisti, verum etiam comulatissime [6] retulisti. quamobrem [7] reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te, et eadem voluntate cognosces. Quod mihi fœminam primariam Pompejam, uxorem tuam, commendas: cum [8] Sura [9] nostro statim, [10] tuis literis lectis, locutus sum, ut [11] ei [12] meis verbis diceret, ut, [13] quicquid opus es-

52 Donec. 53 Finiam. 54 Dalmatæ. 55 Attraxerunt. 56 Sc. *oppida*, quæ dicuntur *Dalmatia nova.* 57 Capio. 58 Quia deteriori. 59 Statu, fortuna. 60 Quam. 61 Scripta nec dum missa, superiore epistola, certior factus de supplicationibus sibi decretis, in Dalmatiam, ut bellum conficeret, statim profectus est, oppida sex cepit: quo facto, eamdem misit epistolam, quam per dies plures in manibus habuerat, et aliquid de rebus, a se post supplicationes gestis, appinxit. Ab aliis vero ab epistola superiore hæc separatur, quasi sint duæ. 62. A senatu. 63 Ea. 64 Oppidum. 65 Est. 66 Arce. 67 Quod ferendum est indigne. 68 Finitum. 69 Apud Cæsarem Dictatorem: quo paulo post interfecto, Vatinius ab Illyriis superatus, Dirrachium confugit, et postea venienti M. Bruto portas aperuit, et exercitum tradidit. 70 Non jam ut supplicationes, quæ decretæ fuerant, sed ut triumphum, quasi confecto bello, consequeretur.

1 Respondens Vatinii literis, quæ non exstant, ornat eum grati animi laude: sua studia pollicetur: uxori præsto futurum in omni re, significat. Denique de Dionysio servo persequendo rursum agit. Epistola est responsoria et laudatoria. 2 Esse. 3 Hominum. 4 Pro defensione, et laudatione. 5 Animo. 6 Reddidisti re ipsa gratiam. 7 Sc. *in.* 8 Cognomen videtur aut liberti, aut etiam civis ingenui. 9 Familiari. 10 Postquam literas tuas legeram. 11 Uxori tuæ. 12 Nomine, vel ex mandato meo. 13 Quacumque in re mea opera et consilio indigeret, me arcesseret. *Denuntiare* enim con-

set, mihi denuntiaret, me omnia, quæ ea vellet, summo studio, curaque [14] facturum: itaque faciam, eamque, si [15] opus esse videbitur, ipse conveniam. Tu tamen ei velim scribas, ut nullam rem, neque tam magnam, neque tam parvam putet, quæ mihi aut [16] difficilis, aut parum [17] me digna videatur. Omnia, quæ in tuis rebus agam, et [18] non laboriosa mihi, et honesta videbuntur. De [19] Dionysio, si me amas, [20] confice: [21] quamcumque ei fidem dederis, [22] præstabo. Si vero [23] improbus fuerit, ut est, duces eum captivum in triumpho. Dalmatis *Dii male faciant*, qui tibi [24] molesti sunt. Sed, ut scribis, brevi capientur, et [25] illustrabunt res tuas gestas: semper enim [26] habiti sunt [27] bellicosi. Vale.

XII. M. T. C. L. [1] LUCCEJO Q. F. S. D.

[2] Coram me tecum eadem hæc [3] agere sæpe conantem deterruit pudor quidam [4] pene subrusticus: quæ nunc [5] expromam absens audacius. Epistola enim [6] non erubescit. [7] Ardeo cupiditate incredibili, neque (ut ego arbitror) [8] reprehendenda, nomen ut nostrum scriptis [9] illustretur, et [10] celebretur tuis: [11] quod etsi mihi sæpe ostendis te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. Genus enim scriptorum tuorum etsi erat semper a me vehementer [12] expectatum, tamen [13] vicit [14] opinionem meam: meque ita vel [15] ce-

cise interdum significat *jubere ut adsit et ad se veniat, arcessere*. lib. XI. epist. 2. *Illud valde leve est ac nugatorium, ea re* denuntiatum *esse veteranis, quod de commodis eorum mense Junio laturus esses*. 14 Esse. 15 Operæ pretium. 16 Si sit sane magna. 17 Opera mea, si sc. sit nimium parva et facilis. 18 Non difficilia, nec multi laboris. 19 Servo fugitivo. 20 Consumma, et finem fac. 21 Quicquid ei meo nomine de impunitate promiseris. Redire enim nolebat, pœnæ metu Dionysius ad Ciceronem, a quo, surreptis multis libris, aufugerat: epist. 77. l. 13. 22 Exhibebo et servabo. 23 Improbandus, ut redire nolit. 24 Quia nimium acriter resistunt. 25 Illustriores et clariores facient: quia quanto victoria fuerit difficilior, et quanto hostis fortior et animosior, tanto corona ac triumphus continget gloriosior. 26 Dalmatæ existimati sunt. 27 In bellis fortitudine eminentes.

1 L. Luccejus, historiarum scriptor, italici civilisque belli historiam scribebat, in qua se facturum mentionem de Cicerone et ejus gestis significaverat. Verum cum Cicero avidissimus esset gloriæ, videretque Luccejum rem differre, monet eum, quæ, et qua forma de se scribi velit: quæ si Luccejus recusaverit, ipse de se scripturus sit magnorum virorum exemplo. Epistola est petitoria. 2 In presentia. 3 Tractare. 4 Quasi aliquantum rusticus et agrestis. Pudor nullus improbitatem aut stultitiam, nimius agreste quiddam indicat. 5 Proferam, declarabo. 6 Et ita longe audemus plura scripto, quam verbo, petere. 7 Uror. 8 Quia de re honesta. 9 Nobilitetur, et clarius fiat. 10 Celebre fiat. 11 Quam rem. 12 Optatum. 13 Superavit. 14 Elegantius et melius est, quam opinabar. 15 Affecit gaudio,

pit, vel [16] incendit, ut cuperem quam celerrime res nostras [17] monumentis [18] commendari tuis. Non enim me solum commemoratio [19] posteritatis ad spem quandam [20] immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, ut vel [21] auctoritate testimonii tui, vel indicio [22] benevolentiæ, vel [23] suavitate [24] ingenii, [25] vivi perfruamur. Neque tamen, [26] hæc cum scribebam, eram nescius, quantis oneribus [27] premerere [28] susceptarum rerum, et jam [29] institutarum: sed, quia videbam [30] italici belli, et [31] civilis historiam jam pene a te esse perfectam; (dixeras autem mihi, te reliquas res [32] ordiri) deesse [33] mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjuncti ne malles cum cæteris rebus nostra [35] contenxere, an, ut multi Græci fecerunt ([36] Callisthenes, Troicum bellum, [37] Timaeus [38] Pyrrhi [39] Polybius [40] Numantinum, qui omnes [41] perpetuis suis historiis, ea quæ dixi, bella [42] separaverunt) tu quoque [43] item [44] civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis [45] sejungeres. Equidem [46] ad nostram laudem non multum video [47] interesse: sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, [48] dum [49] ad locum [50] venias, ac statim [51] causam illam totam, et [52] tempus arripere. Et [53] simul, si [54] u-

delectavit. 16 Inflammavit. 17 Testimoniis scriptorum tuorum, quæ legentem moneant rerum a me gestarum. 18 Laudari. 19 Eorum, qui post nostram ætatem futuri sunt. 20 Famæ et nominis. 21 Quod esset Lucceius in Reip. maximis gravissimisque causis cognitus, atque imprimis probatus. 22 Tuæ in me. 23 In contexendis historiis. 24 Tui. 25 Tantisper dum vivamus. 26 Has literas. 27 Obruereris, i. quantæ molis sit rem talem perficere. 28 A te, ut eas prescribas, et in debitam formam historiæ redigas. 29 Inceptarum: unde *instituere*, est quasi a primordiis rerum erudire quemquam. 30 Socialis, quod cum sociis Italicis, indignantibus civitate se esse extrusos, varia diu fortuna et periculoso eventu a Romanis gestum est. 31 Quod inter cives romanos gestum est, quo Resp. victis Marii partibus, ad unius arbitrium L. Syllæ translata est: de quo Appianus scripsit. 32 Ex ordine aggredi, aut incipere. 33 Honori meo. 34 Res a nobis gestas. 35 Sub uno filo et ductu orationis conscribere. 36 Fecit seorsim. Callisthenes Olynthi natus est, Aristotelis discipulus, comes Alexandri Magni bello Persico. 37 Siculus historicus, quem valde Cicero laudat. l. 2. de Orat. 38 Bellum Pyrrhi, Epirotarum regis, qui cum tarentinis contra romanos in Italia bellum gessit. 39 Præceptor et comes Africani minoris, cujus historiæ pars aliqua ad nostram ætatem pervenit. 40 Bellum. Numantiam Scipio Æmilianus, annis 14. post Carthaginem, excidit. 41 Continuatis. 42 Ea bella seorsim scripserunt. 43 Similiter. 44 Factam, ipso consule, a duobus maxime patriciis, L. Sergio Catilina, prætorio, P. Cornelio Lentulo, consulari, et Prætore iterum. 45 Segregares. 46 Quantum fit ad laudem nostram. 47 Referre. 48 Donec. 49 Ubi civilia bella essent scribenda. 50 Scribendo cætera. 51 Suscepti ac oppressi belli civilis, i. Quicquid ad eam conjurationem pertinet, et cum ea conjunctum est. 52 Quibus consulibus oppressum sit. 53 Præter properationem meam. 54 In una materia.

no in argumento, [55] unaque in persona mens tua tota versabitur, cerno jam animo, quanto omnia [56] uberiora, atque [57] ornatiora futura sint. Neque tamen ignoro, quam impudenter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam (potest enim mihi [58] denegare occupatio tua) deinde etiam, ut [59] ornes me, postulem.[60] Quid, si [61] illa tibi non [62] tantopere videntur [63] ornanda? sed tamen, [64] qui semel verecundiæ fines transierit, eum [65] bene, et [66] naviter oportet esse impudentem. [67] Itaque te [68] plane etiam atque etiam rogo, ut [69] et ornes [70] ea vehementius etiam, quam fortasse [71] sentis, et in eo [72] leges historiæ negligas: [73] gratiamque illam, de qua suavissime quodam in proœmio [74] scripsisti, a qua te [75] deflecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem [76] Xenophontium [77] illum [78] a voluptate:[79] ea si me tibi [80] vehementius commendabit, ne aspernere, amorique nostro [81] plusculum etiam, quam concedit veritas, [82] largiare. Quod si [83] te adducemus, ut [84] hoc suscipias, erit (ut mihi persuadeo) materies digna [85] facultate, et [86] copia tua.[87] A principio enim conjurationis usque ad [88] reditum nostrum videtur mihi [89] mo-

55 Etin ipso tantum Cicerone, conjurationis vindice. 56 Copiosiora. 57 Quod ad scriptoris quoque laudem pertinet; commendat enim historiam vehementer copia rerum, et verborum ornatus. 58 Quod peto. 59 Honorifice de me scribas. 60 Dicendum sit. 61 Quæ peto. 62 Ut ego postulem: q. d. obmutescendum sit? 63 Laudibus decoranda. 64 Qui semel inverecunde egerit, aut petierit: in eo, quod tibi occupatissimo tantum oneris imponam. 65 Multum, valde: ut *bene mane, bene doctus*. 66 Strenue: in eo sc. quia postulet, ut ornetur. 67 Quia semel verecundiæ fines transivi. 68 Manifeste. 69 Similiter. 70 Quæ a me gesta sunt. 71 Ornanda esse. 72 Quæ sunt, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid veri non audeat: tertio, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. 73 Ordo est: *Et ne aspernere*, i. contemnas, *gratiam illam*, etc. 74 Quod multos subvertat, et a vero deflectat. 75 Moveri a vero, et a fide rerum gestarum discedere vel declinare. 76 De quo scribit Xenophon. De quo sic. Cic. 1. Offic. his verbis: *Erculem Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem, cum primum pubesceret, quod tempus a natura ad deligendum quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset*. 77 Nobilissimum. 78 Potuisse deflecti, qui nullo modo deflecti potuit. Gravibus enim verbis voluptatem increpitans, virtutem est amplexus. 79 Gratis. 80 Quam deceat. 81 Aliquanto plus. 82 Concedas. 83 Tibi persu idebimus. 84 Bellum Catilinarium prescribendum. 85 Facili potestate. 83 Abundantia tua in scribendo. 87 A consulatu Ciceronis, quo patefacta conjuratio est, et consulatu Lentuli et Nepotis, quo rediit ab exilio: quod integri quinquennii spatium fuit. 88 Ab exilio. 89 Quoddam volumen, ad Q. Fratrem l. 11. ep. 12. *Sed utros ejus habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque nescio.* Sic et *Corpus Juris* eodem sensu dicitur pro volumine, quod omne jus romanum

dicum quoddam corpus [90] confici posse. In [91] quo [92] et illa poteris uti civilium commutationum [93] scientia, vel in explicandis causis [94] rerum novarum, vel in [95] remediis incommodorum; cum [96] et reprehendes ea, quæ vituperanda [97] duces; [98] et, quæ placebunt, [99] exponendis rationibus comprobabis; et, si liberius, ut [1] consuesti, agendum putabis, [2] multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem, notabis. Multam etiam [3] casus nostri tibi [4] varietatem in scribendo [5] suppeditabunt, plenam cujusdam voluptatis, [6] quæ vehementer animos hominum [7] in legendo scripto retinere possit. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunæque vicissitudines; [8] quæ etsi nobis optabiles [9] in experiendo non fuerunt, [10] in legendo tamen erunt jucundæ. Habet enim præteriti doloris [11] secura recordatio [12] delectationem. Cæteris vero, nulla perfunctis propria molestia, [13] casus alienos sine nullo dolore [14] intuentibus, etiam ipsa misericordia est jucunda. [15] Quem enim nostrum ille moriens apud [16] Mantineam [17] Epaminondas [18] non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi [19] avelli [20] jubet [21] spiculum, posteaquam ei [22] percunctanti dictum est, clypeum esse salvum: ut etiam in vulneris dolore, æquo animo cum laude moreretur. Cujus studium [23] in legendo non [24] erectum [25] Themistoclis fu-

continet. 90 Compleri. 91 Corpore. 92 Etiam. 93 Cognitione, i. cum scias, quare civiles commutationes fiant, ea scientia uti poteris, et ita ad rem accedere. 94 Cur res novatæ sint a conjuratis, sc. æs alienum, imperii immoderati ac licentiæ cupiditas: quæ Sallustius persequitur, 95 Quæ civilibus malis adhiberi possunt, quæque Cicero ipse Consul adhibuit, repete *explicandis* 96 Simul. 97 Existimabis. 98 Sc. *cum*. 99 Explicando rationes eorum. 1 Consuevisti agere in descriptione rerum. 2 Imprimis Pompeji, Hortensii, Catonis, Arrii. 3 Varii eventus et calamitates, quas ob patriam e conjuratorum insidiis ereptam, pertulit. 4 Quia varia fortuna sum usus: cum a summa dignitate ad ultimas miserias inimicorum me detruserit injuria: rursusque in patriam eximio cum honore, expetitus ab omnibus, redierim. 5 Subministrabunt. 6 Voluptas. 7 In eo legendo quod scriptum est. 8 Vicissitudines. 9 Dum eas experiremur. 10 Dum a nobis legentur. 11 Sine timore et cura. 12 Quia jucundi acti labores. 13 Lucretius: *Suave, mari magno turbantibus æquora ventis, E terra magnum alterius spectare laborem.* 14 Dum vident. 15 Probat, jucundam esse lectionem alienæ cladis, exemplo Epaminondæ Thebani. 16 Urbem Arcadiæ, nobilitatem clade Lacedæmoniorum, et victoria Epaminondæ. Lege Justin. l. 6. Cornel. Nepotem in Epaminonda. 17 Nobilissimus Thebanorum Imperator. 18 Cum ex illius interitu miseratio, ex animi autem magnitudine constantia oriatur. 19 E corpore suo. 20 Ut narratur in historiis, quæ rem quasi præsentem oculis legentium exhibent. 21 Telum acutum. 22 Disquirenti, num salvus esset clypeus. 23 Dum legit historiam Themistoclis. 24 Vigilans et attentum. 25 Fortissimi Atheniensium ducis: cujus vitam Cornelius Nepos

ga [26] redituque retinetur? Etenim [27] ordo ipse annalium [28] mediocriter nos retinet quasi enumeratione [29] fastorum. At viri sæpe excellentis [30] ancipites, variique casus habent admirationem, expectationem, lætitiam, [31] molestiam, [32] spem, timorem: si vero exitu [33] notabili concluduntur, expletur animus jucundissimæ lectionis voluptate. [34] Quo [35] mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut a [36] continentibus tuis scriptis, in quibus [37] perpetuam rerum gestarum historiam complecteris, [38] secernas hanc quasi [39] fabulam rerum, [40] eventorumque nostrorum. [41] Habet enim varios [42] actus, multasque [43] actiones et consiliorum, et [44] temporum. Ac non vereor, ne [45] assentatiuncula quadam [46] aucupari tuam gratiam videar, cum hoc demonstrem, me a te potissimum ornari celebrarique velle. Neque enim tu [47] is es, [48] qui, quid sis, nescias: et qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos, quam eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum [49] commendari velim, qui non ipse quoque in me [50] commendando propriam ingenii gloriam consequatur. Neque enim Alexander [51] ille [52] gratiæ causa ab [53] Apelle [54] potissimum [55] pingi, et a [56] Lysippo [57] fingi volebat: sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat.

et Plutarchus exponunt. Dicitur autem *Themistocli* veteri declinandi ratione ut, *Ulyssi* pro *Ulyssis*, *Achilli* pro *Achillis*. 26 Quamvis non redierit Themistocles, ut scribit Plutarchus: tamen qui legunt de fuga, ita retinentur, quasi is rediturus sit. 27 Series ipsa librorum, quibus singulorum annorum magistratus et gesta per seriem scribuntur. 28 Non multum. Se ipsum alienis designat exemplis. 29 Librorum, in quibus totius anni per ordinem gesta cum causis eorum scribuntur, i. ut fasti delectent enumerandis rebus, quæ singulis diebus agantur. Unde Ovidius Fastos inscripsit libros suos. 30 Dubii. 31 Quia affecti illis dolemus. 32 Adversis legendi. 33 Exitu insigni, ut notabilis fuit ejus in patriam reditus, post exilii calamitatem. 34 Quam ob causam. 35 In historia mea. 36 Continuatis, et perpetuo filo currentibus. 37 Non interruptam. 38 Separes. 39 *Fabulam* ergo vocat, non quia fictæ sint res, ut in fabulis, quæ a Poetis solent interseri veris historiis ad voluptatem legentium, sed quia, tamquam fabula, i. drama Comicum sive Tragicum, varios actus habeat. 40 Eorum, quæ evenerunt nobis. 41 Hæc historia nostra. 42 Sicut in Comœdiis quinque solent esse actus, qui tunc finiuntur, dum proscenium derelinquitur vacuum. 43 In foro habitas. 44 Pro varietate temporum. 45 Leni assentatione. 46 Captare, quomodo aucupes captant et inescant aves, suavi aliquo bolo proposito. 47 Talis. 48 Ut. 49 Laudari. 50 Laudando: laudari enim ab eo velle, qui careat ingenio, dementis est. Itaque me tibi assentari, non est cur existimes. 51 Celeberrimus Macedonum Rex, qui paucis annis et Darium ultimum Persarum Regem, et Oceano tenus omnia superavit, prolatis ab angulo Thraciæ ad extremum orientem imperii terminis. 52 Benevolentiæ, qua prosequebatur Apellem. 53 Nobilissimo et artificiosissimo Pictore. 54 Præcipue. 55 Coloribus in tabella. 56 Optimo statuario. 57 Sculpi,

Atque illi artifices, corporis * simulacra [58] ignotis nota faciebant: [59] quæ [60] vel si nulla sint, [61] nihilo sint tamen obscuriores clari viri. Nec minus est [62] Spartiates Agesilaus [63] ille [64] perhibendus, qui [65] neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, [66] quam [67] qui in eo genere laborarunt. Unus enim Xenophontis [68] libellus in eo rege laudando facile, omnes imagines omnium, statuasque superavit. Atque, hoc [69] præstantius mihi fuerit, et ad lætitiam animi, et ad memoriæ dignitatem, [70] si in tua scripta pervenero, quam si [71] in [72] cæterorum; quod non ingenium mihi solum [73] suppeditatum fuerit tuum, [74] sicut [75] Timoleonti a [76] Timæo, aut ab [77] Herodoto Themistocli, sed etiam [78] auctoritas clarissimi, et spectatissimi viri, et in Reip. maximis, gravissimisque causis cogniti, atque in primis probati: ut mihi non solum [79] præconium, [80] quod, cum in [81] Sigæum venisset, [82] Alexander ab Homero Achilli tributum esse [83] dixit, sed etiam grave testimonium [84] impertitum clari hominis, magnique videatur. Placet enim Hector ille mihi [85] Nævianus, qui non tantum laudari se lætatur; sed addit etiam, [86] *a laudato viro.*

aut fundi seu constari, et ad vivum in imagine exprimi, sc. causa gratiæ. Unde Horatius epis. 2. l. 2. *Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem pingeret, aut alius Lysippo duceret æra, fortis Alexandri vultum simulantia.* * Effigies, imagines. 58 Externis, et qui illos non norant. 59 Simulacra. 60 Etiam. 61 In nullo. Claritatem, inquit, et splendorem a mutis imaginibus virtus non accipit, sed ingenii monumentis celebrata immortalem famam consequitur. 62 Spartanus, Spartæ genitus. 63 Notissimus Lacedæmoniorum Rex, eorum, qui Spartæ regnarunt, cum aliis virtutibus, tum bellicæ rei scientia præstantissimus. 64 Commemorandus, i. non minore hominum consensu celebrandus. 65 Ut Alexandri pinxerat imaginem Apelles, finxerat Lysippus. Agesilaus ita sensit, non quod esset claudus, et brevi corpore; sed quod memoriæ perpetuitatem a virtute potius; quam ab imagine corporis, expectandam duceret. 66 Sc. *illi.* 67 Qui se fingi, et pingi anxie curaverunt. 68 Qui exstat. de Agesilai laudibus ita scriptus, ut imaginem animi atque ingenii omni præstantiorem imagine corporis mirabiliter exprimat. 69 Efficacius. 70 Si a te scriptus fuero. 71 Pervenero. 72 Scripta. 73 Subministratum et impensum. 74 Ingenium suppeditatum fuit. 75 Corinthio. 76 Qui Timoleontem Corinthium, virum longe clarissimum, ut qui patriam tirannide, et servitute liberaverit, descripsit. Vitam ejus ab Cornelio Nepote et a Plutarcho scriptam habemus. Timæi scripta perierunt. 77 Qui novem libros Musarum nominibus inscripsit; et in eorum septimo et octavo (quorum alteri Polymniæ, alteri Uraniæ nomen est,) Themistoclis virtutem et prudentiam singularem ostendit. 78 Erit mihi suppeditata. 79 Buccinatio. 80 Quale. 81 Troadis promontorium, ubi erat sepulchrum Achillis. 82 Magnus. 83 Iis verbis: *O fortunate adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris.* 84 Impensum. 85 Apud Nævium Poetam, vel qui a Nævio Poeta in fabula inducitur. 86 Abs te, pater, laudato viro: alloquebatur enim patrem Hector apud Nævium.

[87] Quod si a te non impetro, hoc est, si qua te res impedierit (neque enim fas esse arbitror, quidquam me rogantem abs te non impetrare) cogar fortasse facere, quod nonnulli sæpe reprehendunt; scribam ipse de me: multorum [88] tamen exemplo, et [89] clarorum virorum. Sed, [90] quod te non fugit, hæc sunt in hoc [91] genere vitia, et verecundius ipsi de sese scribant, necesse est, si quid est laudandum, et prætereant, si quid forte reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant, et dicant [92] verecundiores esse [93] præcones ludorum gymnicorum, et [94] qui, [95] cum [96] cæteris [97] coronas imposuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum [98] ipsi ante ludorum [99] missionem corona [1] donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se [2] victores esse prædicent. [3] Hæc nos vitare cupimus, et, [4] si recipis causam nostram, vitabimus: idque ut facias, rogamus. Ac, ne forte mirere, cur, cum mihi sæpe ostenderis, te accuratissime nostrorum temporum consilia, atque [5] eventus literis mandaturum, a te id nunc tantopere, et tam multis verbis petamus: [6] illa nos cupiditas incendit, de qua [7] initio scripsi, festinationis, quod [8] alacres animo sumus, et ut cæteri, [9] viventibus nobis, ex literis tuis nos cognoscant, et nosmetipsi [10] vivi [11] gloriola nostra perfruamur. His de rebus, quid acturus sis, si tibi non [12] est molestum, rescribas mihi velim. Si enim [13] suscipis causam, conficiam [14] commentarios rerum omnium: sin autem differs [15] me in tempus aliud, [16] coram tecum loquar. Tu interea non [17] cessabis; et ea, quæ habes [18] instituta, [19] perpolies, nosque diliges. Vale.

87 Abs te laudari. 88 Id faciam. 89 L. Sulla commentariorum libros 22. ut auctor est Plutarchus, composuit de rebus suis. M. Scaurus, ille princeps senatus, tres libros de vita ipsius acta perscripsit. Hos maxime, et alios quoque Cicero significat. 90 Quod bene scis. 91 De se scribentium. 92 Quam rerum suarum descriptores. 93 Commendatores, et tubicines publicos palæstritarum, qui nudi sese exercent; qui præcones erant Poetæ Melici, inter quos Pindarus, qui in decantandis athletarum laudibus inter se certabant et de victoria contendebant. 94 Præcones ludorum gymnicorum. 95 Postquam. 96 Olympionicis, qui non a quovis Poeta, sed a victore inter poetas coronabantur. *Cæteris* igitur dixit, quia ipsi quoque præcones, qui fuerunt Poetæ, victores erant, itaque post ludorum missionem corona donabantur. 97 Oleastri. 98 Præcones. 99 Dimissionem et consumationem. 1 Si sc. bene functi fuerint officio. 2 Suo officio præconum. 3 Vitia se ipsos describentium. 4 Si aggrederis onus describendi res nostras. 5 Exitus fortuitos descripturum. 6 Responsio. 7 Epistolæ. 8 Arrecti et læti animo. 9 Dum adhuc vivimus. 10 Adhuc viventes: 11 Ex gloria nostra fructum ultimum et voluptatem capiamus. 12 Rescribere. 13 Negotium res nostras perscribendi. 14 Breviaria, ac diligentem rerum omnium, a me gestarum, narrationem. 15 Voluntatem, aut res meas. 16 A facie ad faciem. 17 Eris otiosus. 18 Incepta. 19 Ad summam politionem perduces.

XIII. M. T. C. LUCCEJO S. D.

[1] Quanquam ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est; (declarat enim summam [2] benevolentiam conjunctam [3] pari prudentia) tamen illum fructum ex iis literis [4] vel maximum cepi, quod te præclare res humanas contemnentem, et optime contra fortunam paratum, armatumque cognovi. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam, [5] *NON* aliunde pendere, nec extrinsecus [6] aut bene, aut male vivendi [7] suspensas habere rationes. Quæ cogitatio [8] cum mihi non omnino excidisset (etenim [9] penitus [10] insederat) [11] vi tamen [12] tempestatum, et [13] concursu calamitatum erat aliquantum [14] labefactata, atque [15] convulsa: [16] cui te opitulari, et video, et id fecisse etiam [17] proximis literis, multumque profecisse, sentio. Itaque [18] hoc sæpius [19] dicendum, tibique non [20] significandum solum, sed etiam [21] declarandum, arbitror; nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Ad [22] consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter copioseque [23] collegisti; tum nihil [24] plus, quam quod firmitudinem, gravitatemque animi tui perspexi, [25] quam non imitari, [26] turpissimum existimo. Itaque [27] hoc etiam fortiorem me puto, quam te ipsum, præceptorem fortitudinis, quod tu mihi videris spem [28] nonullam babere, hæc [29] aliquando futura [30] meliora. [31] Ca-

1 Quid fructus ex consolatione Lucceji acceperit, exponit. Epistola est responsoria ad consolatoriam. 2 Quæ ipsa per se valet ad consolandum. 3 Rationibus ad levandum curas accomodatis. 4 Etiam. 5 Non aliunde, quam a se, suspensum esse, i. non extrinsecus, i. ab ipsa fortuna, exspectare omnia. 6 Fortunæ enim arbitrio vel beatam vitam, vel miseram exspectat, qui virtute caret. 7 Minime firmas: incerta enim sunt, quæ in fortuna ponuntur. 8 Cum adhuc in memoria aliquatenus esset. 9 Penes interiora cordis. 10 Sedem occupaverat. 11 Violentia. 12 Malorum sive adversorum temporum: ut epist. 3. 1. 4. *Multo ante, tanquam ex aliqua specula, prospexi* tempestatem *futuram*. Cum, inquit, ego quoque fortunæ vim contemnerem, præsidii satis esse ad omnes casus in una virtute existimaram; ab hac tamen sententia, temporibus vexatus, prope desciveram: sed me labantem confirmarunt literæ tuæ. 13 Subita accumulatione calamitatum, concurrentibus in me calamitatibus. 14 Debilitata, mota, non amota et ablata. 15 Ita mota, ut separatio propemodum consecuta esset. 16 Cogitationi. 17 Novissimis. Binis igitur literis Ciceronem Luccejus consolatus erat. 18 Quod sequitur. 19 Esse. 20 Signis indicandum. 21 Manifeste exprimendum: potest enim obscura esse significatio, cum non omnia signa perspicue demonstrent; declaratio non potest. 22 Me, aut quemlibet alium. 23 Adduxisti, allegasti. 24 Valet ad consolandum me. 25 Firmitudinem animi tui. 26 Esse. 27 In hoc, vel propter hoc. 28 Aliquam. 29 Aliquo tempore. 30 Quam nunc sint. 31 Quod mihi adduxisti de casibus gladiatorum, quorum nunc hi, nunc illi, superiores fiunt. Gladiatorum enim similitudine Luccejus probare studuerat, non esse penitus de Re-

sus enim gladiatorii, similitudinesque eæ, [32] tum rationes in [33] ea disputatione a te [34] collectæ, vetabant me [35] Reipl. penitus diffidere. Itaque [36] alterum minus mirum, fortiorem te [37] esse, [38] cum aliquid speres, [39] alterum [40] mirum, spe ulla teneri. [41] Quid est enim non ita [42] affectum, ut id non deletum, extinctumque omne esse fateare? Circumspice [43] omnia membra Reipub. quæ notissima sunt tibi, [44] nullum reperies profecto, quod non fractum, debelitatumve sit: [45] quæ persequerer, aut si melius ea viderem, quam tu vides, aut si [46] commemorare possem sine dolore: quamquam [47] tuis monitis, præceptisque omnis est abjiciendus dolor. Ergo et [48] domestica [49] feremus, [50] ut censes, et [51] publica paulo etiam fortius fortasse, quam tu ipse, qui [52] præcipis. Te enim [53] spes aliqua consolatur, ut scribis: nos autem erimus etiam in omnibus desperatione fortes, ut tu tamen idem et hortaris, et præcipis. Das enim mihi jucundas recordationes [54] conscientiæ nostræ, rerumque earum, quas, [55] te imprimis auctore, [56] gessimus. Præstitimus enim [57] patriæ non minus [58] certe, quam debuimus: plus profecto, quam est ab animo cujusquam, aut consilio hominis postulatum. Ignosces mihi de me ipso aliquid prædicanti: quarum enim tu rerum cogitatione nos [59] levare [60] ægritudine voluisti, earum etiam [61] commemoratione [62] lenimur. Itaque, ut mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis, et angoribus abducam; [63] transferamque [64] animum [65] ad ea, quibus [66] secundæ res [67] ornantur, [68] adversæ [69] adjuvantur: tecumque et ero tantum, quantum patietur

pub. desperandum: cum sæpe, qui jam victus ab adversario gladiator videtur, is ita convaleat, ut victorem prosternat. 32 Multo magis. 33 De mutatione statuum et Reip. 34 Allegatæ. 35 Restitutioni Reip. 36 Duorum quæ dicet, sc. *est*. 37 Sc. *tunc*. 38 Cum ego nihil sperem. 39 Sc. *est magis*. 40 Me fortiorem essem, cum tu aliquid speres: nam, qui nulla spe tenetur eum esse fortem quis non miretur? 41 Probat mirum esse, Luccejum aliquid adhuc sperare. 42 Concussum et saucium, eo calamitatis et miseriæ redactum. 43 Omnes faventes Reip. et libertati communi civium. 44 Membrum. 45 Membra, aut detrimenta Reip. 46 Ea. 47 Secundum præcepta et monita tua. 48 Incommoda, sc. fratris et ejus filii injurias, uxoris divortium, et filiæ mortem. 49 Tolerabimus, et patiemur. 50 Ut judicas ea ferenda. 51 Incommoda, aut mala. 52 Ea ferenda. 53 Ob rationes a te collectas, maximeque ob gladiatorios casus. 54 Quod est maximum solatium in malis. 55 Consilio tuo præcipue. 56 Catilinæ tempora significat: tunc enim maxime virtus Ciceronis enituit. 57 Conservandæ in libertate. 58 Indubitate. 59 Liberare, aut deonerare. 60 Animi. 61 Enarratione et recitatione. 62 Demulcemur 63 Traducam. 64 Meum. 65 Ad illa præclara Philosophiæ moralis studia. 66 Prosperæ. 67 Quia Philosophiæ præceptis ita nos gerimus in secunda fortuna, ut ab omnibus temperantiæ laudem consequamur. 68 Res. 69 Quia Philosophiæ tractatio ita delectat, ut a cæteris

[70] utriusque [71] ætas, et valetudo : et, si esse [72] una minus poterimus, quam volumus, animorum tamen conjunctione, iisdem studiis ita fruemur, ut [73] numquam non una esse videamur. Vale.

XIV. L. LUCCEJUS Q. F. M. T. CICERONI M. F. S. D.

[1] Si vales, bene est : valeo, sicut soleo : [2] paululo tamen etiam [2] deterius, quam soleo. Te requisivi sæpius, ut viderem. Romæ quia postea non fuisti, quam a me discesseras, miratus sum : quod [4] item nunc miror. Non habeo [5] certum, quæ te [6] res hinc [8] maxime retrahat. Si [9] solitudine delectare, cum [10] scribas, et aliquid agas eorum,[11] quorum consuesti, gaudeo, neque reprehendo tuum consilium : nam nihil [12] isto potest esse jucundius, non modo miseris his temporibus, et luctuosis, sed etiam tranquillis, et optatis : præsertim vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærat ex magnis occupationibus, vel erudito, qui semper aliquid ex se promat, quod alios delectet, teipsum laudibus illustret. Sin autem, sicut [13] hic dum eras, et lacrymis, et tristitiæ te tradidisti : doleo, quia doles, et [14] angere : non possum te non (si [15] concedis, quod [16] sentimus, ut liberius dicamus) [17] non accusare. Quid enim? tu solus [18] aperta non videbis, qui propter [19] acumen [20] occultissima perspicis? [21] tu non intelliges, te querelis quotidianis [22] nihil proficere? non intelliges, [23] duplicari sollicitudines, quas [24] elevare tua te prudentia postulat? Quod si non possumus aliquid proficere [25] suadendo, [26] gratia [27] contendimus, et rogando;

molestiis animum abducat. 70 Nostrum. 71 Quia et senes, et valetudinarii ambo esse cœperant. 72 Simul. 73 Semper.

1 Hac epistola, quæ est objurgatoria vel dissuasoria, dicit Luccejus, se approbare consilium Ciceronis, si eo se animo in rus abduxerit, ut legendo et scribendo alios in re literaria juvet : sin ut se lachrymis dedat, damnare, quod ita lugeat casum Reip. quasi non prævideril futurum. Præterea docet, inutile esse lugere, et in mœrore esse, cum res immutari nequeant. 2 Minus bene. 3 Sc. Cæsar in Hispaniam contra Pompeji filios profectus. 4 Similiter. 5 Exploratum, aut perspectum. 6 Occasio. 7 Ab urbe. 8 Maxime. 9 In quam se post obitum filiæ Cicero contulerat. 10 Scripsit in solitudine librum de Consolatione ad se ipsum : scripsit etiam libros quinque de Finibus. 11 Quorum aliquid agere consuevisti. Græca figura. 12 Genere vitæ cum literis et Musis. 13 Romæ. 14 Angeris, i. angore animi afficeris. 15 Permittis. 16 Ego, et reliqui amici tui. 17 Quin accusem te. 18 Manifesta et evidenter futura; quid enim apertius, quam nihil profici querelis? 19 Oculorum tuorum mentalium. 20 Abditissima. 21 Et tu tam prudens homo, etc. 22 In nulla re commodum facere, aut remedium mali invenire. 23 Geminari : augetur enim dolor retractando. 24 Imminuere. Sumpta Metaphora a bilance, in qua res minoris ponderis elevatur. 25 Tibi, ut a lugendo desistas. 26 Qua apud te valemus. 27 Instamus.

si quid nostra causa [28] vis, ut istis te molestiis laxes, et [29] ad convictum nostrum redeas, et ad [30] consuetudinem vel [31] nostram communem, [32] vel tuam [33] solius, ac [34] propriam. Cupio [35] non obtundere te, si non delectare nostro [36] studio: cupio [37] deterrere, ne permaneas in [38] incepto, cum [39] duæ res istæ contrariæ me conturbent: ex [40] quibus, aut in [41] altera mihi velim si potes, obtemperes; aut in [42] altera non [43] offendas. Vale.

XV. M. T. C. L. LUCCEJO Q. F. S. D.

[1] Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in iis literis, quas a te proxime accepi: non [2] ille quidem mihi ignotus, sed tamen gratus et optatus: dicerem, jucundus, [3] nisi, id verbum in omne [4] tempus perdidissem: neque [5] ob eam unam causam, [7] quam tu suspicaris, et in [8] qua me, lenissimis, et amantissimis verbis utens [9] re graviter [10] accusas; sed quod illius [11] tanti vulneris quæ remedia esse debebant, ea [12] nulla sunt. [13] Quid enim? ad amicosne confugiam? quam [14] multi sunt? habuimus enim fere [15] communes: [16] quorum [17] alii oc-

28 Facere. 29 Ad communionem vitæ, seu ad conversationem nostram. 30 Familiarem usum, conversationem, si nempe *ad nostram communem* refertur, vel consuetam vivendi rationem, si ad *tuam solius ac propriam*. 31 Qua simul uti solemus. 32 Sc. *ad consuetudinem*. 33 Unius. 34 Peculiarem tibi. 35 Non hebetare te, i. auditum tuum, i. non onerare te multis verbis. 36 Minuendi doloris tui cupiditate. 37 Te. 38 Proposito lugendi procul ab urbe, i. ne susceptum dolorem diutius ferres. 39 Nolle obtundere, et velle eum deterrere ab incepto. 40 Duabus rebus. 41 In hoc studio meo levandi doloris tui. 42 Quod hortor et rogo, ut istis te molestiis laxes. 43 Offendaris.

1 Totus. Quærenti Luccejo, cur ab urbe absit, ejusque sollicitudines minuere conanti, ad utrumque respondet: lugere se non tam filiæ obitum, quam Reip. tempora; in urbe non esse, quod in ea nihil jucundum, odiosa omnia. Epistola est defensoria, proximæ objurgatoriæ respondens. 2 Amor. 3 Jucundus, quod non nisi rei lætæ competit. Nihil autem est jucundum, quin idem gratum; non contra: nam sæpe multa grata, non eadem jucunda. 4 Futurum. 5 Perdidi illud verbum. 6 Quod Resp. amissa sit. Alii exponunt, quod filia mortua sit. 7 Scripserat enim Luccejus: *Sin autem, sicut hic dum eras, et lachrymis, et tristitia te tradidisti.* 8 Causa. 9 In sententia ipsa. Nam turpe est viro forti lugere, quæ neque vitare potuit, priusquam evenirent, neque emendare, ubi evenerint: qualia erant incommoda Reip. 10 In eo loco: *Tu solus aperta non videbis?* 11 Tanti doloris, ex morte filiæ accepti. 12 Non exstant: quoniam domo mœrens ad Remp. confugere non possum, ut in ejus bonis, quæ nulla sunt, acquiescam: ep. 6. l. 4. 13 Nam quid faciam? 14 Amici: q. d. supersunt paucissimi. 15 Omnes amicos: propterea scis, quam non multi supersint. 16 Amicorum communium. 17 Aliqui mortui sunt, sc. civili bello Cæsaris et Pompeji, ut duo Lentuli, L. Domitius, M. Bibulus, Ap. Claudius, L. Sci-

ciderunt,alii nescio quo [18] pacto [19] obduruerunt. Tecum vivere possem equidem, et maxime [21] vellem.[22] Vetustas est, amor, consuetudo, studia [23] paria; quod vinculum quasi est nostræ conjunctionis. Possumusne igitur esse [24] una? [25] neo mehercule intelligo, quid [26] impediat: sed certe adhuc non [27] fuimus, cum essemus vicini in [28] Tuscolano, in [29] Puteolano. Nam, quid dicam [30] in urbe? in qua, cum forum [31] commune sit, vicinitas non requiritur: sed casu nescio quo, in ea tempora nostra ætas incidit, ut, cum maxime [32] florere nos [33] oporteret, [34] tum [35] vivere etiam puderet. Quod enim mihi poterat esse perfugium, [36] spoliato [37] et [38] domesticis, et [39] forensibus atque [40] solatiis? [41] literæ, credo, [42] quibus utor assidue. Quid enim [43] aliud facere possum? sed nescio quo modo [44] ipsæ excludere me [45] a portu, et perfugio videntur, et quasi [46] exprobare, quod in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi [47] propagatio miserrimi temporis. [48] Hic tu ea me abesse urbe miraris, in qua [49] domus nihil delectare possit? summum sit odium tempio, consulares omnes.

18 Modò. 19 Durissimi ad omnia facti sunt, ut neque Reip. neque sui ipsius, neque amicorum meminisse videantur, atque ita non misereantur mei, et ita me dereliquerunt, ut M. Marcellus, qui Mitylenis in exilio maluit, quam in patria, servitute oppressa, vitam ducere: postea tamen, Ciceronis literis, reditum suadentibus, permotus, cum ad urbem se conferret, in itinere a familiari suo Magio Chilone occisus est: epist. 12. l. 4. 20 Sc. si, Respicit id, quod Luccejus rogaverat, ut ad convictum suum redeat. 21 Vivere tecum. 22 Vetus notitia. 23 Consimilia. 24 In uno loco. 25 Neque sane intelligo. 26 Nos una esse. 27 Una. 28 Agro, ubi Cicero erat, et Tusculanas scripsit quæstiones. 29 Agro, ubi Luccejus erat. 30 Cum ambo essemus in urbe, sc. Roma. 31 In quod omnes conveniunt, præsertim causidici; nam de foro judiciali intelligit. 32 Gratia, auctoritate, gloria, sc. in curia, et foro, cum omnibus perfuncti essent honoribus. 33 Deceret, justum esset: quia senibus rerum pro Rep. gestarum optimorumque consiliorum præmia sunt gratia, auctoritas, gloria. 34 Tunc. 35 Amissa libertate, sine qua bonis civibus nihil dulce est, nedum simul vivere, et una esse. Hæc est causa, cur nondum una fuerint: quasi sc. alterius alter conspectum pudore vitaret, qui in tantas miserias, tamque turpem servitutem recidissent. 36 Privato. 37 Simul. 38 Quibus ornabar domi meo. Quibus ornabar prius in foro, sc. honestate, dignitate, honoribus: vel gratia, auctoritate, gloria: quibus cum antea Cicero floruisset, caruit omnino post interitum Reip. 40 Domesticis et forensibus. 41 Credo, quod literæ mihi poterant esse perfugium. 42 Literis. 43 Quam sc. literis incumbere, sublata Reip. administrandæ facultate. Q. d. nihil. 44 Literæ, quibus utor assidue. 45 A requiete et securitate: in eas enim ego me, tot malis vexatus, tanquam ex tempestate in portum recepi. 46 Probo dare. 47 Exstensio, productio, prolatio. Translatio ducta est a plantis arborum et arbustorum, quorum sarmenta vel furculi, cum decisi a trunco deprimuntur in terram ad novam stirpem faciendam, pangi et propagari dicuntur. 48 In hac vitæ et temporum conditione: ut epist. 13. l. 4. *Hic tu me etiam insimulas.* 49 Propria.

porum, hominum, [50] fori, [51] curiæ? [52] Itaque sic literis utor, in quibus consumo omne tempus, non ut ab [53] his [54] medicinam perpetuam, sed ut [55] exiguam doloris oblivionem petam. [56] Quod si id egissemus ego, atque tu ([57] quod ne in mentem quidem nobis veniebat propter [58] quotidianos metus) [59] omne tempus [60] una fuissemus; neque me [61] valetudo tua [62] offenderet, neque te [63] mœror meus: quod quantum fieri poterit, [64] consequamur. Quid enim utrique nostrum [65] aptius? propediem te igitur videbo. Vale.

XVI. M. T. C. TITIO S. D.

[1] Etsi unus ex omnibus minime sum ad te consolandum [2] accomodatus: quod tantum ex tuis molestiis cepi doloris, ut consolatione ipse egerem, tamen cum [3] longius a [4] summi luctus acerbitate meus abesset dolor, quam tuos, [5] statui nostræ necessitudinis esse, meæque in te benevolentiæ, non tacere [6] tanto in tuo mœrore tam diu; sed adhibere aliquam modicam consolationem, quæ [7] levare dolorem tuum posset, si [8] minus [9] sanare potuisset. Est autem consolatio [10] pervulgata quidem illa maxime, quam semper in ore, atque in animo habere debemus; Homines nos ut esse meminerimus, ea lege natos, ut omnibus fortunæ telis proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, [11] quo minus ea, qua nati sumus, conditione vivamus: neve tam graviter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus: [12] eventisque aliorum memoria repeten-

50 Judicialis, i. judiciorum. 51 Senatus; nam in foro judicia, in curia senatus habebatur. 52 Quia in urbe esse non licet. 53 Literis. 54 Perfugium, solatium, remedium vulneris. 55 Modicam. 56 Si id utrique nostrum curæ fuisset, ut una essemus. 57 Sc. *agere*. 58 Qui usum rationis impediebant; qui enim quotidie timet, non modo non agit, sed ne cogitat quidem ea, quæ agenda essent. 59 Post suum a Thessalica pugna reditum in Italiam. 60 Simul. 61 Varia et non bona. 62 Læderet: nam si essemus una, te non ita, ut horis omnibus timeo, male affectum viderem, et minus angerer. 63 Offenderet, i. tu quoque leviorem, quam nunc, ex mœrore meo molestiam præsens susciperes: amor enim majora fingit omnia. 64 Obtineamus: situm enim id erat in utriusque potestate. 65 Ne tua me valetudo, te mœror meus offendat. 66 Mox ita ut prope sit dies.

1 Consolatur Titium, civem romanum, dolentem super mortem liberorum suorum, quos sub dominatu Cæsaris amiserat, docens id non esse faciendum. Epistola est consolatoria. 2 Aptus. 3 Dolemus uterque, sed impari dolore; cum tu filium lugeas, ego tuo dolore lugeam. 4 Maximi. 5 Putavi ad necessitudinem nostram: meamque in te benevolentiam pertinere. 6 Tam vehementi. 7 Imminuere. 8 Non satis. 9 Penitus abolere. 10 Quæ patet omnibus. 11 Ut non. 12 Dum eventa aliorum memoria repeti-

dis, nihil accidesse nobis novi cogitemus. Neque[13] hæ, neque cæteræ consolationes, quæ sunt a sapientissimis viris[14] usurpatæ,[15] memoriæque et literis proditæ tantum videntur proficere debere, quantum[16] status ipse nostræ civitatis, et hæc[16] prolatio temporum perditorum: cum beatissimi sint, qui liberos non[17] susceperunt, minus autem[18] miseri, qui his temporibus[19] amiserunt, quam si eosdem bona, aut denique[20] aliqua Repub. perdidissent. Quod si tuum te[21] desiderium[22] movet, aut si[13] tuarum rerum cogitatione mœres: non facile exhauriri tibi istum dolorem posse[24] universum puto. Sin illa te res[25] cruciat (quæ magis amoris est) ut[26] eorum, qui occiderunt, miserias lugeas: ut ea non dicam, quæ sæpissime et legi, et audivi, nihil mali esse[27] in morte, in[28] qua si[29] resideat sensus, immortalitas[30] illa potius, quam mors, ducenda sit: sin[31] sit amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non sentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare possum,[32] ea[33] misceri, parari,[14] impendere Reipub.[35] quæ qui[36] reliquerit, nullo modo mihi quidem[37] deceptus esse videatur. Quid est enim jam non modo pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti, loci? non mehercule quemquam audivi hoc gravissimo, et[18] pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non a Diis immortalibus ereptus ex his miseriis, atque ex[39] iniquissima conditione vitæ videretur. Quare, si tibi unum hoc detrahi potest, ne quid[40] iis, quos amasti, mali putes contigisse; permultum erit ex mœrore tuo[41] diminutum. Relinquetur enim[42] simplex illa jam[43] cura doloris tui, quæ non cum

mus. 13 Hujusmodi. 14 In usum adductæ in sermonibus, atque etiam scriptis consignatæ. 15 Memoriæ beneficio literarum mandatæ, et ab hominum oblivione vindicatæ. Res produntur memoriæ scientia et ope literarum. 16 Quia nullus finis est harum civilium turbarum, quia mala hæc tempora, quibus dominantur impotentes homines, qui libertatem, bonos et Rempub. oppresserunt, proferuntur, extenduntur. Præcedenti epistola dixit, *propagatio miserrimi temporis. Prolatio judicii* in Orat. pro Rabir. 17 Sustulerunt aut genuerunt, 18 Illi sint. 19 Liberos suos. 20 Cum jam sit nulla. 21 In filios tuos: quia desideras, quos amisisti. 22 Afficit. 23 Tuorum incommodorum, sc. liberorum immatura morte ereptorum. 24 Simul omnem. 25 Angit. 26 Liberorum tuorum. 27 In eo, quod est esse mortuum. 28 Morte. 29 Permaneat perceptio. 30 Res quæ dicitur mors. 31 Sensus. 32 Mala, aut incommoda. 33 Conflari. M. Antonio omnia perturbante. 34 Imminere. 35 Mala. 36 Moriendo, e vita discedens. 37 Tamquam aliquo bono privatus: cum meliorem vitæ conditionem adierit, quam hæc esse possit, aut saltem malam evaserit. 38 Quo, tamquam peste aliqua, multi occiderunt. 39 In qua unus dominatur omnibus. 40 Liberis tuis. 41 Detractum. 42 Sine respectu liberorum. 43 Cura illa, quia doles tua causa.

[44] illis communicabitur, sed ad teipsum [45] proprie referetur : in [46] qua non est jam gravitatis, ac sapientiæ tuæ, quam tu [47] a puero præstitisti, ferre immoderatius casum [48] incommodorum tuorum, qui sit ab eorum, quos dilexeris, miseria, maloque [49] sejunctus. Etenim [50] cum semper te, et privatis in rebus, et publicis [51] præstitisti, [52] tuenda tibi ut sit gravitas, et [53] constantiæ serviendum. Nam, [54] quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos [55] præcipere consilio [56] prudentiaque debemus. Et [57] enim si nulla unquam fuit, liberis amissis, tuam [58] imbecillo mulier animo, quæ non [59] aliquando lugendi [60] modum fecerit: certe nos, quod est [61] dies allatura, id consilio anteferre debemus: neque expectari temporis medicinam, quam [62] repræsentare [63] ratione possimus. His ego literis [64] si quid profecissem, existimabam, optandum quiddam me esse assecutum: sin [65] minus forte valuissent, officio tamen esse functurum benevolentissimi, atque [66] amicissimi: quem me tibi et fuisse semper existimes velim, et futurum esse confidas. Vale.

XVII. M. T. C. P. SEXTIO P. F. S. D.

[1] Non [2] oblivione amicitiæ nostræ, neque [3] intermissione [4] consuetudinis meæ, superioribus temporibus ad te nullas literas misi, sed quod [5] priora tempora [6] in ruinis Reipub., nostrisque [7] jacuerunt: [8] posteriora autem me a scribendo tuis

44 Defunctis. Non enim ideo dolebis, quia mali aliquid iis evenerit; sed ob incommodum tuum. 45 Peculiariter et unice. 46 Cura. 47 A puerili ætate exhibuisti. 48 Quod amiseris eos', quos amabas. 49 Separatus. 50 Talem. 51 Exhibuisti. 52 Conservanda. 53 Ut eam teneas, i. ea, quæ constantia postulat, exsequi te oporteat, nihil contra committere. 54 Eandem sententiam Sulpicius in ipso Cicerone consolando usurpavit, epist. 5. l. 4. *Nullus*, inquit, *dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat, hoc te exspectare tempus, tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere.* 55 Antecapere, sive, ut vulgo, præoccupare, anteferre et repræsentare, ut paulo post. 56 Ratione. 57 Vim diuturnitatis exemplo mulierum ostendit, quas ratio non consolatur: quod si muliebrem luctum dies minuit, multo magis minuet in viris, qui consilio prudentiaque præstant. 58 Debili. 59 Aliquo tempore, tandem. 60 Finem. 61 Diuturnitas temporis. 62 In præsens exhibere. Repræsentat is, qui, quod aliquanto post facturus est, statim facit. 63 Per rationem. 64 Si in aliquo. 65 Non satis. 66 Hominis.

1 Excusat tarditatem literarum suarum: hortatur Sextium, ut exilii casum sapienter fortiterque ferat. Epistola est consolatoria vel hortatoria. 2 Propter oblivionem. 3 Per temporis interruptionem. 4 Qua consuevi ad amicos scribere. 5 Quæ statim civile bellum consecuta sunt. 6 Cum et Resp. civili bello, et simul bonorum civium auctoritas concidisset. 7 Id est, ego jacui per illa tempora, mœrore, sc. afflictus. 8 Sc. *tempora*,

[9] injustissimis, atque [10] acerbissimis [11] incommodis retardarunt. Cum vero et intervallum jam satis longum fuisset, et tuam virtutem, animique magnitudinem diligentius essem mecum recordatus: non putavi esse alienum [12] institutis meis, [13] hæc ad te scribere. Ego te, P. Sexti, et [14] primis temporibus illis, quibus in [15] invidiam [16] absens, et in [17] crimen [18] vocabare, defendi: et cum in tui [19] familiarissimi [20] judicio ac periculo tuum nomen conjungeretur, quam potui accuratissime te, tuamque causam tutatus sum: et [21] proxime recenti adventu meo, cum [22] rem aliter institutam [23] offendissem, [24] ac mihi placuisset, si adfuissem; tamen nulla re [25] saluti tuæ defui: cumque eo tempore [26] invidia [27] annonæ, inimici non solum tui, verum etiam amicorum tuorum, [28] iniquitas totius judicii, multaque alia [29] Reip. vitia plus, quam causa ipsa, veritasque, [30] valuissent, Publio [31] tuo neque [32] opera, neque consilio, neque labore, neque [33] gratia, neque [34] testimonio, defui. Quamobrem, omnibus officiis amicitiæ diligenter a me [35] sancteque servatis, ne [36] hoc quidem prætermittendum esse [37] duxi, te ut hortarer, rogaremque, ut et hominem te, et [38] virum esse meminisses; id est, ut [39] communem [40] incertumque casum, quem neque [41] vitare quisquam nostrum, ne-

te jam multo ante expulso. 9 Quia damnatus erat injuste. 10 Quid enim acerbius, quam carere patria, liberis, propinquis, amicis, præsertim eum, qui non suo delicto, sed judicum exulet injuria? 11 Exilio, in quo multa perferuntur incommoda. 12 A moribus meis. 13 Quæ sequuntur. 14 Hoc alii opinati sunt ad Sextium, pro quo extat oratio, pertinere, et significari tempus illud, quo C. Antonius, Macedonia male administrata, in judicium de vi vocatus est. 15 Odium. 16 Ab urbe, in Macedonia Quæstor. 17 Criminationem et accusationem de crimine. 18 Ab inimicis tuis. 19 Milonis, qui in simili causa si fuisset convictus, etiam Sextius convictus fuisset: quia de similibus idem debet esse judicium. 20 Causa de vi: in qua Cicero Sextium reum ornatissima, quæ exstat, oratione defendit: nam et Milo, Sextii familiaris, eodem tempore de vi reus fuit. 21 Post Pharsalicam pugnam Cicero, spe veniæ ductus, in Italiam rediit, ad urbem tamen, non nisi confecto Alexandrino bello, venia jam impetrata se contulit. 22 Litem tuam, vel rationem Sextii absentis defendendi. 23 Præter spem invenissem. 24 Quam. 25 In omni re affui tibi et auxilio fui. 26 Quam contraxisti ex liberali annonæ venditione in ædilitate tua, non solum apud tuum inimicum, sed etiam apud amicos. 27 Frumenti. 28 Quo condemnatus es. 29 Eorum, qui Remp. tractabant. 30 Quia damnatus est. 31 Filio. 32 Diligentia. 33 Qua apud alios valebam. 34 Quod de illo perhibebam. 35 Inviolabiliter. 36 Quod modo faciam. 37 Existimavi. 38 Ab homine sapientiam, a viro fortitudinem postulat. 39 Non quod omnes damnentur injustis judiciis, sed quod quilibet damnari possit, præsertim ubi concurrant hæc, invidia multorum, iniquitas judicii, Reip. vitia. 40 Ut communis est casus, quia cuivis potest accidere: sic incertus, quia, ne sibi accidat, præstare nemo potest. 41 Hoc ad communem casum re-

que [42] præstare ullo [43] pacto potest, sapienter ferres, et [44] dolori fortiter ac [45] fortunæ resisteres; cogitaresque, et [46] in nostra civitate, et in [47] cæteris, quæ [48] rerum potitæ sunt, multis fortissimis, atque optimis viris, [49] injustis judiciis, [50] tales casus incidisse. Illud utinam ne vere scriberem, ea te republica carere, in qua neminem prudentem hominem res ulla delectet. De tuo autem filio, vereor, ne, si nihil ad te scripserim, debitum ejus virtuti videar testimonium [51] non cepisse; sin autem omnia, quæ sentio, perscripserim, [52] ne [53] refricem meis literis [54] desiderium, ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissime facies, si illius pietatem, virtutem, [55] industriam, ubicumque erit, tuam esse, tecum esse [56] duces. Nec enim minus nostra sunt, [57] quæ animo complectimur, quam quæ [58] oculis intuemur. Quamobrem, et [59] illius eximia virtus, summusque in te amor, [60] magnæ tibi consolationi debet esse; et nos, ceterique, qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua [61] pendimus, semperque [62] pendemus: et maxime animi tui [63] conscientiæ, cum tibi nihil [64] merito accidisse reputabis; si et illud adjunges, homines sapientes [65] turpitudine, non casu, et delicto suo non aliorum injuria, [66] commoveri. Ego, et memoria nostræ veteris amicitiæ, et virtute, atque [67] observantia filii tui monitus, nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad levandum [68] fortunam tuam. Tu si quid ad me forte scripseris, perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale.

fertur. 42 Efficere. Hoc ad incertum casum refertur. *Casum præstare*, est periculum alicujus casus in se recipere, item recipere in se officium cavendi. Sic epist. 17. l. 7. *Ultima exspectato: quæ ego tibi jucunda et honesta* præstabo, i. securum te facio, ultima futura tibi jucunda et honesta: si non erunt, damnum meum erit. 43 Modo, ratione. 44 Ex injusta calamitate suscepto. 45 Casui. Hoc addit, ut eum culpa liberaret. 46 Ut Furio, Camillo, utrique Afranio, Ciceroni, etc. 47 Civitatibus, Athenis maxime: qua in civitate, qui præter cæteros virtute et rerum gestarum gloria florerent, in exilium nullo crimine mittebantur. 48 Imperio: ut Miltiadi, Themistocli, Aristidi, Theseo et Alcibiadi apud Athenienses, apud Lacedæmonios Lygurgo, apud Carthaginienses Hannibali, atque aliis rei bellicæ fama clarissimis. 49 Per injusta judicia. 50 Ut exilia. 51 Non accepisse auditu virtutum ejus laudes et præconium. 52 Se. *vereor*. 53 Renovem. 54 Quia grave esset, tam excellentis filii præsentia carere. 55 Diligentiam. Non enim se, ut multi adolescentes, languori et ignaviæ dedit. 56 Reputabis. Nam, si doles, quod tali filio careas: minus dolebis, si illius virtutem, ubicumque erit, tuam esse, tecum esse duces. 57 Quæ contemplamur sive possidemus. Animo enim æque quædam ac corpore possidentur. 58 Exterioribus. 59 Filii tui. 60 Ad magnam consolationem. 61 Æstimamus 62 Æstimabimus. 63 Debet tibi esse consolationi, et integritati conscientiæ. 64 Juste, et ob peccatum tuum. 65 Si quid turpe admiserint. 66 Conturbari. 67 Reverentia erga me. 68 Infortunium tuum.

XVIII. M. T. C. [1] T. FADIO S. D.

[2] Etsi egomet, qui te consolari cupio, [3] consolandus ipse sum: propterea quod nullam rem [4] gravius jam diu [5] tuli, quam incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo atque oro, [6] te colligas,[7] virumque præbeas, et, [8] qua conditione omnes homines, et [9] quibus temporibus nati sumus, cogites. [10] Plus tibi virtus tua [11] dedit, quam fortuna [12] abstulit: propterea quod [13] adeptus es, quod non multi homines [14] novi: [15] amisisti, quod [16] plurimi homines nobilissimi. [17] Ea denique videtur conditio [18] impendere legum, judiciorum, temporum, ut [19] optime actum cum eo videatur esse, qui [20] quam levissima pœna ab [21] hac Repub. discesserit. Tu vero, qui et [22] fortunas, et [23] liberos habeas, et nos, cæterosque necessitudine, et benevolentia tecum jucundissimos: quique magnam [24] facultatem sis habiturus nobiscum, et cum omnibus tuis vivendi, et cum unum sit judicium ex tam multis', quod [25] reprehendatur, ut quod [26] una sententia, [27] eaque [28] dubia, potentiæ alicujus [29] condonatum existimetur: [30] omnibus his de causis debe+ istam [31] molestiam quam [32] levissime [33] ferre. Meus animus erit [34] in te, liberosque tuos, semper, [35] quem tu [36] esse vis, et [37] qui esse debet. Vale.

1 Hic T. Fadius ob invidiam, et temporum injurias, exsul erat: quamobrem consolando hortatur eum Cicero, ut eum casum fortiter ferat, quem multi viri præclari subierunt. Epistola igitur est hortatoria et consolatoria. 2 Quamquam. 3 Ab aliis. 4 Molestius. 5 Passus sum. 6 Vires animi tui. 7 Et te virum exhibeas, utque dolori fortiter ac fortunæ resistas, quemadmodum virum decet. 8 Sc. ea, ut aliquando moriamur, multaque, si diu vivimus, patiamur. 9 Sc. pessimis, in quibus omnibus nobis necesse est pati plurima. 10 Veri boni honoris. 11 Hominum studia, existimationem, honores. 12 Patriam, et convictum amicorum. 13 Id. 14 Qui primi in familia sua ad eum honorem pervenerunt, sc. *adepti sunt*. *Homo novus* et *nobilis* opponuntur. 15 Id. 16 Quibus damnatio patriam abstulit. 17 Talis, sc. pessima. 18 Imminere. 19 Optime contigisse ei. 20 Quale est exilium. 21 Tam misera. 22 Divitias: quæ si abessent, incommodum augeretur exilii. 23 Quos damnatus non amisit. 24 Commoditatem. 25 De exilio tuo, cum de omnibus ejectis in exilium tu unus injuste ejectus judiceris. 26 Pompeji, cui contradicere non audebant. 27 Sententia. 28 Non satis evidente. 29 Sc. judicium, indulgenter potentiæ alicuis concessum; in quo reus non ob culpam, sed ob potentiam adversarii vel alicujus judicium damnatus sit. 30 Ob has omnes causas. 31 Exilii illatam; *incommodum* appellavit supra. 32 Facillime. 33 Tolerare. 34 Erga. 35 Erit semper talis, quem, i. qualem, etc. 36 Eum. 37 Qualis esse debet, sc. benevolentissimus, beneficiis a te in me collatis.

XIX. CICERO [1] RUFO.

[2] Etsi mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem charissimus, tamen quotidie magis id perspicio: [3] exstatque id, quod mihi [4] ostenderas quibusdam literis, [5] hoc te [6] studiosiorem in me colendo fore, quam in provincia fuisses (etsi, meo judicio, nihil ad tuum [7] provinciale officium addi potest) [8] quo [9] liberius [10] judicium esse posset tuum. Itaque me [11] et [12] superiores literæ tuæ [13] admodum delectaverunt, quibus et expectatum [14] meum adventum abs te [15] amanter videbam, et cum aliter res [16] cecidisset, [17] ac putasses, te [18] meo [19] consilio magnopere esse lætatum: [20] et his [21] proximis literis [22] magnum cepi fructum et judicii, et officii tui: [23] judicii, [24] quod intelligo, te (id quod omnes [25] fortes, ac [26] boni viri facere debent) nihil putare [27] utile esse, nisi quod [28] rectum honestumque sit: [29] officii, quod te mecum, [30] quodcumque cepissem consilii, polliceris fore: [31] quo neque mihi gratius, neque, ut ego arbitror, tibi honestius esse quidquam potest. Mihi [32] consilium [33] captum [34] jam diu est, de [35] quo ad te, non quo [36] celandus esses, nihil scripsi antea, sed quia communicatio consilii tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse officii, vel potius [37] efflagitatio ad [38] coeundam societatem vel periculi, vel laboris. Cum vero [39] ea tua sit voluntas, humanitas, benevolentia erga me, libenter

1 L. Mescinius Rufus fuit Ciceronis in Cilicia Quæstor, unde paulo post Ciceronem decessit, et Romam venit. 2 Hortatur obscure Rufum, ut partes Pompeji sequatur. Epistola est hortatoria et suasoria. 3 Apparet et eminet, ut res, quæ extant, i. extra sunt, et non intus latent. 4 Significaveras, ut infra: *si feceris id, quod* ostendis. 5 Eo, tanto, vel propter hoc. 6 Diligentiorem. 7 Quod in provincia Cilicia mihi impendisti. 8 Quanto, vel per quod, propter quod. 9 Apertius et largius. 10 Tuum de me colendo. 11 Simul. 12 Quas prius misisti, et quibus significasti, te studiosiorem mei fore. 13 Valde. 14 Ex ora maritima, et Capua ad urbem. 15 Ut sit ab amante. 16 Accidisset, i. et cum non venissem. 17 Quam. 18 Quod ego mihi cepissem, sc. in ora maritima manendi, et postea Pompejum sequendi. 19 Quod eo non accesserim, quo me venturum putaveras. 20 Simul. 21 Ultimo missis. 22 Magnam cepi voluptatem, magnum attulisti fructum et judicii et officii tui, i. declarasti non dubiis argumentis et judicium et officium tuum. 23 Fructum capio. 24 Quia. 25 Qui pericula mortemque ipsam pro patria contemnant. 26 Qui recte sentiant, honestumque rebus omnibus anteponant. 27 Utile enim videbatur. Cæsarem sequi: honestum vero, Pompejum: sed sapientes utile ab honesto non separant. 28 Justum. 29 Erga me fructum capio. 30 Quicquid. 31 Officio, vel facto. 32 Eundi ad Pompejum. 33 Initum, i. eandem cum Pompejo, Reip. causam tuente, subire fortunam constitui. 34 A plusculo tempore. 35 Consilio meo. 36 Occultandus esses. 37 Aspera expostulatio. 38 Conciliandam. 39 Talis.

[40] amplector [41] talem animum: sed ita ([42] non enim dimittam pudorem in rogando meum) [43] si feceris id, quod [44] ostendis, magnam [45] habebo [46] gratiam: si non feceris,[47] ignoscam, et [48] alterum [49] timori, [50] alterum [51] mihi te negare non potuisse arbitrabor. Est enim res profecto [52] maxima: quid [53] rectum sit, [54] apparet: quid [55] expediat, obscurum est: [56] ita tamen, ut si nos ii sumus, qui esse debemus, id est, [57] studio digni,[58] et literis nostris, dubitare non possimus, quin ea maxime [59] conducant, quæ sunt [60] rectissima. Quare tu, si [61] simul [62] placebit, statim ad me venies: [63] sin idem placebit, atque [64] eodem, nec [65] continuo [66] poteris, [67] omnia tibi ut nota sint, faciam. Quicquid [68] statueris, [69] te mihi amicum: sin [70] id quod [71] opto, etiam [72] amicissimum judicabo. Vale.

XX. CICERO RUFO.

[1] Quo modo potuissem, te convenissem, si eo, quo [2] constitueras, venire voluisses. Quare etsi [3] mei commodi causa [4] commovere me noluisti: tamen ita [5] existimes velim, me [6] antelaturum fuisse,[7] si ad me misisses, voluntatem tuam commodo

40 Accipio. 41 Se ultro offerentem. 42 Non enim rogabo te impudenter. 43 Si mecum eris, ut scripsisti, quodcunque consilii cepero. 44 Significas te facturum, sc. te mecum fore. 45 Tibi. 46 Tanquam id mea causa feceris. 47 Veniam tibi dabo. 48 Si non feceris, quod ostendis, i. mecum non fueris, vel partes Pompejanas non secutus fueris. 49 Quem de Cæsaris potentia conceperis, sive qui impende a Cæsare. 50 Si feceris. 51 Optanti, ut mecum sis. 52 Maximi momenti. 53 Decens et honestum. 54 Evidens est. 55 Utile sit, et tutum. 56 Quia licet Cæsar videtur potentior, quia tamen iniquiorem causam habebat, cum incertum esset, an victor evaderet, tamen ita est obscurum, etc. 57 Philosophico. 58 Literis enim optime vivendi præcepta traduntur: quæ qui non observat, studio et literis, quibus operam dat indignum se præbet. 59 Utilia fiant. 60 Æquissima et decentissima. 61 Pariter tibi. 62 Mecum ire ad Pompejum. 63 Sin et tibi placebit idem quod mihi, et ut eodem proficiscamur, nec tamen rationes tuæ ferent, ut statim mecum navigare in Græciam possis. 64 Al. *eodem modo*. sc. quo mihi. 65 Statim. 66 Facere, aut sequi. 67 Quæ statuero et de discessu, et de tempore. 68 Facere, sive timori, sive amori cedere. 69 Judicabo. 70 Statueris. 71 Sc. ad me venire, vel sequi partes Pompejanas. 72 Non potuit modestius petere, et plane servat id, quod dixerat: *Non enim dimittam pudorem in rogando meum.*

1 Quoquo, vel quocunque. Purgat se Rufo, querenti per literas, quod rationes provinciæ ad ærarium, eo non exspectato, Cicero deferre properasset; cum ipse vel addita, vel immutata quædam in iis cuperet. Excusatoria et purgatoria est hæc epistola. 2 Venire. 3 Propter commodum meum. 4 Impedire, disturbare. 5 Judices, de ea re. 6 Prælaturum fuisse. 7 Si mihi per nuntium significasses, si misisses qui mihi id nunciarent, eo te venisse, quo antea constitueras. *Mittere* enim ad *aliquem*, interdum est, non solum missis literis, sed etiam misso nuncio aliquid indicare vel significare. Sic epist. 16. l, 11. Mitte *ad Lupum nostrum, ut is nobis eas*

meo. [8] Ad ea, quæ scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si [9] M. Tullius, [10] scriba meus, [11] adesset : [12] a quo mihi [13] exploratum est, [14] in rationibus dumtaxat [15] referendis, (de cæteris rebus [16] affirmare non possum) nihil eum fecisse [17] scientem, quod esset contra aut [18] rem, aut [19] existimationem tuam : [20] deinde, si rationum [21] referendarum [22] jus vetus, et mos antiquus maneret, me [23] relaturum rationes, nisi tecum pro conjunctione nostræ necessitudinis [24] contulissem confecissemque, non fuisse. Quid igitur fecissem [25] ad urbem, si consuetudo [26] pristina maneret, id ([27] quando lege [28] Julia [29] relinquere rationes in provincia necesse erat, [30] easdemque [31] totidem verbis referre ad [32] ærarium) feci in provincia : neque ita feci, [33] ut te ad meum arbitrium adducerem : sed tribui tibi [34] tantum, quantum me tribuisse nunquam pænitebit. Totum enim scribam meum, quem tibi video nunc esse suspectum, tibi [35] tradidi : tu [36] ei M. Mindium, fratrem tuum, adjunxisti. Rationes [37] confectæ me absente sunt tecum : ad quas ego nihil adhibui præter lectionem. Ita accepi librum a meo [38] servo scriba ut [39] eumdem acceperim a fratre tuo. Si honos is fuit, [40] majorem tibi habere non potui : si [41] fides [42] majorem tibi habui, [43] quam pene ipse mihi. Si providendum fuit, ne quid aliter [44] ac tibi et honestum, et utile esset, [45] referretur : [46] non habui, cui

centurias conficiat, i. significa ei nuntiis missis. Et epist. 8.1.11. *Eo tempore Polla tua* misit, *ut ad te, si quid vellem, literarum darem*, cum, quid scriberem, non habebam. Ter. in Eun. Misit *porro orare*, ut venirem, serio. 8 Quantum ad ea. 9 Ciceronis libertus. 10 Amanuensis et rationum scriptor. 11 Præsens esset mihi. 12 M. Tullio scriba meo. 13 Certum et evidens et experientia comprobatum. 14 In rationibus solummodo reddendis, et recognoscendis supputationibus. 15 Ad ærarium. 16 Quia in aliis rebus non erat scrutatus curam ejus. 17 Quod scierit. 18 Utilitatem. 19 Auctoritatem. 20 Insuper. 21 Discutiendarum. 22 Ante legem Juliam, i. cum, lege Julia nondum lata, rationes in provincia non relinquebantur : tunc enim eas ad urbem rectores provinciarum cum suis Quæstoribus conferebant. 23 Redditurum sive daturum. 24 Communicassem. 25 In urbe. 26 Prisca et antiqua. 27 Quandoquidem. 28 A C. Julio Cæsare in primo consulatu lata. 29 Apud duas civitates, ut infra. 30 Rationes. 31 Ut nihil additum, nihilque detractum sit. 32 Fiscum Romanum. 33 Ut coram te redderem tales rationes quales, vellem. 34 Observantiæ. 35 Discutiendum. 36 Scribæ meo. 37 Consummatæ. 38 Non quia serviret (jam enim liberi hominis prænomine et nomine, M. Tullius dictus est) verum memoria præteriti temporis, quo apud Ciceronem in servitute fuerat. 39 Nullo se. immutato. 40 Honorem : quia totum scribam meum tibi tradidi. 41 Credulitas et bona æstimatio de te fuit. 42 Fidem, i. plus tibi credidi. 43 Quia permisi, ut rationes tecum, absente me, conficerentur, nec ad eas postea quidquam, præter lectionem, adhibui. 44 Quam. 45 Recenseretur, computaretur. 46 Aliquem.

potius id negotii darem, [47] quam cui dedi. Illud [48] quidem certe factum est, quod [49] lex jubebat, ut apud duas civitates, Laodicensem, et Apamensem, [50] quæ nobis maximæ videbantur, quoniam ita necesse erat, rationes confectas, et [51] consolidatas [52] deponeremus. Itaque huic loco primum respondeo, me, quamquam [53] justis de causis rationes referre [54] properarim, tamen te exspectaturum fuisse, nisi in provincia relictas rationes [55] pro relatis [56] haberem. Quamobrem de [57] Volusio quod scribis, [58] non est id rationum: docuerunt enim me periti homines, in his cum omnium peritissimus, [59] tum mihi amicissimus, C. Camillus, ad Volusium transferri [60] nomen a Valerio non potuisse, sed [61] prædes Valerianos teneri: [62] neque id erat [63] LLSxxx ut scribis, sed [64] xix. Erat enim [65] curata nobis pecunia Valerii [66] mancipis nomine: ex [67] qua, [68] reliquum quod erat, [69] in rationibus retuli. Sed [70] sic me et liberalitatis fructu privas, et diligentiæ, et ([71] quod [72] minime tamen laboro) mediocris etiam prudentiæ: [73] liberalitatis, quod [74] mavis [75] scribæ mei beneficio, quam meo, legatum meum, [76] præfectumque maxima calamitate [77] levatos, cum præsertim non deberent esse obligati: diligentiæ, quod existimas, de [78] tanto officio meo, tanto [79] etiam periculo, nec

47 Sc. Tullio, scribæ meo. 48 Ut cætera omittam. 49 Julia. 50 Ob utriusque dignitatem. 51 Liquidas et confirmatas, vel paribus accepti et expensi factis: quod lingua vulgari dicimus, *de rekeming effen gemaakt*. 52 Custodiæ relinqueremus. 53 Ob justas causas: instante bello civili. 54 Festinaverim. 55 Tamquam relatas. 56 Existimarem. 57 Qui, mulctæ nomine, magnam pecuniæ vim publice debebat. 58 Non pertinet ad rationes, huic rei, quam te voluisse video, locus in rationibus non fuit. 59 Multo magis. 60 Debitum. 61 Fidejussores. 62 Non tenebantur. 63 Sestertium tricies, i. quinque et septuaginta millia scutatorum, sive ducenta et viginti quinque millia florenorum. 64 Sc. Sestertium. Decies nonies sestertium sunt septies quadragies mille et quingenti scutati, sive centum et triginta duo florenorum millia cum quingentis. 65 Cum cura acervata pro Volusio debitore. 66 Qui eam rem a populo manum levatam tenente redemerat. *Manceps* enim dicitur, qui aut publica vectigalia conducit, aut bona, quæ civitatis nomine venduntur, aut suo periculo aliquid faciendum exigendumque redimit (Balg. *een Pagter*) quod in Volusiana pecunia Valerius, datis prædibus, fecerat. 67 Pecunia. 68 Non debitum Valerio, *i.* præter id, quod curatum esse dixit Valerii mancipis nomine. 69 *Referre in rationes*, et *in rationibus* diverso sensu dicitur: *in rationes*, cum nomen aliquod in conficiendis rationibus inter cætera nomina perscribitur: *in rationibus*, cum aliquid una cum reliquis rationibus ad ærarium refertur. 70 Sentiendo, vel censendo de me. 71 Licet sc. dico. 72 Nequaquam tamen curo. Hoc addit, ne prudentiæ laudem appetere videatur, quod vanitatis est. 73 Fructu me privas. 74 Dicere. 75 Tullii. 76 Fabrum. 77 Liberatos. 78 Cum populi romani res ageretur, quam curare debet proconsul. 79 Si quid enim scriba erraret in rationibus, aut improbe committe-

scisse me quicquam, nec cogitasse, scribam, quicquid voluisset,[80] cum id mihi ne recitasset quidem, retulisse: [81] prudentiæ, cum rem a me [82] non insipienter excogitatam, ne cogitatam quidem putas. Nam et Volusii liberandi meum fuit consilium: et, ut [83] multa tam gravis Valerianis [84] prædibus, ipsique T. Mario depelleretur, a me [85] inita [86] ratio est: [87] quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant: et, si verum scire vis, hoc [88] uni scribæ meo intellexi non nimium placere. Sed ego putavi [89] esse viri boni,[90] cum populus suum servaret,[91] consulere [92] fortunis tot vel [93] amicorum, vel [94] civium. Nam de [95] Luccejo est ita actum, ut,[96] auctore Cn. Pompejo,[97] ista pecunia [98] in fano poneretur. Id ego [99] agnovi meo jussu esse factum: [1] qua pecunia Pompejus est usus, ut tua, quam tu deposueras, Sestius. [2] Sed hoc ad te nihil intelligo pertinere. Illud me non animadvertisse moleste ferrem, ut [3] adscriberem, te in fano pecuniam jussu meo deposuisse, nisi ista pecunia gravissimis esset, certissimisque [4] monumentis [5] testata, cui data, quo S. C. quibus [6] tuis, quibus meis literis

ret, non in eum, sed in proconsulem, cui mandata populi res est, culpa conferretur. 80 Cum id, non modo me non jubente, sed etiam insciente, in rationes retulisset. 81 Fructu me privas. 82 Cum putas rem acute et sapienter excogitatam, mihi ne quidem venisse in mentem, 83 Pœna. 84 Fidejussoribus. 85 Inventa. 86 Via. 87 Rationem. 88 Soli. 89 Pertinere ad virum bonum. 90 Ita fortunas tot vel amicorum, vel civium sustentare, ut populo tamen nihil damni inde accideret. Populi autem esse dicebatur, et erat, quod in ærarium, ex quacunque re collectum, inferebatur: unde *cavere Populo*, est cavere, ne quid ærarium detrimenti patiatur. 91 Prospicere debito consilio et providentia. 92 Facultatibus. 93 Legati et præfecti. 94 T. Marii, Volusii, et Valerii. 95 Al. *Logeo*. Fortasse enim λογεῖον appellat locum, in quo pecuniæ sive rationes deponerentur: ubi pecunia quoque illa, in provincia Ciceronis exacta, a Rufo Quæstore, jussu Ciceronis, deposita est auctore Pompejo. 96 Hortante et suadente. Quod videtur ideo fecisse Pompejus, ut ea pecunia ipse postea uti posset, quemadmodum usus est. 97 Quam mihi objicis. 98 In æde sancta, in qua publica asservebatur pecunia. Veteres in fanis publicas privatasque pecunias solebant deponere. Cæsar. III. de bell. Gall. *Ephesi a fano Dianæ deposita antiquitus pecunia Scipio tolli jubebat*. 99 Non negavi, confessus sum, id quod res erat, meo jussu esse depositam. 1 Sensus est: Quam ego pecuniam deposui, Pompejus abstulit, quam tu, Sestius: quod vero de tua, qua Sestius est usus, solicitus es propterea quod adscriptum cuperes, a te jussu meo esse depositam: de hoc quod labores, nihil est; erit enim S. C. erunt tuæ literæ, quæ pecuniam istam Sestio traditam esse testabuntur. 2 De populi pecunia loquitur, a Pompejo sumta, non de illa, quæ Rufi fuerat: de qua non diceret, hoo ad te nihil intelligo pertinere. 3 Ad rationes absolutas vel consolidatas. Timebat enim Rufus, ne quando ejus pecuniæ rationem, reddere congeretur; quia Cicero in rationibus non adscripsisset eam suo jussu a Rufo esse depositam: qua de re questus erat per literas Rufus. 4 Testimoniis. 5 Corroborata et munita. 6 Li-

P. Sestio tradita esset. [7] Quæ cum viderem [8] tot vestigiis impressa, ut in his [9] errari non posset, non [10] adscripsi [11] id, quod tua nihil [12] referebat: ego tamen adscripsisse mallem [13], quando id te video desiderare. Sicut scribis [14] tibi id esse [15] referendum, [16] idem ipse sentio: neque in eo [17] quidquam a meis rationibus discrepabunt [18] tuæ: [19] addes enim tu, [20] meo jussu, quod ego quidem non addidi: nec causa est cur [21] negem: nec, si [22] esset, et tu [23] nolles, negarem. Nam de LLS. [24] nongentis millibus, certe ita [25] relatum est, ut [26] tu, sive [27] frater tuus referri voluit. Sed, si quid est, [28] quando de [29] Logeo [30] parum provisum est, quod ego [31] in rationibus referendis etiamnum corrigere possim: de eo mihi, cum [32] S. C. non sim usus, [33] quid per leges liceat, considerandum est: te [34] certe in pecuniæ [35] exactu ita efferre ex meis rationibus [36] relatis non oportuit, nisi [37] quid me fallit: sunt enim alii [38] peritiores. [39] Illud cave dubites, quin ego [40] omnia faciam, quæ [41] interesse tua, [42] aut etiam velle te existimem, [43] si ullo modo facere possim. [44] Quod scribis [45] de beneficiis, scito a me et

teris, quibus constat, cui data sit. 7 Omnia. 8 Tot sigillis signata, quæ imprimendo signant. 9 Error fieri. 10 In rationibus: in quibus hoc tantum scriptum erat, pecuniam a Rufo depositam. Rufus autem illud adscribi, quod verum erat, voluisset, depositam a se Ciceronis jussu: ita fore ratus, ut quocunque casu illa pecunia periisset, aut in quemcumque usum esset erogata, ipse omni periculo et cura liberaretur. 11 Te jussu meo deposuisse istam pecuniam. 12 Intererat: quia certissimis et gravissimis monumentis testata jam ista pecunia erat, cui data esset, quo S.C., quibus tuis, quibus meis literis. 13 Quoniam. 14 A te. 15 Reddendum et computandum coram deputatis. 16 Ut addas in illius pecuniæ mentione, quod ego non addidi, depositam a te esse meo jussu. 17 In aliquo. 18 Rationes. 19 Adscripta de rationibus nostris. 20 Te deposuisse, aut fecisse. 21 Addi posse, jussu meo illam pecuniam a te depositam. 22 Causa. 23 Negari a me. 24 Novies centum. Nongenta autem millia sestertiorum sunt duo et viginti millia scutatorum et quingenti, sive septem et sexaginta millia florenorum cum quingentis. 25 Scriptum in libro rationum. 26 Voluisti. 27 M. Mindius, qui rationes cum scriba confecerat. 28 Quoniam. 29 Quod scribis de Logeo, i. de fano, supra λόγος autem *ratio* est. 30 Quia, cum pecunia illa deponeretur, additum non erat, deponi jussu Ciceronis proconsulis. 31 In relatione rationum, dum rationes referuntur. 32 Decreto Senatus. 33 Modeste significat, velle quidem se aliquid corrigere in rationibus ex Rufi voluntate, sed ita, ne quid amicitiæ causa contra leges committat. 34 Quicquid leges aut Senatusconsulta. 35 Exactione. Veteres *exactus* ut *abactus* dixerunt. Quintil. declam. 29. *Sacrosanctus mercator opportunum mercis* exactum *puto invenit*. 36 Jam redditis. In pecuniæ, inquit, tuæ exactione non æquum fuit, ex eo quod ego meas rationes retulerim, ut ita te efferres, itaque mecum insolenter et iracunde ageres: neque enim cur id facias, causa ulla est, nisi quid me fallit: sunt enim peritiores. 37 Aliquid juris. 38 In legali scientia, quam ego. 39 Quod sequitur. 40 Quæ restant adhuc. 41 In re et utilitate esse tua. 42 Etiamsi tua non intersit. 43 Si per leges liceat. 44 Quantum ad id, quod scribis. 45 Delatis non per

*

[46] tribunos militares, et [47] præfectos, et [48] contubernales dumtaxat meos [49] delatos esse. In quo quidem [50] ratio me [51] fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos [52] deferendos existimabam dari: postea certior sum factus, [53] triginta diebus deferri [54] necesse esse, [55] quibus rationes retulissem. Sane moleste tuli, non illa [56] beneficia tuæ potius [57] ambitioni reservata esse, quam meæ: [58] qui ambitione nihil uterer. De centurionibus tamen, et de tribunorum militarium contubernalibus, res est [59] in integro: [60] genus enim horum beneficiorum [61] definitum [62] lege non erat. [63] Reliquum est de [64] LLS. centum millibus: de quibus memini mihi a te [65] Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum videbatur esse, si modo [66] erat, [67] fratris tui, et Tullii. Sed cum [68] id corrigi non posset, quod jam, [69] depositis rationibus ex provincia [70] de-

te. Proconsules, proprætores, atque etiam quæstores, cum ad urbem a provinciis revertissent, eorum nomina post relatas rationes ad ærarium deferebant, quorum strenua fidelique opera usi essent: hi autem erant ex iis, quos secum in provinciam duxerant, qui *deferre in beneficiis* dicebantur, quod eorum virtus ac fides Reip. profuisset: in quo erat eorum, qui deferebant, ambitio quædam, ostendendis non modo suis, verum aliorum quoque beneficiis in Remp. Detulerat igitur Cicero, non expectato quæstore, suos contubernales, præfectos, tribunos mil. quosdam autem non detulerat, ut centuriones et tribunorum mil. contubernales: de quibus ait rem esse in integro, si Rufus eos deferre velit. 46 Duodecim: seni enim creabantur in singulis legionibus: legiones autem duas, qui consularis erat exercitus, in provincia Cicero habuit. 47 Equitum. 48 Cohabitatores. Nobiles adolescentes cum consulibus, et proconsulibus, et prætoribus etiam, ut rerum usu mature instruerentur, in provincias exibant. 49 Denunciatos. 50 Supputatio, vel opinio. 51 Quia debuissem etiam te alios detulisse. 52 Denunciandos. 53 Post triginta dies. 54 Lege Julia jubente. 55 Post quos, i. triginta diebus postquam rationes retulissem. Tempus deferendi trigesimo die a relatis rationibus definiebatur. 56 Deferendi sive denunciandi. 57 Cupiditati tuæ ad demostrandum studium in clientes. 58 Qui non captarem aut quærerem occasionem ita demonstrandæ gratiæ. Uti *aliqua re* dicitur Belgice, *Zin van een zaak bedienen*; Plaut. Trinum. *Apage a te amor, non places, nihil te* utor, i. non accipio, non admitto. Livius lib. IX. *Tum pacem petentes, quod* uti *ea, cum daretur, noluissent, aspernatus.* 59 Adhuc sui juris, sine præscriptione temporis, i. licet tibi eos deferre. 60 Deferendis centurionibus et tribunorum mil. contubernalibus certam diem lex non definiebat: tribunis autem mil., præfectis, et contubernalibus, de quibus facta paulo ante mentio est, spatium triginta dierum. 61 Limitatum. 62 Julia. 63 Querelæ tuæ. 64 Scutatorum sive Philippeorum viginti quinque millibus, vel septuaginta quinque millibus florenorum. 65 Ex eo Æoliæ oppido, in quo tunc eras. 66 Peccatum. 67 Qui inter se rationes, absente Cicerone, confecerant ac supputaverant: ideoque non erat, cur Ciceroni hoc Rufus imputaret. 68 Erratum. 69 Apud Laodiceam et Apameam. 70 Jam abierat e provincia Cicero; itaque in rationibus, quas secum deportabat, Romæ referendis id corrigere non poterat, quia has cum depositis in provincia consentire opor-

cessissemus: credo me quidem tibi pro animi mei [71] voluntate, proque ea spe [72] facultatum, quam tum [73] habebamus, [74] quam humanissime potuerim,[75] rescripsisse. Sed neque tum me humanitate mearum literarum [76] obligatum puto, neque tuam hodie epistolam [77] de LLS. centum millibus sic accepisse, ut ii [78] accipiunt, quibus epistolæ per hæc [79] tempora [80] molestæ sunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quæ [81] ad me salvis legibus [82] pervenisset,[83] Ephesi apud [84] publicanos deposuisse: [85] id fuisse LLS.XXII. mil.eam omnem pecuniam Pompejum abstulisse: quod ego sive æquo animo fero, sive iniquo; tu [86] de HS. centum millibus æquo animo ferre debes, et existimare, [87] eo minus ad te vel de [88] tuis cibariis, vel de [89] mea liberalitate pervenisse. Quod [90] si mihi expensa ista HS. centum tulisses: tamen, [91] quæ tua est suavitas,[92] quique in me [93] amor, nolles a me [94] hoc tempore [95] æstimationem accipere: nam, [96] numeratum si cuperem, non erat. Sed hæc [97] jocatum me putato, ut ego [98] te existimo. Ego tamen, cum [99] Tullius rure redierit, mittam eum ad te, siquid ad [1] rem putabis pertinere. Hanc epistolam cur non [2] scindi velim, causa nulla est. Vale.

XXI. M. T. C. LUCIO MESCINIO S. D.

[1] Gratæ mihi tuæ literæ fuerunt; ex quibus intellexi, quod

tebat. 71 Benevolentia, i. pro animi mei sensu, ut eram animatus. 72 Divitiarum. 73 In propriis divitiis, quas Terentia dissipavit. 74 Quantum. 75 Scripsisse autem videtur, si erratum fuerit in publicis rationibus, id se de proprio repositurum. 76 Devinctum. 77 De centum sestertiis non relatis. 78 Epistolas. 79 Periculosa. 80 Quia pecuniam a debitoribus poscunt, quæ propter belli difficultatem expedita non est. 81 Ad possessionem meam. 82 Ex administratione Ciciliensi. 83 Urbs Joniæ nobilis fuit, extra Ciceronis provinciam. 84 Publicorum vectigalium redemptores Ciceronis, amantissimos, eique carissimos: erant enim equestris ordinis: quem ordinem consul cum senatu in gratiam reduxeral. 85 Pecuniæ, sc. fuisse quinquaginta et quinque scutatorum millia, sive centum et LXV. florenorum millia. 86 Bis mille et quingentis scutatis, quos Rufus ærario debebat, ex relatis a Cicerone rationibos. 87 Quia ablata erat tota pecunia. 88 Tibi publice datis. 89 Quam tibi impendissem. 90 Si computasses ea tanquam expensa, et a me recepta, i. ea si in rem meam expendisses jussu meo, *vel*, si ea mihi mutua dedisses, ut justus tibi debitor forem. 91 Ea. 92 Et is est. 93 Tuus. 94 Tam calamitoso mihi. 95 Valorem centum sestertiorum, i. possessionem vel bona æstimata accipere pro debito sive pecunia mihi commodata. *Æstimatio* igitur hoc loco est possessio æstimata, non ex lege Cæsaris, quæ lata nondum erat, sed ut æstimabantur res, quas inopes a pecunia debitores creditoribus dabant. 96 Reddere. 97 Per jocum scripsisse. 98 Jocatum. 99 Scriba meus. 1 Commodum tuum. 2 Conscindi, lacerari.

1 Mescinio, sui videndi cupido, mutua se teneri cupiditate significat;

etiam sine literis arbitrabar, videndi mei te summa cupiditate affectum esse: quod ego ita libenter accipio, ut tamen [2] tibi non concedam. Nam tecum esse, ita mihi communia omnia, quæ opto, contingant, ut vehementer velim. Etenim,[3] cum esset major et virorum, et civium bonorum, et jucundorum hominum, et [4] amantium mei copia, tamen erat nemo,[5] quicum essem libentius, quam tecum, et [6] pauci, [7] quibuscum [8] æque libenter: hoc vero tempore, cum [9] alii interierint, alii [10] absint,[11] alii mutati voluntate sint, unum [12] medius fidius, tecum diem [13] libentius [14] posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eorum, quibuscum vivo [15] necessario. Noli enim existimare, mihi non solitudinem jucundiorem esse (qua tamen ipsa [16] uti non licet) quam sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto uno, aut [17] ad summum altero. [18] Itaque utor eodem [19] perfugio, quo tibi ad utendum [20] censeo: [21] literulis nostris;[22] præterea [23] etiam [24] conscientia consiliorum meorum. Ego enim is sum (quemadmodum tu facillime potes [25] existimare) qui nihil unquam [26] mea potius, quam [27] meorum civium causa fecerim: [28] cui nisi invidisset [29] is, quem

eum hortatur, ut honestarum disciplinarum studio tædium malorum et periculosorum temporum discutiat. Epistola est hortatoria. 2 A te vincar in consimili cupiditate tui videndi. 3 Quamvis. 4 Qui me amabant. 5 Cum quo: anastrophe. 6 Erant. 7 Cum quibus. 8 Ac tecum. 9 Ex amicis, insignes quidem et consulares. 5. M. Calpurnius Bibulus, L. Domitius Aenobarbus, L. Cornelius Lentulus, P. Lentulus. 10 Aberant consulares duo, P. Scipio, Pompeji socer, qui bellum in Africa contra Cæsarem gerebat; et M. Marcellus, qui, post Pharsalicum prælium, voluntarium Rhodi aut Mitylenis exilium sibi delegerat: aberat et M. Cato prætorius, qui cum Scipione causam Pompejanam acerrime tuebatur: nec Romæ tunc erant M. Brutus, nec Ser. Sulpitius, ille Galliæ, hic Græciæ præpositus. 11 Non eodem, quo ante, in Ciceronem animo, temporibus mutati et victoria Cæsaris. 12 Ita me Hercules, Jovis filius, judicet, aut mediante fide. 13 Majore cum voluptate. 14 Transegerim. Cic. l. 6. ep. 2. ad Attic. *Nonis Maji in Ciliciam cogitabam: ibi cum Junium mensem consumpsissem, atque utinam in pace (magnum enim bellum impendet a Parthis,) Quintilem in reditu* ponere. 15 Est enim Cæsaris familiaribus inserviendum, temporis causa. 16 Ne offendam Cæsarem, si absim. 17 Ad summum secundo. 18 Et ita, quia non lubet versari cum iis hominibus, qui Romæ sunt. 19 Lenimine curarum, ad quod profugio. Perfugium autem literæ sunt duobus modis: vel quod, eas dum tractamus, molestias obliviscimur, vel quod animus, præceptis utilissimis conformatus, humana omnia, præter honestum, contemnit, nihil præter culpam extimescit. 20 Judico. 21 Studiis Philosophiæ potissimum: quæ *literulas* vocat, aut modestiæ gratia, aut quod illis temporibus modica esse permittebantur. 22 Præter literulas nostras. 23 Utor etiam ad sedandam animi molestiam. 24 Eo quod mihi conscius sim nihil me cuiquam consuluisse, unde Resp. jacturam fecerit. 25 Judicare. 26 Proprii commodi gratia. 27 Quia consul et Imperator jam tum fuerat. 28 Mihi sc. 29 Pompejus, a quo se proditum, contra datam fidem, sæpe queritur: vel

tu nunquam amasti ([30] me enim amabas) [31] et ipse [32] beatus esset, et omnes boni. Ego sum, qui uullius [33] vim plus valere volui, quam [34] honestum otium : [35] idemque , cum illa ipsa [36] arma, quæ semper timueram, plus posse sensi , quam illum consensum [37] bonorum,[38] quem ego idem [39] effeceram ; [40] quavis tua conditione pacem accipere malui,quam viribus cum [41] valentiore pugnare. Sed et [42] hæc , et multa alia [43] coram [44] brevi tempore [45] licebit. Neque me tamen ulla res alia Romæ tenet, nisi expectatio [46] rerum Africanarum : videtur enim mihi res in propinquum adducta [47] discrimen. Puto autem mea [48] nonnihil interesse (quamquam [49] idipsum , quid [50] intersit, non sane intelligo) verum tamen,quicquid [51] illinc nuntiatum sit, nou longe abesse a consiliis amicorum.Est enim res ipsa jam in eum locum adducta, ut, quamquam multum [52] intersit inter eorum causas,[53] qui dimicant, tamen inter victorias non multum [54] interfuturum putem. Sed [55] plane [56] animus , qui [57] dubiis rebus forsitan [58] fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum : [59] quem etiam superiores tuæ literæ confirmarunt : [60] quibus intellexi,[61] quam fortiter [62] injuriam ferres: [63] juvitque me tibi cum summam [64] humanitatem , tum etiam [65] tuas literas profuisse. Verum enim scribam : [66] teneriore mihi animo videbare, sicut [67] omnes ferre , qui , vita [68] inge-

ut quibusdam placet M. Cato , quem Cicero sibi invidisse sæpe testatur. 30 Mea causa illum non amabas , cujus invidiam perfidiamque nosses. 31 Simul. 32 Hoc dicit : Si mecum ad tuendam libertatem consensisset Pompejus neque perniciosam Reip. cum Cæsare societatem coiisset : non modo viveret, sed, beatus esset , et cum eo omnes boni. 33 Potentiam , aut violentiam. 34 Ut est literarum. 35 Et ego idem 36 Cæsaris. 37 Civium. 38 Consensum. 39 In consulatu. Convocatis enim Senatoribus, Cicero ea pacis fundamenta jecerat , quæ nunquam interrumpi posse videbantur. 40 Quavis, modo tuta. 41 Viribus potentiore. 42 Jam dicta. 43 In presentia mutua. 44 Intra breve tempus. 45 Nobis dicere, aut disputare. 46 Africani belli quod inter Cæsarem,et Scipionem ac regem Jubam gestum est. 47 Periculum : ita ut paucis diebus de summa rerum in Africa concertandum sit. 48 Aliquantulum referre, sc. utra pars victoriam habitura sit. 49 Utra pars vicerit. 50 Discriminis habeat. Causam infra exponit : quia non multum inter victores interfuturum putat. 51 Ex Africa. 52 Differentiæ sit. 53 Quia melior est Pompejanorum causa. 54 Differentiæ futurum. 55 Omnino. 56 Mens. 57 Cum res essent dubiæ. 58 Permittamus ut fuerit. 59 Animum. 60 Literis. 61 Quantum. 62 Quod urbe immerito careret Mescinius : hac illi a Cæsare pœna imposita, quia Pompejum initio belli secutus esset. 63 Delectavit. 64 Quæ effecit, ut pacatiore animo injuriam ferres. 65 quæ fecerunt, ut humana omnia, cum absit culpa, non putes in malis esse numeranda. 66 Quam decuit , aut multum tenero. 67 Nos omnes videbamur fuisse. 68 Nulla servitute notata, quam nunc tempora eripiunt : homines enim liberi et liberaliter educati neque animo neque corpore consueverunt tam

nua, in [69] beata civitate,et in libera viximus. Sed ut illa [70] secunda * moderate tulimus: sic hanc non solum adversam,sed etiam [71] funditus eversam, fortunam fortiter ferre debemus: ut hoc saltem in maximis malis boni consequamur, ut mortem,[72] quam etiam [73] beati contemnere debebamus, propterea quod nullum sensum esset habitura, nunc [74] sic affecti [75] non modo contemnere audeamus, sed etiam optare. Tu, [76] si me diligis [77] fruere isto otio,tibique persuade, præter culpam ac peccatum,[78] qua semper [79] caruisti, et carebis, homini accidere nihil posse,quod sit horribile,aut pertimescendum.Ego, si videbitur recte fieri posse, ad te veniam [80] brevi. Si quid acciderit,[81] ut mutandum consilium sit, te certiorem faciam statim. Tu, ita fac cupidus mei videndi sis, ut [82] istinc te [83] ne moveas tam infirma [84] valetudine,nisi ex me prius quæsieris per literas, quid te velim [85] facere. Me velim, ut facis, diligas, valetudinique tuæ, et tranquillitati [86] animi [87] servias. Vale.

LIBER SEXTUS.

I. M. T. C.[1] A. TORQUATO S. D.

[2] Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut suæ quemque fortunæ maxime pœniteat, nemoque sit, quin [3] ubivis, quam ibi, ubi est, esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore, bono viro Romæ esse, miserrimum sit. Nam, etsi quocunque in loco quisquis est, idem est ei sensus, et eadem acerbitas ex interitu rerum, et publicarum, et [4] suarum: tamen [5] oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt,[6]

multa indigna pati, quam servi, per fortunam in omnia obnoxii. 69 Opulenta, nunc miserrima et serviente. 70 Prospera ac læta, cum respublica floreret. * Temperanter perpessi sumus. 71 A primis fundamentis, quantum ad libertatem, cum Cæsari serviamus. 72 Mortem. 73 Cum essemus beati. 74 Desperatione salutis aut libertatis. 75 Non solum. 76 Pro amore in me, pro eo quantum me diligis. 77 Cape fructum et voluptatem ex isto otio, quod nactus es. 78 Culpa: refertur ad substantivum remotius. 79 Vacuus fuisti. 80 Tempore. 81 Ita ut. 82 Ab isto loco. 83 Non. 84 Tua. 85 Ut tu facias. 86 Tui. 87 Inservias, obsequaris.

1 Is in causa Milonis quæsitor fuit. Manliæ gentis, patriciæ, antiquissimæ. *Torquati* cognomen a *Torque* natum, quem Gallo, singulari pugna victo, detraxit T. Manlius. 2 Athenis exsulantem Torquatum, qui contra Cæsarem a Pompejo steterat, revocare studet a sollicitudine ac mærore animi ad tranquillitatem. Epistola est consolatoria. 3 Ubilibet. 4 Sc. privatim. 5 Visus. 6 Nos inspicere: quo dolor fit acerbior. Audire autem, qui non vult, non cogitur: itaque non potest avertere cogitationem a miseriis.

intueri coguntur, nec [7] avertere a miseriis cogitationem [8] sinunt.[9] Quare etsi [10] multarum rerum desiderio te [11] angi necesse est: tamen illo dolore, quo maxime te [12] confici audio, quod Romæ non sis, animum tuum [13] libera. Etsi enim [14] cum magna molestia [15] tuos, [16] tuaque desideras: tamen illa quidem, quæ [17] requiris, [18] suum statum tenent, nec melius, si tu adesses, tenerent: nec sunt ullo in proprio periculo: nec debes tu, cum de [19] tuis cogitas, aut [20] præcipuam aliquam fortunam [21] postulare, aut [22] communem recusare. De te autem ipso, Torquate, est [23] tuum sic agitare animo, [24] ut non adhibeas in consilium cogitationum tuarum [25] desperationem, aut [26] timorem. Nec enim [27] is, qui in te adhuc injustior quam tua dignitas postulabat, fuit, [28] non magna [29] signa dedit [30] animi erga te mitigare.[31] Nec tamen [32] is ipse, a quo salus petitur, habet [33] explicatam aut [34] exploratam rationem salutis suæ.[35] Cumque omnium bellorum exitus incerti sint; [36] ab altera victoria tibi periculum nullum esse [37] perspicio, [38] quod [39] quidem [40] sejunctum sit ab omnium [41] interitu: [42] ab altera teipsum [43] nunquam timuisse, certe scio. [44] Reliquum est, ut te idipsum, [45] quod ego quasi consolationis loco pono, maxime excruciet, commune periculum Reip. cujus tanti mali, quamvis [46] docti viri [47] multa dicant, tamen vereor, [48] ne con-

7 Nos: a consuetudine enim oculorum animum abducere difficillissimum est. 8 Oculi permittunt. 9 Quamobrem. 10 Quas cum Rep. perdiderimus. 11 Premi, affici. 12 Excruciari. 13 Solve. 14 Magna animi molestia concomitante. 15 Amicos, et necessarios, liberos in primis. 16 Bona. 17 Exigis, 18 Sibi debitum. 19 Amicis et rebus. 20 Excellentem, singularem, differentem a cæteris. 21 Adeo. 22 Fortunam. 23 Officii tui. 24 Ut non cogites de desperaudo aut timendo: in tuis cogitationibus locum desperationi aut timori nullum tribuas, i. ut neque de reditu desperes, neque saluti tuæ timeas. Phrasi hac, *adhibere in consilium, habere in consilio*, eleganti translatione utimur pro cogitare, habere in mente, seu volvere. 25 Melioris fortunæ aliquando habendæ. 26 De pejore. 27 Cæsar. 28 Non dedit, i. dedita; nam *nec non* affirmativa vox est. 29 Indicia. 30 Sui. 31 Cur salutis amittendæ timore angamur, cum is ipse, a quo servari volumus, eodem timore vacare non possit? 32 Cæsar. 33 Promptam. 34 Evidentem salutis suæ modum aut viam: quod paulo post patuit, cum in senatu tribus et viginti vulneribus interemptus est. 35 Cumque utrius partis victoria sit futura, incertum sit: quia nondum finitum erat bellum civile. 36 Cæsaris, qui in te placatu est animo, i, si Cæsar vicerit in Hispania. 37 Clare intelligo. 38 Periculum. 39 Certe. 40 Separatum. 41 Libertatis, i. aut simul omnes, victoris clementia, servabimur; aut ejusdem ira peribimus. 42 Victoria Pompejanorum, i. si vicerint Pompejani. 43 Licet a bello discesseris. 44 Restat. 45 A communi periculo cruciari. 46 Philosophi. 47 Remedia, quæ ad consolandum valent. Significata ea, quæ insignes philosophi de sedando luctu conscripserunt. 48 Nullam consolationem veram posse reperiri.

solatio ulla possit vera reperiri, præter [49] illam, quæ tanta est quantum in cujusque anima [50] roboris est, atque [51] nervorum. Si enim, bene sentire, recteque facere, satis est ad [52] bene [53] beateque vivendum: vereor, ne eum, qui se optimorum consiliorum [54] conscientia sustentare possit, [55] miserum esse, [56] nefas sit dicere. Nec enim nos arbitror, [57] victoriæ præmiis ductos, patriam [59] olim, et liberos, et [60] fortunas reliquisse: sed quoddam nobis officium justum, et pium, et debitum Reip. nostræque dignitati videbatur: qui [61] neque, cum [62] id faciebamus, tam eramus [63] amentes, ut [64] explorata nobis [65] esset victoria. Quare [66] si id evenit, [67] quod [68] ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse: non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit, quod fieri posse nunquam putarimus. [69] Simus igitur ea mente, quam [70] ratio, et veritas [71] præscribit, ut nihil [72] in vita nobis [73] præstandum, præter [74] culpam, putemus, [75] eaque cum careamus, [76] omnia humana placate, et moderate feramus. Atque hæc [77] eo pertinet [78] oratio, ut, [79] perditis rebus, tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur. Sed si est spes aliqua [80] rebus communibus, [81] ea tu, quicumque status est futurus, carere non debes. Atque hoc mihi scribenti veniebat in [82] mentem, me eum esse, cujus tu [83] desperationem accusare solitus esses, [84] quem-

49 Consolationem. 50 Fortitudinis. 51 Virium firmarum. Non enim omnes, qui præteritam vitam æque laudabiliter traduxerint, æque conscientia sustentantur: sed ut quisque firmo aut infirmo animo est, ita majorem, aut minorem a conscientia consolationem capit. 52 Cum virtute. 53 Ita ut nihil omnino desit. Hæc stoicorum fuit opinio, qui in virtute beatitudinem posuere. 54 Eo quod sibi conscius sit. 55 Non enim eo te miserum putes, quia Resp. miserrima est: cum te possis optimorum consiliorum conscientia sustentare. 56 Vereor nefas esse dicere. 57 Quæ victoria talis afferre solet. 57 Inductos. Ut Pompejanos quosdam. 59 Dum Pompejum secuti sumus. 60 Divitias. 61 Non modo nunc, sed tunc. 62 Cum relinquebamus nostros et nostra. 63 Insani. 64 Certa. 65 Reputaretur. 66 Ut vinceremur. 67 Quod ante oculos videbamus, i. Cæsarem victorem fore. 68 Publicam causam suscipientibus contra Cæsarem senatui dicto non audientem. 69 Habeamus ergo eam mentem. 70 *Ratio, et veritas* est, per *ἓν διὰ δυοῖν vera ratio*: quam dicta sana ratio, quam sapientes homines sequuntur. Sic inferius hac epistola: *In ea urbe es, uti nata et alta est* ratio ac moderatio vitæ, i. ratio moderandæ vitæ. 71 Statuit nobis. 72 Ista, i. eorum, quæ contingunt vita nostra durante. 73 Omnia nobis sustinenda et ferenda sint, quæcunque nobis inferuntur, præter culpam, si modo culpa adsit. lib. IX. epist. 7. *Video philosophis placuisse nihil esse sapientis* præstare præter culpam. 74 Nostram. 75 Culpa. 76 Quæ omni homini accidere possunt incommoda. 77 Ad id. 78 Mea, i. hæc ideo dixi, ut intelligas, vel si omnia interierint, virtutem tamen sustentare se ipsam posse. 79 Licet omnes res sint perditæ. 80 De rebus communibus. 81 Spe. 82 Cogitationem. 83 Cum de Rep. desperabam, si res ad arma deduceretur. 84 Et quem.

que auctoritate tua[85] cunctantem, et[86] diffidentem excitare.[87] Quo quidem tempore non ego causam nostram, sed[88] consilium[89] improbabam. Sero enim nos[90] iis armis adversari videbam, quæ[91] multo ante confirmata per nosmetipsos erant dolebamque[92] pilis et gladiis, non consiliis, neque auctoritatibus nostris,[93] de jure publico disceptari. Neque ego ea, quæ facta sunt,[94] fore cum dicebam,[95] divinabam futura: sed quod et fieri posse, et[96] exitiosum fore, si evenisset, videbam, id ne acciderit, timebam: præsertim cum si mihi[97] alterum utrum de eventu, atque exitu rerum promittendum esset,[98] id futurum, quod evenit,[99] exploratius possem promittere.[1] Iis enim rebus[2] præstabamus, quæ non prodeunt[3] in aciem: usu autem armorum, et militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe quæso, quo me tum esse oportere censebas. Hæc[4] eo scripsi, quod mihi nunc[5] Philargyrus[6] tuus, omnia de te requirenti fidelissimo animo (ut mihi quidem[7] visus est) narravit, te interdum solicitum solere esse[8] vehementius: quod facere non debes, nec dubitare, quin aut aliqua[9] Republ.[10] sis futurus, qui esse debes: aut[11] perdita, non afflictiore[12] conditione, quam cæteri. Hoc vero tempus, quo[13] exanimati omnes, et[14] suspensi sumus,[15] hoc[16] moderatiore animo ferre debes, quod et[17] in ea urbe es, ubi nata et[18] alta est[19] ratio, ac moderatio vitæ: et habes[20] Ser. Sulpitium, quem semper unice dilexisti: qui te profecto et benevolentia, et sapientia consolatur; cujus si essemus[21] auctoritatem, et consilium secuti,[22] togati potius

85 Hæsitantem. 86 Desperabundum de republica. 87 Quo tu me accusabas sic, et exicitabas. 88 Nostrum, relinquendi sc. Italiam, et pugnandi, i. pugnari nolebam: cupiebam, quamvis iniqua conditione, pacem. 89 Damnabam. 90 Cæsaris. 91 Cum Pompejus iterum consul operam dedit, ut Cæsari Galliarum administratio in alterum quinquennium prorogaretur. 92 Telis longis, Romanorum propriis. 93 De principatu romano, de ipsa Rep. contendi. Sic ep. l. 4. *Posteaquam armis disceptari cœptum est de jure publico.* 94 Futura esse. 95 Quasi divino afflatus spiritu prædicebam, i. futura non videbam: sed, ne acciderent, timebam. 96 Pernitiosum. 97 Alterum eorum. 98 Fore, ut Cæsar vinceret in conflictu pharsalico, si contigisset confligere cum Pompejanis. 99 Certius, quam de victoria Pompeji. 1 Hujusmodi rebus, sc. consiliis, auctoritatibus, causa. 2 Meliores eramus. 3 Contra armatam hostium manum. 4 Ideo, propterea. 5 Cognomen est liberti ipsius Torquati: valet autem, *amator argenti*. 6 Libertus. 7 Narrare. 8 Quam deceat. 9 Futura. 10 Is. 11 Republica, i. si sit perdita. 12 Statu vitæ. 13 Animo privati. 14 Obstupefacti, expectatione eventus: pugnabatur enim in Hispania. 15 Propter hoc. 16 Quam reliqui. 17 Athenis. 18 Alita, nutrita. 19 Ob doctrinam, religionem, jura, leges: ideo putabantur Athenæ in tutela Minervæ. 20 Græciæ præpositum a Cæsare. 21 Omnino cavendum civile bellum, cujus initia cernebantur, Sulpitius Consul censuit: ep. 3. l. 4. 22 In

potentiam, quam [23] armati victoriam subissemus. Sed [24] hæc longiora fortasse fuerunt, quam necesse fuit: [25] illa, quæ majora sunt, brevius exponam. Ego habeo, cui plus quam tibi debeam, [26] neminem: quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos mihi hujus belli casus eripuit. [27] Qui sim autem hoc tempore, intelligo: sed quia nemo est tam afflictus, qui, si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit navare aliquid et [28] efficere: omne meum consilium, [29] operam, studium, [30] certe velim existimes tibi tuisque liberis esse debitum. Vale.

II. M. T. C. A. TORQUATO S. D.

[1] Peto a te, ne me putes [2] oblivione tui rarius ad te scribere, quam solebam; sed aut gravitate [3] valetudinis (qua tamen jam paululum videor [4] levari) aut [5] quod [6] absum ab urbe, ut, qui ad te [7] proficiscantur, scire non possim. Quare velim ita [8] statutum habeas, me tui memoriam [9] summa cum benevolentia tenere, tuasque omnes res non minori mihi curæ, quam [10] meas, esse. Quod majore in varietate versata est adhuc tua causa, quam homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non est, [11] pro malis temporum, quod moleste [12] feras. Necesse est enim aut [13] armis urgeri Rempub. sempiternis, aut, [14] his [15] positis, recreari aliquando, aut [16] funditus [17] interire. [18] Si arma valebunt, nec [19] eos, a quibus [20] reciperis, vereri debes, nec [21] eos, quos adjuvisti. Sin armis aut

pace. Alii malunt esse genitivi casus, et exponunt τὸ *togati*, sc. Cæsaris, quoniam, depositis armis, consul esset factus. 23 Cæsaris. 24 Consolatoria verba. 25 Hic Cicero a consolatione doloris ad promissionem auxilii percommode transit. 26 Quia perierat Cn. Pompejus et P. Lentulus, quorum opera restitutus ab exilio fuerat. 27 Qualis. 28 Adversus Cæsarem. 29 Meam omnem. 30 Haud dubie, i. si consilio et opera prodesse tibi non multum potero, studio certe nunquam deero.

1 Excusat se, quod rarius antea scripserit: spem aliquam affert de reconciliato Cæsaris animo. Consolatoria est epistola. 2 Propter oblivionem, eo quod tui obliviscar. 3 Ægritudinis. 4 Liberari. Persistit in translatione quia dixerat *gravitate*. 5 Sc. *ideo*. 6 In meis prædiis. 7 Athenas. 8 Constitutum et firmatum. 9 Maxima. 10 Res. 11 Secundum mala. 12 Ferre debeas, i. si rem ipsam spectes, moleste ferendum videtur: si tempora consideres, quæ pessima sunt; mihi crede, non est cur moleste feras. 13 Ut in armis de jure publico semper disceptetur, sicut adhuc quidem disceptatur. 14 Armis. 15 Depositis, abjectis. 16 A fundo, vel ad fundum usque. 17 Eam, amissa libertate: quod accidit: unquam enim postea suum jus Resp. recuperavit. 18 Si armis res agetur: hoc enim ad illud respondet: *Necesse est enim aut armis urgeri Remp. sempiternis*. De victoria statim subjungit. 19 Cæsarem, et Cæsarianos. 20 Cæsare tibi jam fere reconciliato: quia, licet in urbem redire non posset, tamen ei licebat esse. 21 Pom-

[22] conditione[23] positis, aut defatigatione abjectis, aut[24] victoria detractis, [25] civitas [26] respiraverit; et dignitate tua frui tibi, et fortunis licebit. Sin [27] omnino interierint [28] omnia, fueritque is [29] exitus, quem vir prudentissimus [30] M. Antonius [31] jam tum timebat, cum tanto instare malorum [32] suspicabatur; misera est illa quidem consolatio,[33] tali præsertim civi, et viro, sed tamen necessaria; nihil esse[34] præcipue cuiquam dolendum in eo, quod accidit universis. Quæ vis insit in [35] his paucis verbis (plura enim committenda [36] epistolæ non erant) si attendes, quod facis, profecto etiam sine meis literis intelliges, te aliquid habere, quod [37] speres: [38] nihil, quod aut [39] hoc, aut [40] aliquo Reip.[41] statu [42] timeas: omnia si interierint, cum [43] superstitem te esse Reip. ne si liceat quidem, velis,[44] ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit a culpa. Sed [45] hæc hactenus. Tu velim scribas ad me, quod agas, et ubi futurus sis, ut aut quo scribam, aut [46] veniam, scire possim. Vale.

III. M. T. C. A. TORQUATO S. D.

[1] Superioribus literis, benevolentia magis [2] adductus, quam quod [3] res ita postularet, fui [4] longior. Neque enim confir-

pejanos. Q. d. Durante igitur bello, malum a neutra parte exspectare debes. Illi enim, quibus favisti, et cum quibus in rebus gerendis fuisti, propter pristinam societatem te incolumem volent: hi autem te recipiunt, et suum jam numerant. 22 Pactione vel transactione, quod inter utramque partem armis deponendis conveniat. 23 Depositis, i. bello pactione finito. 24 Alterius partis, i. alterutra parte vincente, ita ut bellum nullum supersit. 25 Romana. 26 Quia non amplius armis urgebitur Resp. 27 Ex omni parte. 28 Reip. jura. 29 Bellorum, sc. Reip. eversio. 30 Orator ille insignis, qui loquitur in oratoriis libris: qui fuit avus illius M. Antonii, qui triumvir Ciceronem postea proscribendum curavit, et proscriptum comprehendendum ac trucidandum, præcipue ob Philippicas orationes in eum scriptas. 31 Ante Marii et Syllæ bellum, quo in bello ipse est interfectus. 32 Ex discordiæ principiis. 33 Qui ne hoc genere consolationis indigere deberet, probitate et virtute meritus est. 34 Singulariter, aut peculiariter. 35 Non his proximis, quibus de omnium rerum interitu locutus est, sed illis superioribus, ab eo loco, *Necesse est aut armis urgeri Remp. sempiternis*: quibus aliquid cum, quod speret, habere ostendit. 36 Quæ brevitate gaudet. 37 Sperare possis. 38 Et nihil habere. 39 Dum de jure publico dimicatur. 40 Positis armis, aut abjectis, aut detractis: de quo supra. 41 Exstante. 42 Timere debeas. 43 Supervicturum. 44 Sc. *intelliges*. 44 Scripta sint. 46 Erat igitur Torquatus in Italia, nec tamen prope urbem: nam aut ille ad Ciceronem, aut ad illum Cicero, cum præsertim hoc tempore extra urbem esset, omnino accessisset.

1 Hujus libri primi. Et hæc est ejusdem argumenti epistola, in qua communi cum superioribus consolatione est usus, idque omnino a temporum et loci ratione. 2 Permotus ad hoc. 3 Necessitas. 4 Quam deceat, aut a-

matione nostra egebat virtus tua: neque erant [5] ea mea causa, atque fortuna, ut, cui omnia deessent, [6] alterum confirmarem. Hoc [7] item tempore brevior esse debeo: sive enim tum nihil opus fuit tam multis verbis, [8] nihilo magis nunc [9] opus est: sive tum opus fuit, [10] illud satis est, præsertim cum accesserit nihil novi. Nam, etsi [11] quotidie aliquid audimus [12] earum, quas ad te [13] perferri existimo: [14] summa tamen eadem est, et [15] idem exitus, [16] quem ego [17] tam video animo, [18] quam ea, quæ, [19] oculis cernimus. Nec vero quidquam video, quod non idem te videre [20] certo scio. Nam etsi, quem [21] exitum [22] acies habitura sit, divinare nemo potest: tamen et [23] belli exitum video, et, [24] si id [25] minus, hoc [26] quidem certe cum sit necesse [27] alterum utrum vincere, [28] qualis futura sit vel [29] hæc, vel [30] illa victoria. [31] Idque [32] cum [33] optime perspexi, tale video, nihil ut mali videatur futurum, si [34] id vel [35] ante acciderit, quod [36] vel maximum [37] ad timorem [38] proponitur. [39] Ita enim vivere, ut non [40] sit vivendum, miserrimum est: mori autem nemo sapiens miserum duxit, [41] ne beato quidem. Sed in ea es [42] urbe, in qua hæc, vel plura, et ornatiora [43] parietes ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc confirmo, etsi [44] levis est consolatio ex miseriis aliorum, [45] nihilo te nunc majore in [46] discrimine esse, [47] quam quemvis aut eorum qui

liquantulum longus. 5 Talis, i. meæ res eo loco erant, is erat mearum rerum status. 6 Torquatum. 7 Similiter. 8 In nullo. 9 Tam multis verbis. 10 Quod tunc scripsit. 11 Singulis diebus. 12 Quæ geruntur in Hispania. 13 Complete nunciari. 14 Finalis sententia, et conclusio de statu Reip. 15 Ad eundem finem tendunt, victoriam crudelem et insolentem fore: infra. 16 Exitum. 17 Tam perfecte et evidenter perspicio futurum. 18 Video, aut videmus. 19 Externis. 20 Pro certo. 21 Finem. 22 Conflictus duarum acierum. 23. Belli finem, vel id quod bellum sequetur, utpote oppressionem Reip. 24 Quod dictum est, i. belli exitum. 25 Non satis clare, sc. *video*, i. de belli exitu, quem propinquum esse arbitror, falli fortasse possum; de ipsa certe victoria, qualis futura sit, minime fallor. 26 Saltem video. 27 Unum duorum, aut Cæsarem, aut Pompejanos. 28 Nempe cum amissione libertatis ac pristinæ dignitatis, legum interitu, et victoris insolentia atque crudelitate, cum utrique velint opprimere adversarios suos. 29 Pompejanorum. 30 Cæsaris. 31 Qualis futura sit victoria. 32 Postquam. 33 Perfectissime. 34 Mors, quæ Aristoteli *τῶν φοβερῶν φοβερώτατον*. 35 Ante perfectam utriusque victoriam. 36 Etiam. 37 Ad timorem nobis incutiendum, i. mori, aut occidi. 38 Nobis ab inimicis. 39 In servitute quadam publica, i. vivere, amissa dignitate, miserrimum est: docti enim et graves viri rectum non esse judicabunt vivere illi, qui dignitatem perdidisset. 40 Si sc. Cæsar, aut Pompejani Remp. oppresserint: quod omnino eventum Cicero arbitrabatur miserrimum. 41 Cum *mors ultima linea rerum sit*, et ita finis malorum saltem hujus mundi. 42 Athenis. 43 Cum sapientes multi Athenis de contemnenda morte disputaverint. 44 Parvi momenti ac ponderis. 45 Nullo modo. 46 Periculo. 47 Al. *quam quemvis aut eorum*, qui

[48] discesserint, aut eorum qui remanserint: [49] alteri [50] dimicant; [51] alteri [52] victorem timent. Sed [53] hæc consolatio [54] levis; est [55] illa [56] gravior, [57] qua te uti spero, ego certe [58] utor: nec enim, [59] dum [60] ero, angar ulla re, cum omni [61] vacem culpa: et si non [62] ero, [63] sensu omnino carebo. Sed [64] rursus [65] γλαῦκ, εἰς Ἀθήνας, [66] qui [67] ad te hæc. Mihi tu, tui, tua omnia maximæ curæ sunt, et, [68] dum vivam, erunt. Vale.

IV. M. T. C. A. TORQUATO S. D.

[1] Novi, quod ad te scriberem, nihil [2] erat: et tamen, si [3] quid esset, sciebam te a [4] tuis [5] certiorem fieri solere. [6] De futuris autem rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum [7] conjectura [8] possis propius [9] accedere, cum res est ejusmodi, [10] cujus exitus provideri possit. Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum [11] bellum: etsi [12] idipsum nonnullis videatur [13] secus. Equidem, cum hæc scribebam, aliquid jam [14] actum putabam; [15] non quod ego certo scirem, sed [16] quod haud difficilis erat conjectura. Nam cum omnis belli [17] Mars [18] communis, et cum semper incerti exitus præliorum

discesserint; alteri dimicant. 48 Ab urbe. 49 Qui ab urbe discesserunt, secuti alterutrum ducem. 50 Certant pro victoria, et ita in periculo vitæ sunt. 51 Qui remanserunt tanquam neutrius factionem approbantes. 52 Tam Cæsarem, quam Pompejum. 53 Hujusmodi. 54 Parvi momenti. 55 Consolatio, quam dicet. 56 Majoris ponderis est. 57 Consolatione. 58 Ea. 59 Donec, aut quamdiu. 60 In hac vita. 61 Vacuus et purus sis. 62 In hoc mundo. 63 Perceptione earum rerum, quæ hic geruntur. 64 Mitto. 65 Noctuam Athenas. Quia rursus de morte philosophari cœpit, quasi veniam petit, cum ad eum scribat, qui Athenis, ut paulo ante dixit, ea, vel plura, et ornatiora doctissimis ac sapientissimis viris audire possit: cui hæc igitur ad te scribo, noctuam Athenas mitto, ubi maxima noctuarum copia est, i. prudentiorem me doceo, quasi sus Minervam. Proverbium ergo est in eos usitatum, qui rem tanquam novam afferunt eo, ubi ejusdem jam est infinita copia: quasi diceremus, *portare aquam in mare*. Adagium inde ortum, quod Athenis nummi percuterentur cum imagine noctuæ: noctuæ igitur Athenis multæ, quia nummi multi. Sic ep. 3. l. 9. *Sed quid ego nunc hæc ad te, cujus domi nascuntur?* γλαῦκ, εἰς Ἀθήνας. 66 Scribo. 67 Hominem tam doctum. 68 Quandiu.

1 Tres partes habet hæc epistola: prima est de propinquo belli exitu: altera ad consolandum pertinet: tertia studium ac diligentiam pollicetur in iis rebus, quæ ad Torquatum pertineant. Est itaque epistola partim narratoria, partim consolatoria et officiosa. 2 Mihi. 3 Novi. 4 Familiaribus et necessariis. 5 Edoceri. 6 Præsertim contingentibus, qualis est belli exitus. 7 Per conjecturam. 8 Quilibet possit. 9 Ad rei veritatem. 10 Ut ejus. 11 Quod in Hispania cum Pompeji liberis Cæsar gerebat. 12 Bellum non diuturnum fore. 13 Aliter, i. licet videatur quibusdam diuturnum fore. 14 De bello finiendo. 15 Id scribo. 16 Quia facile poteram conjectura consequi. 17 Auctor Victoriæ, sc. *sit*. 18 Neutri parti addictus, i. cum incerta semper sit victoria, alea belli sit anceps, fortuna belli ambigua, et *in-*

sunt: tum hoc tempore ita [19] magna [20] utrimque copiæ, ita paratæ ad [21] depugnandum esse dicuntur, ut, [22] utercumque vicerit, [23] non sit mirum futurum. [24] Illa in dies singulos magis magisque opinio hominum [25] confirmatur, etiamsi inter causas armorum aliquantum [26] intersit, tamen inter victorias non multum [27] interfuturum. [28] Alteros [29] propemodum jam sumus experti: de [30] altero, nemo est, quin cogitet, cum sit metuendus [31] iratus [32] victor [33] armatus. [34] Hoc loco si videor augere dolorem tuum, [35] quem consolando [36] levare debebam; fateor me [37] communium malorum consolationem nullam invenire, præter [38] illam, quæ tamen si possis eam [39] suscipere, maxima est, quaque ego quotidie magis utor; [40] conscientiam rectæ voluntatis maximam consolationem esse rerum [41] incommodarum: nec esse ullum magnum malum, [42] præter culpam. [43] A qua [44] quando tantum absumus, ut etiam [45] optime senserimus, [46] eventusque magis [47] nostri consilii, quam [48] consilium reprehendatur: et [49] quando [50] præstitimus, quod debuimus: [51] moderate, [52] quod evenit, [53] feramus. Sed hoc mihi tamen non [54] sumo, ut te consoler de communibus miseriis; [55] quæ et ad consolandum [56] majoris ingenii, et [57] ad ferun-

ter utrumque volet dubiis victoria pennis; sic. pro Mil. *Adde casus, adde incertos exitus pugnarum*, Martemque communem, *qui sæpe spoliantem jam et exaltantem evertit, et perculit ab abjecto.* 19 Pompejanæ majores. 20 Ab utraque parte. 21 Una pugna, unoque prælio de tota re, et toto bello decernendum. Ad Attic. l. 9. Depugnes *oportet, nisi concedis.* Sæpe et alibi Cicero hac utitur voce. 22 Exercitus, i. quicumque duorum vicerit: quia uterque exercitus optime instructus erat. 23 Non sit mirandum. 24 Quam dicturus est. 25 Augetur, et corroboratur. 26 Differentiæ sit: quia Pompejani justiorem causam, eo quod a Rep. stabant, habebant, 27 Differentiæ futurum, eo quod utraque pars victoria insolenter usura videbatur. 28 Pompejanos. 29 Non plane: quia cum belli civilis initio Pompejani crudeliter otiosis minati essent, inde licuit conjicere, quales in victoria futuri essent: vide epist. 6. l. 9. 30 Cæsare, sc. quin insolenter sit usurus victoria. 31 Eo quod fit iratus iis, qui Pompejum secuti essent. 32 Quia victoria, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentiorespue reddit: ut, etiamsi natura tales non sint, necessitate esse cogantur: multa enim victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt. 33 Cum sit victurus, vi armorum præditus. Nam, depositis armis, ira defervescit, et ad lenitatem animus paulatim delabitur: arma vero qui adhuc retinet, victoria recenti, facile iis ad cædem utitur. 34 Dicto hujus loci. 35 Dolorem. 36 Minuere. 37 Reipublicæ. 38 Quam dicet. 39 In usum tuum convertere. 40 Si quis sibi conscius sit, quod ad malam, quæ evenerunt, non præbuerit consensum. 41 Nocivarum. 42 Si non adsit culpa. 43 Culpa. 44 Quoniam. 45 Quia pacem qualemcumque potius, quam bellum suscipiendum. 46 Quia victi sumus. 47 Sequendi Pompejum. 48 Nostrum, quia pro Rep. arma sumpsimus. 49 Quoniam. 50 Exhibuimus, et effecimus. 51 Moderato animo. 52 Licet malum sit. 53 Patiamur id. 54 Attribuo, arrogo. 55 Miseriæ communes. 56 Quam meum sit. 57 Ut

dum singularis virtutis indigent. Illud [58] cuivis facile est docere, cur [59] præcipue tu dolere nihil debeas.[60] Ejus enim,qui tardior in te [61] levando fuit,quam [62] fore putaremus,[63] non est mihi dubia de tua salute sententia: de [64] aliis autem non arbitror te exspectare,[65] quid sentiam. [66] Reliquum est ut te [67] angat, quod absis a tuis tamdiu.[68] Res molesta, [69] præsertim ab iis [70] pueris, quibus nihil potest esse [71] festivius. Sed,[72] ut antea ad te scripsi,tempus est [73] hujusmodi, ut suam quisque [74] conditionem miserrimam putet: et,ubi quisque sit, ibi esse minime velit.[75] Equidem, nos quod Romæ sumus, [76] miserrimum esse [77] duco; non solum quod in omnibus malis acerbius est [78] videre, quam audire; sed etiam, quod ad omnes casus subitorum periculorum magis [79] objecti sumus, quam si abessemus; etsi meipsum, consolatorem tuum, non [80] tantum [81] literæ, quibus semper [82] studui, quantum [83] longinquitas temporis mitigavit. Quanto fuerim dolore, [84] meministi. In [85] quo prima illa consolatio est,[86] vidisse me plus, quam [87] cæteros,cum cupiebam,[88] quamvis iniqua conditione, pacem. Quod etsi [89] casu, non divinatione mea, factum est, tamen in hac [90] inani [91] prudentiæ laude delector.[92] Deinde, quod mihi ad consolationem commune tecum est, si jam vocer [93] ad exitum vitæ,non ab [94] ea Repub.avellar,[95] qua [96] carendum esse doleam, præsertim cum id sine ullo [97] sensu futurum sit.

ferantur, i. ut tolerentur moderate. 58 Cuilibet. 59 Præter cæteros. 60 Cæsaris. 61 Ab exilio, aut timore. 62 Futurum esse. 63 Est mihi perspecta; scio enim, quod te salvum esse cupiat. Epist. 1. *Signa dedit animi erga te mitigati.* 64 Pompejanis, si vicerint. 65 Cum tu quoque sentias idem, quod ego, ab iis tibi timendum non esse. 66 Id solum restat. 67 Cruciet, torqueat. 68 Quod est res molesta. 69 Sc. *abesse.* 70 Filiis, Manlia natis. 71 Lætius et lepidius. *Festivus* enim est, qui sermone et aspectu hilaritatem excitat. 72 Initium significat epistolæ primæ. 73 Tale. 74 Statum vitæ. 75 Certe. 76 Rem miserrimam. 77 Existimo. 78 Ea. Epist. 1. *Oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miseriis cogitationem sinunt.* 79 Præpositi. 80 In tantum, aut tantopere mitigaverunt. 81 Studia Philosophica literis commendata. 82 Operam diligentem dedi. 83 Prolixitas temporis. Epist. 5. l. 4. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* 84 Memoria tenes. 85 Dolore. 86 Me plus sapuisse, melius consuluisse. Sic. Philip. II. *Cum me* vidisse plus *fateretur, se speravisse meliora.* 87 Qui pacem improbabant. 88 Quantumvis iniqua. 89 Alea belli, sc. ut viderim plus, quam cæteri, i. ut Cæsar vicerit. 90 Frivola. 91 Prævidentiæ, quod ita fore prævidebam. 92 Consolatur me. 93 Ad mortem, i. si quis mihi vitam eripiat. 94 Ejusmodi. 95 Cujusmodi. 96 Quod carere debeam. 97 Earum rerum, quæ accidunt in vita. Iterum Epicurice loquitur, forte quod Torquatus Epicureus esset. Ep. 3. *Si non ero, sensu omni carebo.* Epicurei enim dictitabant, omnem sensum hominis in morte perire.

[98] Adjuvat etiam [99] ætas, et [1] acta jam vita, [2] quæ cum cursu suo [3] bene confecto delectatur, [4] tum vetat [5] in eo [6] vim timere, [7] quo nos jam natura ipsa pene perduxerit. [8] Postremo, [9] is vir, vel etiam [10] ii viri, [11] hoc bello [12] occiderunt, ut impudentia videatur, eamdem fortunam, si res cogat, recusare. Equidem mihi [13] omnia propono, nec ullum est tantum malum, quod non putem [14] impendere: sed cum plus [15] in metuendo mali sit, quam [16] in illo ipso, quod timetur, [17] desino: [18] præsertim cum id [19] impendeat, in quo [20] non modo [21] dolor nullus, verum finis [22] etiam doloris futurus sit. Sed [23] hæc satis multa, vel plura potius, quam necesse fuit: facit autem non [24] loquacitas mea, sed [25] benevolontia [26] longiores epistolas. [27] Servium discessisse [28] Athenis moleste tuli: non enim dubito, quin magnæ tibi [29] levationi sit solitus esse quotidianus congressus, et sermo cum [30] familiarissimi hominis, tum optimi et prudentissimi viri. Tu velim te, ut debes, et soles, [31] tua virtute sustentes. Ego, quæ te velle, [32] quæque ad te, et ad tuos pertinere arbitrabor, omnia [33] studiose diligenterque curabo: [34] quæ cum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non [35] assequar. Vale.

V. M. T. C. A. CÆCINÆ S. D.

[1] Quotiescumque filium tuum video (video autem fere quotidie) [2] polliceor ei studium [3] quidem meum et operam, sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis,

98 Me. 99 Senilis. 1 Consummata fere. 2 Vita. 3 Decenter consummato. 4 Multo magis. 5 In morte, a qua non longe absumus. 6 Quæ a victoribus possit afferri. 7 Ad quam. 8 Ultimo loco me consolatur, quod, etc. 9 Cn. Pompejus, tribus triumphis clarus, sc. *occidit*, i. occubuit. 10 Tales viri, M. Bibulus, P. et L. Lentulus. L. Domitius, Ap. Claudius, et alii. 11 Civili. 12 Cæsi et mortui sunt. 13 Mala obeunda. 14 In perniciem meam imminere. 15 In metu mortis. 16 In morte ipsa. 17 Metuere. 18 Præcipue. 19 Immineat, sc. interitus. 20 Non solum. 21 Amisso sensu. 22 Insuper. 23 Sunt. Conclusio, quæ habet excusationem prolixitatis. 24 Loquendi aviditas. 25 Vide initium superioris epistolæ. 26 Quam alioqui essent. 27 Sulpitium, qui Achajæ præerat. 28 Urbe ejus imperii et jurisdictionis. 29 De miseriis animi. 30 Tibi. 31 Firmitudine animi, quando Servius discessit, cujus te benevolentia et sapientia valde levabat. 32 Et quæ. 33 Studium est animi: diligentia re ipsa præstatur. 34 Omnia. 35 Non æquiparabo. Assequi plus est, quam imitari: imitatur enim is, qui post sequitur: assequitur autem, qui ad eum, quem sequebatur, jam pervenit.

1 A. Cæcicam, qui non modo contra Cæsarem pro Pompejo pugnaverat, verum etiam illi, edito libro, maledixerat, patria carentem consolatur, beneque sperare jubet de fortunis suis, ac de se ipso. In extrema epistola pollicetur officia sua, tanquam Cæcinæ meritis, et vetustæ debita necessitudini. Consolatoria est epistola et officiosa. 2 Sc. *toties*. 3 Certe.

gratiam autem, atque [4] auctoritatem [5] cum hac exceptione,[6] quantum valeam, quantumque possim.[7] Liber tuus [8] et lectus est, et legitur a me diligenter, et [9] custoditur diligentissime. [10] Res, et [11] fortunæ tuæ mihi maximæ curæ sunt: quæ [13] quidem quotidie [14] faciliores mihi, et [15] meliores videntur, multisque [16] video magnæ [17] esse curæ: quorum de studio et de sua [18] spe filium ad te [19] perscripsisse certo scio. Iis autem de rebus, quas [20] conjectura [21] consequi possumus, non mihi [22] sumo, ut plus ipse prospiciam, quam te videre, atque intelligere mihi persuaserim: sed tamen, quia fieri potest, ut tu ea [23] perturbatiore animo cogites, puto esse [24] meum, quid sentiam,[25] exponere.[26] Ea natura rerum est, et is [27] temporum cursus, ut non possit [28] ista aut tibi, aut cæteris, fortuna esse diuturna, neque [29] hærere in tam [30] bona causa, et in tam bonis civibus tam [31] acerba injuria. Quare ad eam spem, quam [32] extra ordinem de te ipso habemus, non solum propter dignitatem, et [33] virtutem tuam, ([34] hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) [35] accedunt [36] tua [37] præcipua propter eximium ingenium summamqne [38] virtutem: cui mehercule [39] hic, cujus in potestate sumus, multum tribuit. [40] Itaque [41] ne punctum quidem temporis [42] ista fortuna fuisses, nisi [43] eo ipso bono tuo, quo delectatur, se [44] violatum putaret: [45] quod ipsum [46] lenitur quotidie: significaturque nobis ab [47] iis qui simulum [48] eo vivunt, tibi hanc ipsam opinionem ingenii apud [49] ipsum plurimum [50] profuturam. Quapro-

4 Meam apud Cæsarem. 5 Cum hac clausula exceptiva. 6 Parum se valere ostendit ep. 4. 7 Quo Cæsarem laudabat. Ep. 7 hujus libri. 8 Simul. 9 Scripserat enim Cæcina ep: 7. *Filius, ut audio, pertimuit, neque injuria, si liber exisset, quando non tam interest, quo animo scribatur, quam quo accipiatur, ne ea res inepte mihi noceret.* Et in ejusdem epistolæ clausula: *Peto a te, ne liber exeat; aut ita corrigas, ne mihi noceat.* 10 Negotia. 11 Divitiæ tuæ. 12 Res et fortunæ. 13 Certe. 14 Res lætiores. Liv. l. xxiii. c. 11. *Tum si ita faxitis Romani, vestræ res meliores* facilioresque *erunt.* 15 Fortunæ. 16 Animadverto. 17 Res et fortunas tuas. 18 Quam habet de tui restitutione. 19 Complete scripsisse. 20 Per conjecturam. 21 Intelligere futura. 22 Attribuo, arrogo. 23 Commotiore, quam ego. 24 Mei officii. 25 Declarare tibi. 26 Quia nihil idem esse diu potest. 27 Civilium. 28 Adversa fortuna. 29 Firmiter inesse possit. 30 Suscepta pro communi libertate. 31 Ut est exsulare a patria. 32 Singularem, præcipuam, non eaudem, quam habemus de aliis, qui patria carent. 33. Naturæ præstantiam. 34 Dignitas et virtus. 35 Adduntur. 36 Ornamenta. 37 Peculiaria. 38 Tuam. 39 Cæsar. 40 Et ita, quia Cæsar tibi tantum tribuit. 41 Non saltem minimam partem temporis. 42 Adversa. 43 Eximio Cæcinæ ingenio in scribenda historia. 44 Quia Cæcina in Cæsarem scripserat: ep. 7. 45 Se violatum putare ingenio tuo. 46 Hæc ipsa ira, quam commovit in Cæsarem liber tuus, quotidie sedatur, minuitur. 47 Balbo, et Oppio. 48 Cæsare. 49 Cæsarem. 50 Ti-

pter primum fac animo forti atque magno sis: ita enim [51] natus, ita [52] eductus, ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id faciendum sit: [53] denique, spem quoque habeas firmissimam propter eas causas, quas scripsi. A me vero tibi omnia liberisque tuis paratissima esse confidas velim. [54] Id enim et [55] vetustas nostri amoris, et mea consuetudo [56] in meos, et tua multa erga me officia postulant. Vale.

VI. M. T. C. CÆCINÆ S. D.

[1] Vereor, [2] ne desideres officium meum; [3] quod tibi [4] pro nostra et meritorum multorum, et [5] studiorum [6] partium conjunctione, deesse non debet: sed tamen vereor, ne [7] literarum a me officium [8] requiras: [9] quas tibi et jampridem, et sæpe misissem, nisi quotidie [10] melius exspectans [11] gratulationem, quam [12] confirmationem animi tui [13] complecti literis maluissem. Nunc autem, ut spero, [14] brevi [15] gratulabimur: [16] itaque in aliud tempus [17] id argumentum [18] epistolæ differo. His autem literis animum tuum, quem [19] minime imbecillum esse et audio, et spero, et si non sapientissimi, [20] at [21] amicissimi hominis, auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto: [22] nec [23] iis quidem verbis, quibus te consoler ut afflictum, et jam omni spe salutis [24] orbatum, sed ut eum, de cujus [25] incolumitate non plus [26] dubitem, quam te memini [27] dubitare de mea. Nam cum me [28] ex Republica

bi. 51 Patre nobilissimo, ut in epistola sequenti. 52 Educatus. Liv. l. xxi. c. 43. *In prætorio patris clarissimi imperatoris prope natum, certe eductum.* Ter. Eun. A. 1. Sc. 2. 31. *Cœpit studiose omnia docere* educere; *ita ut si esset filia*, i. forti et magno animo esse. 53 Fac. 54 Ut tibi omnia mea liberisque tuis sunt paratissima. 55 Quippe cum etiam ejus patre familiarissime sit usus. Vide epist. 66. l. 55. 56 Erga.

1 Excusat literarum tarditatem: tum inducit divinationem quandam e Cæsare ipso, et rerum temporumque natura sumptum: postremo consolatur eum proposita fortitudinis laude, conscientia recte factorum, delectatione literarum, calamitate ducum, vel recentium, vel veterum, perturbatione Reip. Epistola est excusatoria et consolatoria. 2 Ne dicas, me non functum esse officio in te, aut confirmando, aut juvando: desideramus enim, quæ non sunt. 3 Officium. 4 Propter conjunctionem nostram. 5 Vel literariorum (præsertim auguralis scientiæ) vel studiorum in Remp. quia fuerat uterque in præsidiis Pompeji, pro causa [illegible]timatum, i. Reip. 6 Bellicarum: quia uterque (ut diximus) Pompeju[illegible]tus fuerat. 7 Epistolarum ad te missarum. 8 Exigas. 9 Literas. 10 [illegible] de te 11 De reditu tibi concesso. 12 Corroborationem contra d[illegible] de exsilio contractum. 13 Scribere. 14 Intra paucos dies. 15 Tibi. [illegible] infirmita. 17 Eam materiam. 18 Gratulatoriæ. 19 Nequaquam fragilem, aut [illegible]modum. 20 Tamen, aut certe. 21 Q. d. auctoritate mea. 22 Puto. 23 Eju[illegible] Ex R[illegible] 24 Privatum. 25 Salute. 26 Dubitare debeam. 27 Cum dubitares. 28 [illegible]ip.

[29] expulissent ii, qui [30] illam cadere posse,[31] stante me, non putarant: memini, me ex multis hospitibus, qui ad [32] me ex Asia, in qua tu [33] eras, venerant, audire, te de [34] glorioso, et [35] celeri [36] reditu meo [37] confirmare. Si te ratio quædam [38] Tuscæ disciplinæ quam a [39] patre nobilissimo atque optimo viro, acceperas, non fefellit: ne nos quidem nostra divinatio [40] fallet, [41] quam [42] tum sapientissimorum virorum [43] monumentis atque præceptis, plurimoque, ut tu scis, [44] doctrinæ studio, [45] tum magno etiam usu tractandæ Reipublicæ, magnaque [46] nostrorum temporum varietate [47] consecuti sumus. Cui quidem divinationi [48] hoc plus confidimus, quod ea nos nihil in his [49] tam obscuris rebus tamque perturbatis unquam omnino fefellit. [50] Dicerem, quæ antea futura dixissem, [51] ni vererer, ne ex [52] eventis [53] fingere viderer. Sed tamen plurimi sunt testes, me [54] et [55] initio, ne [56] conjugeret se cum Cæsare, [57] monuisse Pompejum: et postea, ne [58] sejugeret: [59] conjunctione frangi senatus [60] opes, disjunctione civile bellum excitari [61] videbam. [62] Atque utebar familiarissime Cæsare, Pompejum faciebam plurimi: sed erat meum consilium cum fidele Pompejo, tum [63] salutare utrique. Quæ [64] præterea [65] providerim, prætereo. Nolo enim [66] hunc de me optime meri-

administratione. 29 Clodiana tempora significat, nec magis ipsum Clodium, quam Cæsarem, Pompejum, Crassum tacite carpit: qui omnes, pulso Cicerone, facilius aditum sibi ad pessima quæque parari posse crediderunt. Vide orationem pro Sextio. 30 Rempublicam. 31 Tantisper dum ego starem in ea. 32 Exulem. 33 Negotiationis causa. 34 Magnifico. Quid enim gloriosius, quam ab universa Rep. revocari? 35 Rediit post menses. 17 Nam videtur discessisse, extremo mense martio: in urbem autem anno sequenti est ingressus pridie Non. Sept. 36 In urbem ab exilio. 37 Quod tu confirmares, et assereres firmiter. 38 Disciplinæ auguralis sive divinationis apud Tuscos aut Etruscos repertæ. Sic *Tusci libelli*. Juven. Sat. 13. *Et* Tuscis *Signa* libellis. 39 Tuo: qui fortasse originem habuerit ab eo Cæcina Volaterrano, qui augurum princeps fuit. 40 De reditu tuo. 41 Divinationem, i. divinandi peritiam. 42 Partim. 43 Monitis et documentis. 44 Auguralis. 45 Multo magis. 46 Exilio miserrimo, et reditu gloriosissimo, in quibus multa experiri licuit. Nam *varietas temporum* et adversam, et secundam fortunam significat. 46 Obtinuimus. 48 Propter hoc. 49 Cum ex nimia Cæsaris potentia, cujus auctor adjutorque maxime Pompejus fuit, civile bellum, et ea, quæ acciderunt, futura prædixi. 50 Recitarem tibi. 51 Nisi. 52 Is, quæ evenerunt. 53 Ea. 54 Simul. 55 Ab initio belli. 56 Per affinitatem. 57 Phil. 2. *Mea illa vox est nota multis: Utinam, Cn. Pompei, cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses aut nunquam diremisses.* 58 Separaret se a Cæsare. 59 Duorum principum virorum. 60 Potentiam, vires. 61 Prævidebam. 62 Sed. 63 Quod ad utriusque, tam Pompeji, quam Cæsaris, salutem spectaret: utrique enim amicus erat. 64 Præter jam dicta. 65 Prænoverim. 66 Cæsarem.

tum existimare, [67]ea me suasisse Pompejo, quibus [68] ille si [69] paruisset, esset [70] hic quidem clarus in [71] toga, et princeps; sed [72] tantas opes, quantas nunc habet, non haberet. [73] Eundum in [74] Hispaniam censui: [75] quod si fecisset, [76] civile bellum nullum omnino fuisset. [77] Rationem haberi [78] absentis, non [79] tam pugnavi, ut liceret, [80] quam ut, quando, [81] ipso consule [82] pugnante, [83] populus jusserat, [84] haberetur. [85] Causa belli orta est: [86] quid ego prætermisi aut monitorum, aut querelarum? cum [87] *vel iniquissimam pacem justissimo bello anteferrem?* [88] Victa est auctoritas mea non tam a Pompejo (nam is [89] movebatur) quam ab iis, [90] qui duce Pompejo freti, [91] peropportunam [92] et [93] rebus domesticis, et [94] cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant. [95] Susceptum bellum est, [96] quiescente me: [97] depulsum [98] ex Italia, [99] manente me, [1] quod potui: [2] sed valuit apud me plus pudor meus, quam timor: [3] veritus sum deesse Pompeji saluti, cum [4] ille [5] aliquando non defuisset meæ. Itaque vel [6] officio, vel fama

67 Duo: unum, ne quinquennii imperium Cæsari prorogaret: alterum, ne pateretur fieri, ut absentis ejus ratio haberetur, ut ipse Cicero exponit Phil. 2. 68 Pompejus. 69 Obedivisset. 70 Cæsar. 71 Senatu pacifico vel in pace constituto. 72 Tantam potentiam. Epist. 13. l. 4. *Aliorum opibus casus meos sustentabam.* 73 Pompejo fuisse: cui lege Trebonia in quinquennium utraque Hispania Crasso vero Syria data erat. 74 Provinciam suam. 75 Si ivisset in Hispaniam Pompejus. 76 Nam Cæsar conditionem hanc ferebat; velle se, si Pompejus in Hispaniam iret, in urbem venire, et præsentem petere consulatum, non absentem, ut ei lex concedebat. 77 Respectum in consulatu conferendo. 78 Cæsaris, i. ut absens Cæsar consulatum petere posset. 79 Tantopere pugnando asserui. 80 Pugnavi. 81 Pompejo, tertium consul. Epist. 8. ad Att. *Tertio consulatu contendit Pompejus, ut decem Tribuni pl. ferrent, ut absentis ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua.* 82 Acriter decertante, contendente pro eo. 83 Decem Trib. pl. ferentibus: *Jubet* populus, *decernit* Senatus, et *jubere populus* dicitur, cum legem, a magistratu latam, suffragiis comprobat. 84 Ratio absentis, postquam licuit. 85 Cum Pompejus et ejus amici rationem absentis Cæsaris in petitione consulatus haberi nollent; Cæsar, quod ei populus dederat, id servare vellet. 86 Q. d. nihil. 87 Etiam. 88 Oppressa. 89 Auctoritate mea. 90 Ut L. Lentulus consul, P. Scipio Pompeji socer, Cato, Marcellus, Servius, etc. 91 Valde accomodatam. 92 Simul. 93 Ob æs alienum: cujus dissolvendi spe, civile bellum exoptabant. 94 Honorum opumque comparandarum: cum se præfuturos exercitibus ac provinciis existimarent. 95 Contra Cæsarem. 96 Rebus gerendis interesse Cicero noluit. 97 Bellum est. 98 Quia in Epirum, et deinde in Pharsaliam translatum. 99 In ora maritima Italiæ. 1 Quandiu sermones bonorum, me reprehendentium, sustinere potui. 2 Sed plus feci propter pudorem (qui, ne deessem Pompejo, me traxit ad bellum) quam timor, quem de infelici exitu conceperam, retraxit; cum imparatum Pompejum, Cæsarem paratissimum ab iis rebus, quibus victoria quæritur, viderem. 3 Nam veritus sum. 4 Pompejus. 5 Cum ab exilio me restituit. 6 Vel

[7] bonorum, vel pudore victus,[8] ut in fabulis [9] Amphiaraus, sic ego prudens et sciens [10] ad pestem ante [11] oculos positam sum profectus. Quo in bello nihil adversi accidit,[12] non prædicente me. Quare,[13] quando, ut augures et astrologi solent, ego quoque [14] augur publicus ex meis superioribus [15] prædictis constitui apud te auctoritatem [16] augurii, et divinationis meæ, [17] debebit habere fidem nostra prædictio. Non igitur ex [18] alitis volatu, nec e cantu [19] sinistro [20] oscinis (ut in [21] nostra disciplina est) nec e tripudiis [22] solistimis, aut [23] soniviis, tibi auguror: sed habeo alia signa, quæ observem: [24] quæ etsi non sunt certiora [25] illis, minus tamen habent [26] vel obscuritatis, vel erroris. Notantur autem mihi ad divinandum signa duplici quadam via: [27] quarum alteram duco e [28] Cæsare ipso, alteram e temporum civilium natura atque ratione. In Cæsare [29] hæc sunt, mitis clemensque natura, qualis exprimitur præclaro illo libro [30] Querelarum tuarum: [31] accedit, quod mirifice ingeniis excellentibus, quale est tuum, dele-

Pompejo, vel patriæ debito. 7 Virorum, qui Pompejum sequebantur, i. ne vituperarer a bonis, quid boni de me sentirent ac loquerentur, laboravi. 8 Sicut habetur in fabulis, quod coactus est ire ad id bellum, unde prævideraat se non rediturum. 9 Profectus est ad bellum Thebanum cum Argivis. Poetæ enim fingunt, vatem Amphiarum, cum videret se interiturum, si ad id belllum, quod Argivi Thebanis inferebant, iret, latitasse, uxore Eryphile tantum conscia: eam, accepto a Polynice monili aureo, virum indicasse: itaque coactum ire cum cæteris, et hiatu terræ absorptum. 10 Ad perniciem: quia fore videbam, ut Pompejus vinceretur. 11 Mentis. 12 Quod non fuerit a me prædictum. 13 Quandoquidem. 14 Quia in augurum collegio erat sacerdos. 15 Vaticiniis. Plin. l. 11. Nat. hist. c. 27. Prædicta *augurum*. Justin. XII. 18. *Ibi ab Anaxarcho Philosopho compulsus est rursum Magorum* prædicta *contemnere*. 16 Scientiæ auguralis. 17 Vera sunt, quæ tibi prædico: nemini, cui sana mens est, dubitandum est de nostris prædictionibus, quum earum fidem tot documentis asseruimus. Petron. *hic boni nescio quid* debet *esse*. 18 Avis, quæ alis ac volatu auspicium facit. 19 Non a sinistra seu læva tantum parte exaudito, verum etiam omni prospero. Prospera enim vocantur *sinistra*, quia a sinistra meliora habentur auspicia. 20 Ore canentis avis. 21 Augurali, i. ut augures nostri appellant. 22 Solo tenus, aut super solum factis, quæ fiunt, cum quid ex ore pulli in solum cecidit. Festis puls potissimum dabatur pullis in auspiciis: quia ex ea necesse est aliquid ex ore cadere, quod tripudium faciat, id est, terripavium: pavire enim ferire est: bonum enim augurium esse putabant, si pulli, per quos auspicabantur, comedissent, præsertim si eis edentibus, aliquid ab ore decidisset: sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum imminere. 23 Sonantibus. *Sonivium* enim tripudium dicitur in disciplina augurali, quod sonet, ut cum pullo excidit puls, quadrupedive aliquid ex ore. 24 Signa. 25 Auguralibus. 26 Non enim aperta plane sunt, et in iis interpretandis erratur sæpe. 27 Viarum. 28 Capite rei. 29 Signa reconciliationis tuæ. 30 Querebatur de sua calamitate, Cæsarem laudabat potius, quam accusabat. 31 Additur.

ctatur: prætercа [32] cedit multorum justis, et officio incensis, non inanibus, aut ambitiosis voluntatibus: in [33] quo vehementer eum [34] consentiens [35] Etruria movebit. Cur [36] hæc [37] igitur adhuc parum [38] profecerunt? [39] Quia non [40] putat se [41] sustinere causas posse multorum, si tibi, cui [42] justius videtur irasci posse, [43] concesserit. Quæ est igitur (inquies) spes ab [44] irato? [45] Ex eodem [46] fonte se hausturum intelligit laudes suas, e quo sit [47] leviter aspersus. Postremo [48] homo est valde acutus, et multum providens: intelligit, te, hominem [49] in parte Italiæ minime contemnenda facile omnium nobilissimum, [50] et in [51] communi republica [52] cuivis [53] summorum tuæ ætatis, vel ingenio, vel gratia, [54] vel fama populi rom. parem, non posse prohiberi [55] Republ. diutius: nolet [56] hoc [57] temporis potius esse [58] aliquando beneficium, quam jam [59] suum. Dixi de Cæsare: nunc dicam [60] de temporum, rerumque natura. Nemo est tam inimicus ei causæ, quam Pompejus animatus melius, quam [61] paratus [62] susceperat, qui [63] nos malos cives dicere, aut homines improbos audeat. In [64] quo admirari soleo gravitatem, et justitiam, et sapientiam Cæsaris: [65] nunquam nisi honorificentissime Pompejum [66] appellat. [67] At in [68] ejus personam multa [69] fecit [70] asperius. Armorum [71] ista et victoriæ sunt facta, non Cæsaris. At [72] nos [73] quemadmodum est complexus? [74] Cassium sibi [75] legavit:

32 Facile patitur se exorari ab *iis*, quos justæ causæ et officio pro amicis intercedere compellit, non vero ab iis, qui nulla ratione inducti aut saltem favoris aucupandi gratia pro aliis supplicant. 33 Proposito. 34 Reductioni tuæ. 35 Patria tua, pro te supplicans. 36 Signa, quæ in Cæsare sunt. 37 Sc. *dices*. 38 Ad me restituendum. 39 Responsio. 40 Cæsar. 41 Negari multis posse. 42 Quam illis: quia non solum arma iu eum tulisti, sed libro etiam acerbissimo maledixisti. 43 Veniam dederit, ignoverit. 44 Cæsare. 45 Responsio. 46 Ingenii tui, i. foro putat Cæsar, ut eum laudes, cum accusaveris antea. 47 Modice sparsim notatus, imo vehementer vituperatus: nam illum librum *Criminosissimum* appellat Suetonius. Cicero autem, ne spem Cæcinæ minuat veniæ impetrandæ, non valde læsum ab eo Cæsarem ostendit, et laudationem accusatione majorem expectari. 48 Cæsar. 49 *In Etruria*. 50 Intelligit te. 51 Romanis et Etruscis municipibus; i. Romana. 52 Cuilibet. 53 Præstantissimorum virorum. 54 Vel sermone et opinione omnium. 55 Administratione reipublicæ. 56 Restitutum esse Reip. 57 Quia prohiberi diutius non posses. 58 Tandem. 59 Si, cum posset prohibere, noluerit. 60 Duas enim has divinandi vias præscripsit. 61 Instructus. 62 Tutandam. 63 Pompejanos quidem, sed jam restitutos. 64 Verecundiæ genere. 65 Sc. *qui*. 66 Nominat. 67 Sc. *dices*. 68 Pompeji, i. in ipsum Pompejum. 69 Cæsar. 70 Valde, aut nimis aspere. 71 Quæ duriora sunt. 72 Pompejanos. 73 Q. d. Humanissime. 74 C. Cassium, qui postea in eum cum M. Bruto conjuravit. 75 Legatum sibi fecit, legatum suum esse voluit, vicarium sibi constituit, venia data superioris temporis: sic in orat. pro lege Man. *Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio di-*

[76] Brutum [77] Galliæ [78] præfecit,[79] Sulpitium Græciæ: Marcellum, cui maxime [80] succensebat, cum summa [81] illius dignitate restituit.[82] Quo igitur hæc spectant? [83] Rerum hoc natura, et [84] civilium temporum non patietur: nec manens, nec [86] mutata ratio [87] feret! [88] primum, ut non [89] *in casu pari* [90] *eadem sit et conditio, et fortuna omnium*: deinde, ut in eam civitatem boni viri, et boni cives, nulla ignominia notati, non revertantur, in quam [91] tot [92] nefariorum [93] scelerum condemnati reverterunt. [94] Habes augurium meum, [95] quo, si quid addubitarem, non potius uterer, quam illa consolatione, qua facile fortem virum [96] sustentarem; [97] te, si explorata victoria arma sumpsisses pro republica ([98] ita enim [99] tum putabas) non nimis esse laudandum: sin, propter incertos exitus, eventusque bellorum ut vinceremur, putasses; non debere te ad [1] secundam fortunam [2] bene paratum fuisse, [3] adversam ferre nullomodo posse.[4] Disputarem etiam, quanto solatio tibi [5] conscientia tui facti, quantæ delectationi in rebus adversis [6] literæ [7] esse deberent.[8] Commemorarem non solum [9] veterum, sed horum etiam recentium vel [10] ducum, vel comitum tuorum gravissimos casus: etiam [11] externos multos claros viros nominarem.

cam, an ne Pompejo, an utrique (id quod est verius) ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompejo expetenti ac postulanti, i. ne ei legatus daretur. Ili legati magistratibus romanis in provincias euntibus, sive cum imperio et exercitu, sive absque exercitu, adjungebantur, tanquam illorum consiliarii et proximi. 76 M. Brutum; quod eo majus beneficium fuit, quia Brutus præturam nondum gesserat, gessit autem biennio post. Ab his duobus potissimum postea Cæsar est interfectus. 77 Cisalpinæ. 78 Ad bellum Africanum profecturus. 79 Servium Sulpitium Achajæ præfecit. 80 Irascebatur, epist. 4.1.4. et Suetonius. 81 Marcelli: qui tamen patriam videre non potuit a familiari suo Athenis interfectus. 82 Ad quid. 83 Quæ postulat, ut in causa pari eadem sit omnium conditio. 84 Civilium, quæ tandem sedari debent. 85 Sive status hic erit, sive mutabitur; in patriam redibis, al. *muta*, i. constans, vel etiam tacens, nullo loquente et intercedente pro te. 87 Patietur. 88 Id non feret, nec patietur. 89 Quia, cum et ipse, et Cassius, et Brutus, et Marcellus in præsidiis Pompeji fuissent, et iis tamen Cæsar ignovisset, æque videtur, ut Cæcina quoque, qui fuerat in eadem causa iisdemque castris, veniam a Cæsare impetret. 90 Eadem tua, quæ nostra. 91 Cives, maxime significat eos, quos lege Pompeja de ambitu damnatos Cæsar restituit. 92 In civitatem romanam. 93 Crimine. 94 Intelligis. 95 Augurio. 96 Ne animo labatur. 97 Hæc consolatio est. 98 Pro Rep. arma te sumere, et a Rep. victoriam statutam. 99 Cum arma sumeres. 1 Prosperam. 2 Decenter. 3 Fortunam. 4 Disputando adducerem contra te. 5 Recta deberet esse tibi. 6 Scientiæ et doctrinæ tuæ. 7 Tibi; turpe enim est homini docto, id non posse facere quod faciendum ex philosophiæ præceptis didicerit. 8 Etiam. 9 Ducum, ut Coriolani, Camilli, et aliorum, qui, cum duces bello clari fuissent, postea exsulaverunt. 10 Duces vel comites in bello civili significat; quorum alii perierant, alii exsulabant. 11 Lacedæmonios, Tebanos, Athenienses, vel Hannibalem, Lycurgum, Solonem, Themistoclem, Aristidem, aliosque,

[12] LEVAT enim *dolorem communis* [13] *quasi legis, et* [14] *humanæ conditionis recordatio.* Exponerem etiam, quemadmodum [15] hic, et quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viveremus: necesse est enim [16] minore desiderio perdita Repub. carere, quam [17] bona. Sed [18] hoc genere nihil [19] opus est: incolumem te [20] cito, ut spero, vel potius, ut [21] perspicio, videbimus. Interea tibi absenti, et huic, qui [22] adest, [23] imagini animi et corporis tui, [24] constantissimo, atque optimo filio tuo studium, officium, operam, laborem meum, [25] jampridem et pollicitus sum, et [26] detuli: [27] nunc hoc amplius, quod me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur; [28] familiares [29] quidem [30] ejus [31] sicuti neminem: apud [32] quem quicquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo [33] tibi. Tu cura, ut cum [34] firmitudine te animi, tum etiam [35] spe optima sustentes. Vale.

VII. A. CÆCINA M. CICERONI S. D.

[1] Quod tibi non [2] tam celeriter [3] liber est redditus, ignosce timori nostro, et miserere [4] temporis. Filius, ut audio, [5] pertimuit (neque injuria) si liber [6] exisset [7] quando non tam interest, quo animo [8] scribatur, [9] quam [10] quo [11] accipiatur, ne [12] ea res [13] inepte mihi noceret: cum præsertim adhuc [14] styli

qui procul a patria, de qua meriti erant optime, vivere coacti sunt. 12 Minuit, mitigat. 13 Vere enim lex non est, sed ideo lex videtur, quia pertinet ad multos. 14 Cum omnes homines ea conditione nascantur, ut omnibus fortunæ telis exposita vita sit: epist. 16. l. 5. 15 Romæ. 16 Sc. *cum*. 17 Salva et locuplete. 18 Consolationis. 19 Tibi. 20 Propediem. 21 Tanquam de re presenti et oculis proposita. 22 Præsens est nobis. 23 Filio tuo, paulo post. Cum omnes filii parentibus cari, tum ii maxime, qui corpore eos et animo referunt. 24 In paterna pietate, qui patris adversam fortunam constanti animo ferat. 25 Jam a plusculis diebus. 26 Exhibui, quo statim, si vellet, uteretur. Sic epist. 9. *Universum studium et benevolentiam ad te* defero. 27 Deferam, vel est. 28 Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Marius, Postumius: epist. 12. sc. *amplectuntur me.* 29 Certe. 30 Cæsaris. 31 Ut neminem tantopere amplectantur. 32 Cæsarem. 33 Ad utilitatem tuam. 34 Virtute. 35 De reditu habenda.

1 Excusat Cæcina filium, quod Ciceroni librum sero reddiderit, eo quod filius eum edere non ausus fuisset, ac denique Ciceronis patrocinium implorat. Epistola est hortatoria. 2 Ut volueras. 3 Is, de quo epist. 5. Hic liber cum laude Cæsaris Ciceronisque scriptus erat: illum alterum, quo Cæsari; maledixerat, ante pugnam Pharsalicam Cæcina composuit: quo se duriorem in venia danda Cæsar præbuit. 4 Calamitosi et suspecti. 5 Multum timuit. 6 Exisset in manum Cæsaris. 7 Quandoquidem non tantopere refert. 8 Descriptio reum fiat. 9 Quantopere interest. 10 Animo. 11 Ab iis, quibus scriptum est. 12 Editio libri. 13 Imprudentia nostra: cum hoc damnum vitare potuissem libro comprimendo. 14 Patiar adhuc incommoda,

pœnas dem. Qua quidem in re, singulari sum [15] fato: nam cum [16] mendum scripturæ [17] litura tollatur, [18] stultitia fama mulctetur, meus [19] error exilio corrigitur: cujus [20] summa criminis est, quod [21] armatus [22] adversario maledixi. Nemo [23] nostrum est, ut opinor, quin [24] vota victoriæ suæ fecerit: nemo, quin, etiam cum [25] de alia re [26] immolaret, tamen eo [27] quidem ipso tempore, ut quam primum Cæsar superaretur, optarit. [28] Hoc si non [29] cogitat [30] omnibus rebus [31] felix est: si [32] scit, et [33] persuasus est, [34] quid irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam voluntatem, cum [35] ignoscat omnibus, qui [36] multa Deos venerati sint contra ejus salutem? Sed ut [37] eodem revertar, causa hæc fuit timoris: scripsi [38] de te [39] parce, [40] medius fidius, et [41] timide, non revocans me ipse, sed pene [42] refugiens. [43] Genus autem hoc scripturæ non modo [44] liberum, [45] sed [46] incitatum, atque [47] elatum esse debere, quis ignorat? [48] solutum existimatur esse, alteri maledicere: tamen cavendum est, ne in [49] petulantiam incidas: [50] impeditum, seipsum laudare, ne vitium arrogantiæ subsequatur: solum vero [51] liberum, [52] alterum laudare; [53] de quo [54] quicquid

et audiam male quia scripserim contra Cæsarem. 15 Infortunio. 16 Vitium, aut erratum scripti. 17 Deletione ejus, quod male scriptum est. 18 Et cum stultitia scribentis per infamiam puniatur: qui enim stulte aliquid commisit, fama illi pœna est, et stulus esse dicitur. 19 Quo dicor non bene scripsisse. 20 Præcipua ratio. 21 Cum essem armatus pro Rep. contra Cæsarem. 22 Cæsari: quem jure belli tunc interficere licuisset, si potuisset, nedum verbis lacessere. 23 De nobis. 24 Pro victoria Imperatores vota fecerunt: sed privatim vovere alii quoque solebant. 25 Ob aliam rem. 26 Mola, i. farre molito, et sale, hostiam spargeret. 27 Certe. 28 Omnes contra se vota fecisse. 29 Cæsar. 30 Hic etiam, non modo in bellis. 31 Quia vota non cogitat, quæ in ipsum ab adversariis facta sunt. 32 Omnes contra se vota fecisse. 33 Firmiter credit. 34 Ad quid. 35 Ignoverit, i. veniam dederit. 36 Multum, vel multi precibus precati sunt sive sollicitarunt superos in supplicium ejus, sive ut dii ipsum perderent. *Venerari Deos* frequens est pro *precari*. 37 Quo cœperam, i. ad purgandum, quod non celerius sit tibi liber redditus. 38 De gestis tuis. 39 Modice. 40 Ita me Jovis filius juvet Hercules, aut Deus fidius. 41 Ne Cæsar offenderetur. 42 Metu. 43 Quo publice gesta scribuntur, vel quo alterum laudamus. Nam cum alteri maledicimus, aut cum nos ipsos laudamus, minus liberum est. 44 Ab omni formidine. 45 Etiam. 46 Stimulatum et vehemens. 47 Sublime. Cic. de claris Orat. *Horum sententiis officit Theopompus* elatione *atque altitudine orationis suæ*, i. sublimitate. 48 Liberum legibus. 49 *Petulantia* est nimia maledicentia, linguæ effusa procacitas, effrænis aliis obtrectandi, et acerbis dicteriis ac conviciis proscindendi libido. 50 Putatur esse. Impeditum dicitur, cum non licet nobis scribere ut volumus, cum refrænatur impetus cogitationum sive ipsa materia, sive alia quadam ratione 51 Putatur. 52 Quod ego feci: nec tamen id mihi liberum fuit. 53 Genere laudandi. 54 Si

detrahas, necesse est, aut [55] infirmitati, aut invidiæ assignetur. Ac nescio, an tibi [56] gratius [57] opportuniusque acciderit. Nam quod [58] præstare non poteram [59] primum erat non attingere : [60] secundum beneficium, quam parcissime facere : sed [61] tamen ego [62] me quidem sustinui : multa [63] minui, multa [64] sustuli : complura ne [65] posui quidem.[66] Quemadmodum igitur *scalarum gradus, si* [67] *alios* [68] *tollas, alios incidas, nonnullos male* [69] *hærentes relinquas, ruinæ periculum struas, non ascensum pares : sic tot* [70] *malis cum victum,* [71] *tum fractum studium scribendi, quid dignum* [72] *auribus : aut probabile potest afferre?* Cum vero ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco, non [73] pœnæ metu, sed ipsius [74] judicii : totum enim [75] Cæsarem non novi. Quem putas animum [76] esse, ubi secum [77] loquitur? [78] hoc [79] probabit : hoc verbum [80] suspiciosum est : [81] quid si [82] hoc muto? at vereor, ne [83] pejus sit. [84] Age vero, [85] laudo aliquem : num [86] offendo? [87] cum porro [88] non offendam, [89] quid [90] si non vult? [91] armati stylum persequitur ; [92] victi, et nondum restituti quid faciet? Auges etiam tu mihi timorem, qui in [93] Oratore tuo [94] caves tibi per Brutum, et ad [95] excusationem

perfecte alterum non laudes. 55 Ingenii ; vel *infirmitati*, i. timori. 56 Lætius, acceptius. 57 Quod parce, quam si prolixe, te laudaverim, metu se refugiens. 58 Perficere præclare, quales putat laudes Ciceronis. 59 Prima lex, aut primum decorum. 60 Secundum erat beneficium facere beneficium callidissime : hoc autem sit dissimulanter laudando. 61 Licet hoc scripturæ genus incitatum esse debeat. 62 Personam historiographi justi. 63 Ut parcius te laudarem. 64 E libro. 65 Attigi : quæ nisi metus impedisset, jure ac merito tuo posuissem. 66 Probat, se in ea perturbatione non potuisse servare decorum. 67 Quosdam. 68 Auferas. 69 Infixos. 70 Adversis rebus. 71 Partim. 72 Sc. tersis et limatis, dignum, et quod eæ probent. 73 Inferendæ a Cæsare, non enim timenda est laudanti pœna, sed ostensio tamen quædam ejus, qui laudari fortasse non vult. 74 Propter judicium faciendum de ipso Cæsare ; aut propter judicium, quod de scriptis meis facturus sit Cæsar. 75 Animum ejus. 76 Scriptori, i. quomodo animum affici atque angi meum putas, ubi hæc secum ipse cogitat? 77 Animus cogitat, lingua loquitur, sed quia cogitata animi loquitur, ideo, quod est linguæ, ad animum transfertur. 78 Verbum hoc, et quæ sequuntur, usque ad illud, *Quid faciet?* ea sunt, quæ secum loquitur animus. 79 Cæsar. 80 In malam partem sumi potest. 81 Erit. 82 Verbum. 83 Quod in illius locum inferetur. 84 Est in deliberando adhortantis. 85 Si ego laudo aliquem. 86 Ipsum Cæsarem. 87 Quamvis. 88 Aliquem, non ipsum Cæsarem. 89 Fiet. 90 Si non admittit genus scribendi? 91 Ejus, qui scripsit armatus antea. 92 Quomodo persequetur stylum victi nunc, et nondum restituti? Illa enim quibus Cæsarem offenderat, antea ab eo scripta fuerant, cum esset adhuc in Pompejanis castris : at hæc posteriora, jam victus, et veniam efflagitans. 93 In libro de Oratore ; sic enim inscripsit librum, in quo formam perfecti oratoris expressit. Epist. 18. Oratorem meum *a te probari*, vehementer gaudeo, i. librum meum de Oratore. 94 Prospicis. 95 Scripti.

[96] socium quæris. Ubi hoc[97] omnium[98] patronus facit; quid me, [99] veterem tuum,[1] nunc omnium clientem,[2] sentire oportet? In hac igitur[3] calumnia timoris, et[4] *cœcæ suspicionis tormento*, cum plurima[5] ad alieni sensus conjecturam, non ad[6] suum judicium scribantur, quam difficile sit[7] evadere, si[8] minus expertus es, quod te ad[9] omnia summum atque excellens[10] armavit ingenium, nos sentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret, et[11] auferret: aut ea conditione[12] daret, si[13] reciperes te correcturum, hoc est, si totum alium faceres. De[14] Asiatico itinere, quamquam summa me[15] necessitas[16] premebat,[17] ut imperasti, feci.[18] Te pro me quid horter? vides tempus venisse, quo necesse sit[19] de nobis constitui. Nihil est, mi Cicero,[20] quod[21] filium meum exspectes: adolescens est: omnia excogitare, vel[22] studio, vel[23] ætate, vel[24] metu non potest. Totum[25] negotium tu sustineas, oportet: in te mihi omnis spes est. Tu[26] pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus[28] capiatur Cæsar,[28] tenes: a te[29] omnia[30] proficiscantur, et per te[31] ad exitum perducantur, necesse est: apud[32] ipsum

96 Quæris socium ad excusationem. 97 Reorum. 98 Defensor. 99 Pro quo extat Ciceronis oratio. 1 Quia omnium egentem patrocinio. 2 Multo magis mihi esse timendum intelligo, quam tu in Oratore tuo timuisti. 3 Calumniator ea fingit, quæ vera non sunt itidem timor sæpe falsa proponit, ut recte propter similitudinem *Calumnia timoris* dici possit. 4 Occultæ: cum non videam, quo consilio gratiam a Cæsare inire possim, et incerta suspicione torquear, metuens, ne offendam potius eum, quam mihi reconciliem. 5 Male agitur cum eo, cui scribenti cogitandum est, non quid ipse probet, sed quid alii probaturi sint: in quo sequitur non judicium suum, sed conjecturam de alio sensu. 6 Proprium. 7 Culpam, i. ita scribere, ut animus acquiescat. 8 Non satis. 9 Quæ velis, scribenda, et obeunda. 10 Munivit. 11 Lectum. 12 Tibi. 13 Promitteret. 14 Quod in Asiam mihi assignasti. Petierat a Cicerone consilium Cæcina, quid sibi esset auctor, in Sicilia ne subsideret, an ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficisceretur: Respondit Cicero, in Sicilia censeo commorandum: quod se facturum Cæcina confirmavit. Vide epistolam sequentem: quæ tamen ante hanc scripta est. Postea tamen in Asiam Cæcina profectus est, fortasse reditu in patriam desperato. 15 Penuria rerum. 16 Ut ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscerer. 17 Ut censuisti in Sicilia commorandum. 18 Facere. 19 De reditu nostro in patriam. 20 Propter quod. 21 Officium sive auxilium filii mei. 22 Quia aliis rebus adhuc studet, quo sæpe impeditur ingenium: est enim *studium*, vehemens quædam animi affectio et propensio ad aliquam rem. 23 Quia per ætatem non licuit. 24 Quia metuit Cæsarem, ut quem patri iratum sciat. 25 Meum, aut de me restituendo. 26 Propter tuam prudentiam. 27 Afficiatur, oblectetur vehementer, ad voluntatem nostram traducatur: sunt enim in potestate nostra, quæ cepimus. 28 Intelligis probe. 29 Quæ pro me fiant. 30 Originem capiant, et veniant. 31 Ad optatum finem. 32 Cæsarem.

multum, apud ejus [33] omnes plurimum potes. [34] Unum si tibi persuaseris, [35] non hoc esse muneris, si quid rogatus fueris, ut facias (quanquam [36] id magnum et amplum est) sed totum tuum esse onus, [37] perficies: nisi forte aut [38] in miseria nimis [39] stulte, aut [40] in amicitia nimis [41] impudenter tibi onus impono. Sed [42] utrique rei excusationem [43] tuæ vitæ consuetudo dat: nam quod [44] ita consuesti pro amicis laborare, non jam [45] sic sperant abs te, sed etiam [46] sic imperant tibi [47] familiares. Quod ad [48] librum attinet, quem tibi filius dabit; peto a te, ne exeat: aut ita corrigas ne mihi noceat. Vale.

VIII. [1] M. T. C. A. CÆCINÆ S. D.

[1] Cum esset mecum [2] Largus, homo [3] tui studiosus, locutus, kal. Jan tibi [4] præfinitas esse: quod omnibus in rebus [5] perspexeram, quæ [6] Balbus, et [7] Oppius, absente Cæsare, egissent, ea solere [8] illi [9] rata esse, egi vehementer cum his, ut hoc mihi [10] darent, tibi in Sicilia, [11] quoad vellemus, uti esse liceret. [12] Qui mihi cum [13] suessent aut libenter polliceri, siquid esset ejusmodi, quod eorum animos non offenderet; aut etiam negare, et afferre rationem cur negarent: huic meæ [14] rogationi [15] potius non continuo responderunt: eodem die tamen ad me reverterunt; mihi hoc [16] dederunt, ut esses in Sicilia, quoad velles: se præstituros, nihil ex eo te offensionis [17] habiturum. [18] Quando, quid tibi permittatur, cognovisti: quid mihi placeat, puto te scire oportere. [19] Actis his rebus, literæ [20] a te mihi sunt redditæ, quibus a me

33 Amicos, familiares: qui nominantur epist. 12. 34 Hoc, quod sequitur. 35 Hoc non pertinere ad munificentiam tuam. 36 Facere, quod rogatus fueris. 37 Votum meum de reditu. 38 Eo, quod sim miser. 39 Quia dixit, *sed totum tuum esse onus*. 40 Eo, quod sim tibi vetere amicitia conjunctus. 41 Inverecunde. Videndum enim, quid amico oneris imponamus. 42 Et stultitiæ, et impudentiæ. 43 Qui facilis et beneficus in omnes esse *soles*. 44 Tam attente et accurate. 45 Te pro se facturum, quod tamen magnum esset. 46 Et stulte, et impudenter. 47 Tui. 48 Sc. Historiarum bellorum civilium.

1 Datum sibi a Balbo et Oppio scribit, ut Cæcinæ liceret esse in Sicilia, ibique ut commoretur, suadet. Epistola est suasoria. 2 Romanæ gentis cognomen. 3 Saluti et utilitati tuæ multum studens. 4 Limitatas et præfixas, ne ultra sive amplius tibi esse liceret in Sicilia. 5 Cognoveram. 6 L. Cornelius Balbus, Gaditanus, pro quo exstat Ciceronis oratio: hic absentis Cæsaris negotia procurabat. 7 C. Oppius Cæsaris legatus africano bello 8 Cæsari. 9 Firma et approbata. 10 Concederent. 11 Quamdiu. 12 Balbus et Oppius. 13 Consuevissent. 14 Petitioni. 15 Libentius. 16 Concesserunt. 17 Esse. 18 Quoniam. 19 Postquam hæ res essent actæ. 20 Quæ missæ erant a

consilium petis, quid sim tibi [21] auctor: in [22] Sicilia ne [23] subsidas, an ut ad reliquias [24] Asiaticæ negotiationis proficiscare. Hæc tua deliberatio non mihi convenire visa est cum [25] oratione Largi. Ille enim mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita locutus erat: tu autem quasi concessum sit, ita deliberas. Sed ego, sive [26] hoc, sive [27] illud est, in Sicilia censeo commorandum. [28] Propinquitas locorum vel ad [29] impetrandum adjuvat crebris literis, et nuntiis, vel ad reditus celeritatem, re aut impetrata, quod spero, aut aliqua ratione [30] confecta. Quamobrem censeo magnopere [31] commorandum. T. Furfano Postumio familiari meo, legatisque ejus, [32] item meis familiaribus, diligentissime te commendabo, cum [33] venerint: [34] erant enim omnes [35] Mutinæ: viri sunt optimi et tui similium studiosi, et mei [36] necessarii. Quæ mihi venient in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabor, ea [37] mea sponte faciam. Si [38] quid ignorabo, de eo [39] admonitus omnium studia [40] vincam. Ego, etsi [41] coram de te cum [42] Furfano ita loquar, ut tibi literis meis ad eum nihil opus sit, tamen, quoniam [43] tuis placuit, te habere meas literas, quas ei redderes, [44] morem eis gessi: earum literarum exemplum [45] infra scriptum est. Vale.

IX. M. T. C. T. FURFANO PROCOS. S. D.

[1] Cum A. Cæcina tanta mihi familiaritas, consuetudoque semper fuit, ut nulla major esse possit. Nam et [2] patre ejus, claro homine, et forti viro plurimum usi sumus: et [3] hunc a puero, quod et spem mihi magnam afferebat summæ probitatis, summæque eloquentiæ, et vivebat mecum conjunctissime, non solum officiis amicitiæ, sed etiam [4] studiis communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine conjunctius viverem. Nihil [5] attinet me plura scribere: quam mihi necesse est ejus salutem, et fortunas, quibuscunque rebus possim, [6] tueri, vides. Reliquum est, ut, [7] cum cognorim pluri-

te. 21 Approbator et consultor. 22 Provincia. 23 Locum manendi capias. 24 Quam in Asia obeundam susceperas. 25 Sermone. 26 Quod tu innuisti. 27 Quod Largus dixit. 28 Sc. *nam*. 29 Reditum. 30 Transacta. 31 Esse in Sicilia. 32 Similiter. 33 In urbem. 34 Cum hæc scriberem. 35 In ea urbe Italiæ, non longe a Bononia. 36 Necessitate conjuncti. 37 Etiam non rogatus a te. 38 Aliquid, pertinens ad te. 39 Cum fuero admonitus. 40 Superabo. 41 In præsentia ejus. 42 Postumio. 43 Necessariis et amicis. 44 Illis obsecutus sum. 45 Quod sequitur.

1 Commendatio est Cæcinæ, quam in fine superioris epistolæ promisit. 2 De quo epist. 6 et l. 13. epist. 66. 3 Aulum. 4 Eloquentiæ, et postea auguralis scientiæ. 5 Ad rem. 6 Protegere. 7 Postquam cognoverim.

bus rebus, quid tu et de [8] bonorum fortuna, et de Reip. calamitatibus sentires, nihil a te petam, nisi ut ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea quanti me a te [9] fieri intelligo: [10] hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

X. M. T. C. TREBIANO S. D.

[1] Ego, quanti te faciam, semperque fecerim, quanti me a te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum, [2] vel casus potius, diutius in armis civibus [3] commorandi, semper [4] mihi magno dolori fuit: et hic [5] eventus, quod tardius, quam est [6] æquum, et quam ego [7] vellem, recuperas fortunam, et dignitatem tuam, mihi non minori curæ est, quam tibi semper fuerint [8] casus mei. Itaque et Postumuleno, et Sestio, et sæpissime Attico [9] nostro, [10] proximeque Theudæ, [11] liberto tuo, [12] liberto tutum me patefeci: et his singulis sæpe dixi, quacumque re possem, me tibi, et liberis tuis satisfacere cupere: idque tu ad tuos velim scribas, hæc [13] quidem [14] certe, quæ in potestate mea sunt, ut operam, studium, consilium, [15] rem, fidem meam sibi ad omnes res [16] paratam putent. Si auctoritate et gratia tantum possem, quantum in ea [17] republica, de qua [18] ita meritus sum, posse deberem: tu quoque [19] is esses, [20] qui fuisti, cum omni gradu amplissimo dignissimus, tum certe [21] ordinis tui facile princeps. Sed [22] quando eodem tempore, [23] eademque de causa nostrum uterque cecidit: tibi et illa polliceor, quæ supra scripsi, quæ sunt adhuc [24] mea, et ea, quæ præterea videor

8 Virorum. 9 Æstimari. Q. d. quicquid pro me facturus sis, pro illo facias. 10 Quam hoc, i. habere Cæcinam tibi quam commendatissimum.

1 Trebianus, civis romanus, urbe exulabat: a qua prohibebatur eo magis, quod, victo Pompejo, ejus causam non deseruisset. Hunc Cicero docet, quam cupidus sit, et satisfaciendi, et ejus liberis subveniendi: pollicetur que se pro eo intercessurum, purgans quod non prius scripserit. Epistola est consolatoria. 2 Minuitur culpa, cum a voluntate in casum, transfertur. 3 Manendi, sc. post victum Pompejum. 4 Quia de victoria vestra desperabam, nec putavi, cum integri pares non fuissemus, fractos superiores fore. 5 Inopinatus exitus. 6 Justum. 7 Optarem. 8 Ærumnæ meæ, cum patria pulsus lege Clodia sum. 9 Intimo amico. 10 Diebus proxime præteritis. 11 A te libertate donato. 12 Animum meum penitus aperui. 13 Saltem. 14 Indubitanter. 15 Divitias. 16 Esse. 17 Romana. 18 Tam egregie. 19 Talis. 20 Qualis fuisti. Fuisti autem et omni honoris gradu amplissimo dignissimus, et ordinis tui facile princeps. 21 Equestris; nam si senatorii fuisset, *ordinis nostri* dixisset, cum ipse Cicero senator esset. 22 Quoniam. 23 Propter eamdem causam: quod pro Pompejo contra Cæsarem arma sumpsimus. 24 Mihi non erepta.

mihi ex aliqua parte retinere, [25] tanquam ex reliquiis pristinæ dignitatis. Neque enim ipse Cæsar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus a nobis: et omnes fere [26] familiarissimi ejus, casu [27] devincti magnis meis veteribus officiis, me diligenter [28] observant et colunt. Itaque si quis mihi erit [29] aditus, de tuis [30] fortunis (id est, de tua [31] incolumitate, in [32] qua sunt [33] omnia) agendi (quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor ut sperem) agam [34] per me ipse, et [35] moliar. Singula persequi non est necesse: universum studium meum, et [36] benevolentiam ad te desero. Sed magni [37] mea interest, [38] hoc [39] tuos omnes scire, quod tuis literis fieri potest, ut intelligant, [40] omnia Ciceronis patere Trebiano. [41] Hoc [42] eo pertinet, ut nihil existiment esse tam difficile, quod non, pro te mihi [43] susceptum, jucundum sit futurum. Vale.

XI. M. T. C. TREBIANO S. D.

[1] Antea misissem ad te literas, si genus scribendi invenirem: [2] tali enim tempore aut consolari [3] amicorum est, aut [4] polliceri. [5] Consolatione non utebar, quod ex multis audiebam, quam fortiter sapienterque [6] ferres injuriam temporum, quamquam te vehementer consolaretur conscientia factorum, et [7] consiliorum tuorum. Quod quidem si [8] facis, [9] magnum fructum [10] studiorum optimorum capis, in [11] quibus te scio semper esse versatum: [12] idque ut facias; etiam atque etiam te hortor. [13] Simul et illud tibi, homini peritissimo [14] rerum et exemplorum, et omnis vetustatis, [15] ne ipse quidem rudis,

25 Non enim pristinam recuperavi dignitatem: sed quasi reliquias quasdam servo. 26 Quos nominat epist. 13. 27 Obligati mihi: quia cum olim in eos officia conferebam, fore aliquando tempus divinare non poteram, ut eorum ope indigerem. *Casu* igitur, ob hæc tempora, quæ præter opinionem meam consecuta sunt. 28 Ne offendant. 29 Ad Cæsarem. 30 Quarum partem amiserat. 31 Salute. 32 Incolumitate. 33 Agenda. 34 Sine intercessore et precatore. 35 Cum difficultate nitar. 36 Meam. 37 Inter res meas est. 38 Quod omnia ad te deferam. 39 Familiares et amicos. 40 Omnes facultates. 41 Dictum. 42 Ad id. 43 Si fuerit susceptum.

1 Primo loco excusationem affert, quod antea non scripserit: tum hortatur eum, ut conscientia se sustentet factorum et consiliorum suorum: sperare etiam jubet, exulem non diu futurum: eam porro spem sumit a Cæsaris clementia, etc. 2 Tam calamitoso. 3 Pertinet ad amicos. 4 Opem, aut gratiam. 5 Tui, i. non sum te consolatus. 6 Patereris. 7 Rectorum. 8 Consiliorum rectorum factorumque consolationem recipis. 9 Magnam utilitatem. 10 Docent enim hoc maxime literarum studia, nihil esse curandum præter culpam. 11 Optimis studiis. 12 Ut magnum fructum studiorum optimorum sic capias. 13 Jam incipit aliquid polliceri, ut ad conscientiam vitæ anteactæ spes etiam accedat futuræ incolumitatis. 14 Usum rerum et doctrinam significat. 15 Ipse non etiam minus exercitatus, sed e-

sed in studio minus fortasse, quam vellem, et in rebus, atque usu [16] plus etiam, quam vellem, versatus, [17] spondeo tibi, acerbitatem istam, et injuriam non diuturne fore. Nam et [18] ipse, [19] qui plurimum potest, quotidie mihi [20] delabi ad æquitatem, et ad rerum [21] naturam videtur: et ipsa [22] causa [23] ea est, ut jam simul cum republica (quæ in perpetuum jacere non potest) necessario reviviscat, atque recreetur; quotidieque fit aliquid lenius, et liberalius, quam [24] timebamus. [25] Quæ quoniam in temporum [26] inclinationibus sæpe parvis [27] posita sunt: omnia momenta observabimus, neque [28] *ullum* prætermittemus tui juvandi, et [29] levandi locum. Itaque illud [30] alterum, quod dixi, literarum genus quotidie mihi, ut spero, fiet [31] proclivius, ut etiam polliceri possim: [32] id re, quam verbis, faciam libentius. Tu velim existimes, et plures te amicos habere, quam qui in [33] isto casu sint, ac fuerint, quantum [34] quidem ego intelligere potuerim; et me [35] concedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas, et magnum: [36] quod est in uno te: quæ sunt in [37] fortuna, [38] temporibus regentur, [39] et consiliis nostris providebuntur. Vale.

XII. M. T. C. TREBIANO S. D.

[1] Dolabellam antea [2] tantummodo [3] diligebam: [3] obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi [4] opus esse: et [5] ille mihi debebat, quod [6] non defueram ejus periculis. Nunc tanto

ruditus. 16 Ob incommoda, quæ sustinui. 17 Polliceor. 18 Cæsar. 19 Penes quem est potestas, qui omnia tenet, ad quem unum omnia delata sunt. 20 A summo jure discedere. 21 Quæ bonis bene esse vult, qua homo hominem tuetur ac diligit; odisse enim et lædere, violentum quiddam est, non ex rerum natura: sic epist. 6. Rerum *hoc* natura *et civilium temporum non patiatur*. 22 *Causa* interdum id vocatur, quod ad aliquem pertinet: ut, Pompeji causa justior, quam Cæsaris. 23 Talis. 24 A Cæsare faciendum esse. 25 Lenia et liberalia, sive ea quæ lenius et liberalius fiunt. 26 *Influentiis*, ut dicunt, vel opportunitatibus. 27 Sita. 28 Ullam opportunitatem. 29 Calamitate exilii. 30 Quo pollicemur auxilium: duo enim proposuit: alterum quo consolamur; alterum, quo pollicemur opem. 31 Facilius: quia per clivos facile descenditur. 32 Quod quæritur in eo genere, i. auxiliabor. 33 In quo tu es, i. in exilio, aut metu propter favorem Pompejo præstitum. 34 Certe. 35 Locum dare tamquam victum, i. succumbere. 36 Habere animum fortem et magnum in te uno situm est, in tua solius potestate est. 37 Potestate fortunæ, præsentem ejus calamitatem ad fortunam refert. 38 Ratio temporum moderabitur: quibus verbis calamitatem ejus non fore perpetuam ostendit. 39 Nos autem, quantum consilio licebit, occurremus.

1 P. Cornelium Dolabellam, antea Ciceronis generum: de quo supra diximus: divortium jam cum Tullia fecerat, quo tempore scripta est hæc epistola. Epistola partim gratulatoria, quod Trebianus restitutus sit: partim hortatoria, ut jacturam fortunarum æquo animo ferat. 2 Duntaxat. 3 Quod minus est, quam amasse. 4 Auxilio illius. 5 Dolabella. 6 Imo auxi-

sum [7] devinctus ejus beneficio, quod et antea in [8] re, et hoc tempore in salute tua cumulatissime mihi satisfecit, [9] ut nemini [10] plus debeam. [11] Qua in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque [12] mihi gratulari, [13] quam gratias agere, malim: [14] alterum omnino non desidero, [15] alterum vere facere poteris. Quod reliquum est, [16] quando tibi [17] virtus, et [18] dignitas tua reditum ad tuos aperuit, [19] est tuæ [20] sapientiæ, [21] magnitudinisque animi, quid amiseris, oblivisci: quid recuperaveris, cogitare. Vives cum tuis, vives nobiscum: plus acquisivisti dignitatis, quam amisisti rei familiaris: [22] quæ ipsa tum esset jucundior, si ulla res esset publica. [23] Vestorius, noster familiaris, ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Hæc [24] prædicatio tua mihi valde grata est: [25] eaque te uti [26] facile patior cum apud alios, tum mehercule apud [27] Syronem nostrum amicum. Quæ enim facimus, ea prudentissimo cuique maxime [28] probata esse volumus. Te cupio videre quam primum. Vale.

XIII. M. T. C. AMPIO S. D.

[1] Gratulor tibi, mi Balbe, [2] vereque gratulor: nec sum tam stultus, ut te [3] usura falsi gaudii frui velim: [4] deinde frangi repente, atque ita cadere, ut ulla res te ad [5] æquitatem animi postea possit extollere. Egi tuam causam apertius, quam [6] tempora mea [7] ferebant. [8] Vincebatur enim fortuna ipsa debilitatæ gratiæ nostræ [9] tui caritate, et meo perpetuo erga te amore, culto a te diligentissime. Omnia promissa, confir-

lio adfueram: bis enim eum Cicero, ante filiam suam ei collocatam, in capitis periculo defenderat epist. 10. l. 3. 7 Obligatus. 8 Servando. 9 Scita. 10 Quam ipsi debeo, licet a'iis etiam debeam. 11 In salutis tuæ receptione. 12 Ob rem lætam, quæ mihi in salute tua contigit. 13 Respuit enim verus amor gratiarum actionem. 14 Te agere gratias mihi. 15 Gratulari mihi ob verum gaudium, quod contigit: quia maxime gaudeo impetrata salute tua. 16 Quandoquidem. 17 Præstantia in magnis rebus antea cognita. 18 Fuit enim Trebianus equestris ordinis. 19 Pertinet ad sapientiam tuam magnitudinemque animi. 20 Ut anteponendam rei familiari dignitatem judices. 21 Ut rei familiaris jacturam negligas, fortiterque feras. 22 Res familiaris. 23 Puteolanus: cujus sæpe facit mentionem in epistolis ad Atticum. 24 De meritis meis in te. 25 Ejusmodi predicatione. 26 Libenter fero. 27 Epicureum. 28 Approbata.

1 Gratulatur Balbo de reditu impetrato: docens, quomodo contra temporis qualitatem pro eo oraverit, et cur literæ restitutionis dilatæ sint. 2 Ob veram causam. 3 Fructu immodico. 4 Postquam perceperis te deceptum animo et spe destitui. 5 In qua sunt, qui dolore vacant. 6 Conditio, fortuna mea, status miser meus, quo omni gratia omnique auctoritate sum exutus. 7 Exposcebant, aut patiebantur. 8 Quamquam debilis erat mihi gratia, tamen propter charitatem tui ipsa resumpsit vires. 9 Tui amore,

*

mata, certa et rata sunt, quæ ad reditum et salutem tuam pertinent, vidi, cognovi, [10] interfui. Etenim omnes Cæsaris familiares [11] satis opportune habeo implicatos [12] consuetudine, et benevolentia, sic, ut, cum ab [13] illo discesserint, me [14] proximum habeant. Hoc [15] Pansa, [16] Hirtius, Balbus, Oppius, [17] Marius, Postumius, [18] plane ita faciunt, ut me [19] unice diligant. [20] Quod si mihi [21] per me efficiendum fuisset, [22] non me pœniteret [23] pro ratione temporum ita esse molitum. [24] Sed nihil est a me [25] inservitum temporis causa: [26] veteres mihi necessitudines his omnibus [27] intercedunt, quibuscum ego agere de te non destiti. [28] Principem tamen habuimus Pansam, tui studiosissimum, mei cupidum, [29] qui valet apud [30] illum non minus [31] auctoritate, quam gratia. [32] Cimber autem [33] Tillius mihi [34] plane satisfecit. [35] Valent tamen apud Cæsarem non [36] tam [37] ambitiosæ rogationes, quam [38] necessariæ: [39] quam quia Cimber habebat, plus [40] valuit, quam pro ullo alio valere potuisset. [41] Diploma [42] statim non est datum: quod mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent [43] acerbius, veniam tibi dari, quem illi appellant [44] tubam belli

qui me coegit plura præstare, quam nunc videbatur pati status meus afflictus, cum gratia, qua olim valui, imminuta valde est et fere exstincta. 10 Dum tibi reditus concederetur. 11 Cum eorum gratia et auctoritas magno nobis emolumento et fuerit nunc, et esse possit. 12 Familiaritate. 13 Cæsare. *Cum ab illo discesserint* eleganter dicitur pro, *illo excepto*; Lib. 1. epist. 9. *Sic enim te existimare volo, me* cum a vobis, *meæ salutis auctoribus*, discesserim, *neminem esse, cujus officiis me tamen esse devinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam*. 14 Conjunctissimum. 15 C. Pansa. Hi omnes sunt Cæsaris amici. 16 Pansæ collega in consulatu. 17 C. Marius: *hominem doctissimum* appellat epist. 15. l. 7. ejus habemus disertissimam epistolam l. 11. 18 Hoc ita multis officiis præstant, ut amorem singularem mihi declarent. 19 Singulariter. 20 Factum Pansæ, Hirtii, Balbi, et cæterorum pro te. 21 Mea ipsius opera; egerat enim ante per amicos Cæsaris, non per se ipsum, cujus auctoritas et gratia non erat ejusmodi, ut aliorum incolumitatem deprecari posset. 22 Non videretur mihi parum esse. 23 Quia illis temporibus non erat opportunitas instandi. 24 Quod essem molitus. Sensus autem est, ita amicos *illos* pro Ampio Balbo intercessisse, ut si ipse Cicero ita fecisset, eo contentus esse potuisset. 25 Nihil inservivi, nec cuiquam supplex fui. 26 Amicitiæ ante civile bellum contractæ. 27 Conciliatæ sunt. 28 Præcipuum. 29 Pansa. 30 Cæsarem. 31 Existimatione egregiis factis parta. 32 Vir ille. 33 Cognomento. Hic paulo post in Cæsarem conjuravit, etsi illum fuerat secutus, primasque partes in eo necando suscepit. 34 Omnino. 35 Quamvis illi urgenter intercesserint. 36 Tantum. 37 Ambitiose factæ petitiones. 38 Necessitudinibus nixæ. 39 Necessitudinem; videtur enim fuisse Cimber Ampii propinquus. 40 Ipse pro te. 41 Literæ Cæsaris manu obsignatæ, quibus Ampio reditus in patriam et incolumitas concedebatur. *Diplomata* enim sunt literæ et indices concessi beneficii ab eo, qui præest reipublicæ. 42 Postquam reditus tibi concessus est. 43 Nimis acerbe. 44 Bucci-

civilis: multaque [45] ita dicunt, [46] quasi non gaudeant id bellum incidisse. Quare [47] visum est occultius [48] agendum, neque ullo modo [49] divulgandum, [50] de te jam esse perfectum: sed [51] id erit [52] perbrevi: nec dubito, quin, [53] legente te has literas [54] confecta jam res futura sit. Pansa [55] quidem mihi gravis homo, et certus, non solum confirmavit, verum etiam [56] recipit, [57] perceleriter se [58] ablaturum [59] diploma. Mihi tamen placuit, hæc ad te perscribi: [60] minus enim [61] te [62] firmum sermo [63] Epuliæ tuæ, lachrymæque [64] Ampiæ declarabant, [65] quam significant literæ tuæ: atque [66] illæ arbitrabantur, cum a te abessent ipsæ, multo in graviore te cura futurum. Quare magnopere putavi, [67] angoris et doloris tui [68] levandi causa, [69] pro certis ad te ea, quæ essent certa, perscribi oportere. Scis, me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut consolarer fortem virum, atque sapientem, quam ut [70] exploratam spem [71] salutis ostenderem, nisi eam [72] quam [73] ab ipsa republica, cum hic [74] ardor restinctus esset, sperari oportere censerem. [75] Recordare tuas literas, quibus et magnum animum mihi semper ostendisti, et ad omnes casus ferendos constantem atque paratum. Quod ego non mirabar, cum recordarer, te et a primis temporibus [76] ætatis in Rep. esse versatum, et tuos magistratus in ipsa [77] discrimina incidisse salutis fortunarumque communium: et in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solum ut victor beatus, sed etiam ut (si ita accidisset) victus ut [78] sapiens esses. Deinde, cum studium tuum consumas [79] in virorum fortium factis memoriæ prodendis, considerare debes, nihil tibi esse committendum,

natorem et provocatorem summum, i. quo cives ad bellum ita vocarentur, ut ad prælium vocari milites solent. Tale illud Phil. 7. *Bellicum me cecinisse dicunt.* 45 In detestationem belli civilis. 46 Ob direpta, vel parvo empta proscriptorum bona: cum tamen ex eo bello potentes sint facti. 47 Nobis tibi faventibus. 48 Esse. 49 Esse. 50 Negotium de reditu tuo. 51 Quod non divulgabitur, aut quod divulgabitur. 52 Tempore. 53 Cum tu leges. 54 Penitus transacta. 55 Certe. 56 Præstituturum se promisit. 57 Celerrime, citissime. 58 Impetraturum: sic in epist. 14. lib. xvi. ad Attic. *Adivimus Cæsarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberalissimum decretum* abstulimus, *quod est obsignatum ab amplissimis viris.* 59 Literas Cæsaris obsignatas, reditum tibi et veniam dantes. 60 Non tam. 61 Esse. 62 Forti animo ad ferendum exilium. 63 Uxoris. 64 Filiæ tuæ: fœminæ enim gentis nomine appellabantur. 65 Quam firmum. 66 Uxor et filia. 67 Angustiæ animi 68 Minuendi. 69 Tanquam certa. 70 Certam et compertam mihi. 71 Tuæ. 72 Salutis: al. *quam*, sc. spem. 73 Quæ belli ardore extincto, jacentem bonorum causam sublevabit. 74 Belli civilis, et irarum inde contractarum. 75 Reduc ad memoriam. 76 Tuæ. 77 Pericula belli civilis. 78 Sapienter laturus adversitatem. 79 In scribendis gestis virorum fortium.

quamobrem [80] eorum, quos laudas, te non simillimum præbeas. Sed hæc oratio magis esset apta ad illa [81] tempora, quæ jam [82] effugisti. Nunc vero tantum te para ad [83] hæc nobiscum [84] ferenda: quibus ego si [85] quam medicinam invenirem, tibi quoque eamdem traderem. Sed est unum [86] perfugium, doctrina ac literæ, quibus semper usi sumus: quæ [87] secundis rebus delectationem [88] modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem. Sed ut [89] ad initium revertar, cave dubites, quin omnia de salute, ac [90] reditu tuo [91] perfecta sint. Vale.

XIV. CICERO [1] LIGARIO.

[2] Etsi [3] tali tuo tempore me aut consolandi, aut juvandi tui causa scribere ad te aliquid [4] pro nostra amicitia oportebat: tamen adhuc id non feceram, quia neque lenire videbar [5] oratione, neque levare posse dolorem tuum. Postea vero quam magnam spem habere cœpi, [6] fore, ut te brevi tempore incolumem haberemus: facere non potui, quin tibi et [7] sententiam, et voluntatem declararem meam. Primum igitur scribam, quod intelligo et [8] perspicio, non fore in te Cæsarem [9] duriorem. Nam et [10] res eum quotidie, et [11] dies, et [12] opinio hominum, et, ut mihi videtur, etiam sua natura [13] mitiorem facit: idque cum de [14] reliquis sentio, [15] tum de te etiam audio ex familiarissimis [16] ejus: [17] quibus ego [18] ex eo tempore, quo primum ex Africa [19] nuntius venit, supplicare

80 Virorum fortium. 81 Ante reconciliationem. 82 Evasisti, et transegisti sine incommodo. 83 Incommoda Reip. oppressæ quæ communia sunt: quando illa propria jam effugisti. 84 Toleranda. 85 Aliquod remedium invenire potuissem. 86 A præsentibus miseriis. 87 Cum res essent prosperæ. 88 Solummodo. 89 Ad id, quod initio dixi, aut dicere institui. 90 In urbem. 91 Plene transacta.

1 Pro quo exstat oratio: hic revocatus, in Cæsarem paulo post conjuravit. 2 Ligarium consolatur a Cæsaris in eum animo, item natura et ratione temporum, cum officii sui commendatione et hortatione, ut injuriam temporis fortiter ferat. Epistola est consolatoria. 3 Tam calamitoso: sic epist. præced. *tempora mea* dixit, *Egi causam tuam apertius*, *quam* tempora mea *ferebant*. Exulabat autem Ligarius, quod in Africa in Pompejanis partibus fuisset. 4 Propter nostram amicitiam. 5 Mea. 6 Futurum esse. 7 Sentiebat, in eum non fore Cæsarem duriorem: quid autem ejus causa vellet, re potius, quam verbis, se esse declaraturum, infra dicit. 8 Deprehendo. 9 Quam est, aut multum durum in te. 10 Utilitas, et status rerum. 11 Temporis prolixitas quæ omnia minuit ac mollit: epist. 5. l. 4. 12 Quia videt, bene homines de te sentire; nec putare, diutius eum huic irasci causæ oportere. 13 Cæsarem clementiorem. 14 Exulibus. 15 Multo magis. 16 Cæsaris. 17 Familiarissimis ejus. 18 Statim post illud tempus. 19 Victoriæ Cæsaris, sive de Pompejanis in Africa devictis, vel tua de

una cum [20] fratribus tuis non destiti : [21] quorum [22] quidem et virtus, et pietas, et [23] amor in te singularis, et assidua, et [24] perpetua salutis tuæ cura tantum proficit, ut nihil sit, quod non [25] ipsum Cæsarem [26] tributurum existimem : et si tardus sit, quam volumus ; [27] magnis occupationibus [28] ejus, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt : et simul [29] Africanæ causæ [30] iratior, diutius velle videtur eos habere sollicitos, a quibus se putat [31] diuturnioribus esse molestiis conflictatum : sed hoc ipsum intelligimus cum quotidie remissius, et placatius ferre. Quare mihi crede, et memoriæ manda, me tibi id affirmasse, te in istis [32] molestiis diutius non futurum. [33] Quando, quid sentirem, exposui : quid velim [34] tua causa, re potius declarabo, [35] quam oratione : et si tantum possem, quantum in ea republica, de qua [36] ita meritus sum, ut tu existimas, posse debebam, ne tu quidem in istis incommodis esses. [37] Eadem enim causa opes meas fregit, quæ tuam salutem [38] in discrimen adduxit. Sed tamen, quicquid [39] imago [40] veteris meæ dignitatis, quicquid reliquiæ gratiæ valebunt, studium, consilium, opera, gratia, fides mea, nullo loco [41] deerit tuis optimis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti : primum ob eas causas, quas scripsi : deinde, quod [42] ea de republica semper voluisti atque sensisti ; ut non modo nunc [43] secunda sperare debeas, sed etiam, si omnia adversa essent, tamen [44] conscientia et factorum, et consiliorum tuorum, quæcumque acciderent, [45] fortissimo, et maximo animo ferre deberes. Vale.

re a te missus. 20 Duobus, quorum alter T. Ligarius dicebatur. 21 Fratrum Ligarii. 22 Certe. 23 Meus ; nam *amor* et *cura* ad Ciceronem : *virtus* et *pietas* ad fratres est referenda. 24 Non intermissa. 25 Sua sponte, nemine supplicante aut intercedente. 26 Esse. 27 Propter magnas occupationes. 28 Cæsaris. 29 Iis, qui devicto Pompejo, bellum in Africa renovarunt. 30 Quam cæteris. 31 Arma enim, semel in Thessalia superati, abjicere noluerunt. 32 In quibus nunc es. 33 Quandoquidem. 34 Pro utilitate tua. 35 Quam verbis. 36 Tam bene, ut parens patriæ primus meruerit appellari. 37 Favor in Remp. *Eadem de causa nostrum uterque cecidit* : epist. 9. 38 In periculum. 39 *Reliquiæ pristinæ dignitatis*, dixit epist. 9. 40 Pristinæ. 41 In causa tua. 42 Ejusmodi res. 43 Prospera, tamquam bonæ tuæ voluntatis et sensus præmia. 44 Propter conscientiam. 45 Ut solent viri sapientes et fortes.

XV. CICERO LIGARIO.

[1] Me scito omnem laborem, omnem operam, curam, [2] studium, in [3] tua salute consumere. Nam cum te semper maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos [4] æque, [5] atque te, summa benevolentia sum complexus, singularis pietas, [6] amorque fraternus nullum me patitur officii erga te, studiique munus, aut tempus prætermittere. Sed quæ faciam, fecerimque pro te, ex [7] illorum te literis, quam ex meis, malo cognoscere. Quid autem sperem, aut confidam et [8] exploratum habeam de salute tua, id tibi a me declarari volo. Nam si quisquam est timidus in magnis periculosisque rebus, semperque magis adversos rerum exitus metuens, quam sperans [9] secundos, [10] is ego sum: et, si hoc [11] vitium est, eo me non carere confiteor. Ego [12] idem tamen, cum [13] ad kal. intercalares priores [14] rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cæsarem, atque omnem adeundi, et [15] conveniendi illius [16] indignitatem, et [17] molestiam pertulissem; cum fratres, et [18] propinqui tui jacerent ad pedes, et ego essem [19] locutus, quæ causa, quæ [20] tuum tempus postulabat; non solum ex oratione Cæsaris, quæ [21] sane mollis, et liberalis fuit; sed etiam ex [22] oculis et vultu, ex multis præterea signis, quæ facilius [23] perspicere potui, quam scribere, [24] hanc in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non esset. Quamobrem fac animo magno fortique sis: et, si turbidissima sapienter fere-

1 Rursus ostendit, se totis viribus contendere pro salute Ligarii: deinde spei suæ causas aperit, ac denique concludit epistolam cohortatione ad lætitiam, et constantis in eo juvando animi promissione. Epistola est nunciatoria juxta consolatoria. 2 Propensam voluntatem. 3 Procuranda. 4 Æqualiter. 5 Ac, quam. 6 In te. 7 Fratrum tuorum. 8 Compertum. 9 *Prosperos.* 10 Talis. 11 Meticulositatis, aut pusillanimitatis. 12 Qui propensior ad timorem sum. 13 Vigesimo die februarii intercalaris, qui XXIII. tantum dies habebat, cæteris quinque diebus intercalatis post mensem mercedonium, qui inter februarium et martium immittebatur. *Kalendæ intercalares priores* erant primus dies mercedonii mensis. 14 Rogatione. 15 Alloquendi Cæsaris, et cum eo agendi. 16 Humiliationem contra dignitatem meam. 17 Indignitas est et molestia, cum ad principem virum admitti, negotii causa cupientes, ambulare diutius ante ostium, fictas causas afferente cubiculario, cogimur. 18 Tullius Brochus avunculus, ejus filius, Lucius Martius, Cajus Cesetius, et Lucius Cornificius. 19 Ea. 20 Præsens tua fortuna, conditio ac status: ita locutus est, ut causæ ac temporis rationem haberet; sic superiori epistola: *etsi tali* tuo tempore *me aut consolandi aut juvandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat.* 21 Certe. 22 Qui indices sunt animi: itaque non tam facile mentiuntur. 23 Agnoscere. 24 In hanc opinionem.

bas, [25] tranquilliora læte feras. Ego tamen tuis rebus sic [26] adero, [27] ut difficillimis: neque Cæsari solum, sed etiam amicis ejus omnibus, quos mihi amicissimos esse cognovi, pro te, sicut adhuc feci, libentissime supplicabo. Vale.

XVI. CICERO [1] BASILIO S.

[2] Tibi [3] gratulor: [4] mihi gaudeo: te amo: tua [5] tueor. A te amari, et quid agas, quidque istic [6] agatur, certior fieri volo. Vale.

XVII. [1] BITHYNICUS CICERONI S.

[2] Si mihi tecum non et multæ, et justæ causæ amicitiæ privatim essent, repeterem initia amicitiæ ex [3] parentibus nostris: [4] quod faciendum iis existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis, [5] prosecuti sunt. [6] Itaque contentus ero [7] nostra ipsorum amicitia: [8] cujus [9] fiducia peto a te, ut absentem me, quibuscumque in rebus opus fuerit, [10] tueare: si nullum officium tuum apud me [11] intermoriturum existimas. Vale.

XVIII. CICERO BITHYNICO S.

[1] Cum cæterarum rerum causa cupio esse [2] aliquando [3] Remp. [4] constitutam: [5] tum velim, mihi credas, [6] accidere [7] id etiam, [8] quo magis [9] expetam promissum tuum, [10] quo in [11] literis uteris. Scribis enim, si ita sit, te mecum esse victurum. Gratissima mihi tua voluntas est, facisque nihil [12] alie-

veni. Dicitur ut *discedere sententiam*. 25 Contrarium contrario reddidit: dixerat enim, *turbidiora*. 26 Auxilio ero. 27 Q. d. vigilantissime.

1 Is esse videtur, qui cum Cæsarianus esset, in Cæsarem tamen conjuravit, et postea a servis est interfectus. 2 Brevis est gratulatio, 3 Pro te feliciter gesta, aut quæ feliciter evenit. 4 Pro commodo meo, eo quod tua bona mea sint. 5 Protego. 6 Ab aliis.

1 Videant docti, an is sit Bithynicus, quem Siciliæ prætorem post Cæsaris mortem fuisse narrat Appianus. 2 Mutui amoris commemoratione quasi viam sibi ad petendum munit: petit autem, ut absentem se tueatur; siquidem gratum fore non dubitet. Epistola est petitoria. 3 Progenitoribus. 4 Petere initia amicitiæ ex parentibus nostris. 5 Continuaverunt. 6 Et ita, quia aliter inter nos est. 7 Quæ nobis est propria. Sic dicimus, *nostra omnium*, mea unius, etc. 8 Nostræ ipsorum amicitia. 9 Per cujus fiduciam. 10 Protegas. Post Cæsaris necem summa fuit Ciceronis auctoritas in civitate. 11 Moriturum, periturum, et oblivioni perpetuæ dandum.

1 Respondet epistolæ Bithynici, non quidem superiori, sed alteri, quæ non exstat, significans, gratam sibi cum eo consuetudinem, si Resp. vigeret, fore. Epistola est familiaris. 2 Tandem. 3 Esse. 4 Stabilitam. 5 Multo magis. 6 Contingere. 7 Ut Resp. sit constituta, i. stabilita. 8 Ideo ut. 9 Exigam. 10 Promisso. 11 Non tamen, ut dixi, in superioribus. 12 Diver-

num necessitudine nostra, judiciisque [13] patris tui [14] de me summi viri. Nam sic [15] habeto, beneficiorum magnitudine eos, [16] qui temporibus valuerunt, aut [17] valeant, [18] conjunctiores tecum esse, quam me, [19] necessitudine neminem. Quamobrem grata mihi est et memoria tua [20] nostræ conjunctionis, et [21] ejus etiam augendæ voluntas. Vale.

XIX. CICERO [1] LEPTÆ.

[2] Simul accepi a Seleuco tuo literas, statim quæsivi e [3] Balbo per [4] codicillos, [5] quid esset in [6] lege. Rescripsit, eos, qui facerent [7] præconium vetari esse [8] in decurionibus: [9] qui [10] fecissent, non vetari. Quare bono animo sint et tui, et mei familiares: neque enim erat [11] ferendum, [12] cum, [13] qui hodie haruspicinam facerent, [14] in senatu Romæ [15] legerentur, [16] eos, qui aliquando præconium fecissent, in [17] municipiis decuriones esse non licere. De Hispaniis novi [18] nihil: magnum tamen exercitum [19] Pompejum habere constat. Nam Cæsar ipse ad nos misit [20] exemplum [21] Paciæci literarum, in [22] quo erat, [23] illi [24] XI. esse legiones. Scripserat etiam Messalla Q. Salasso, P. Curtium fratrem ejus, jussu Pompeji, inspectante exercitu, interfectum, quod [25] consensisset cum

sum a conjunctione nostra. 13 Q. Pompeji Bithynici. 14 Quæ habuit de me. 15 Teneto id rarissimum. 16 Quibus tempora fuerunt secunda, ut Cæsari. 17 Temporibus: ut Antonius, qui, quo anno Cæsar periit, consul erat. 18 Quia, cum illis tempora essent prospera, potuerunt facilius in te conferre beneficia, quam ego. In Cæsaris partibus fuisse Bithynicum, hæc verba demonstrant. 19 Vinculo necessariæ conjunctionis ex parentibus contractæ. 20 Quam habet de conjunctione nostra. 21 Conjunctionis nostræ.

1 Q. Leptæ, quo fabrum præfecto usus est Cicero proconsul in Cilicia: epist. 7. l. 3. Nunciatoria est epistola. 2 Simulac. 3 Jurisconsulto. 4 Literulas sive tabellas ceratas, in quibus stylo pungebatur, a *codice*, *i.* arboris libro, nominatas. 5 Quid juris esset de eo, quod quæsivisti. 6 Quam Cæsar, ubi Romam ex Hispania revertisset, ferre cogitabat: scripserat autem, vel ipse antequam iret in Hispaniam, vel post profectionem, Balbus et reliqui familiares, ex ejus sententia, ut ipso in urbem reverso, promulgaretur et ferretur. 7 Præcones publicos adhuc officium exercentes. 8 In numerum decurionum, sive magistratuum municipalium. 9 Sc. *eos.* 10 Præconium, et non amplius facerent. 11 Tolerandum, eo quod esset iniquum. 12 Sc. illi. 13 Qui non essent haruspices, i. inspectores victimarum. 14 Ut sint in numero senatorum. Jocus (nisi fallor) in Cæsarem, qui in senatorium ordinem indignissimos legerat: supplebat enim ille senatum, nam multi civilibus bellis senatores defecerant. 15 A Cæsare. 16 Sc. *et* 17 Urbibus Italiæ, quarum cives essent munerum Romanorum capaces. 18 Est. 19 Cn. Pompejum, Magni filium: qui, ad Mundam victus, paulo post interfectus est. 20 Diploma 21 L. Junii Paciæci, Hispani hominis, romana civitate donati. 22 Exemplo. 23 Pompejo. 24 Scribit Hirtius. 25 Ipse interfe-

Hispanis quibusdam, si in oppidum [26] nescio quod Pompejus [27] rei frumentariæ causa venisset, [28] eum comprehendere, ad [29] Cæsaremque deducere. De negotio tuo, quod [30] sponsor es pro Pompejo; si Galba [31] consponsor tuus redierit, homo in re familiari [32] non parum diligens, non desinam cum illo communicare, si quid [33] expediri possit: quod videbatur mihi [34] ille [35] confidere. [36] Oratorem meum tantopere a te [37] probari, vehementer gaudeo. Mihi [38] quidem sic persuadeo, me, quicquid habuerim judicii de [39] dicendo, in illum librum contulisse. [40] Qui si est talis, qualem tibi [41] videri scribis, ego quoque aliquid sum: sin [42] aliter, non recuso, quin quantum [43] de illo libro, tantundem de mei judicii fama detrahatur. Leptam [44] nostrum cupio delectari jam talibus scriptis: etsi [45] abest maturitas ætatis, jam tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus, non est inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ [46] meæ [47] partus. Sed cum ea, quemadmodum spero, satis firma sit, [48] teneor tamen, [49] dum a [50] Dolabellæ procuratoribus exigam primam [51] pensionem; et mehercule, non tam sum peregrinator jam, quam solebam. [52] Ædificia mea me [53] delectabant, et otium: [54] domus est, quæ [55] nulli villarum earum cedat: otium omni [56] desertissima regione majus. Itaque ne literæ quidem meæ [57] impediuntur: in [58] quibus sine ulla [59] interpellatione versor. Quare, aut arbitror: prius [60] hic te nos, quam [61] istic tu nos videbis. Lepta [62] suavissimus [63] ediscat [64] Hesiodum; et [65] habeat in ore,

— [66] τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα.

ctus. 26 Cujus nomen ignoro. 27 Ad obtinendum frumentum. 28 Pompejum. 29 Qui ejus inimicus erat. 30 Fidejussor. 31 Qui tecum sponsor pro eodem est. 32 Multum diligens, ad rem attentus. 33 Transigi et absolvi. 34 Galba. 35 Quod aliquid posset expediri. 36 Opus de oratore, sive quod ad Brutum scripsit sive alterum, quod Cæcina nominavit ep. 7. 37 Approbari. 38 Certe 39 De arte sive ratione loquendi. 40 Liber. 41 Eum. 42 Sc. *est*, i. si non est talis. 43 De laude illius libri. 44 Filium, tibi per naturam, mihi per curam et amorem. 45 Ab illo. 46 Filiæ, cum qua divortium fecerat Dolabella. 47 Ex quo Tullia decessit: bis igitur peperit, semel ante pugnam Pharsalicam, cum in Græciam ad Pompejum Cicero iturus esset: iterum, cum in Hispania Cæsar contra Pompeji liberos pugnaret. 48 Romæ. 49 Donec. 50 Mariti Tulliæ. 51 Prætium pro uso rerum ejus, quod a *pendendo*, dum reponitur, *pensio* dicitur. 52 Villæ meæ. 53 Gaudio et delectatione alliciebant; magnificas enim villas et sumptuose ædificatas habebat, quas ipse *ocellos Italiæ* ad Atticum scribens appellat. 54 In Palatio. 55 Nulla inferior sit. 56 Inculta. 57 Strepitu, aut vulgo. 58 Literis. 59 Obturbatione. 60 Romæ, ubi nos sumus. 61 Ubi tu es. 62 Filius tuus. 63 Memoriter discat. 64 Poetam græcum, qui opera, et Deorum generationem scripsit. 65 Illud carmen Hesiodicum. 66 *Virtutis autem sudorem.*

XX. CICERO LEPTÆ S. D.

[1] Maculam [2] officio functum esse gaudeo: ejus [3] Falernum mihi semper idoneum visum est [4] diversorio: [5] si modo [6] tecti satis [7] est ad [8] comitatum nostrum recipiendum. [9] Cæteroqui is mihi locus non displicet: nec [10] ea re [11] Petrinum tuum deseram. Nam et [12] villa, et amœnitas [13] illa [14] commorationis est, non [15] diversorii. De curatione aliqua [16] munerum regionum, cum Oppio locutus sum. Nam [17] Balbum, posteaquam tu es [18] profectus, non vidi; tantis pedum doloribus [19] afficitur, ut se [20] conveniri nolit. Omnino de tota re, ut mihi videris, sapientius faceres, si non [21] curares: quod enim [22] eo labore assequi vis, nullo modo [23] assequere. Tanta est enim [24] intimorum multitudo, ut ex [25] his potius aliquis [26] effluat, quam novo sit [27] aditus; præsertim qui nihil afferat, præter [28] operam: in [29] qua [30] ille se dedisse beneficium putabit, si modo [31] ipsum sciet, non [32] accepisse. Sed tamen aliquid [33] videbimus, in quo sit [34] spes: aliter quidem non modo non appetendum, sed etiam fugiendum puto. Ego me [35] Asturæ diutius arbitror commoraturum, [36] quoad [37] ille [38] quandoque veniat. Vale.

1 Pompejum Maculam, civem romanum, amatorem Faustæ, L. Syllæ filiæ: de quo meminit Macrob Sat. 2. Macula invitaverat Leptam, et Ciceronem in villam suam: Itaque Cicero eum laudat. Dehortatur autem Leptam, ne se insinuet in amicitiam Cæsaris et Cæsarianorum per munera. Epistola est dissuasoria. 2 Fecisse quod debebat, parando nobis hospitio. 3 Villa sive hospitium, quod habet in agro Falerno vicino Campaniæ, optimi vini feracissimo. 4 Ut sit nobis diversorium. 5 Dummodo. 6 Ædificii est in eo. 7 In eo. 8 Qui Cæsari, ex Hispaniis redeunti, ire obviam cogitamus. 9 Alioqui. 10 Propter eam rem. 11 Hospitium sive villam, a vico *Petrino*, qui fuit prope Sinuessam. Unde Horat. epist. 15. l. 1. *Sinuessanumque Petrinum*. 12 Domus in agro. 13 Quæ est præcipua in Falerno Maculæ. 14 Ad commorandum apta. 15 Ad tempus illic agendi. 16 Ludorum, quo Cæsar, superatis jam in Hispania Pompeji liberis, per singulas regiones dare cogitabat: id quod e Suetonio cognoscitur. 17 Quæ Balbus et Oppius, absente Cæsare, agebant, ea solebant illi rata esse. 18 Discessisti hinc. 19 Balbus. 20 Visitari. 21 Si nihil faceres. 22 Muneribus curandis. 23 Obtinebis id, ut sis de familiaribus Cæsaris. 24 Intimorum Cæsaris. 25 Qui sunt. 26 Dematur, ut liquore vase nimis pleno. 27 Accessus. 28 Laborem et industriam suam: qualis esset tua, quam velles illi navare curandis muneribus. 29 Opera. 30 Cæsar. 31 Te ludos curasse, eique operam tuam præstitisse: quod ignorare potest in tanta majorum rerum occupatione. 32 Sc. 33 Operam dabimus, ut si aliquid in ea curatione, quod aliquem splendorem habeat, inveniri possit, ab illis impetret, ut Leptæ committatur. 34 Dignitas et honestas aliqua. 35 In eo oppido non longe a Terracina. 36 Donec. 37 Cæsar: sic de magnis et claris viris loqui mos est. 38 Aliquando.

XXI. CICERO [1] TORANIO S.

[2] Dederam triduo [3] ante [4] pueris [5] Cn. Plancii literas ad te: [6] eo nunc ero brevior, teque, ut ante [7] consolabar, [8] hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse utilius, quam [9] ibidem [10] operiri, [11] quo adscire possis, quid tibi agendum sit. Nam præter navigationis longæ, et hiemalis, et [12] minime portuosæ periculum, [13] quod [14] vitaveris, [15] ne illud quidem non, quantivis, [16] subito cum certi aliquid audieris, te, [17] istinc posse [18] proficisci. [19] Nihil est præterea, cur [20] adventibus te offerre [21] gestias. Multa præterea, metuo cur [22] Chilone [23] nostro communicavi. [24] Quid multa? Loco [25] opportuniore [26] in his malis nullo esse potuisti; ex [27] quo te, quocumque opus erit, facillime, et expeditissime [28] conferas. [29] Quod si recipiet ille se, ad tempus aderis: sin ([30] quum multa accidere possunt) aliqua res eum vel impediet, [31] vel morabitur, tu ibi eris, ubi omnia [32] scire possis, [33] hoc mihi prorsus valde placet. De reliquo, ut te sæpe per literas hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, te [34] in hac causa nihil habere, quod tibi timendum sit, [35] præter communem casum [36] civitatis: [37] qui etsi est gravissimus, tamen ita viximus, et [38] id ætatis jam sumus, ut *omnia, quæ nostra culpa nobis accident, fortiter fer-*

1 C. Toranius, vir prætorius, paulo ante Ciceronem, a triumviris interfectus est: nunc exulabat. 2 Toranius, eamdem cum Cæcina causam secutus, et cum eo in Sicilia exulans, decreverat inde discedere, a quo Cicero eum dehortatur, suadensque ne Cæsari, ex Hispania redeunti, obviam procedat, fortitudinis eum admonet. Epistola est hortatoria. 3 Quam hæc scriberem. 4 Servis, 5 Pro quo exstat oratio. 6 Ideo, eam ob rem. 7 In dictis epistolis. 8 Sc. *ita*. 9 Ubi nunc es, 10 expectare. 11 Donec. 12 Ubi paucissimi sunt portus. 13 Periculum. 14 Operiendo, et manendo in Sicilia. 15 Prætor pericula et molestias, quæ vitaris, commodum illud non parvum habendum est, sed tale ut magni faciendum sit, subito, cum certi aliquid audieris, te isthinc posse proficisci. 16 Cito. 17 Ab isto loco, ubi es. 18 Discedere illinc, atque proficisci ad urbem cum de tua salute certi aliquid audieris. 19 Nulla est causa. Improbat, eam rationem, qua Toranius adductus de loci mutatione cogitabat. 20 In iis versare locis, in quibus solent advenire, qui Cæsaris partes sequuntur: sic orat. in Pisonem: *Quid dicam* adventus *meos? quid effusiones hominum ex oppidis?* 21 Nimium cupias, ita ut gestu cupiditatem indices. 22 Liberto vel servo, de quo lib. III. ad Q. Fratrem fit mentio. 23 Amico. 24 Scribam tibi. 25 Commodiore quam ubi es. 26 Durantibus his malis. 27 Loco. 28 Traducas. 29 Si Cæsar ex Hispania redibit. 30 Quoniam multa impedimenta contingere possunt. 31 Retinebit ne veniat, vel ne cito veniat. 32 Ex literis amicorum: non longe igitur Toranius aberat. 33 Consilium. 34 In eo, quod ad Pompejanos omnes, belli civilis causa exulantes, pertinet. 35 Præter universæ Reip. interitum. 36 Romanæ. 37 Casus communis. 38 In ea ætate.

re debeamus.[39] Hic tui [40] omnes valent, summaque, [41] pietate te desiderant, et diligunt; et colunt. Tu et cura ut valeas, et te [42] istinc ne [43] temere commoveas.

XXII. CICERO TORANIO S.

[1] Etsi cum hæc ad te scriberem, aut appropinquare exitus hujus [2] calamitosissimi belli, aut jam aliquid actum, et [3] confectum videbatur: tamen quotidie [4] commemorabam, te unum in [5] tanto exercitu mihi fuisse assensore, [6] et me tibi: solosque nos [7] vidisse, quantum esset in eo bello mali, in quo, [8] spe pacis exclusa, [9] ipsa victoria futura esset acerbissima, quæ aut interitum allatura esset, si victus esses, aut, si vicisses, [10] servitutem. Itaque ego, quem tum fortes [11] illi viri, et sapientes, [12] Domitii, et [13] Lentuli, [14] timidum esse dicebant (et eram plane: timebam enim, ne evenirent ea quæ acciderunt) idem nunc nihil timeo, et ad omnem eventum paratus sum. [15] Cum aliquid videbatur caveri posse, tum id negligi [16] dolebam: nunc vero, eversis omnibus rebus, *cum consilio* [17] *profici nihil possit,*[18] *una ratio*[19] *videtur, quicquid evenerit, ferre moderate: præsertim cum omnium rerum mors sit* [20] *extremum;* [21] et mihi sim conscius, me, quoad licuerit, dignitati Reip. consuluisse; et, [22] hac amissa, [23] salutem retinere [24] voluisse. Hæc scripsi, non ut de me ipse dicerem, sed ut tu, qui conjunctissima fuisti mecum et sententia, et voluntate, eadem cogitares. MAGNA enim *consolatio est, cum recordare, etiamsi*[25] *secus acciderit, te tamen recte,* [26] *vereque sensis-*

39 Romæ. 40 Amici. 41 Charitate cum observantia, quam debent inferiores majoribus, ut liberi parentibus, et nos omnes Deo. 42 A loco, ubi nunc es. 43 Inconsulte.

1 Consolatoria hac epistola eumdem Toranium fere consueto more consolatur. 2 Civilis, in perniciem Reip. vergentis, et Hispaniensis: cum in præcedenti epistola rediturum ex Hispania Cæsarem expectari dixerit. 3 Absolutum. 4 Cogitatione, i. memoria repetebam, in memoriam redigebam. 5 Pompejano. 6 Quia ambo sentiebant, potius pacis iniquæ conditiones suscipiendas, quam bellum obeundum. 7 Considerasse. 7 Quorundam Pompejanorum culpa, qui Pompejo duce freti, per opportunam et rebus domesticis et cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant. 9 Utriusque partis. 10 Ob contumaciam et arrogantiam Pompejanorum. 12 Nobilissimi: quos *fortis* per ironiam dicit, qui me timidum vocarent; *sapientes*, qui de belli eventú nihil timendum judicarent. 12 L. Domitius pater, et Cn. Domitius filius. 13 L. Lentulos, et P. Lentulus. 14 Cum pacem quavis tuta conditione cupiebam. 15 Quamdiu. 16 Ægre ferebam. 17 Nullus possit fieri profectus. 18 Sola. 19 Amplectenda. 20 Horat. epist. 16. l. 1, *Mors ultima linea rerum est.* Hoc significat, mala omnia morte terminari. 21 Sc. cum. 22 Republica. 23 Ipsius Reip. cujus antea dignitas, bello autem civili salus etiam concidit. 24 Quod non obtinuit, ob nonnullorum pugnandi cupiditatem. 25 Aliter. 26 Et juste.

se. Atque utinam liceat aliquando aliquo Reip. statu nos frui, interque nos conferre solicitudines nostras, quas pertulimus tum, cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod [27] timeas, [28] præter universæ Reip. interitum, tibi [29] confirmo. De me autem sic velim judices; quantum ego possim, me tibi, saluti tuæ, liberisque tuis [30] summo cum studio [31] præsto semper futurum. Vale.

XXIII. CICERO [1] DOMITIO.

[2] Non ea res me deterruit,[3] quo minus posteaquam in Italiam [4] venisti, literas ad te mitterem, quod tu ad me nullas miseras: sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus; nec quid suaderem, cum mihimet ipsi consilium deesset, nec quid consolationis afferrem, in tantis malis reperiebam. [5] Hæc, quamquam [6] nihilo meliora sunt, nunc [7] etiam atque etiam multo desperatiora, tamen [8] inanes esse meas literas, quam nullas, malui. Ego, si te intelligerem plus conatum esse suscipere Reip. causa [9] muneris, quam quantum [10] præstare potuisses, tamen, quibuscumque rebus possem, ad eam conditionem te vivendi, quæ [11] daretur, quæque esset, hortarer.[12] Sed cum consilii tui, [13] bene fortiterque suscepti, cum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna [14] terminum nostrarum contentionum esse voluisset: oro obtestorque te pro nostra vetere conjunctione, ac necessitudine, proque summa mea in te benevolentia, et [15] tua in me pari, te ut nobis, [16] parenti, conjugi, tuisque omnibus, quibus es, fuistique semper carissimus, salvum conserves, incolumitati tuæ, tuorumque, [17] qui ex te pendent, [18] consulas. Quæ didicisti, quæque ab [19] adolescentia,

27 Timere debeas. 28 Præter communem casum civitatis, dixit in epistola superiore. 29 Firmiter assero. 30 Summo studio concomitante. 31 Paratum.

1 Cn. Domitio Ænobarbo L.F. 2 Cum Domitius post cladem Pharsalicam in Italiam se recepisset, neque Cic. quicquam ad eum scripsisset, hac se epistola excusat, operamque suam pollicetur. Epistola est excusatoria et hortatoria. 3 Non ideo misi ad te postea literas. 4 Ex prælio Pharsalico. 5 Omnia jam dicta. 6 Nulla in re. 7 Cumulate. 8 Frivolas et inefficaces. 9 Obsequii et laboris. 10 Exhibere. 11 Concederetur tibi, licet non optima. 12 Si mansisses in bello, ut mansere multi: tamen hortarer te, ut æquo animo fortunam tuam ferres, eaque vivendi conditione, quæ daretur, utereris: cum vero statim victo in Thessalia Pompejo, belli finem tibi statuoris eum, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluisset, multo magis hortari te debeo, ne mærori te totum dedas, sed incolumitati tuæ consulas. 13 Decenter. 14 Exitum. 15 Benevolentia. 16 Matri, sc. Portiæ, M. Catonis sorori. 17 Quorum salus pendet ex te, quorum incolumitas in tua sita est. 18 Consilio tuo auxilio sis, et prospicias. 19 Tua

pulcherrime a sapientissimis viris [20] tradita, memoria et scientia comprehendisti, iis hoc tempore utare: quos [21] conjunctos summa benevolentia plurimisque officiis amisisti, eorum [22] desiderium si non æquo animo, [23] at forti feras. Ego, quid possim, nescio, vel potius me parum posse sentio: illud tamen tibi polliceor, me, quæcumque saluti dignitatique tuæ [24] conducere arbitrabor, tanto studio esse facturum, quanto semper tu et studio, et officio in meis rebus fuisti. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam, optimam fœminam tuique amantissimam, [25] detuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, [26] ut te velle intellexero: sin tu minus scripseris, ego tamen omnia, quæ tibi utilia esse arbitrabor, summo studio diligenterque curabo. Vale.

LIBER SEPTIMUS.

I. M. CICERO [1] M. MARIO S. D.

[2] Si te [3] dolor aliquis corporis, aut [4] infirmitas valetudinis tuæ tenuit, [5] quo minus ad [6] ludos venires, [7] fortunæ magis tribuo, quam [8] sapientiæ tuæ. Sin [9] hæc, quæ [10] cæteri mirantur, contemnenda [11] duxisti, et cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti: utrumque lætor, et sine dolore corporis fuisse, et [12] animo valuisse, cum ea, quæ [13] sine causa mirantur alii, neglexeris: [14] modo, ut tibi constiterit fructus otii tui: [15] quo quidem tibi [16] perfrui mirifice licuit, cum esses in ista [17] amœnitate [18] pene solus relictus. Neque tamen

20 Tibi. 21 Tibi. 22 Mortem et absentiam. 23 Saltem. 24 Utilia fore. 25 Denunciavi. 26 Sicuti.

1 Arpinati, quam Marium Gratidium nonnulli vocant, qui fuit Q. Ciceronis fratris in Asia legatus. 2 Responsoria ad petitionem Marii pro ludorum et spectaculorum descriptione a Cicerone sibi mittenda: in qua, quantum potest, elegantissime omnem istarum rerum voluptatem extenuat. Sed tamen, quales fuerint, interim scribit: ostenditque, quam possit melioribus voluptatibus tranquillius animus se oblectare. 3 Tum ex podagra, qua laborabat: ut epist. 4. tum ex alio morbo: erat enim Marius et valetudine, et natura imbecillior 4 Debilitas sanitatis tuæ sine dolore. 5 Ut non. 6 Romæ a Pompejo exhibitos in secundo consulatu. 7 Quæ noluit te frustra acciri Romam. 8 Quia per ipsam non stetit, quod non veneris. 9 Ludicra. 10 Utpote plebeji. 11 Existimasti. 12 Quasi animo ægrotent, qui ludos mirentur. 13 Eo quod non sint admiratione digna. 14 Dummodo ita sit, ut utilitas otii tui nota fuerint tibi, i. dummodo in isto otio non fueris otiosus: quia non omnes, quia beati esse possunt, continuo beati sunt, eo quod nesciant. 15 Otio. 16 Plene frui. 17 Rurali. 18 Cum te reli-

dubito, quin tu [19] ex illo cubiculo tuo, ex quo [20] tibi [21] Stabianum [22] perforasti, et patefecisti [23] Sejanum, per eos dies matutina tempora [24] lectiunculis consumseris: cum illi interea, qui te [25] istic reliquerunt, spectarent [26] communes [27] mimos [28] semisomni. [29] Reliquas vero partes diei tu consumebas iis delectationibus, quas [30] tibi ipse ad arbitrium tuum [31] comparas: nobis autem erant ea perpetienda, quæ [32] scilicet [33] P. Mæcius probavisset. Omnino, [34] si quæris, [35] ludi [36] apparatisimi, [37] sed non [38] tui stomachi: conjecturam enim facio de [39] meo. Nam primum [40] honoris causa in [41] scenam redierant ii, quos ego [42] honoris causa de scena decessisse arbitrabar. [43] Deliciæ vero tuæ noster [44] Æsopus [45] ejusmodi fuit, ut ei [46] desinere [47] per omnes homines liceret: is [48] jurare cum cœpisset, vox [49] cum [50] defecit [51] in illo loco, [52] *si sciens fallo*. [53] Quid tibi ego alia narrem? nosti enim [54] reliquos ludos. [55] Quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod [56] solent mediocres ludi. Apparatus enim [57] spectatio tollebat omnem hilaritatem; quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquissimo carueris. Quid enim

querint ii, qui ad ludorum spectacula in urbem se contulerant. 19 Prospectans sc. ad ea loca., quæ tibi perforasti, et patefecisti. 20 Ad votum tuum. 21 Partem villæ sic nominatam. Stabiam autem oppidum fuisse dicit Plinius in agro Campano: quod nunc in villas abiit. 22 Prospectum in Stabianum agrum aperuisti. 23 Alteram partem villæ. Al. *scenam*, i. non puto te nostros ludos desiderasse, cum ex cubiculo tuo Stabianum prospiceres, quod tibi scenam referre, et tanquam scenæ conspectus delectare te posset. 24 Legendo subinde libros aliquos. 25 Ruri, vel in villa tua. 26 Vulgares, qui spectari solent ab omnibus. 27 Histriones et actores ludorum. 28 Propter lentam actionem somno oppressi: vel quia nihil novum spectarent; vel etiam quia matutino tempore. 29 Præter matutina tempora. 30 Ad arbitrium tuum. 31 Conquisiveras. 32 Si Diis placet. Per indignationem ponitur. 33 Qui poemata a minis in scena recitanda, prius judicabat. 34 Scire, quales fuerint ludi. 35 Fuerunt. 36 Maximo sumptu et apparatu instructi. 37 Fuerunt. 38 Qui tibi saperent ac placerent. 39 Stomacho, cui non placuerunt. 40 Ut ludos Pompeji honorarent. 41 Locum, in quo agebantur ludi. 42 Ne præsentia sua ludos dehonestarent, cum essent inhonesti. 43 In quo tantopere oblectaris, qui tibi in deliciis et amoribus est. Titus, Vespasiani filius, *amor ac deliciæ generis humani* dictus est. 44 Tragœdus. 45 Talis in agendo. 46 Desistere ab agendo. 47 Nullo reclamante, cum omnes satiati essent ante finem ludorum: nemini enim placebat. 48 Ut fit in fabulis. 49 Jam senem. 50 Destituit, deseruit. 51 Cum diceret illa verba. *Si sciens fallo*. 52 Verba jurisjurandi per Jovem Lapidem enim silicem, ut ait Festus, tenebant juraturi per Jovem, hæc verba dicentes: *Si sciens fallo*, tum me Diespiter, salva urbe, arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. 53 Ad quid. 54 Quos cum sæpe videris, quales hi fuerint, potes conjicere. 55 Quid dico reliquos? hi ne id quidem, etc. 56 Habere. 57 Frequens inspectio.

delectationis habent [58] sexcenti [59] muli in [60] Clytemnestra? aut in [61] Equo Trojano [62] craterarum tria millia? aut [63] armatura varia peditatus, et equitatus in aliqua pugna? [64] quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. Quod si tu [65] per eos dies [66] operam dedisti Protogeni tuo, dummodo [67] is tibi [68] quidvis potius, quam orationes meas legerit, [69] næ tu [70] haud paulo plus, quam quisquam nostrum, delectationis habuisti. [71] Non enim te puto Græcos, aut [72] Oscos ludos desiderasse, præsertim cum * Oscos ludos [73] vel in Senatu [74] nostro spectare possis; [75] Græcos vero [76] ita non ames, [77] ut ne ad villam quidem tuam via Græca ire soleas. Nam [78] quid ego te [79] athletas putem desiderare, qui [80] gladia-

58 Numerus finitus pro infinito. 59 Agamemnonis, velnti capta Troja redeuntis, ac proinde Troica præda onusti: nam in Clytemnestra, Attii Poetæ Tragœdia, reditus ostendebatur Agamemnonis in patriam ab excisa Troja. 60 Per pompam dedncenda in tragœdia. Clytemnestra est nomen Tragediæ quæ denominatur a re præcipue in ea acta. Clytemnestra autem erat uxor Agamemnonis, principis exercitus Græcorum, quæ cum Ægistho adulterium commisit, absente marito, et reversum ejus consilio interfecit, unde ab Oreste filio interfecta est. Cum ergo ageret Imperatricem, sexcentis mulis in Tragœdia usa fingebatur. 61 Tragœdia Livii Andronici, ab *equo Trojano* denominata, in quo qnam plurimi Græcorum fuerant inclusi: unde ad pompam, illis, tria millia craterarum in Tragœdia assignabantur. 62 Vasorum, potoriorum, ex Troica præda. Hujusmodi autem crateræ ostentabantur pro inclnsis in equo ad usnm potandi. Clarissimus Grævius legit ex vestigiis libri sui, *cetrarum*. Optime: *cetra* enim erant clypei, quibus variæ gentes utebantur, sed tunc Romæ rariores; unde multitudo earum pro illis, qui Equo Trojano inclusi erant, magnificentiam fabulæ auxit. 63 Variis armorum generibus. 64 Supra dicta in apparatu superfluo consistentia. 65 Quibus tales ludi exhibebantur. 66 Legentem Protogenem, libertum et lectorem tnum, audisti. Sic in Bruto *Juris civilis studio multum operæ dabam Q. Scævolæ*. Et ibidem Infra: *Moloni Rhodio Romæ operam dedimus*. 67 Protogenes. 68 Qnamcunque aliam rem. 69 Certe. 70 Multo plus. 71 Transitus est ad aliam sententiam. 72 Tria ludorum genera Pompejus dedit, Latinos, Græcos, Oscos, diversos sc. lingua, sermone, et amictu. Ab *Oscia*, regione Campaniæ, quæ est Oscos, vocati sunt. * Jocatur in Senatum Romanum, qui levitate et inconstantia et adulatione Pompeji et Cæsaris prudentibns viris risum excitabat, ut in Oscis ludis histriones sive exodiarii. Osci ludi unice ad risum ciendum comparati erant, uti qui Belgis *Klugten* dicuntur. 73 Etiam. 74 Romano, in quo uterque erat: q. d. illic esse, qui sese omnibus modis ridicnlos præbeant. 75 Ludos. 76 Tam infenso odio prosequaris. 77 Tantum, inquit, longe es, ut Græcos ames, ut omnia, quæ ejus gentis nomine appellantur, ferre non possis, adeo ut ne ad villam quidem tuam Græca via ire velis. 78 Ad quid. 79 Pugiles et luctatores, qui in theatro certarunt. 80 Intelligit Cicero Clodium ejusque asseclas, contra quorum vim Marius Ciceroni præsto fuit. *Gladiatores* aliquando dicuntur homines audaces ac feroces, quorum opera mali cives utebantur ad bonos vexandos, si nollent eorum

tores contemseris? in quibus[81] ipse Pompejus[82] confitetur, se et[83] operam, et oleum perdidisse.[84] Reliquæ sunt[85] venationes,[86] binæ per dies quinque magnificæ, nemo[87] negat: sed quæ potest esse homini[88] polito delectatio, cum aut homo imbecillus[89] a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia[90] venabulo[91] transverberatur?[92] quæ tamen si videnda sunt, sæpe vidisti: neque nos, qui hæc spectavimus, quicquam novi vidimus.[93] Elephantorum[94] extremus[95] dies fuit: in[96] quo[97] admiratio magna vulgi atque turbæ, delectatio nulla[98] extitit: quin etiam[99] misericordia[1] quædam consecuta est, atque opinio ejusmodi, esse quamdam illi[2] belluæ cum genere humano[3] societatem. His ego tamen diebus,[4] ludis scenicis, ne forte videar tibi non modo beatus, sed[5] liber omnino fuisse,[6] dirupi pene me in judicio[7] Galli Caninii, familiaris tui. Quod si tam facilem populum haberem,[8] quam[9] Æsopus habuit, libenter mehercule[10] artem[11] desinerem, tecumque, et cum[12] similibus nostri viverem. Nam me cum antea[13] tædebat,[14] cum et[15] ætas, et[16] ambitio[17] me hortabantur, et licebat denique, quem[18] nolebam, non defendere: tum vero hoc tempore[19] vita nulla est. Neque enim fru-

obsequi cupiditatibus. 81 Dator ludorum, qui eis plurimum oblectari solebat. 82 Quia pauci eo certamine delectati. 83 Laborem et sumptum: oleo enim ungebantur athletarum corpora. Id primo dictum de athletis, qui labore et sumptu exercitati, mox interdum parum probarentur; deinde ad omnia similia translatum est, in quibus et operæ et sumptus jacturam factam esse constaret. Plaut. in Pœn. *Et oleum et operam perdidi.* 84 Præter dictos apparatus. 85 In quibus leones quingenti interfecti sunt. 86 Singulis e quinque diebus duæ mane datæ, post meridiem instauratæ, et ita decem. 87 Magnificas fuisse. 88 Eleganti, bonarum literarum gnaro. 89 A leone. 90 Cuspide venatoria sive telo venantium, lato ferro. 91 Transjicitur. 92 Spectacula. 93 Quos viginti, ut Plinius ait, vel ut Dio, octodecim, Pompejus in circo exibuit. 94 Ultimus. 95 Ludorum. 96 Die. 97 Tantarum belluarum aspectu. 98 Emersit. 99 Elephantis oculos ad cœlum tollentibus, et quasi cum Diis querentibus, fidem sibi in Africa datam non servari; si modo vera sunt, quæ scribit Dio. 1 Quia proprie miseremur nostri similium, non brutorum. 2 Elephanto. 3 Quia cum potuissent sævire in homines victos, noluerunt. 4 Propter ludos scenicos, Clytemnestram sc. et Equum Trojanum, itemque Græcos et Oscos ludos. 5 Ab omni cura. 6 Præ labore et contentione. 7 Quem defendi, ne contra eum judicium fieret. 8 Facilem. 9 Qui ob malam actionem statim dimissus est. 10 Causidicorum. 11 Sic Gellius xv 15. *cum jam natu grandis artem athleticam desiisset.* 12 Viris studiosis. 13 Solicitudinis in causis dicendis. 14 Quando. 15 Valida et juvenilis. 16 Cupiditas perveniendi ad magnos honores: causis enim agendis multorum sibi amicitias comparavit, quorum ope summos honores consecutus est. 17 Tali officio, per quod emergere possem, incumbere. 18 Defendere: quia nulli eram obnoxius. 19 Prorsus injucunda vita est, ut mihi vivere non videar, quod sic excrucier a-

*

ctum ullum laboris [20] exspecto: et cogor [21] nonnunquam [22] homines non optime de me meritos, [23] rogatu [24] eorum, qui bene [25] meriti sunt, defendere. Itaque quæro [26] causas omnes [27] aliquando vivendi arbitratu meo: teque, et istam rationem otii tui et laudo vehementer, et [28] probo: quodque nos [29] minus [30] intervisis, hoc fero animo æquiore, quod, si Romæ esses, tamen neque nos [31] lepore tuo, neque te, [32] si quis est in me, meo frui liceret, propter [33] molestissimas occupationes meas: [34] quibus si me [35] relaxato (nam ut [36] plane exsolvam, non postulo) te ipsum, qui multos annos nihil aliud [37] commentaris, docebo profecto, quid sit [38] humaniter vivere. Tu [39] modo istam [40] imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta et [41] tuere, ut facis, ut nostras [42] villas [43] obire, et mecum nostra simul [44] lecticula concursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistola [45] subinvitaras, [46] si memoria tenes, ut ad te aliquid ejusmodi scriberem, [47] quominus te prætermisisse [48] ludos pœniteret. [49] Quod si [50] assecutus sum, gaudeo: [51] sin minus, [52] hoc me tamen consolor, quod post hac ad ludos venies, nosque vises, neque [53] in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ. Vale.

II. M. T. C. M. MARIO S. D.

[1] Mandatum tuum curabo diligenter: sed [2] homo acutus, ei

gendo tot causas invite. 20 Al. *peto*. 21 Interdum. 22 Ut Gabinium (quem rogatu Pompeji defendit, cum ab eo consule oppugnatus et ejectus esset) et Vatinium, quem circa hæc tempora rogatu Cæsaris, miraque contentione defendit: epist. 9. l. 1. 23. Propter preces. 24 Ut Cæsaris. et Pompeji. 25 De me. 26 Vias. 27 Tandem. 28 Approbo. 29 Non. 30 Interdum visitas. 31 Venusto sermone tuo. 32 Si aliquis lepor. 33 Quod eos etiam, quos nollet, defendere cogeretur. 34 Occupationibus. 35 Levavero Sic. epist. 15. ad Att. l. 16. *Si te occupatione ista* relaxaris. 36 Omnino me liberem. Non omnino occupationibus expediri, sed impediri minus vult, plus enim est exsolvere, quam relaxare. 37 Animo agitas. 38 Humane, jucunde et honeste, cum iis voluptatibus et studiis, quibus animus quidem remittitur, nunquam tamen a virtute disjungitur. 39 Solummodo. 40 Infirmitatem, i. tuam infirmam valetudinem. 41 Protege, ne quid deterius patiatur. 42 Domos in agro positas. 43 Adire, vel circumire. 44 In qua senes et potentes portabantur a servis. 45 Occulte invitaveras. 46 Si non es oblitus. 47 Ut non, aut non tantopere. 48 Romæ celebratos. 49 Scripsisse, quominus te pœniteret. 50 Obtinui. 51 Si non sum assecutus. 52 Hac re. 53 Quam capies ex epistolis, cum hæ non delectent.

1 Ut prædium tibi ematur. Respondet petioni de prædio emendo per Ciceronem. 2 Cum Ironia: minime enim acutus, qui mandat ei, ut aliquid

[3] mandasti [4] potissimum, cui [5] expediret, [6] illud [7] venire [8] quam plurimo. Sed eo [9] vidisti multum, quod [10] præfinisti, quo ne [11] pluris emerem. Quod si [12] mihi permisisses, [13] qui meus amor in te est, [14] confecissem cum [15] cohæredibus : nunc [16] quando [17] tuum pretium novi, [18] licitatorem potius apponam, quam [19] illud [20] minoris [21] veneat : sed de joco satis est. [22] Tuum negotium agam, sicuti debeo, diligenter. [23] De Bursa te [24] gaudere, certo scio : sed nimis verecunde mihi gratularis. Putas enim, ut scribis, propter [25] hominis [26] sordes minus me magnam illam lætitiam putare. Credas mihi velim, magis me [27] judicio hoc, quam [28] morte inimici lætatum. Primum enim [29] judicio malo, quam gladio, deinde [30] gloria potius [31] amici, quam [32] calamitate. In primisque me delectavit, tantum studium [33] bonorum in me extitisse contra incredibilem [34] contentionem clarissimi, et potentissimi [35] viri. Postremo (quod vix verisimile fortasse videatur) oderam [36] multo pejus [37] hunc, quam illum ipsum [38] Clodium. [39] Illum enim [40] oppugnaram :

emat, cui expediat illud venire qu..n plurimo. 3 Prædium tibi emi quam minimo. 4 Maxime. 5 Utile esset. 6 Prædium. 7 Vendi. 8 Maximo pretio, i. mihi, ejus ex testamento possessori. 9 Prospexisti, in eo sapuisti multum. 10 Definivisti. 11 Quam scripseras ; mandaverat enim Ciceroni Marius, ut vel suam venderet, vel aliorum cohæredum partem emeret. 12 Arbitrio meo, et non præfinivisses mihi pretium. 13 Pro meo in te amorem. 14 Transegissem emptionem, negotium absolvissem. 15 Quia ipse non erat solus hæres. 16 Quandoquidem. 17 Quanti tibi sit. 18 In venditione illius prædii subornabo, substituam, et comparabo potius hominem, qui simulando se velle emere, cum tamen revera novit, augeat pretium, ne vilius vendatur quam tu præfiniisti. Sic l. III. de Offic. *Tollendum est igitur in rebus contrahendis mendacium, non* licitatorem *venditor, nec qui contra se liceatur emptor* apponat. 19 Prædium. 20 Quam præfinivisti. 21 Vendatur. 22 Non curabo, ut pluris veneat, quam par sit. 23 Quod Bursam vicerim. Hic est T. Munacius Plancus Bursa, frater L. Planci oratoris, ad quem sunt epistolæ l. 10. accusatus est ambitus, et condemnatus a Cicerone, cui antea Tribunus pl. in causa Milonis adversatus fuerat, et in concionibus magnam invidiam concitarat. Postea rerum potitus Cæsar, eum, et omnes lege Pompeja damnatos restituit. 24 Tum, quia de vi damnatus esset ; tum etiam, quia Cicerone ipso accusante. 25 Victi. 26 Vitia ; quibus inquinati homines contemnuntur, ut sordes. 27 Quod contra Bursam latum est. 28 Clodio a Milone interfecto. 29 Victum esse. 30 Cum gloria. 31 Pro quo Cicero contra eum egit. 32 Quæ secuta fuisset, si gladio vindictam sumpsisset. Q. d. Non tanti mihi est inimicorum exitium, ut eos perditos velim cum amicorum calamitate, quod accidit in Clodio : eum enim occidit Milo, et eo crimine calamitatem subiit exsilii. 33 Judicum, qui Bursam damnaverant. 34 Summum studium pro salute Bursæ. 35 Pompeji. Nam Crassus multo ante contra Parthos erat profectus. 36 Multo gravius, et cum majore exsecratione, et mali in illum optione. 37 Inimicum. 38 Singularem inimicum, et hujus amicum. 39 Clodium et ita merito inimicus fuit. 40 Prius.

[41] hunc defenderam. Et [42] ille, cum omnis Respub. [43] in meo capite [44] discrimen esset habitura,[45] magnum quiddam [46] spectavit: nec [47] sua quidem sponte, sed [48] eorum auxilio, qui,[49] me stante,[50] stare non poterant : [51] hic [52] simiolus,[53] animi causa, me,[54] in quem inveheretur, delegerat : persuaseratque nonnullis invidis meis, se in me [55] emissarium semper fore. Quamobrem valde [56] jubeo gaudere te : [57] magna res gesta est : numquam ulli fortiores cives fuerunt, quam qui ausi sunt [58] eum [59] contra tantas opes ejus, a quo ipsi lecti judices erant, condemnare. Quod fecissent numquam, nisi iis dolori meus fuisset [60] dolor. Nos hic in [61] multitudine et [62] celebritate judiciorum, et [63] novis legibus, ita [64] distinemur, ut quotidie vota faciamus,[65] ne intercaletur, ut quamprimum te [66] videre possimus. Vale.

41 Bursam reum: qui postea factus est inimicus : ingratus igitur: in quo vitio nihil mali non inest. 42 Clodius. 43 Si ego in periculo essem. 44 Periculum, i. periclitatura esset : cum in mea salute Reip. salus ageretur. 45 Quoddam emolumentum singulare. 46 Prætendit. 47 Proprio ingenio. 48 Improborum omnium, Gabinii, Pisonis, et aliorum. 49 Si ego mansissem in statu meo. 50 Perditis enim illorum consiliis adversabar acerrime. 51 Bursa. 52 Plane contemnendus, non homo, sed simiolus, ac turpis imitator Clodii: homini enim simia quibusdam rebus similis: epist. 10. l. 5. Simius, *non semissis homo, contra me arma tulit.* 53 Ut satisfaceret malitiæ animi sui. 54 Quem injuriis afficeret. 55 Qui inveheretur in me, quique meorum invitorum arbitrio, et voluntate in me emitteretur: nam Ciceroni diem se dicturum ostenderat. *Emissarius* enim dicitur, qui ab alio emissus et subornatus est, aut vexandi alterius causa, aut arcana aliorum cognoscendi. Sic epist. 8.1.8. *Præterea de vi reus a quodam* emissario *suo Tirio factus est.* Alias in significatione magis propria *emissarius* dicitur lacus in hortis, aut pratis, quo aqua, quæ irrigasset agrum, emittebatur: ut epist. 18. l. 16. *Helico nequissimus* H. S. C. C. *dabat, nullo aprico horto, nullo* emissario, *nulla maceria, nulla casa.* 56 Volo. 57 Sc. *quia.* 58 Bursam. 59 Contra contentionem potentissimi viri Pompeji: qui cum, imperii causa, ad urbem esset, Plancum per tabellas absens laudavit. 60 Susceptus ex multis Planci injuriis: qui me animi causa, in quem inveheretur, delegerat. 61 Ob magnitudinem rerum, quæ judicabantur. 62 Sive frequentia. 63 Quas proximo superiore anno Pompejus Magnus, tertium consul, tulerat. 64 Detinemur. 65 Ne fiat intermissio et suspensio judiciorum, ne dierum interpositione mensis et tempus protrahatur. 66 Quod non liceret, nisi judiciis absolutis.

III. M. CICERO M. MARIO S. D.

[1] Persæpe mihi cogitanti [2] de communibus miseriis, in quibus [3] tot annos versamur, et([4] ut video) versabimur, solet [5] in mentem venire illius temporis, quo [6] proxime fuimus [7] una: quinetiam ipsum diem memoria [8] teneo. Nam [9] a. d. III. Idus Majas, Lentulo et Marcello Coss. cum in [10] Pompejanum vesperi venissem, tu mihi [11] solicito animo præsto fuisti. [12] Solicitum autem te habebat cogitatio [13] tum officii, tum etiam periculi mei. [14] Si manerem in Italia, verebare, ne [15] officio deessem: si proficiscerer ad [16] bellum, periculum te meum [17] commovebat. Quo tempore vidisti profecto me quoque ita conturbatum, ut non [18] explicarem, [19] quid esset optimum factu: pudori tamen malui, famæque [20] cedere, quam salutis meæ [21] rationem ducere. Cujus me mei facti pœnituit, non tam propter periculum meum, quam propter vitia multa, quæ ibi [22] offendi, quo veneram. [23] Primum [24] neque magnas copias, [25] neque bellicosas: deinde [26] extra [27] ducem, paucosque [28] præterea (de principibus loquor) [29] reliqui primum in ipso bello [30] rapaces, deinde in oratione ita crudeles, ut [31] ipsam victoriam horrerem:

1 Vituperatorum quorundam voces, discessum ejus a civili bello reprehendentium, iniquo animo ferebat: causam igitur exponit, cur, devicto acie Pharsalica Pompejo, in patriam redire maluerit, quam vel bellum renovare, vel capere tanquam exulis locum, vel mortem sibi consciscere voluntariam. Epistola est declaratoria. 2 Afflicta civili bello Rep. 3 Initio sumpto ab eo anno, quo Cæsar primum consul fuit: leges enim multæ contra majorum instituta, contraque libertatem publicam latæ sunt. 4 Quantum perspicio: spes enim fortunæ melioris nulla superesse videbatur, devicta jam duobus præliis Pompejanorum causa, Pharsalico primum, deinde Africano. 5 In mentionem et memoriam. 6 Prostremo inter nos habito sermone: intelligit autem primum annum belli civilis, ut infra patet ex mentione consulum, Lentuli et Marcelli. 7 Simul, et in uno loco. 8 Complector. 9 Ante tertium diem Idus, i. qui est inter Idus, aut ante Idus Majas, et ita est decimus tertius dies Maji. 10 Agrum. 11 Habens animum solicitum affuisti mihi. Villam et Marius habebat in Pompejano: epist. 4. 12 Solicitabat autem te. 13 Hoc explanatur sequentibus verbis. 14 Profecto in Græciam Pompejo. 15 Satisfacerem officio erga Remp. et Pompejum de me bene meritum. 16 Pharsalicum cum Pompejo. 17 Anxietate afficiebat. 18 Dijudicarem. 19 An eundum in bellum, an manendum in urbe: utilitas enim cum honestate pugnabat. 20 Succumbere, i. facere, quod pudor et fama exigebant. 21 Respectum habere. 22 Præter spem reperi. 23 Offendi. 24 Cum sc. Cicero in Græciam venit: magnas autem postea, conjuncto Scipionis exercitu, et multorum auxiliis. 25 Tirone et collectitio exercitu: infra. 26 Præter. 27 Pompejum, belli ducem. 28 Præter eum. 29 Fuerunt. 30 Maxime P. Scipio, Pompeji socer, Syriæ proconsul. 31 Quia si victores evasissent, multo crudeliores futuri videbantur.

V. M. T. C. C. CÆSARI IMP. S. D.

[1] Vide,[2] quam mihi persuaserim, te me esse[3] alterum, non modo in iis rebus, quæ ad me ipsum, sed etiam in iis, quæ ad[4] meos pertinent. C. Trebatium cogitaram,[5] quocumque exirem, mecum ducere, ut eum, meis omnibus studiis, et beneficiis quam ornatissimum,[6] domum reducerem. Sed posteaquam et Pompeji[7] commoratio diuturnior erat, quam[8] putaram, et mea quidem[9] tibi non ignota[10] dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut[11] certe tardare, vide,[12] quid mihi[13] sumserim: cœpi velle,[14] ea Trebatium exspectare a te,[15] quæ sperasset a me. Neque mehercule minus ei[16] prolixe de tua[17] voluntate promisi, quam eram solitus de[18] mea polliceri. Casus vero[19] mirificus quidam[20] intervenit,[21] quasi vel testis[22] opinionis meæ, vel[23] sponsor humanitatis tuæ. Nam cum de hoc ipso[24] Trebatio cum Baldo[25] nostro loquerer[26] accuratius[27] domi meæ, literæ mihi dantur[28] a te,[29] quibus in[30] extremis scriptum erat:[31] *M. Orfium, quem mihi commendas, vel*[32] *Regem Galliæ*[33] *faciam, vel hunc Leptæ delega: si vis tu, ad me alium mitte, quem*[34] *ornem.*[35] Sustulimus manus et ego, et Balbus: tanta fuit[36] opportunitas, ut illud nescio quid non[37] fortuitum, sed[38] divinum videretur. Mitto[39] igitur ad te Trebatium, atque ita mitto,

1 Considera. C. Trebatium Jurisconsultum, familiarem suum, commendat C. Cæsari, Galliarum Proconsuli, diligentissime. Epistola est commendatoria. 2 Quantum. 3 Ut verum amicum unum velle et nolle mecum. 4 Amicos. 5 Legatum Pompeji ad rem frumentariam. 6 Suam. 7 Tardatio Pompeji, qui tunc adhuc communis amicus erat. 8 Futuram. 9 Quam bene nosti. 10 Qui et morem illi gerere, et in oculis civium esse vellem. 11 Saltem differre. 12 Quantum. 13 Arrogaverim. 14 Beneficia et ornamenta. 15 Si mecum profectus fuisset. 16 Ampliter, liberaliter. 17 Erga eum. 18 Voluntate. 19 Admirabilis. 20 Inter supradictas cogitationes. 21 Quia, quod hominum est, ad casum transtulit. 22 Qua ego opinabar, te Cæsarem esse alterum me, et facturum pro me Trebatio, quantum facturus fuissem. 23 Quodammodo obses, cui tanquam sponsori, de tua credendum humanitate videretur. 24 De quo nunc mentio est. 25 Communi amico, pro quo exstat oratio. 26 Diligentius. 27 Cum essem domi meæ. 28 Missæ. 29 Literis. 30 Partibus. 31 Verba sunt Cæsaris usque ad eum locum, *Sustulimus manus*, etc. 32 Qui Gallos regat nomine Imperatoris Romani. 33 Quem in Galliam Imperatorem mittere constituerat. 34 Honoribus et magistratibus. 35 Ego et Balbus, qui tunc aderat, sursum, i. ad cœlos extulimus manus, sc. præ admiratione: manus enim tollere consuevimus, aliquid admirantes. 36 Munificentiæ oblatæ. 37 A fortuna cecidisse. 38 Divina providentia datum. Non igitur casu, inquit, accidisse videbatur, ut eo tempore literæ mihi abs te darentur, cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer; sed ita, Deo volente, factum, ut opinio mea de tua erga me voluntate confirmaretur. 39 Quia ita polliceris.

ut initio [40] mea sponte, [41] post autem [42] invitatu tuo mittendum [43] duxerim. [44] Hunc, mi Cæsar, sic velim omni tua [45] comitate complectare, ut omnia, quæ [46] per me possis [47] adduci, ut [48] meos conferre velis, in unum hunc conferas: de quo tibi [49] homine hoc [50] spondeo, non illo [51] vetere verbo meo, quod, cum ad te [52] de Milone scripsissem, [53] jure lusisti; sed [54] more romano, [55] quo modo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, [56] pudentiorem esse neminem. [57] Accedit etiam, [58] quod familiam ducit in jure civili; singularis memoria, summa scientia. Huic ego neque [59] Tribunatum, neque [60] præfecturam, neque ullius beneficii [61] certum nomen peto, benevolentiam tuam et liberalitatem peto: neque [62] impedio, [63] quo minus, si tibi ita placuerit, etiam [64] hisce eum ornes [65] gloriolæ insignibus. Totum denique hominem tibi trado de manu (ut ajunt) in manum tuam istam, et victoria et fide [66] præstantem. Sumus enim [67] putidiusculi, [68] quam per te vix licet: verum, ut [69] video, [70] licebit. Cura, ut valeas, et me, ut amas, ama.

40 Proprio instinctu. 41 Postquam legi literas tuas. 42 Quia ad hoc me invitasti. 43 Judicaverim. 44 Trebatium. 45 Benigna affabilitate. 46 Mea opera et commendatione. 47 Persuaderi. 48 Propinquos et amicos. 49 Trebatio. 50 Ita promitto, ut me sponsorem constituam, et in me ipsum recipiam, si secus acciderit. 51 Consueto, quo ante ausus eram in Milone commendando. 52 Hoc anno P. Clodium nondum occiderat Milo: fortasse igitur Milonem in aliqua contentione, quæ illi cum Clodio esset, cum Cicero commendavit. 53 Merito ludendo risisti. 54 Gravissime, exquisite, præstanti quodam genere. Epist. 18. *Ego te Balbo, cum ad vos proficiscetur*, more Romano *commendabo*. 55 Ineptorum igitur hominum est, frigide laudare: siquidem non inepti exquisite laudant. 56 Quam Trebatium. 57 Additur etiam ad ejus commendationem. 58 Quod caput est, quod præcipuum sive primarium, ac in eo summum est: ut referatur non ad Trebatium, verum ad ejus excellentem in jure civili memoriam atque scientiam. Cum enim Trebatium a multis rebus laudasset, memoriam et scientiam in jure civili, cæterarum laudum, quibus Trebatius abundaret, quasi familiam dixit ducere: translatione sumpta a rectoribus familiarium, quos domestici omnes veluti duces sequuntur. Sic. Phil. 5. *Lucius, frater ejus, utpote qui peregre depugnarit*, familiam ducit. Al. *quod familiaritatem inducit*. 59 Militum. 60 Equitum. 61 Insigne. 62 Obsto. 63 Ut non. 64 Hujuscemodi. 65 Ut sunt Tribunatus et præfectura. 66 Quem manus tua præstat. 67 Paulo, quam satis est, diligentiores: excusat enim se quod in Trebatio commendando plura verba consumpserit, quam Cæsaris humanitas patiatur. *Putidum* autem appellat Cicero, in quo nimia diligentia reprehendi possit, ut de Orat. l. 3. *Non exprimi literas* putidius, *nolo obscurari diligentius*. Al. *blandiusculi*. 68 Non vis, me tam diligentem esse in eo commendando, quem et scis diligi a me non mediocriter, et vides mitti ad te invitatu etiam tuo. 69 Considero. 70 Accipies in bonam partem officium meum: non tibi molestiam afferet hæc nostra, quamvis nimia, in Trebatio commendando diligentia.

VI. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] In omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem, aut Balbum mitto, [2] legitima quædam est [3] accessio commendationis tuæ: nec [4] ea vulgaris, sed cum aliquo [5] insigni indicio meæ erga te benevolentiæ. Tu [6] modo ineptias istas et desiderio [7] urbis, et [8] urbanitatis depone: et, [9] quo consilio profectus es, id assiduitate, et virtute consequere. [10] Hoc tibi tam ignoscemus nos [11] amici, quam ignoverunt [12] Medeæ, [13] quæ [14] Corinthum, arcem [15] altam, [16] habebant, matronæ [17] opulentæ, [18] optimates: [19] quibus [20] illa manibus [21] gypsatissimis [22] persuasit, ne sibi [23] illæ vitio [24] verterent, quod abesset a patriâ.

Nam multi[25] *suam rem bene gessere, et poplica,* [26] *patria procul,*
Multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.

Quo in [27] numero tu certe fuisses, nisi te [28] extrusissemus. Sed plura scribemus alias. Tu, qui cæteris [29] cavere [30] didicisti, [31] in Britannia ne ab [32] essedariis decipiaris, [33] caveto: et, [34] quando [35] Medeam agere cœpi, illud semper memento: [36] QUI *ipse sibi sapiens prodesse nequit,* [37] *nequicquam sapit.* Cura, ut valeas.

1 Trebatium, desiderium urbis vix ferentem, hortatur, ut urbis urbanitatisque curam et memoriam abiiciat, nec in patriam redire festinet. Est epistola hortatoria. 2 Justa, usitata, ut quæ lege fiunt. 3 Augmentatio. 4 Accessio est. 5 Singulari significatione. 6 Solummodo. 7 Romæ. 8 Urbanæ civilitatis Romanæ, vel rerum humanarum. 9 Profectus erat eo consilio, ut benevolentiam Cæsaris assiduitate et virtute adipisceretur. 10 Quod rem bene geras foris. 11 Tui. 12 Quod extra patriam ageret: prodito enim thesauro paterno seu aureo vellere, et interfecto suo fratre, Jasonem secuta est, qui Creusam, Corinthi regis superduxit filiam. 13 Hoc, et quæ sequuntur, ex veteri quapiam Tragœdia sumpta sunt. 14 Urbem Achajæ in Isthmo, quam cepit evertitque L. Mummius. 15 Unde Acrocorinthus ea arx dicitur, quod editiore loco exstructa immineret urbi. Hic tamen eodem, quo urbs, nomine appellatur, quia sc. pars urbis est arx. 16 Habitabant. 17 Divites. 18 Inter optimas habitæ, nobiles, principum virorum uxores. 19 Matronis 20 Medea. 21 Ut persona Comica, manibus gypso, ut candidiores essent, illitis, gubernans vocem. 22 Ad hoc induxit. 23 Matronæ. 24 Darent. 25 Propriam. 26 Sc. *a.* 27 Improborum. 28 Vi quadam exire coegissemus. 29 Dare consilium dicentibus judicio, ne committant in leges, cum Jurisconsultus sis. 30 A legibus, et jure civili. 31 Quæ nunc dicitur Anglia, ubi illum jam cum Cæsare esse credebat Cicero: non fuisse constat ex epist. 10. et 14. 32 Militibus Britannicis ex essedis pugnantibus. 33 Turpe est Jurisconsulto decipi; cum ipse, ne alii decipiantur, sua scientia præstare soleat. 34 Quoniam. 35 Citare quæ in fabula Medeæ habentur. 36 Carmen est Euripidis, unde hoc Ennius transtulit. 37 Nullo modo est sapiens.

VII. M. T. C. TREBATIO S. D.

Ego te [2] commendare non desisto: sed, [3] quid proficiam, ex te scire cupio. [4] Spem maximam habeo in Balbo: ad quem de te diligentissime, et sæpissime scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas literas, quoties a Q. mihi fratre [5] afferantur. In [6] Britannia nihil esse audio [7] neque auri, neque argenti. [8] Id si ita est, [9] essedum aliquod suadeo capias, et [10] ad nos [11] quam primum recurras. Sin autem sine Britannia tamen assequi id, [12] quod volumus, possumus, perfice, ut sis [13] in familiaribus Cæsaris: multum te [14] in eo [15] frater adjuvabit meus, multum Balbus: sed (mihi crede) tuus [16] pudor, et [17] labor plurimum. [18] imperatorem liberalissimum habes, [19] ætatem [20] opportunissimam, commendationem [21] certe [22] singularem: ut tibi [23] unum timendum sit, ne ipse [24] tibi defuisse videare. Vale.

VIII. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Scripsit ad me Cæsar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem propter occupationes suas, sed [2] certe fore: cui quidem ego rescripsi, quam mihi gratum esset futu-

1 Suam in commendando Trebatio diligentiam declarat: monet, ut assiduam Cæsari operam navet. Epistola est hortatoria. 2 Cæsari. 3 Quantum commendatus sim Cæsari. 4 De te conceptam. 5 Literæ non tuæ, sed illius. 6 Anglia. 7 Quasi dicat, te illic nihil lucrari. Jocatur enim in Trebatium, quem pecuniarum avidum esse noverat: sic ad Att. epist. 17. l. 4. *Illud etiam cognitum est, neque argenti scrupulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem prædæ, nisi ex mancipiis.* 8 Si in Britannia nihil est neque auri, neque argenti. 9 Pilentum aut vehiculum. 10 Jocatur: nam omnino vult ab ipso Cæsare Trebatium expectare omnia: quod ex epistolæ clausula cognoscitur. 11 Citissime. 12 Te per Cæsarem ad gloriam et honorem promovere. 13 In numero familiarium, vel inter familiares. 14 Ut sis in familiaribus Cæsaris. 15 Quintus. 16 Verecundi tui mores. 17 Juvabunt. 18 Cæsarem. *Imperator* dux est, ad quem rei militaris summa refertur: ab *imperando* dictus, quod exercitui, quæ factu opus sint, *imperet*. Etsi autem hoc nomine appellabantur omnes, qui alicui bello præerant, sive jus belli gerendi habebant; tamen proprie nemo id nominis consequebatur, nisi re bene gesta, atque hostibus magno prælio fusis ac profligatis: tum enim acclamatione militum, vel senatus decreto *imperatoris* nomen dabatur. 19 Tuam juvenilem. 20 Rebus gerendis, et conciliandæ tibi Imperatoris benevolentiæ. 21 Haud dubie. 22 A me. Vel totum, quo usus est in multis ad Cæsarem literis, officium significat: vel illam notat epistolam, qua Cæsaris Trebatium more romano commendavit. 23 Adsunt enim cætera. 24 Utilitati tuæ.

1 Objurgat Trebatium, quod commoda tribunatus contempserit. Epistola est objurgatoria. 2 Infallibiliter futurum.

rum, si quam plurimum in te studii, officii, liberalitatis suæ [3] contulisset. Sed ex tuis literis cognovi [4] præproperam quamdam festinationem tuam: et simul sum admiratus, cur [5] tribunatus [6] commoda, dempto præsertim labore militiæ, contemseris.[7] Querar cum Vacerra et Manilio: nam [8] Cornelio [9] nihil audeo dicere; cujus tu periculo stultus es, [10] quando te ab eo [11] sapere didicisse profiteris. [12] Quin tu urges istam [13] occasionem, et facultatem, qua melior nunquam reperietur? Quod scribis de illo [14] Prætiano Jureconsulto, ego te ei non desino commendare: scribit etiam ipse mihi, te sibi [15] gratias agere debere. De eo quid sit, curæ, ut sciam. Ego [16] vestras [17] britannicas literas expecto. Vale.

IX. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Jam diu ignoro, quid agas: nihil enim scribis: neque ego ad te his duobus mensibus scripseram: quia cum Quinto, fratre meo, non eras: [2] quot mitterem, aut cui darem, nesciebam. Cupio scire, quid agas, et ubi sis [3] hiematurus. Equidem [4] velim cum Cæsare: sed ad eum propter [5] ejus [6] occupationes nihil sum ausus scribere: [7] ad Balbum tamen scripsi. Tu [8] tibi deesse noli: [9] serius potius ad nos [10] dum ple-

3 Si tibi benefice tribuisset. 4 Nimis properantem. 5 Militum: quem Cæsar honorem cum vacatione militarium onerum Trebatio detulerat. Est autem in castris prima dignitas consulis, altera legatorum, tertia tribunorum militum, quarta præfectorum equestrium turmarum, quinta centurionum, deinceps minorum ordinum. 6 Præmia, beneficia, privilegia: quæ etiam dicuntur accidentia, quæ præter stipendium sive honorarium veniunt. 7 Accusabo te apud amicos tuos, quibus te commendavi, te permittant ita desipere. 8 Q. Cornelio. 9 Ne magistratum offendam, reprehenso discipulo. A Cornelio jus civile Trebatius didicerat, ut sine præceptoris culpa, stultus esse non posset. 10 Quandoquidem. 11 Et ita si tu erras, ille etiam errat, unde cum periculo ejus stultus es, sive eo consultore tribunatum oblatum spreveris, sive immeritum affectaveris. 12 Cur tu non instanter persequeris? 13 Obtinendi tribunatus. Plus est *facultas*, quam *occasio*: nam *facultas*, posse rem fieri, demonstrat: *occasio* suadere videtur, ut fiat. Qui erat apud Cæsarem gratiosior, ut videtur, quam Trebatius; cum ipsum Trebatium ei Cicero commendet. 15 Quia suo te juverit officio. 16 A te, et a fratre scriptas. 17 E Britania, et de rebus Britannicis. Credebat Cicero, Trebatium cum Cæsare in Britanniam profectum.

1 Literarum officium à Trebatio requirit: monet, ne reditum in urbem præpopere cupiat. Hortatoria est epistola. 2 Ad quem locum. 3 Hiberna tempora transacturus. Hiemabant legiones diversis in locis, ut commodius utiliusve putabat imperator. 4 Ut sis hiematurus. 5 Cæsaris. 6 Al. *luctum*. Nam mortua erat hoc tempore Julia, Cæsaris filia, quæ Pompejo nupserat. 7 Ut ejus opera hiemares cum Cæsare. Id cupiebat Cicero, quo facilius in Cæsaris familiaritatem Trebatius perveniret. 8 Utilitati tuæ. Idem monet epist. 7. 9 Tardius, quam citius, sc. *redi*. 10 Dummodo redeas

nior. [11] Quod huc properes, nihil est, præsertim [12] Battara mortuo: sed tibi consilium non deest. Quid [13] constitueris, cupio scire. Cn. Octavius', [14] an Cn. Cornelius? tuus [15] quidem familiaris, [16] summo genere natus, [17] terræ filius, [18] is me, quia scit tuum familiarem esse, [19] crebro ad cœnam invitat: adhuc non potuit [20] perducere: sed mihi tamen [21] gratum est. Vale.

X. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Legi tuas literas, ex quibus intellexi, te Cæsari [2] nostro valde [3] Jurisconsultum videri. Est [4] quod gaudeas, te in ista loca venisse, ubi [5] aliquid sapere viderere. Quod si in Britanniam quoque profectus esses, profecto nemo in illa tanta insula [6] peritior te fuisset. Verum tamen ([7] rideamus, licet: sum enim a te [8] invitatus)[9] subinvideo tibi, ultro te etiam [10] arcessitum [11] ab eo, ad quem cæteri, non propter superbiam ejus, sed propter occupationem, [12] adspirare non possunt. Sed tu in ista [13] epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus, [14] quæ mehercule mihi non minori curæ sunt, quam

ditior, sc. rebus et honoribus. Sic *tenues* dicuntur ii, qui domesticam rem non habent. 11 Propter quod Romam festines. 12 Cum quo suaviter vivere solebas, et qui tibi prodesse poterant. 13 Facere de mansione, vel reditu. 14 Sc. *incertum est*. Notat hominis ignobilitatem, cujus prope certum nomen ignoretur. 15 Certe. 16 Ironia. 17 Homo minime generosus, ignobilis, qui nescit, an ex Octaviorum, an vero Corneliorum familia ortus sit. *Filii* enim *terræ* dicebantur, qui originem suam nesciverunt, ignobilissimi, ut gigantes, qui, cum vasto essent corpore, *filii terræ* dicebantur. Sic l. I. ad Att. *Et huic* terræ filio, *nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo.* 18 Homo vanus. 19 Ineptum hominem carpit, qui crebro Ciceronem, summis honoribus functum, homo ignotus ad cœnam invitaret, quia sciret esse Trebatii, communis amici, familiarem. 20 Me ad cœnam suam. In quo habuit Cicero rationem suæ dignitatis. 21 Quod eo sit animo.

1 Scripserat Trebatius, magnam esse de se apud Cæsarem opinionem de peritia juris civilis, in quo Cicero jocatur nunc cum Trebatio, eumque familiariter ridet multis de rebus. Deinde petit, ut a Trebatio certior fiat, quo in statu res illius sint, quidque commendationes suæ apud Cæsarem profecerint. Epistola est jocosa. 2 Communi amico et patrono. 3 Peritum juris. Hoc significaverant literæ Trebatii: in quo notat ejus ambitionem Cicero. 4 Propter quod gaudere possis. 5 Ubi non habearis de vulgo, non publici saporis. 6 Laudare videtur et vituperat: nam in Britannia juris civilis nulla peritia. 7 Ut joco loquamur. 8 Ad ridendum; vel quod in suis literis aperte jocatus erat Trebatius; vel quod magni se a Cæsare æstimari dixerat. 9 Latenter, aut aliquantulum invideo. 10 Advocatum et assumptum in familiaritatem: id scripserat Trebatius. 11 Cæsare. 12 Spem perveniendi habere. 13 Tua. 14 Res tuæ.

[15] meæ. Valde metuo, ne [16] frigeas in [17] hibernis: quamobrem [18] camino luculento utendum censeo. [19] Idem et [20] Mucio, et [21] Manilio placebat, [22] præsertim qui [23] sagis non abundares: quamquam vos nunc [24] istic [25] satis calere audio. Quo quidem [26] nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es [27] cautior, quam in advocationibus: qui neque [28] in Oceano natare volueris, [29] studiosissimus homo natandi; neque spectare [30] Essedarios, quem antea ne [31] Andabatam quidem defraudare poteramus. Sed jam satis [32] jocati sumus. Ego de te ad Cæsarem quam diligenter scripserim, tute scis; [33] quam sæpe, ego. Sed mehercule jam [34] intermiseram, ne viderer liberalissimi [35] hominis, meique amantissimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his literis, quas [36] proxime [37] dedi, putavi esse hominem commonendum: [38] id feci. Quid [39] profecerim, facias me velim certiorem; et [40] simul de toto statu tuo consiliisque omnibus. Scire enim cupio, [41] quid agas, [42] quid exspectes, quam longum istum tuum discessum a nobis futurum [43] putes. Sic enim tibi [44] persuadeas velim, [45] unum mihi esse solatium, quare [46] facilius possim pati, te esse sine nobis, si tibi esse [47] id [48] emolumento sciam: [49] sin

15 Res. 16 Nihil agas, torpeas potius otio, quam frigore, nam actio calefacit. Quia Trebatius hyemabat, hinc occasionem jocandi sumit Cicero. Metuo, inquit, ne non optime tecum agatur; quandoquidem opera tua Cæsar in bello non utitur. Cœlius in ep. *Quid tibi supra scripsi, Curionem frigere, jam calet.* 17 Locis, ubi hyemas. 18 Igni claro utendum tibi. 19 Ut camino luculento utaris. 20 Jurisconsulto. 21 Et hic Jurisconsultus erat. 22 Tibi. 23 Tegminibus sive vestibus militaribus, quæ villosæ sunt. Itaque sæpe in tumultu aliquo perturbationeque Reip. togis depositis, saga in urbe sumpta. 24 In Britannia, ubi estis. 25 Plus habere negotii, quam vellem metu belli. Hoc enim dicit propter allatum antea nuntium de ostibus, in Britannia vehementer contra Cæsarem pugnantibus. 26 De metu belli ineundi. 27 Quia in re militari non commisit se periculo, aut labori: in advocationibus præstandis alios non reddiderat tutos, utcumque cavisset. 28 Jocatur in Trebatii timiditatem, qui cum Cæsare in Britanniam navigare noluerit. 29 Cum sis homo studiosissimus natandi. 30 Britannos ex essedis præliantes. Sed loquitur ut de gladiatoribus essedariis. 31 Vel ludum ipsum forte dicit puerorum, qui clausis oculis pugnarent: a quo ne ipso quidem tametsi levissimo, revocare Trebatium possent antea: vel ipsum Trebatium Andabatam, i. quem ne cum clausis tibi quidem oculis nos pugnaremus, fraudare poteramus, quin nos intuerere: nunc spectaculum Essedariorum spectare noluisti. 32 Per jocum locuti. 33 Ego scio, quam sæpe scripserim. 34 Ad tempus omiseram ad Cæsarem de te scribere. 35 Cæsaris. 36 Nuperrime. 37 Ad eum. 38 Commonui eum. 39 Utilitatis tibi fecerim, mittendo ad eum literas commonitorias. 40 Facias me certiorem. 41 Hoc refertur ad illud *de statu tuo*. 42 Quid commodi seu boni speres tibi futurum. 43 Hoc ad illud pertinet, *consiliisque omnibus*. 44 Firmiter credas. 45 Me habere unum solatium de absentia tua. Minus moleste. 47 Te esse sine nobis. 48 Lucro et commodo. 49 Sed si nullum est tibi emolumentum ex absentia.

autem id non est, nihil duobus nobis est stultius: [50] me qui te non Romam [51] attraham: [52] te, qui non [53] huc advoles. Una mehercule nostra vel severa, vel jocosa congressio [54] pluris erit, [55] quam non modo [56] hostes, sed etiam [57] fratres nostri [58] Hædui. Quare omnibus de rebus fac ut quamprimum sciam. [59] *Aut consolando, aut* [60] *consilio, aut re juvero.*

XI. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Nisi ante Roma [2] profectus esses, nunc eam certe [3] relinqueres: quis enim tot [4] interegnis jureconsultum [5] desiderat? Ego omnibus, [6] unde petitur, hoc consilii dederim, ut a singulis [7] interregibus [8] binas [9] advocationes [10] postulent. Satisne tibi videor [11] abs te jus civile didicisse? Sed heus tu, quid agis? ecquid [12] fit? video enim te jam jocari per literas. Haec [13] signa meliora sunt, [14] quam in meo [15] Tusculano. Sed [16] quid sit, scire cupio. [17] Consuli quidem te a Cæsare scribis: sed

50 Nihil est stultius. 51 Plus est, quam vocem. 52 Nihil est stultius. 53 Romam quam celerrime venias. 54 Majoris pretii, propter voluptatem, quam ex ea caperemus. 55 Sint. 56 Britanni: quorum congressio, si victi fuerint, plurimi esset facienda: *vel*, quorum congressio est formidabilis et permolesta. 57 Fratres populi Romani, fœdere antiquo. 58 Populi in Burgundia, quorum consuetudine delectamur. Sic ad Att. ep. 17. l. 2. *Hædui, fratres nostri, pugnant.* 59 E Terentii Heautontimorumeno hoc translatum: sic enim in ea fabula cum Menedemo loquens Chremes inducitur: *Istud, quidquid est, fac me ut sciam: Ne retice, ne verere: crede, inquam mihi: Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.* 60 Auxilio atque ipso effectu te adjuvabo.

1 Hortatur Trebatium, ne ad urbem temere se conferat propter seditiones civiles, monetque, ut res suas diligenter curet. Jocosa est epistola. 2 Discessisses. 3 Ob interregna, quibus judicia jacebant; cum nullus, qui jus diceret, in urbe magistratus esset. Nam interrex non juris dicendi causa creabatur, sed ut haberet comitia consulibus rogandis. 4 Vacationibus regnorum, cum omnes in Senatu regnare velint, et nulli ab aliis admittantur; aut vocationibus in consulatu, cum, qui consules dicerentur interreges, inter se concordare non possint? 5 Nam interrex jus non dicit. 6 A quibus in judicio pecunia, tanquam debita, petitur, debitoribus. Ter. in Prol. Eun. *Atque in Thesauro scripsit, causam dicere Prius* unde petitur, *aurum quare sit suum, Quam ille, qui petit, unde is sit thesaurus sibi.* 7 Magistratibus, ad quos olim consulatu et regno vacante, jus consulis ac regis pertinebat. 8 Quia cum toties mutarentur per seditionem, singulæ non suffecissent. 9 Patrocinia advocatorum, aut jura advocandi amicos, et cum iis consultandi. 10 Petant a Prætore, seu illo qui jurisdictioni præest. 11 Dederim ne tale consilium ex sententia jurisconsultorum. Hic ostendit, superiora per jocum esse dicta. 12 Agitur, sive est; uti paullo post in hac ipsa epistola, *Erit hic aliquid.* Et epistola. 18 hujus libri: *An hoc significas nihil* fieri, *frigere te?* 13 Indicia animi hilaris et rebus suis contenti, non spe carentis. 14 Erant signa, i. statuæ, sive imagines pictæ. Hic jocus est in ambigua significatione. 15 Agro cum villa, quam signis ornaverat. 16 Quod ita animum mutaveris. 17 Consilium a te peti dubia in re, quid verum sit optimum-ve factu.

ego tibi ab [18] illo [19] consuli mallem. [20] Quod si aut fit, aut futurum putas; [21] perfer istam [22] militiam et [23] permane. Ego enim desiderium [24] tui spe [25] tuorum commodorum [26] consolabor: sin autem [27] ista sunt [28] inaniora, [29] recipe te ad nos. Nam aut erit [30] hic [31] aliquid aliquando: aut, [32] si minus, una mehercule [33] collocutio nostra [34] pluris erit, quam omnes [35] Samarobrivæ. Denique, si te cito [36] retuleris, [37] sermo [38] nullus erit: sin [39] frustra diutius abfueris, non modo [40] Laberium, sed etiam [41] sodalem nostrum [42] Valerium [43] pertimesco. [44] Mira enim [45] persona [46] induci potest [47] Britannici Jureconsulti. Haec ego non [48] rideo quamvis tu rideas: sed de re severissima tecum, ut soleo, jocor. Remoto joco, tibi hoc amicissimo animo praecipio, ut, si [49] istic mea commendatione [50] tuam dignitatem obtinebis, [51] perferas nostri desiderium: [52] honestatem, et [53] facultates tuas augeas: sin autem [54] ista [55] frigebunt, recipias te ad nos. Omnia tamen, quae vis, et tua virtute profecto, et nostro [56] summo erga te [57] studio [58] consequere. Vale.

XII. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Mirabar, quid ésset, quod tu mihi literas mittere intermi-

18 Cæsare. 19 Prospici, rem utilem fieri, ac tuis commodis Cæsarem inservire. Jocus est in varia ejusdem verbi significatione. 20 A Cæsare tibi consuli. 21 Ad finem usque fer. 22 Quasi gravem, quam Trebatius non libenter ferret. 23 Apud Cæsarem usque ad finem belli. 24 Quod habeo ex absentia tua. 25 Quam habuero de commodis tuis. 26 Quasi per consolationem medicabor et sustinebo. 27 Quæ sperem. 28 Nimis inania. 29 Reduc quasi in locum meliorem. 30 Romæ. 31 Commodi. 32 Si non erit hic aliquid. 33 Congressio. 34 Majoris emolumenti et voluptatis. 35 Cives ejus urbis in Gallia Belgica, (ubi tum videtur cum Cæsare fuisse Trebatius) si fuerint a te capti. 36 E Britannia. 37 De te, ac constantia tua. 38 Quia omnes putabunt, te remissum a Cæsare aut noluisse accipere conditiones ab illo oblatas. 39 Nihil obtinendo a Cæsare. 40 Equitem Romanum ac Poetam, scribendis mimis clarum et mordacem, qui ne Cæsari quidem pepercit acerrimis verbis in eum invectus, cum jam admodum senex jussus esset a Cæsare mimos agere. 41 Convictorem. 42 L. Valerium Satullum, poetam. 43 Ne in te scribant epigramma. 44 Multum ridicula, ad risum excitandum. 45 Ut in scenam inducuntur ab histrionibus personæ diversorum. 46 A Poetis, in mimo vel epigrammate. 47 Tui Trebatii, qui nolueras in Britanniam cum Cæsare proficisci. 48 Ridendo contemno, vel joco dico. 49 Apud Cæsarem. 50 Locum honoris te digni consequeris, eris cum ea, qua te decet esse, dignitate. 51 Ad finem usque feras. 52 Honorem et existimationem. 53 Rem domesticam. 54 Dignitas et facultates. 55 Frigide obvenient tibi. 56 Maximo. 57 Quo fit, ut te Cæsari vehementer commendemus. 58 Obtinebis.

1 Jocatur more suo, et in joco reprehendit opiniones Epicureorum, ipsumque Trebatium: quem Epicureum esse factum, ex Pansa cognove-

sisses. [2] Indicavit mihi [3] Pansa [4] meus, [5] Epicureum te esse factum. [6] O castra preclara! quid tu fecisses, si te [7] Tarentum, et non [8] Samarobrivam misissem? [9] Jam tum mihi non placebas, cum idem [10] intuebare, [11] quod et Sejus, familiaris meus: Sed quonam modo [12] jus civile defendes, cum omnia [13] tua causa facias, [14] non civium? Ubi porro illa erit [15] formula [16] fiduciæ, [17] UT *inter bonos bene agier oportet?* [18] Quis enim est bonus, qui facit nihil, nisi sua causa? Quod jus statues [19] *communi dividundo*, cum commune nihil possit esse apud eos, qui [20] omnia [21] voluptate sua metiuntur? Quomodo autem tibi [22] placebit. *Iovem* [23] *lapidem* jurare, cum [24] scias Jovem iratum esse nemini posse? Quid fiet porro populo [25] Ulubrano, si tu statueris [26] πολιτεύεσθαι [27] non oportere? Quare, si plane a [28] nobis [29] deficis, [30] moleste fero: sin [31] Pansæ assentari [32] commodum est, ignosco: [33] modo scribe aliquando ad nos, quid agas, et a nobis quid [34] agi, quid [35] fieri, aut curari velis. Vale.

rat. Tota est epist. jocosa. 2 Literis e Gallia missis. 3 C. Vibius Pansa, qui consul postea fuit cum Hirtio. 4 Amicus vetus. Pronomen amorem indicans, ut *Curio meus* epist. 10. l. 16. 5 Voluptati studentem, et omnia ad propriam utilitatem referentem. 6 Ironia est: q. d. o preclare tecum in castris actum, cum ad tantam dementiam perveneris. 7 Mollem Calabriæ civitatem, nequitiæque deditam. 8 In eam urbem Galliæ Belgicæ, ubi sunt homines duri et feroces. 9 Ab eo statim tempore. 10 Inspectabas. 11 Id est, lucrum aut voluptatem, ut ille. 12 Quod profiteris, ut cum justitia, virtus extra se patens, aliis magis consulat, quam sibi. 13 Proprii commodi, ut Epicurei, quid dicunt, sapientes omnia sua causa facere. 14 Cum jus civile dictum sit, eo quod civium utilitati consulat. 15 Lex et regula juris, e qua fiduciam habeamus. 16 *Fiduciam* significat contractum, quo aliquid alicui traditur vel venditur sub conditione redditionis: ut cum aliquis tradit alteri domum, vel alia bona, ut ad certum tempus sibi restituat, sed tamen ut alter interim eis utatur, tanquam rebus suis propriis. 17 Ita bene agi oportet, veluti sive perinde ac decet inter bonos agi. 18 Q. d. nullus: et ita formulæ illi non esset locus: vel *quis*, i. qualis est? Q. d. inhumanus et avarus est. 19 Rerum communium divisioni. Titulus est apud Jurisconsultos, ubi de rerum communium divisione agitur. 20 Bona. 21 Id est, qui nihil ducunt bonum, nisi unde singulariter capteut voluptatem. 22 Ex jure Romano. 23 Repræsentatum per lapidem, quem jurans in manu tenebat. Vide epist. 1. hujus libri. 24 Ex Paradoxo Epicuri, qui dicebat Deum non curare mortalia, neque ipsum habere molestiæ quidquam, neque cuiquam inferre. 25 Colenti Ulubras, oppidum Italiæ satis desertum. 26 Remp. administrari. Q. d. ab omni politia deserentur. 27 Dicebat Epicurus, Rempublicam capessere hominem bene sanum oportere. 28 Academicis, qui Epicurei non sumus, et honestum rebus omnibus anteponimus. 29 Desciscis, i. si non ficte, ut assenteris Pansæ, sed vere et ex tua sententia Epicureus factus es. 30 Indigne. 31 Epicuri sectam et instituta, et ἡδονὴν sequenti. Epist. 19. l. 15. 32 Tibi, i. e re tua est. 33 Dummodo. 34 Quæri potest, cum dixerit jam *agi*, cur subjungat *fieri*. Sciendum, *agere* quasi genus esse, *facere* tanquam speciem: non enim, qui cogitat, aut loquitur, proprie dicitur *facere*, sed *agere*: cum tamen, quicquid fiat, id etiam agi dicatur.

XIII. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Adeo-ne me injustum esse [2] existimasti, ut tibi irascerer, quod parum mihi constans, et nimium cupidus decedendi viderere, [3] ob eamque causam me arbitrarere literas ad te jam diu non misisse? Mihi perturbatio animi tui, quam primis literis perspiciebam, molestiam attulit: neque alia fuit ulla causa intermissionis literarum, nisi quod ubi esses, plane nesciebam. [4] Hic tu me etiam [5] insimulas, nec [6] satisfactionem meam accipis. Audi, [7] Testa mi: [8] utrum superbiorem te pecunia facit, aut quod te Imperator [9] consulit? Moriar, ni, [10] quæ tua gloria est, puto te malle a Cæsare [11] consuli, quam [12] inaurari. Si vero [13] utrumque est, quis te [14] ferret, praeter me, qui [15] omnia ferre possum? Sed, ut ad rem redeam, te istic invitum non esse, vehementer gaudeo: et ut [16] illud erat molestum, sic hoc est jucundum. Tantum metuo, ne [17] artificium tuum tibi parum prosit. Nam, ut audio, [18] istic

[19] *Non ex jure manu consertum, sed* [20] *mage* [21] *ferro*
[22] *Rem repetunt.*

[23] Et tu soles ad vim faciundam adhiberi? Neque [24] est, quod illam [25] exceptionem in [26] interdicto pertimescas, [27] *quod tu prior vi hominibus armatis non veneris.* Scio enim, te non

1 Intermissionis literarum causam exponit: quam non agnoscente Trebatio, inde occasionem arripit liberius jocandi. Jocosa est epistola. 2 Judicasti. 3 Quod tibi irascerer. 4 In hac purgatione mea. 5 Occulte arguis et accusas. 6 Purgationem sive excusationem, qua tibi conor satisfacere. 7 Tu Trebati, qui et testa appellaris: appellatur enim Trebatius Testa. 8 Quod duorum. 9 Abs te consilium petit. 10 Quæ tua ambitio, i. gloriæ tuæ cupiditas est. 11 Consilium peti. 12 Totus aureus fieri, i. locupletari ita, ut auro tegaris. 13 Quod et pecunia, et quod Cæsar te consulit, te superbum facit. 14 Tolerabit. 15 Etiam superbissimos mores tuos. 16 Te superbum factum esse. 17 Peritia sive scientia juris civilis. 18 In Britannia. 19 Istic non litibus, ut Romæ, sed armis res geritur, non judicantur res legitimæ ex injectione manus per legitimas actiones more civili, i. rem suam non petunt actione forensi, judicio civili. Enniani versus, quos l. 20. c. 9. recitat Gellius. 20 Magis, i. frequentius. 21 Vi armorum. 22 Ablatam, aut debitam alioqui. 23 In hoc timiditatis arguitur Trebatius; qui, cum facienda vis esset, non adhiberetur. 24 Causa, aut legitima ratio. 25 Adjunctionem, quæ interdicto addi solebat. 26 Prætoris actionem, cum aliquem in eam possessionem, unde vi dejectus est, restitui jubet, donec judicio planum fiat, uter possidere debeat. 27 Jocatur hic Cicero cum Trebatio, tanquam cum homine bellica certamina libenter vitante. Nunquam, inquit, ad te pertinebit illa exceptio, qua Prætor in interdicto uti solet, quod tu prior vi hominibus armatis quemquam de possessione dejeceris: facit enim tua timiditas, ne quem prior lædas. Huic sententiæ videtur illud. *non veneris*, adversari: nam exceptio illa solebat in eum fieri, qui prior vi ho-

esse [28] procacem in lacessendo. Sed ut ego quoque te aliquid admoneam de [29] nostris [30] cautionibus, [31] Treviros vites censeo: audio [32] capitales esse: [33] mallem auro, argento, aere essent. Sed alias jocabimur. Tu ad me de istis rebus omnibus scribas velim quam diligentissime.[34] A.d. IV.Non. Mart.

XIV. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Chrysippus Vettius, Cyri [2] architecti libertus, fecit, ut te non immemorem putarem mei: salutem enim mihi verbis tuis nuntiavit. Valde jam [3] lautus es, qui gravere literas ad me dare, homini praesertim prope [4] domestico. Quod si [5] scribere oblitus es, [6] minus multi jam, te [7] advocato, [8] causa cadent: sin nostri oblitus es, dabo operam, ut [9] istuc veniam, antequam plane ex animo tuo [10] effluam; sin [11] æstivorum, timor te [12] debilitat,[13] aliquid excogita, ut fecisti [14] de Britannia. Illud quidem perlibenter audivi ex eodem Chrysippo, te esse Cæsaris

minibus armatis venisset. Nonnulli itaque negationem tollendam censuerunt: vel dicendum est, Ciceronem particulam *non* addidisse de suo, joci causa, et immutasse exceptionis morem, ut Trebatio timiditatis, nomen inurat: quasi minime prior venisset vi hominibus armatis. 28 Petulantem et nimis molestum in provocando ad iram. Hoc addit Cicero, quasi sensum exceptionis jam expressisset: quem tamen ostendimus joci causa esse immutatum. 29 Jocatur: quia Jurisconsultorum cautiones erant: et oratorem cavere Jurisconsulto, mirum videtur. 30 Cautelis. 31 Galliæ populos Rheno flumini finitimos: qui, accersitis Gallorum auxiliis, cum Labienum, Cæsaris legatum obsedissent, ab eo castris erumpente fusi fugatique sunt. 32 Hostes, i. perniciosos, caput potius, quam rem hostium petentes. Jocatur hic Cicero in voce *capitales*, quia Romæ Triumviri capitales essent, qui carceris custodiæ præerant. 33 Mallem eos habere aurum, argentum, æs. *Treviri* erant, ut diximus, in Gallia: *Treviri* item Romæ, qui *Monetales* dicebantur, quia monetæ præerant, i. auro, argento, æri, tum flando, tum feriundo. 34 Scriptum Romæ.sc.

1 Familiariter et jocose Trebatium, qui literas nullas miserat, objurgat. Epistola est tota jocosa. 2 Principis ædificatorum. 3 Delicatus, Fastidiosus. 4 Chrysippo. 5 Ludit in hoc verbo Cicero: nam *scribere* dicuntur Jurisconsulti, cum clientibus suis scripto cavent. Cum literas ad se nullas Trebatius mitteret, aperit Cicero, quod incommodum ex ea re oriturum sit: transit tamen ad aliam minus communem hujus verbi significationem. 6 Paucos habebis clientes, nec multi suas causas ad te deferent. In quo carpit illum, ut malum advocatum: quasi omnes, qui ad eum patronum confugerent, causas amitterent, nec jus suum tueri possent. 7 Per formulas, perscripta litigandi forma, cavente iis, a quibus consuleris: advocati enim solent defensiones scribere. 8 A causa sua, i. litem amittent apud judicem: qui enim scriptis tuis freti litigabant, cadebant causa. 9 Ubi tu es. 10 Celeriter elabar. 11 Bellorum, quæ proxima æstate gerenda sint. 12 Sic afficit, ut literas ad amicos mittere non possis. 13 Aliquam occasionem non proficiscendi ad locum prælii. 14 Quo ne ires, nescio quid excogitasti, i. cave tibi quoquo modo ab armorum periculo, ut cavisti ab essedariis Britannicis, cum in Britanniam transire

familiarem. Sed mehercule mallem, id quod erat [15] aequius, de tuis rebus [16] ex tuis literis quam sæpissime cognoscere. Quod certe ita fieret, si tu maluisses [17] benevolentiae, quam [18] litium jura perdiscere. Sed hæc jocati sumus et [19] tuo more, et nonnihil etiam [20] nostro. Te valde amamus, nosque a te amari [21] tum volumus, [21] tum etiam confidimus. Vale.

XV. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Quam sint [2] morosi qui amant, [3] vel ex hoc intelligi potest. Moleste ferebam antea, te invitum [4] istic esse: [5] pungit me [6] rursus, quod scribis te esse istic libenter: neque enim tum, mea [7] commendatione te non delectari, facile patiebar: et nunc angor, quidquam tibi sine me esse jucundum. Sed hoc tamen malo nos [8] ferre [9] desiderium, quam te non [10] ea, quae [11] spero [12] consequi. Quum vero in C. [13] Matii, suavissimi, doctissimique hominis, familiaritatem venisti, non dici potest, quam valde gaudeam: [14] qui fac ut te quam maxime diligat: mihi crede, nihil ex [15] ista provincia potes, quod [16] jucundius sit, [17] deportare. Cura ut valeas.

XVI. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] In [2] Equo Trojano scis esse [3] in extremo, SERO [4] SAPIUNT. Tu tamen, mi [5] vetule, [6] non sero: [7] primum illas [8] rabiosulas,

noluisti. 15 Justius. 16 Quam ex relatu aliorum. 17 In amicos: cujus jura postulant, ut amicos de rebus nostris nos ipsi certiores faciamus. 18 Si tam legem amicitiæ, quam juridicam calleres. 19 Qui libenter jocaris. 20 More. 21 Simul.

1 Declarat suum absentis Trebatii desiderium: gratulatur de C. Matii familiaritate. Epistola est familiaris. 2 Anxii, variorum ac difficilium morum: utpote quorum mores alii ferre non possunt, quibus nunc hoc nunc illud placet. 3 Etiam ex hac re, quam dicturus sum. 4 In Gallia. 5 Dolore afficit. 6 E contrario. 7 Qua te commendabam Cæsari. 8 Pati. 9 Tui absentis. 10 Honestatem et commoda: epist. 11. 11 Te consecuturum. 12 Obtinere a Cæsare. 13 Qui apud Cæsarem gratia valuit. Hujus exstat epistola. l. 11. 14 Matius. 15 In qua apud Cæsarem militas. 16 Quam diligi a tali viro. 17 Portare.

1 Laudare Trebatium videtur ut sapientem, qui belli discrimina vitaret: sed revera notat ut timidum. Adscribit quædam per jocum, de Cn. Octavio, de futuris Trebatii divitiis, de ejusdem superbia. Jocosa epistola. 2 Livii Andronici, vel Nævii tragedia, quæ ab equo Trojano nomen sumsit. 3 In extrema parte fabulæ. 4 Phryges: qui, cum Helenam initio belli reddere noluissent, postea fractis jam eorum opibus, et spe salutis amissa, velle se etiam reddere dixerunt. Inde natum proverbium de iis, qui post rem prudentes fiunt, cum serum est. 5 Aliquantulum veterane amice, vetus amicule. Sed jocatur more suo. 6 Sapuisti. 7 Sc. *quod*, 8 Lite-

sat fatuas dedisti: deinde, quod in Britannia [10] non nimis φιλοθέωρον te præbuisti, plane non reprehendo: nunc vero [11] in hibernis [12] injectus mihi [13] videris: [14] itaque te commovere non curas. [15] USQUEQUAQUE *sapere oportet: id erit* [16] *telum acerrimum.* [17] Ego si foris cœnitarem, Cn. Octavio, familiari tuo, [18] non defuissem: cui tamen [19] dixi, cum me [20] aliquoties [21] invitaret; Oro te, [22] quis tu es? sed, mehercule, [23] extra jocum, homo [24] bellus est, vellem eum tecum [25] abduxisses. Quid [26] agatis, ecquid in Italiam [27] venturi sitis hac hyeme fac plane sciam. Balbus mihi [28] confirmavit, te divitem futurum: [29] id utrum [30] romano more [31] locutus sit, [32] bene nummatum te futurum, an, quo modo [33] Stoici dicunt: *Omnes esse divites, qui* [34] *cœlo et terra frui possint*, postea [35] videro.

ras mordaces et litigiosas: in quibus, teneri se urbis desiderio, et cupere statim aliquid afferre, atque a bello discedere, scripserat Trebatius. Id fuit primum argumentum, cur non sero, sed mature sapere visus sit alterum, quod in Britanniam ire noluerit: tertium, quod Samarobrinæ diu manserit, nec ullam rei bellicæ partem attigerit. 9 Satis insulsas, et sine ratione mordentes: quia, cum ivisset in Galliam eo consilio, ut Cæsaris benevolentiam obsequio officioque suo consequeretur, ita statim auferre ab eo pecuniam, et domum redire properabat, quasi non literas commendatitias, verum syngrapham ad eum attulisset. 10 Non valde cupidum spectandi, sc. novas terras, novaque loca: quia transire in Britanniam noluisti, neque spectare essedarios. Laudat ergo Cicero consilium Trebatii, quod non fuerit ex hoc hominum genere, qui omnia visere cupiunt. Al. *non minus, quam Philoctetem*, sc. qui vulnere impeditus, ire ad bellum Trojanum non potuit, sed in Lemno remansit: sic tu, simulato nescio quo dolore, ne in Britanniam ires, in Gallia restitisti. 11 In locis tutis, ubi milites hyemare solent, dum per tempestatem rem gerere licet. 12 Torpens et immobilis. 13 Hibernorum tempus nondum erat: sed hibernare Trebatius videbatur, quia se Samarobrina non commovebat. 14 Et ita cum sis quasi injectus, securus et torpens. 15 Ubique: quod tu facis, qui tibi optime caves, nec periclitari, quanquam sis in bello, de vita vis. 16 Summum est in sapientia præsidium. Serio videtur hoc dicere, sed jocatur: q. d. næ tu rationem tuendæ salutis tuæ optimam inivisti: et, quod alii telis acerrimis, id tu sapientia tua consequeris. 17 Si ego solerem frequenter extra domum meam cœnare. 18 In cœna, i. non negassem, ei obsecutus essem. 19 Satis superbe et contumeliose. 20 Aliquantulum frequenter. 21 Ad cœnam. 22 Ut apud te cœnem. Ineptum hominem significat, qui Ciceronem, cui ne notus quidem esset, ad cœnam invitaret. Et supra *terræ filium* appellavit. 23 Loquor, vel dempto joco, quo uti nescit. 24 Lepidus, quo uti jucunde quivis possit. 25 In expeditionem, ut te oblectet: q. d. me delectare nequit. Nondum a joco discedit, quanquam dixerit, *extra jocum*. 26 Vos omnes, Cæsar, tu, et reliquus exercitus. 27 Venerunt. 28 Firmiter asseruit. 29 Te divitem futurum. 30 Quo romani aliquem divitem censent. 31 Balbus. 32 Multum nummis abundantem. 33 Qui sapientis esse omnia confirmant. Jocus in Trebatium, qui nummatus esse possit sine nummis, more sapientum. 34 Hac vita, in qua vescimur et aura ætherea, et terra crescentibus: fruuntur autem soli sapientes. 35 Disquiram. Modus

[36] Qui [37] istinc veniunt [38] superbiam tuam [39] accusant, [40] quod negent te percunctantibus respondere: sed tamen est [41] quod gaudeas: [42] constat enim inter omnes, neminem te [43] uno [44] Samarobrinæ juris peritiorem esse. Vale.

XVII. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Ex [2] tuis literis [3] et [4] Q. fratri [5] gratias egi, et te [6] aliquando collaudare possum, quod jam videris [7] certa aliqua in sententia constitisse. Nam [8] primorum mensium literis tuis vehementer commovebar, quod mihi interdum ([9] pace tua [10] dixerim) [11] levis in [12] urbis, [13] urbanitatisque desiderio, interdum [14] piger, interdum timidus in labore militari, saepe autem etiam [15] quod [16] a te alienissimus et [17] subimpudens videbare. Tanquam enim [18] syngrapham [19] ad Imperatorem, non [20] epistolam, attulisses, sic, [21] pecunia ablata, domum redire properabas: nec tibi in mentem veniebat, [22] eos ipsos, qui cum [23] syngraphis venissent [24] Alexandream, [25] nullum adhuc num-

loquendi, quo significamus, nondum nobis constitutum ac certum esse, quid aliqua de re sentiamus. 36 Homines, aut nuncii. 37 E Gallia, ubi tu es. 38 Non quod superbus esset, sed quod a nemine consuleretur. 39 Reprehendunt. 40 Quia dicunt te sciendi causa aliquid interrogantibus de jure non ostendere qualis eorum causa sit, quid vitandum, aut agendum. Idem de Valerio dixit epist. 10. l. 1. 41 Propter quod. Quanquam, inquit, nemo te consulat, hoc tamen lætare, quod istuc veneris, ubi jus civile melius, quam tu, nemo calleat. Jocus est. 42 Sine controversia tenetur. Jureconsulti sic loquuntur. 43 Solo. 44 In ea urbe Galliæ.

1 Gratulatur Trebatio, quod urbis urbanorumque rerum desiderium aliquando deposuerit: eumque cohortatur, ut Cæsaris amicitiam plurimi faciat: quam fore fructuosam promittit, in seque ipsum recipit. Nunciatoria epistola et hortatoria. 2 Postquam legi literas tuas, ex iis, quæ in literis tuis erant. 3 Simul. 4 Meo, legato Cæsaris in Gallia. 5 Quod officiis te suis complectatur. 6 Tandem. 7 In quodam firmo proposito. 8 Quas primis mensibus, postquam hinc profectus eras, ad nos dedisti. Libri vulgati, *mensium*. 9 Salva. 10 Liceat mihi dixisse. 11 Mobilis et inconstans: quia, cum ivisset ad Cæsarem, ut honestatem augeret facultatesque suas, redire statim ad urbem cupiebat. 12 Romæ. 13 Urbanæ vitæ, et politiæ romanæ. 14 Quippe Tribunatum contempserat: epist. 8. 15 Quia, quoniam. 16 A consuetis tuis moribus. 17 Aliquantulum, licet non plane impudens: quia ea, quæ non debebat, petebat, Tribunatus commoda sine labore militiæ. 18 Scedulam, ex pactione conscriptam, in qua obligatus esset Cæsar eam afferenti statim pecuniam numerare. 19 Ad Cæsarem. 20 Commendatitiam, qua te illi commendaveram ut in militia te humaniter tractaret. 21 Ex stipendio assignata. 22 C. Rabirium Posthumum cæterosque ejus amicos, qui Ptolemæo Alexandrino Regi pecunias crediderant: epist. 1. l. 1. 23 Scriptis obligatoriis, in Albano Pompeji factis, de pecunia Regi Alexandrino a Rabirio suppeditata. 24 In eam Ægypti urbem, ubi scripti fuerant milites, ut a Ptolemæo, Alexandrino Rege, pecuniam suam, ei Romæ creditam, exigerent. 25 Aliquot etiam ex iis in vincula conjecti

mum auferre potuisse. Ego si [26] mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maxime vellem: non enim mediocri afficiebar vel voluptate ex [27] consuetudine nostra, vel utilitate ex [28] consilio, atque [29] opera tua. Sed cum te [30] ex adolescentia tua in amicitiam et fidem meam contulisses, semper te non modo [31] tuendum mihi, sed etiam [32] augendum, atque [33] ornandum putavi. Itaque [34] quoad opinatus sum, me [35] in provinciam exiturum, quae ad te [36] ultro [37] attulerim, meminisse te credo: posteaquam mea mutata [38] ratio est, cum viderem me a Cæsare honorificentissime tractari, et [39] unice diligi, [40] hominisque liberalitatem incredibilem, et singularem [41] fidem [42] nossem, sic [43] ei te commendavi, et [44] tradidi, ut [45] gravissime, [46] diligentissimeque potui. [47] Quod [48] ille [49] ita et accepit, et mihi sæpe [50] literis [51] significavit, et tibi verbis, et re ostendit, mea commendatione sese valde esse [52] commotum. [53] Hunc tu virum [54] nactus, [55] si me aut sapere aliquid, aut velle [56] tua causa putas, [57] ne dimiseris: et, si qua te forte res aliquando [58] offenderit, cum [59] ille aut [60] occupatione, aut [61] difficultate [62] tardior tibi erit visus, [63] perferto, et [64] ultima exspectato: [65] quae ego tibi et [66] jucunda, et honesta praestabo. [67] Pluribus te hortari non debeo: [68] tantum [69] moneo, neque amicitiæ [70] confirmandæ clarissimi ac liberalissimi [71] viri, neque [72] uberioris provinciæ, ne-

et nudus egensque Posthumus, qui non modo suam, sed amicorum quoque pecuniam expulso Regi crediderat, e regno fugit. 26 Meæ utilitatis respectum haberem: quod Epicurei faciunt, qui suis commodis omnia metiuntur. 27 Conversatione et communione. 28 Tuo. 29 Labore et industria tua. 30 Ab. 31 Protegendum a me. 32 Commodis. 33 Honoribus. 34 Quandiu. 35 In Hispaniam legatum cum proconsule Pompejo: hac de re vide ep. 5. 36 Non rogatus: quod summi amoris est argumentum. 37 Multis rebus potuit Cicero, si legatus cum Pompejo in Hispaniam ivisset, Trebatio consulere. 38 Conditio, i. postquam mutavi consilium, quia provincia non erat mihi commissa. Sic epist. 5. 1. 8. *Tua ratio postea est commutata.* 39 Singulariter, ut parentes unicum diligunt filium. 40 Cæsaris. 41 Fidelitatem: qui, quos semel in amicitiam suam recepit, nunquam deserit. 42 Cognovissem. 43 Cæsari. 44 Fidei commisi: epist. 5. 45 Gravissimis verbis, summum amorem ac studium declarantibus. 46 Sic, ut nihil prætermiserim. 47 Quam commendationem meam. 48 Cæsar. 49 Gravissime et diligentissime a me factam commendationem, i. ita te est complexus, ut ego te graviter commendavi. 50 Suis. 51 Indicavit. 52 Affectum erga te. 53 Talem ep. 7. *Imperatorem habes liberalissimum.* 54 Adeptus. 55 Si me nec judicio falli, et fideliter tibi suadere existimas. 56 Pro utilitate tua. 57 Cave dimittas: 58 Læserit apud Cæsarem. 59 Cæsar. 60 Sua. 61 Ejus rei, quam consequi cupias. 62 Ad vota tua perficienda. 63 Ad finem usque ferto. 64 Exitum rei. 65 Ultima. 66 Utilia et honorifica efficiam, exhibebo. 67 Verbis. 68 Duntaxat. 69 Te. 70 Stabiliendæ: jam enim est instituta, commendatione mea gravissima ac diligentissima. 71 Cæsaris. 72 Pinguioris, in qua tibi

que[73] ætatis magis idoneum[74] tempus, [75] hoc si amiseris, [76] te esse[77] ullum unquam reperturum. [78] Hoc, quemadmodum[79] vos scribere soletis vestris[80] libris, idem[81] Q. Cornelio videbatur. In Britanniam te profectum non esse[82] gaudeo, quod et tu[83] labore caruisti, et ego te[84] de rebus illis non[85] audiam. Ubi[86] sis hibernaturus, et qua[87] spe, aut[88] conditione, [89] perscribas ad me velim.

XVIII. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Accepi a te aliquot epistolas uno tempore, quas tu[2] diversis temporibus[3] dederas: in quibus me[4] cætera delectarunt: significabant enim te[5] istam militiam jam firmo animo ferre, et esse[6] fortem virum, et constantem. [7] Quæ ego[8] paulisper in te ita desideravi; non imbecillitate animi tui, sed magis ut desiderio nostri te[10] æstuare putarem. Quare, [11] perge, ut cœpisti: forti animo istam tolera militiam. [12] Multa (mihi crede) assequere: ego enim renovabo[13] commendationem, sed[14] tempore. [15] Sic habeto, non tibi majori esse curae, ut iste tuus a me discessus[16] fructuosissimus tibi sit, quam mihi. Itaque, [17] quando vestræ cautiones infirmæ sunt, [18] græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Tu me velim de[19] ratione[20] gallici belli certiorem facias: ego enim[21] ignavissimo cuique ma-

posset consulere. 73 Cum sis ea ætate, in qua et labores obire, et gratiam promereri facillime possis. 74 Nullum esse. 75 Tempus, i. hanc opportunitatem et occasionem, quia *Fronte capillata, post est occasio calva.* 76 Moneo te. 77 Aliud tempus tantæ commoditatis. 78 Quod te moneo. 79 Jurisconsulti. 80 Istrumentis, dum opiniones vestras aliorum jurisconsultorum, subscribentium vobis, opinionibus confirmatis. 81 Trebatii magistro. 82 Et tamen prius risit. 83 Militari, quem soles vitare tum pigritia, tum timore, 84 Gloriantem ac magnifice referentem de rebus a te gestis. 85 Cum fastidio. Jocatur hic quoque Cicero. 86 Hyemem in hybernis transacturus. 87 Futuri commodi. 88 Præsentis commodi, i. quam conditionem tibi Cæsar obtulerit, de qua speres. 89 Perfecte ac plene scribas.

1 Laudat Trebatium, quod videretur certa aliquando in sententia constitisse, et velle in militia permanere. Tum jocatur in ejus parsimoniam, quia scripserat in palimpsesto. Epistola jocosa et hortatoria. 2 Eodem tamen exemplo. 3 Tabellariis, aut miseras, ad me. 4 Præterquam quod non essent suo tempore perlatæ. 5 Sub Cæsare. 6 Non, ut antea videbare, timidum: epist. 17. 7 Duo jam dicta. 8 Per parum temporis. 9 Non pusillanimitate. 10 Ardere. 11 Procede, et perage inceptum. 12 Commoda. 13 Tui apud Cæsarem. 14 Tempestive, cum opus erit. 15 Firmiter tibi persuade. 16 Utilissimus. 17 Quandoquidem tuum istic artificium tibi parum prodest: friget enim in bello jus civile. 18 Ego tibi cavere volui misso quod mea manu Græce scripsi. Sic *Græculum ferrum*, Flor. II. 7. 19 Forma et conditione. 20 Videtur jam absolutum esse bellum Britanicum. 21 Nihil valenti ad rem bellicam maxime credo: fortes enim rem gerunt: ignavi spe-

ximam fidem habeo. Sed, ut ad epistolas tuas redeam,[22] cætera[23] belle:[24] illud miror: quis solet[25] eodem exemplo[26] plures dare,[27] qui sua manu scribit? Nam,[28] quod[29] in palimpsesto, laudo equidem[30] parsimoniam: sed miror, quid in illa[31] chartula fuerit, quod delere malueris, quam[32] hæc scribere, nisi forte tuas[33] formulas. Non enim puto te meas epistolas[34] delere ut[35] reponas[36] tuas. An hoc significas,[37] nihil fieri?[38] frigere te? ne chartam quidem tibi[39] suppeditare? Jam[40] ista tua culpa est, qui verecundiam tecum[41] extuleris, et non hic nobiscum reliqueris. Ego te Balbo,[42] cum ad vos proficiscetur,[43] more romano commendabo. Tu, si[44] intervallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus: eram enim[45] abfuturus mense aprili. Has literas scripsi in[46] Pomptino, cum ad[47] villam Metrilii Philemonis[48] divertissem: ex[49] qua jam[50] audieram[51] fremitum clientium meorum,[52] quos quidem tu mihi[53] conciliasti. Nam[54] Ulubris,[55] honoris mei causa,[56] vim maximam[57] ranunculorum se[58] commosse constabat. Cura ut valeas. VI. Idus apr.[59] de Pomptino.

Epistolam tuam, quam accepi ab L. Arruntio,[60] conscidi[61] in-

ctant, et singula notare solent: itaque narrantibus ignavis major habenda fides est, quam fortibus. 22 Scripsisti, vel scripta sunt. 23 Bene et decenter. 24 Quod plures uno exemplo scriptas ad me dedisti literas. 25 Iisdem verbis et forma scriptas. 26 Epistolas. 27 Et non dictat, quæ alii excipiant, et scribant. 28 Scripsisti. 29 In membrana iterum abrasa, ut aliquid rursus in ea scriberetur. 30 Ita tacite notat Trebatium avaritiæ. 31 Rasa, i. in palimsesto. 32 Nullius momenti res, ac meras nugas. Al. *exscribere*. 33. Sc. delere maluisti quas vos jurisconsulti litigantibus præscribitis, ne causa cadant. 34 Radendo sc. membranas, in quibus scribo. Per jocum significat, pluris esse epistolas suas, quam formulas. 35 Iterum in iisdem scribas. 36 Epistolas. 37 Lucrorum tibi in exercitu. 38 Otiosum esse, nullam te istic fructum capere e scientia juris civilis? Epist. 11. *Sin autem ista* frigebunt, *recipias te ad nos.* 39 Subministrari tibi ad scribendum? Neutrum absolutum, ut Off. 1. *Studeat parare ea, quæ suppeditent et ad victum, et ad cultum.* Al. *suppeditari.* 40 Qua te tam prudenter taxo. 41 Extra urbem tuleris: nam, si eam tecum non attulisses, sine verecundia peteres; nunc, quia te pudor a petendo deterret, nihil accipis. Hæc quoque per jocum. 42 Istinc discedet. 43 Ingenue et fideliter, gravissime et diligentissime: epist. 5. 44 Intercapedo et intermissio erit diuturnior. 45 Domo. 46 Agro illo in sinu Cumano. 47 Domum in agro sitam. 48 Hospitii causa a via me vertissem. 49 Villa. 50 Quia non longe aberam. 51 Strepitum hominum liberorum, me colentium, ut illis patrocinium præstarem, cum ad salutandum patronum suum Ciceronem ire vellent honoris causa. 52 Clientes. 53 Comparasti, in Galliam proficiscens. 54 In eo oppido inculto. 55 Ut me honorifice acciperent. 56 Multitudinem. 57 Ulubranorum, qui in paludibus habitant. Jocatur in Trebatii clientes. 58 Commovisse. 59 Scriptum. 60 Dilaceravi. 61 Non sic meritam: cum in ea nihil scriptum esset, quod, si efferretur, nocere posset.

nocentem : nihil enim [62] habebat , quod non [63] vel in [64] concione [65] recte legi posset. Sed [66] et [67] Arruntius [68] ita te mandasse ajebat, et tu [69] adscripseras. Verum [70] illud esto: nihil te ad me postea scripsisse [71] demiror, praesertim [72] tam novis rebus. Vale.

XIX. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Vide, quanti apud me sis: etsi [2] jure [3] id quidem: [4] non enim amore te vinco. Verum tamen, quod [5] praesenti tibi prope [6] subnegarem; [7] non tribuerem certe, id absenti non [8] debere non potui. Itaque, [9] ut primum [10] Velia [11] navigare cœpi, institui [12] Topica [13] Aristotelea conscribere, ab ipsa urbe commonitus, [14] amantissima tui. Eum [15] librum tibi misi Rhegio, [16] scriptum, quam plenissime res illa scribi potuit, Sin tibi quædam [17] videbuntur [18] obscuriora, cogitare debebis, NULLAM *artem* [19] *literis sine interprete, et sine aliqua exercitatione percipi posse.* Non longe [20] abieris: num jus civile [21] vestrum ex libris [22] cognosci potest? [23] qui quanquam plurimi sunt, [24] doctorem tamen, [25] unum quem desi-

62 Scriptum continebat. 63 Etiam. 64 Concilio et cœtu totius populi. 65 Decenter et impune. 66 Etiam. 67 Qui eam attulit. 68 Ut ita facerem. 69 Ad cætera mandata tua in fine epistolæ scripseras ita. 70 Quod mandaras, illam a me conscindi sine causa. 71 Valde miror. 72 Cum res tam novæ contingerint, gestæ a Cœsare in Gallia: quæ leguntur in ipsius commentariis.

1 Considera. Petierat Trebatius, ut Aristotelis Topica Cicero Latine interpretaretur: quod per occasionem a se factum Cicero rescribit. Epistola est nunciatoria. 2 Merito tuo. 3 Fit. 4 Nam non plus te amo, quam amer a te. 5 In Tusculano. Vide proœmium Topicorum. 6 Aliquautulum negaveram. Cum Trebatius disciplinam et rationem peteret inveniendorum argumentorum; hortatus est eum Cicero, vel ut Aristotelis Topica per se ipse legeret, vel ut a doctissimo quodam Rhetore totam illam rationem acciperet. 7 Non sponte offerrem. 8 Id volui persolvere. Quod ab amicis petitur, id, donec tribuamus, deberi a nobis dicimus: cum vero id omnino a nobis tribuendum significare volumus, deberi non posse dicimus. Al. *denegare.* 9 Cum primum, i. statim postquam. 10 Ab eo oppido, in quo Trebatius multum diligebatur. 11 Navigando discedere, in Greciam proficiscens, cum opera mea nec Resp. nec amici uterentur: nec honeste inter arma versari possem, ne si tuto id quidem mihi liceret. 12 Libros Aristotelis Philosophi nobilissimi de totis locis argumentationum. 13 Quod in eum librum præcepta Aristotelis multa transtulit. 14 Vel quod Trebatius Veliæ notus, vel quod ibi possessiones, a patre relictas, haberet. 15 Topicorum a me translatorum. 16 In ipsa navigatione. 17 In eo. 18 Ad intelligendum prima lectione. 19 Ex ipsis tantum literis, ex scripto, et quasi multo libro. 20 A professione tua, ad confirmandum, quod dixi exemplo, i. non longe exempla petantur. 21 Quod vos Jureconsulti profitemini. 22 Perfecte disci? Q. d. nequaquam. 23 Libri. 24 Qui doceat et illustret ea, quæ obscuriora sunt. 25 Aliquem unum, qui aliquantum in

derant. Quanquam tu, si [26] attente [27] leges, [28] si sæpius, [29] per te omnia [30] consequere, [31] ut certe intelligas. Ut vero etiam ipsi tibi [32] loci, proposita quæstione, [33] occurrant, [34] exercitatione [35] consequere. In [36] qua quidem [37] nos te continebimus, si et salvi [38] redierimus, et salva [39] ista offenderimus. V. kal. sext. [40] Rhegio.

XX. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Amabilior mihi [2] Velia fuit, quod te [3] ab ea sensi amari. Sed quid ego dicam [4] te, [5] quem quis non amat? Rufio, [6] medius fidius [7] tuus, ita desiderabatur, ut si esset unus e [8] nobis. Sed ego te non reprehendo, qui [9] illum ad [10] ædificationem tuam traduxeris. Quamquam enim Velia non est vilior, quam [11] Lupercal, tamen [12] istuc malo, quam [13] hæc omnia. Tu, [14] si me audies, quem [15] soles, has [16] paternas possessiones [17] tenebis, (nescio quid enim Velienses [18] verebantur) neque Heletem, [19] nobilem [20] amnem, relinques; nec [21] Papirianam domum deseres: quanquam [22] illa [23] quidem ha-

illorum lectione exercitatus sit, et quem rudes ejus disciplinæ sequantur. Quamvis enim libri juriconsultorum, qui jus civile continent, tot sint tamque explicati, non tamen sine doctore intelligi possunt, nec quivis, non omnino rudis, potest hoc munus sustinere. Cicero, de Offic. *Confugiunt ad* unum *aliquem virtute præstantem*. Idem de Orat. *Vitia, quæ sunt in aliquo judice*, uno, *vel pluribus*. 26 Cum attentione et diligentia. 27 Librum Topicorum. 28 Leges. 29 Sine interprete, aut doctore. 30 Obtinebis. 31 Si non omnia, hoc certe, ut intelligas, consequere. 32 Ipsæ sedes inveniendorum argumentorum. 33 Sic ut eis statim uti possis. 34 Sola. 35 Id. 36 Exercitatione. 37 Ego tibi præceptor ero. Verbum proprium de magistris. Petron. *Nondum juvenes declamationibus* continebantur. 38 E Grecia Romam. 39 Quæ sunt, ubi nunc es, i. res urbanas incorruptas invenerimus, quas pessime affectas relinquebat. 40 Ex eo oppido, unde discedens, librum Topicorum Trebatio mittebat. Est autem oppidum Brutiorum in Italia.

1 Scribit de amore Veliensium in Trebatium: et hortatur, ne paternas possessiones vendat quæ, tam miseris temporibus, perfugium esse possint. Epistola est suasoria. 2 Urbs Lucaniæ, et portus. 3 Ab ejus incolis. 4 Amari ab ea. 5 Q. d. nemo: et ita non esse mirum, si ab ea amatur. 6 Ita me Hercules, Jovis filius, amet, ut verum dico. 7 Quod ejusdem esset gentis. 8 Qui illic possessiones habemus. 9 Rufionem. 10 Ædificabat Trebatius in regione Lupercali proxima. 11 Locus Romæ sub Palatino monte, ubi lupa Romulum et Remum aluit infantes. 12 Istud ipsum Lupercal. 13 Quæ Veliæ sunt, i. malim ædes, Romæ vel in Lupercali habere, quam totam Veliam. 14 Si obedies mihi. 15 Audire. 16 A patre obtentas. 17 Non vendes. 18 Quod audierint, te velle alienare. 19 Quia Veliam ab eo nomen accepit. 20 Iuxta domum tuam. 21 Emptam de Papirio quodam a Trebatio, vel ab ejus patre. 22 Domus. 23 Certe. 24 Arborem raram et jucundæ opacitatis, quæque deliciarum caussa summa arte in domibus colebatur. Vid.

bet [24] lotum, a quo etiam advenæ [25] teneri solent: [26] quem tamen si [27] excideris, [28] multum prospexeris. Sed [29] in primis opportunum videtur, [30] his præsertim temporibus, habere [31] perfugium, primum eorum urbem, quibus carus sis, deinde etiam tuam domum, tuosque agros, [32] eaque [33] remoto, salubri, amœnoque loco: [34] idque etiam [35] mea interesse, mi Trebati, arbitror. Sed valebis, meaque negotia [36] videbis, meque, Diis [37] juvantibus, ante [38] brumam exspectabis. Ego a Sex. Fadio, [39] Niconis discipulo, librum [40] abstuli, [41] Νίκωνος περὶ πολυφαγίας. O [42] medicum suavem, meque [43] docilem ad hanc [44] disciplinam! sed Bassus [45] noster me de hoc libro [46] celavit: [47] te [48] quidem non videtur. [49] Ventus increbrescit. Cura, ut valeas. XIII. [50] Kal. Sex. [51] Velia.

XXI. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Silii [2] causam te docui: [3] is postea fuit apud me, cum ei dicerem, [4] tibi videri, [5] sponsionem [6] illam [7] nos [8] sine periculo facere posse, [9] *Si bonorum* [10] *Turpilliæ possessionem*

Plin. Nat. Hist. Procem. l. 17. 25 Immorari delectatione capti. 26 Lotum. 27 Dirueris. 28 Majus cœli spatium aspicies, et longe videbis e domo tua (ille enim sua capacitate prospectum impedit) et consules utilitati tuæ: minores enim sumptus facies; non enim causa erit advenis, cur domum tuam frequentent. 29 Præcipue, præsertim. 30 Periculosis, aut propter seditiones, aut propter pestes. 31 Locum ad quem confugias. 32 Habore. 33 A strepitu populari, vel ab urbe. 34 Te tenere eas possessiones. 35 In re et utilitate mea esse, ut sc. tecum habeam perfugium. 36 Curabis. 37 Me. 38 Solstitium hyemale, quo dies sunt brevissimi mense Decembri. Cogitabat esse Romæ kalendis Januarii. 39 Medici. 40 Veliæ. 41 Niconis de edacitate. 42 Niconem. 43 In illo libro documenta inerant, quo modo, incolumi valetudine, plurimum edi posset. 44 Edacitatis. 45 Amicus. 46 Nullam mihi mentionem fecit. 47 Celasse de hoc libro: q. d. tu ejus disciplinam egregie calles. 48 Certe. 49 Auster, aut alius, ventri cibis onusto, perniciosus, fit crebior, stare incipit vehementius: creber enim venti spiritus magis intendit vela, quam rarus. 50 Quæ nunc mensis Augusti sunt. 51 Ex ea urbe Lucaniæ, cum in Græciam iret.

1 Amici communis: ad quem sunt epistolæ. l. 13, Commendat Silium Trebatio, et, ut causam illius curet diligenter, postulat. Commendatoria est epistola. 2 Quid juris haberet, vel quo jure niteretur, exposui tibi. *Docet causam*, cujus res agitur, cum pro se acturum instruit: *discit*, qui defensurus est. 3 Silius. 4 Quod tibi videretur. 5 Quæ fiebat interposita stipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is, qui sponsione vinceretur. 6 Quam facere volebat, quæ sequitur: *Si bonorum Turpiliæ*, etc. 7 Silium: tanquam ageretur de sua re. 8 Quod enim is, qui litem infert, probari a se posse putat, id in sponsione pronunciat: itaque videndum, quibus verbis sponsionem faciat. 9 Verba sponsionis sunt. 10 Mulieris testantis. Hæreditatem sibi a Turpilia relictam Silius ex edicto Prætoris acceperat: vocatus in judicium a Turpilio propinquo, eandem hæreditatem repetente, quia Turpiliæ factionem testamenti fuisse negaret sponsionem facere cogebatur: de

Q. Cæpio Prætor ex edicto suo mihi dedit; negare [11] ajebat [12] Servium, tabulas [13] testamenti esse eas, quas [14] instituisset is, qui [15] factionem testamenti non habuerit: hoc idem [16] Offilium dicere; tecum se [17] locutum negabat: meque rogavit, ut se et causam suam tibi commendarem. Nec vir melior, mi [18] Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquam est, te tamen excepto. Gratissimum igitur mihi feceris, si ad eum [19] ultro [20] veneris, eique [21] pollicitus eris. Sed, si me amas, [22] quamprimum hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

XXII. M. T. C. TREBATIO S. D.

[1] Illuseras heri [2] inter scyphos, quod dixeram,[3] contraversiam esse, posset-ne hæres, quod furtum [4] antea factum esset, [5] recte furti agere. Itaque, etsi domum [6] bene potus, seroque redieram: tamen id caput, ubi hæc [7] controversia est, notavi, et descriptum tibi misi: ut scires, id, quod tu neminem sensisse dicebas, [8] Sex. Ælium, [9] M. Manilium, [10] M. Brutum sensisse. Ego tamen Scævolæ, et [11] Testæ [12] assentior. Vale.

XXIII. M. T. C. M. FABIO GALLO S. D.

[1] Tantum quod ex [2] Arpinati veneram, cum mihi [3] a te literæ redditæ sunt: ab [4] eodemque accepi [5] Aviani literas: in quibus hoc erat liberalissimum, [6] nomina se facturum, cum

qua consuluit peritissimos jurisconsultos, Ser. Sulpitium, et Offilium: et, cum Trebatii quoque sententiam scire vellet, Ciceronis opera usus est. 11 Silius. 12 Sulpitium, principem jurisconsultorum. 13 Legitimæ legationis vim habere. 14 Fecisset. 15 Jus faciendi testamenti. 16 Clarum jurisconsultum, sc. *ajebat*. 17 Esse. 18 Cognomen Trebatii: epist. 13. 22. 19 Non requisitus ab eo. In urbe videtur fuisse 20 Trebatius, extra urbem Cicero. 21 Operam vel consilium tuum. 22 Statim.

1 Irriseras. Probat auctoritate jurisconsultorum, quod dixerat dubitari, posset-ne hæres, quod furtum antea factum esset, recte furti agere. Nunciatoria vel narratoria est epistola. 2 Pocula, i. inter potandum. 3 Rem dubiam. 4 Quam hæres institutus esset. 5 Aliquem furti accusare in judicio. Ideo enim dubitari potest, quia non videtur hæres ea, tanquam sua posse repetere, quæ nondum ad eum hæreditario jure pervenissent. 6 Valde potus, i. potu oppletus: ut ep. 16 *Bene nummatum*. 7 Disputatio. 8 Jurisconsultum, acutum hominem. 9 Jurisconsultum, de quo l. 1. de Orat. et in Bruto meminit. 10 Jurisconsultum, qui septem libros de jure civili reliquit. 11 Trebatio. 12 Quia contra sentiunt.

1 Solummodo, vel commodum. Tempus indicatur proxime præteritum. Grata sibi testatur Cicero fuisse signa, quæ emerat Gallus in ornamentum bibliothecæ: gratiora tamen futura fuisse, si ea emisset, quæ Cicero mandasset. Epistola est nunciatoria. 2 Agro. 3 Missæ. 4 Tabellario. 5 Statuarii. 6 Id, quo Cicero pro hoc vel illo signo deberet, in tabulas relatu-

venisset, [7] qua ego vellem die. [8] Fac, quæso, qui ego sum, [9] esse te: est ne aut tui pudoris, aut nostri, primum rogare [10] de die: deinde [11] plus [12] annua [13] postulare? Sed essent, mi Galle, omnia facilia, si et [14] ea mercatus esses, quæ ego desiderabam, et [15] ad eam summam, quam volueram. [16] Attamen ista ipsa, quæ te emisse scribis, non solum [17] rata mihi erunt, sed etiam grata: plane enim intelligo, te non modo [18] studio, sed etiam amore usum, quæ te delectarint, hominem (ut ego semper judicavi) in omni judicio [19] elegantissimum, quæque [20] me digna putaris, coemisse. Sed velim maneat [21] Damasippus in [22] sententia: [23] prorsus enim [24] ex istis emptionibus nullam desidero. Tu autem, ignarus [25] instituti mei, [26] quanti ego genus omnino signorum omnium non æstimo, [27] tanti ista quatuor, aut [28] quinque [29] sumpsisti. Sed [30] Bacchas [31] istas cum [32] Musis Metelli comparas. [33] Quid simile? primum, ipsas ego [34] Musas nunquam [35] tanti putassem: atque id fecissem, [36] Musis omnibus approbantibus: sed tamen [37] erat aptum bibliothecæ, studiisque nostris congruens. [38] Bacchis vero [39] ubi est apud me locus? At [40] pulchellæ sunt. Novi optime: et sæpe [41] vidi: [42] nominatim tibi signa, mihi nota mandassem, si [43] probassem. Ea enim signa ego emere

rum. Accepti et expensi ratio in tabulas referebatur, quæ vocabantur *nomina*, quia debitorum et creditorum nomina scribebantur et dicitur creditor *nomen facere*, cum in tabulis accepti et expensi nomen ejus, cui pecuniam dabat, scribebat: debitor dicitur *locare nomen*. 7 Ut solverem quando vellem. 8 Finge. 9 Eum. 10 Ut credatur nobis usque ad certum diem. 11 Longiorem. 12 Die, i. quæ post annum venerit. 13 Diem, i. dilationem. 14 Signa. 15 Non pluris, quam volueram. In delectu enim et in pretio peccaverat Gallus. 16 Licet alia, quam desiderabam, emeris. 17 Approbata. 18 Diligendi, mihi obsequendi conatu. 19 Curiosissimum et politissimum, i. qui nihil vulgare, nihil abjectum, aut sordidum probare solitus es, quacunque de re judicas. 20 Statu meo, et dignitate mea. 21 Qui ea signa emere, aut recipere, si Ciceroni non placerent, promisit. Horat. Sat. 3. *l.* 2. *Insanit veteres statuas Damasippus emendo.* 22 Proposito emendi signa. 23 Omnino. 24 E signis, quæ emisti mihi: alia enim Cicero desideraverat. 25 Moris et propositi mei, ut omnia signa tanti non æstimem, quantum a te in ista quatuor aut quinque erogatum est. 26 Quam magno pretio. 27 Tam caro pretio. 28 Signa: Bacchas tres, Martem quartum, Trapezophorum quintum. 29 Accepisti mihi persolvenda certa die. 30 Imagines Bacchi sacerdotum. 31 Quas emisti. 32 Cum imaginibus vel signis Musarum, quæ erant apud Metellum. 33 Est inter ipsas? Q.d. nihil. 34 Musarum imagines. 35 Quanti emisti Bacchas longe viliores. 36 Ipsæ Musæ, non æstimari se tanti, quanti a te istæ Bacchæ æstimatæ sunt, non moleste ferrent. 37 Habere Musas. 38 Sacerdotibus Bacchi. 39 Q.d. nusquam. 40 Bacchæ sunt aliquantulum pulchræ. 41 Non illa ipsa, quæ Gallus emerat, sed similia Baccharum signa. 42 Per propria nomina. 43 Approbassem emptionem. Cum et noverim, inquit, optime Bacchas istas, et sæpe viderim, nec

soleo, [44] quæ ad similitudinem [45] gymnasiorum exornent mihi in [46] palestra locum. Martis vero signum [47] quo mihi [48] pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni signum [49] fuisse: hæc enim [50] duo signa putarem mihi [51] æs alienum attulisse. [52] Mercurii mallem [53] aliquod fuisset: [54] felicius, [55] puto, cum Aviano [56] transigere [57] possemus. [58] Quod tibi [59] destinaras [60] Trapezophoron, si te delectat, habebis: [61] sin autem sententiam mutasti, ego [62] habebo [63] scilicet. Ista quidem [64] summa [65] næ ego multo libentius emerim [66] diversorium [67] Tarracinæ, ne semper [68] hospiti molestus sim. Omnino liberti mei video esse [69] culpam, cui [70] plane res [71] certas mandaram; [72] itemque Junii, quem puto tibi notum esse, Aviani familiarem. [73] Exhedria quædam mihi nova sunt [74] instituta in [75] porticula [76] Tusculani: [77] ea volebam [78] tabellis ornare: etenim, si quid [79] generis istiusmodi me delectat, pictura [80] delectat. Sed tamen, si [81] ista [82] mihi sunt habenda, certiorem velim me facias, ubi sint, quando [83] accessantur, quo genere vecturæ. Si enim Damasippus [84] in sententia non manebit, aliquem [85] pseudodamasippum [86] vel cum jactura reperiemus. Quod ad me de [87] domo scribis iterum, jam id ego [88] profici-

tamen tibi, ut eas emeres, nominatim mandaverim: me non iis delectari, poteras facile suspicari. 44 Quæ sic in palestra villæ meæ Tusculanæ locum exornent, ut publicis in gymnasiis, præstantium virorum aut Deorum signis locus idem exornari solitus est. 45 Locorum exercitationis publicæ, sive litterariæ sive alterius. 46 Exercitatorio meo, i. in bibliotheca mea. 47 Ad quid, vel ad quem usum est, aut sit, i. quid proderit mihi, quid juvabit me Martis statua? 48 Cum Mars sit Deus belli. 49 Inter ea, quæ emisti. 50 Martis et Saturni. 51 Debitum. Martis enim et Saturni signa nihil prosperum promittere, astrologi confirmant. 52 Dei mercaturæ, cujus astrum propitium putatur. 53 Signum. 54 Cum minore damno, sc. in emptione signorum: is enim feliciter transigit, qui rem expetitam parvo emit. Al. *facilius*. 55 Quod sc. propter Mercurium. 56 Pacisci. 57 In emptione, i. liceret nobis ab Aviano minoris emere, quam tu emisti. 58 Signum. 59 Animo adjudicaveras, assignaveras. 60 Statuam, quæ mensam, in qua pocula reponuntur, fert ac sustinet. 61 Sed si non amplius petis. 62 Ipsum. 63 Ut scire licet. 64 Pecuniæ. 65 Certe. 66 Hospistium vel ædes, ad quas ab itinere me divertam. 67 Apud Tarracinam urbem. 68 Meo; ad quem frequenter accedere solebat jure hospitalitatis, non mercede apud eum victurus. 69 Aliquam in emendis istis signis. 70 Aperte. 71 Quas tu mihi emeres. 72 Et consimiliter video culpam esse. 73 Loca in porticibus, ubi sedentes disputare soliti erant. 74 Incepta. 75 Parva Porticu. 76 Villæ Tusculanæ. 77 Nova. 78 Depictis. 79 Quod ad ornatum pertinet. 80 Me. 81 Signa, quæ emisti. 82 Si debeo ea habere. 83 Afferantur. 84 Quia dicebat, se ea velle retinere. 85 Falsum Damasippum, Damasippi similem, qui omnino ea signa emet: quod se Damasippus facturum ostenderat. Sic *Pseudo Cato*, l. 1. ad Att. et *Pseudo Philippus*, l. 2. de Leg. 86 Etiam cum damno rei nostræ: quia minoris illi vendemus, quam nobis constent. 87 Tibi prope me conducenda. 88 Ab urbe in Arpinatem agrum, unde redierat paulo ante, quam has li-

sceus mandabam [89] meæ Tulliæ. Ea enim [90] ipsa hora acceperam tuas literas: egeram etiam cum [91] tuo [92] Nicia: quod [93] is utitur, ut scis, familiariter Cassio. [94] Ut redii autem, prius quam tuas legi has proximas literas, quæsivi de [95] mea Tullia, quid [96] egisset. [97] Per Liciniam se egisse dicebat: sed opinor, [98] Cassium uti non ita multum [99] sorore: [1] eam porro negare se audere, cum vir abesset, (est enim profectus in Hispaniam [2] Dexius) [3] illo et absente, et insciente [4] migrare. Est mihi gratissimum, tanti a te [5] æstimatam consuetudinem vitæ, victusque nostri, primum ut [6] eam domum sumeres, ut non modo prope me, sed [7] plane mecum habitare posses: deinde, ut [8] migrare tantopere festines. Sed [9] ne vivam, si tibi concedo, ut [10] ejus rei tui cupidior sis, quam ego sum. Itaque [11] omnia [12] experiar: [13] video enim, [14] quid mea intersit, [15] quid utriusque nostrum. Si quid [16] egero, faciam ut scias. Tu et ad omnia rescribes, et quando te [17] exspectem, facies me, si tibi [18] videbitur, certiorem.

XXIV. M. T. C. FABIO GALLO S. D.

[1] Amoris [2] quidem tui, [3] quoquo me verti, vestigia; [4] vel proxime de [5] Tigellio perspexi. Sensi enim ex literis tuis valde te laborasse. Amo igitur [6] voluntatem. [7] Sed pauca [8] de re. [9] Capius, [10] opinor, [11] olim, [12] NON *omnibus dormio*: sic ego [13] non

teras daret. 89 Filiæ. 90 Qua proficiscebar. 91 Amico. 92 Grammatico: epist. 10. l. 9. 93 Nicea. 94 Postquam. 95 Filia. 96 De negotio tuo. 97 Liciniæ se opera usum, ut cum ejus fratre Cassio agat, earum ædium domino, quas Licinia habitabat. 98 Familiarem Niciæ. 99 Sua. 1 Sororem. 2 Maritus ejus. 3 Viro. 4 Habitationem mutare 5 Esse. 6 tam vicinam domui meæ ut ad me percommode itare possis. 7 Omnino. 8 Mutare habitationem, et commigrare in eam domum. 9 Nolim ut vivam. 10 Ut mecum, vel prope me habites. 11 Quæ ad hoc conducere poterunt, sc. ut hanc domum habeas. 12 Tentabo. 13 Animadverto. 14 Quam utile mihi sit. 15 Quid utilitatis utrique afferat. 16 De ea re. 17 Exspectare debeam. 18 Utile futurum.

1 Exponit, quam injuste sibi Tigellius irascatur: petit deinde librum, quem Gallus de Catone scripserat. Epistola nunciatoria vel conquestoria. 2 Certe. 3 Quocunque. 4 Etiam hoc ipsum, quod proxime de Tigellio fecisti, vestigium est amoris tui. 5 M. Tigellio Hermogene liberto, Sardo cantore. Quid autem de Tigellio scripserit ad Ciceronem Gallus, cognoscitur ex epist. 47, l. 13. ad Att. 6 Tuam, licet parum effeceris. 7 Loquar, 8 De negotio, quod mihi cum illo est. 9 Olim dicebat. Qui Parencho dictus est, quod simularet dormientem, ut impunius ejus uxor mœcharetur. 10 Nisi memoria laboro, veretur enim erraret nomine. 11 Ante Lucilium Poetam. 12 Qui hoc dixit, dormire se simulabat, ut diximus, liberius uxor mœcharetur. Servo autem pocula clam auferente. Non, inquit, omnibus dormio. 13 Quibusdam, apud Cæsarem gratiosis, temporum causa servio: non omnibus tamen servire volo: quorum in numero Tigel-

omnibus, mi Galle, servio: etsi [14] quæ est hæc [15] servitus? [16] Olim, cum [17] regnare existimabamur, non tam ab [18] ullis, quam hoc tempore [19] observor a familiarissimis Cæsaris omnibus, præter [20] istum. Id ego [21] in lucris pono, [22] non ferre hominem [23] pestilentiorem patria sua: eumque [24] addictum [25] jam tum puto esse [26] Calvi Licinii Hipponacteo [27] præconio. At [28] vide, quid succenseat. [29] Phameæ [30] causam [31] susceperam, [32] ipsius [33] quidem causa: erat enim mihi sane [34] familiaris. [35] Is ad me venit, dixitque, judicem [36] sibi operam dare constituisse eo ipso die, [37] quo [38] de P. Sextio [39] in consilium iri necesse erat: respondi, nullo modo me [40] facere posse, [41] cum vellem: alium diem si sumpsisset, me ei non defuturum. Ille autem, [42] qui sciret, se [43] nepotem [44] bellum [45] tibicinem habere, et sat [46] bonum [47] unctorem, discessit a me, [48] ut mihi videbatur, [49] iratior. Habes [50] Sardos venales: alium alio nequiolius est. 14 Qualis: q. d. nulla. 15 Mea in patrocinio præstando. 16 Stante Rep. 17 Cum ita florerem gratia et auctoritate ob eloquentiam ac virtutem ut regnare viderer, 18 Clientibus, vel civibus. 19 Color et honoror. 20 Tigellium. 21 In lucrum. 22 Quod non feram, vel non cogar ferre, i. tolerare, cum nulla mihi cum eo intercedat familiaritas. 23 Qui sit pestilentior, quam Sardinia patria sua, propter aerem noxium. 24 Traditum duraturæ in æternum infamiæ; præcones enim proclamabant servos venales, eorumque prædicabant virtutes, et artes, ut citius emptorem invenirent, iidem addicebant emptori, seu jubebant emptorem ducere emptum, ubi de pretio convenerat. Ita proscripsit proclamavitque Hipponacteo carmine Tigellium, et prædicavit publicavitque ejus scelera et vitia Calvus, et quasi præco venalem exposuit, tradiditque infamiæ velut proprium et addictum. 25 Jam ab eo tempore. 26 Poetæ. 27 Carmine. *Præconio*, autem dixit, quia præco Sardos venales proclamabat; et acerbissimum poema significat, simile Hipponactis versibus. 28 Animadverte, propter quid irascatur mihi. 29 Liberti, cujus nepos Tigellius. 30 Contra pueros Octavii. 31 Protegendam receperam. 32 Propter Phameam, non propter Tigellium, ejus nepotem. 33 Certe. 34 Phamea, qui mihi in consulatus petitione pollicitus erat, si quid opus esset. 35 Phamea, 36 Causam cognoscere, patronos audire de controversia disputantes. 37 Die. 38 Propter negotium P. Sextii, quem ante multos annos rerum de vi defenderat: accusabatur hoc tempore de ambitu. 39 Lege Pompeja, qua dies judiciorum præstituti fuerant. Cum judices, de reo sententias laturi, in unum coeunt, *ire in consilium dicuntur*: non enim eunt in consilium, ut causam audiant, sed ut, cum audierint, sententias ferant. Id cognoscitur ex orat. pro Cluent, nam, audito Scamandri accusatore Canutio, ejusque defensore Cicerone, judices *ivere in consilium*, ut de reo pronunciarent. Item pro Quint. cum audiret causam judex Aquilius, *Quoniam*, inquit, *tibi instat Hortentius, ut eas in consilium; a me postulat, ut dicendo tempus absumam.* 40 Agere causam ipsius. 41 In voluntate obsequendi, facultatem deesse. 42 Utpote qui. 43 Tigellium. 44 Aliquantulum bonum. 45 Canentem tibiis. 46 Peritum. 47 Palæstritarum, quod sordidum erat officium: al. *cantorem*, 48 Ex vultu ejus. 49 Aliquantulum iratus. 50 Duos, Phameam et Trigellium,

rem. Cognosti meam causam, et istius [51] Salaconis iniquitatem.[52] Catonem tuum mihi mitte: cupio enim [53] legere. Me adhuc non legisse, turpe utique nostrum est. Vale.

XXV. M. T. C. M. FABIO GALLO S. D.

[1] Quod [2] epistolam [3] conscissam doles, noli [4] laborare: [5] salva est; [6] domo petes cum libebit. Quod autem [7] me mones, valde gratum [8] est: idque ut semper facias, rogo. Videris enim mihi vereri, ne, si [9] istum habuerimus, [10] rideamus [11] γέλωτα σαρδόνιον. Sed [12] heus tu, [13] manum de [14] tabula: [15] magister [16] adest citius, quam [17] putaveramus. [18] Vereor, ne [19] in

facili pretio corruptibiles, et quasi servilis conditionis. Jocum quæsivit in Phameæ patria, ex usitato proverbio; sardinia enim a T. Sempronio primum consule capta, mancipiorum maximus numerus Romam est advectus, et ex eorum vilitate natum est adagium, *Sardi venales*: quo utimur, cum designare volumus plures homines improbos, nequitia et fraude ita inter se certantes, ut, quis princeps sit, non facile possit judicari. 51 Arroganter et inaniter superbientis, utpote de propinquitate Tigelii; *Salacon* enim vir fuit, qui, cum pauper esset, se divitem simulabat. 52 Librum, quem de laudibus Catonis Uticensis scripsisti. 53 Eum.

1 Epistolam Galli non conscissam significat. Monenti, ut de Cæsare caute loquatur et scribat, gratias agit. Hortatur, ne scribendi exercitationem intermittat. Epistola responsoria ad monitoriam, et valde ænigmatica. 2 Quam conscindendam jusseras. 3 Laceratam esse. 4 Propterea dolore affici. 5 Illa est adhuc integra. 6 Significat penes se illam esse, seque illius copiam ei facturum semper esse. 7 Cavere, aut prospicere mihi, ne jocemur in Cæsarem. 8 Mihi. 9 Si Cæsar dominabitur, vel si Cæsarem presciderimus, et dum illum ridemus, ipsi pereamus. 10 Rideremus. 11 Risum Sardonium, i. cum dolore conjunctum, perniciosum, qualem rident, qui herbam Sardoniam comederunt, et facie ridentibus simili moriuntur aperto ore. Adagium ergo de illis usurpatum, qui, specie boni, malum sustinent; origine ducta ab herba venenata, quæ nascitur in Sardinia, et gustata mortem affert, ita mutato morientium vultu, ut ridere videantur. 12 Huc animum converte, hoc attende, audi me monentem. 13 Tollamus, removeamus. 14 In qua quicquam in Cæsarem scribas, vel de libro, in quo de Catone, Cæsari inimicissimo, tu quoque scribis, i. omittamus quod cœptum est, ne scribamus, quod Cæsaris animum lædat. Sumptum a pueris pingendi artem discentibus, proverbium, qui absente magistro, sumpto penicillo aliquid et ipsi furtim in tabula pingere conantur. Quo repente superveniente, admonentur a cæteris, ut cito manum de tabula removeant, ne in illos magister animadvertat. Monet igitur Cicero Gallum, ut appropinquante Cæsare, manum et ipse de tabula cito auferat: scribebat enim laudes Catonis, quæ scriptio parum Cæsari grata esse poterat, et quæ inimicissimum illi hominem summis laudibus ornaret. 15 Cæsar dictator, qui magister et populi est, quem, ut magistrum, timere debemus. 16 Ex bello Hispaniensi, contra Pompeji filios gesto, rediens. 17 Eum adfuturum. 18 Vereor, ne Cæsar, commotus ira, Catonis studiosos, Catoni deditos, et Catonem amantes, i. me ipsum et te, qui Catonis laudes scripsimus, ad inferos demittat; *Catonium* enim pro tristi exitu accipere possumus, qualis Catonis fuit, qui sua se manu interfecit; lege Gel. l. 16. c. 7. 19 In Catonis lau-

Catonium, Catoninosve. Mi Galle, cave putes quidquam melius, quam epistolæ tuæ partem [20] ab eo loco, [21] *Cætera labuntur*. Secreto hoc audi: id tecum habeto: ne Apellæ quidem,[22] liberto tuo, dixeris. Præter duos nos loquitur isto modo nemo: bene, male ne, [23] videro: sed, [24] quidquid est, [25] nostrum est. [26] Urge igitur, [27] *ne transversum unguem* (quod ajunt) *a stylo:* [28] *is enim est dicendi* [29] *opifex:* atque equidem [30] aliquantum jam etiam noctis assumo. Vale.

XXVI. M. T. C. GALLO S. D.

[1] Cum decimum jam diem graviter [2] ex intestinis laborarem: neque iis, qui [3] mea opera uti volebant, [4] probarem me [5] non valere, [6] qui febrim non haberem, [7] fugi in [8] Tusculanum; cum, quidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aquam quidem gustarem. Itaque [9] confectus languore et fame, magis [10] tuum officium desideravi, quam [11] abs te requiri putavi meum. Ego cum omnes morbos reformido, tum quod Epicurum [12] tuum Stoici male [13] accipiunt, quia [14] dicat [15] *δυσυρικα κι δυσεντερικα παθη* sibi [16] molesta esse; [17] quorum [18] alterum morbum [19] edadem, ut de Orat. l. 2. et de Nat. Deor. l, 1. Nam. *scribere in aliquem*, non semper in malam partem accipitur. 20 In quo scripserat Fabius. 21 Verba Fabianæ epistolæ, quæ usque ad finem ita graviter scripta erat, ut nihil posset melius. 22 Literato. 23 Nondum statuo, mihi nunc incertum est. 24 Sive rectum, sive pravum genus loquendi, i. sive bene, sive male loquimur. 25 Illud est nobis peculiare, dissimiles aliorum sumus. 26 Perge isto modo, quantum potes. 27 Ne discedas a stylo in transversum ad latitudinem unguis, i. sinas stylum libere fluere, et ne cogas eum illius metu, et a scribendo ne minimum quidem revellaris. 28 Stylus, 29 Optimus, i. qui studet bene dicere, id agat prius, ut bene scribat. Nam si subitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit; hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. Stylus autem, quo scribebant veteres, l. 1. de Orat. Laudatur his verbis: *Stylus, optimus et præstantissimus dicendi effector ac magister.* 30 *Aut noctu scribo, aut obscure.*

1 Scribit se in morbum incidisse, quia suaviter conditas herbas parum caute comedisset: sibi tamen jam esse melius, et mansurum in Tusculano, quoad se reficiat. Epistola nunciatoria. 2 Dolore et profluvio alvi. 3 in forensibus causis. 4 Persuaderem. 5 Non sanum et validum esse. 6 Non enim putabant, morbum alvi sine febri satis gravem, ut a causis dicendis abstinerem. 7 A frequentia populi. 8 Agrum et villam. 9 Fere consumptus. 10 Ut me viseres vel sostentares. 11 Quæstus erat Gallus, Ciceronem officio defuisse, quod ipsa ab eo expectasset. 12 Cujus sectam sequeris. 13 Tractant, i. carpunt et arguunt. 14 Epicurus ad Idomeneum vel ad Hermachum scribens. 15 Male urinandi vel mingendi, (i. stranguriam) et intestinorum male se habentium passiones et morbos, i. vesicæ et viscarum morbos: sic enim ipse interpretatur Cicero l. 2. de Fin. 16 Propter vitia, unde procedunt. 17 Dictorum. 18 Disentericum pathos. 19 Avidæ ac nimiæ

citatis esse [20] putant: [21] alterum etiam [22] turpioris intemperantiæ. Sane [23] δυσεντερίαν [24] pertimueram. Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse jam [25] senescentis morbi remissio profuisse. Attamen ne mirere, unde [26] hoc acciderit, quomodo-ve commiserim: [27] lex [28] sumptuaria, [29] quæ videtur [30] λιτότητα attulisse, ea mihi [31] fraudi fuit. Nam dum volunt isti [32] lauti [33] terra nata, quæ lege [34] excepta sunt, in honorem adducere, fungos, [35] helrellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. In [36] eas cum incidissem in cæna [37] augurali apud [38] Lentulum, tanta me [39] διάρροια arripuit, ut hodie primum videatur cœpisse [40] consistere. Ita ego, qui me [41] ostreis, et [42] murænis facile abstinebam, a beta, et malva deceptus sum. Posthac igitur erimus cautiores. Tu tamen eum [43] audisses ab Anicio, ([44] vidit enim me [45] nauseantem) non modo [46] mittendi causam justam habuisti: sed etiam [47] visendi. Ego [48] hic cogito commorari, [49] quoad me reficiam: nam et vires, et [50] corpus amisi. Sed, si [51] morbum depulero, facile, ut spero, [52] illa [53] revocabo. Vale.

comestionis, quæ δυσεντερίαν gignit. 20 Stoici, qui nihil esse dicunt malum, nisi quod turpe, aut vitiosum est. 21 Dysuricum pathos. 22 Veneris immodicæ, quæ nimiam potationem sequitur. 23 Malam intestinorum dispositionem, et alvi profluvium, vel viscerum morbum, sive tormina, ut Cicero vocat Tusc. 2. de Epicuro loquens. 24 Alvi enim profluvium sæpe exulceratio viscerum cum sanguine consequitur. 25 Debilitati per diuturnitatem: jam enim decem dies ex intestinis laboraverat: epist. 6. l. 4. *Hoc tam gravi vulnere etiam illa, quæ* consennisse *videbantur recrudescunt*. 26 Morbi, vel pathos. 27 Licinia. 28 Lata de sumptibus in conviviis imminuendis. Lege Gel. l. 2. c. 24. et Macrob. Sat. 3. 29 Lex. 30 Frugalitatem: nam λιτότης frugalitas est. 31 Detrimento, i. nocuit mihi. Nam *fraudem* pro damno et pœna veteres interdum usurpabant. 32 Elegantes et exquisiti conviviorum instructores. 33 Fruges, herbas, et similia: nam aves, pisces, quadrupedes terra ipsa non nascuntur, sed generantur. 34 Quia de eorum sumptu lex non loquitur. 35 Minuta olera. 36 Herbas dictas. 37 Quæ augurum collegio erat apposita: augures enim, sacerdotium ineuntes, collegis cœnam dabant lautam atque opiparam. 38 P. Lentulum, cujus filius in augurum collegium cooptatus fuit eo anno, quo Cicero est revocatus. 39 Diarrhœa, i. profluvium alvi. 40 Fluxus reprimi. 41 Lubricis conchiliis. 42 Delicatis piscibus, qui lampredæ dicuntur. 43 Morbum meum. 44 Anitius, antequam in Tusculanum iret. 45 E languore, et ob cruditatem ex beta et malva. 46 Aliquem ad me. 47 Veniendi visum: q. d. quorum neutrum fecisti. 48 In Tusculano, 49 Donec. 50 Corpulentiam et carnositatem, i. maciem contraxi. Sic Lucret. l. 1. *Nam veluti privata cibo natura animantum Diffluit* amittens corpus. Sic contra *facere corpus*, est corpulentum fieri, et pinguescere. 51 Fluxum alvi. 52 Vires et corpus. Recuperabo.

XXVII. M. T. C. GALLO S. D.

[1] Miror, cur me accuses, cum tibi [2] id facere non liceat, quod, si liceret, tamen [3] non debebas. [4] EGO *enim te in Consulatu* [5] *observaram:* et ais, fore, ut te Cæsar [6] restituat. Multa tu quidem dicis, sed tibi nemo credit. Tribunatum plebis dicis te [7] mea causa petisse. Utinam semper esses tribunus: [8] intercessorem non quæreres. [9] Negas me audere, quod sentiam, dicere: quasi tibi, cum impudenter [10] me rogares, [11] parum fortiter responderim. [12] Haec tibi scripsi, ut, [13] isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te [14] nihil esse cognosceres. Quod si humaniter [15] mecum questus esses, libenter tibi me, et facile [16] purgassem. Non enim ingrata mihi sunt, quae [17] fecisti: sed quæ [18] scripsisti [19] molesta. Me autem, propter [20] quem cæteri [21] liberi sunt, [22] tibi liberum non visum, demiror. Nam si [23] falsa fuerunt, quæ tu ad me, ut ais, [24] detulisti: [25] quid ego tibi debeo? sin [26] vera, tu es optimus testis, quid [27] mihi populus Rom. debeat. Vale.

1 Inique Gallus Ciceronem literis accusaverat: vicissim igitur eum Cicero repungit. Epistola est responsoria ad accusatoriam. 2 Me accusare: non enim habes, cur me accuses. 3 Accusare me, propter amicitiam. 4 Volunt docti, hæc verba ex epistola Galli esse repetita a Cicerone: quibus Gallus ipse suam in Ciceronem observantiam illi exprobaret, cum quereretur, se tunc ingrate ab eo destitutum esse, cum ipse semper in illum fuerit officiosissimus: nisi *conservaram* legatur: tunc enim possent omnia credi esse Ciceronis verba. Illius enim personæ optime congruunt, ut ipse Cicero potius queratur de ingrato Galli animo. 5 Honoraveram. Est enim *observare*, cum ad aliquem honoris officiive causa sæpe accedimus. 6 Ab exilio. 7 Ut restitueres me. 8 Me non rogares, ut pro te apud Cæsarem intercederem: tribunorum enim intercessio est. Jocatur Cicero in ambiguo verbo. 9 Contigit hoc Cæsare dominante. 10 Per literas. 11 Ex hoc intelligitur, Gallo primum roganti Ciceronem negasse. 12 Has acerbas literas. 13 Accusandi et maledicendi, i. in acutis dictis. 14 Nihil posse aut valere. 15 De me, vel scribendo ad me. 16 Excusationem attulissem, cur de tuo reditu cum Cæsare non egissem. 17 In tribunatu, de meo reditu. 18 Exprobasti. 19 Sunt. 20 Cujus in consulatu vigilantiam. 21 Catilinæ conjuratione patefacta atque oppressa. 22 Sed more servili sub Cæsare degere: negas enim, me audere, quod sententiam, libere dicere. 23 Ea præconia. 24 Denunciasti de Allobrogibus tempore conjurationis Catilinæ. 25 Q.d. nihil boni. 26 Fuerunt. 27 Quia dixisti, quod plurimum mihi debeat, cum per me servatus sit.

XXVIII. M. T. C. MAN.[1] CURIO S. D.

[2] Memini [3] cum mihi [4] desipere videbare, quod cum [5] istis potius viveres, quam [6] nobiscum. Erat enim multo [7] domicilium [8] hujus urbis ([9] cum quidem haec urbs) aptius humanitati, et suavitati tuæ, quam tota [10] Peloponnesus, [11] nedum Patræ. Nunc contra et [12] vidisse mihi multum videris, cum, prope [13] desperatis [14] his rebus, te in Græciam contulisti, et [15] hoc tempore non solum [16] sapiens, [17] qui [18] hinc absis, sed etiam [19] beatus. Quamquam [20] quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest? Sed, quod tu, cui [21] licebat, [22] pedibus es consecutus, ut ibi esses, ubi *nec*[23] *Pelopidarum*: [24] nosti cætera: nos idem propemodum consequimur [25] alia ratione. Cum enim [26] salutatione nos [27] dedimus amicorum; quæ fit [28] hoc etiam frequentius, quam solebat, quod, quasi [29] avem albam,[30] videntur [31] bene sentientem civem videre: [32] abdo me [33] in bibliothecam. Itaque opera efficio tanta, quanta fortasse tu [34] senties. Intellexi enim ex tuo sermone quodam, cum meam mœstitiam, et [35] desperationem accusares, [36] domi tuæ, dicere te, ex meis libris animum meum [37] desiderare. Sed mehercule et

1 Hic est ille Curius, qui trib. pl. fuit, quo tempore Cicero ab exilio est revocatus. 2 Memoria teneo. Probat consilium Curii, qui Rep. desperata, in Græciam se contulerit: et adjungit, se totum, postea quam libertatem amissam viderit, literis et scriptioni tradidisse. Epistola nunciatoria. 3 Al. *quod*. 4 Male sapere. 5 Cum Græcis, apud quos nunc es. Patris enim Curius negotiabatur. 6 Romæ. 7 Habitatio. 8 Romæ. 9 Quando certe hæc erat urbs, et non spelunca dominorum. Hyperbole, ex indignatione orta, et dolore libertatis amissæ: nam civitas quidem, corruptis moribus, et statu Reip, mutato. desinit esse quæ fuit: urbs tamen eadem remanet. 10 Insula a Pelope dicta. 11 Non solum quam Patriæ, ubi negotiaris. 12 Perspexisse: si consilio hæc potius, quam casu, reliquisti. 13 Appropinquante jam civili bello. 14 Urbanis. 15 Quo in potestate unius sunt omnia. 16 Propter consilium: non enim redire vis. 17 Quod. 18 Ab his malis. 19 Qui multis rebus, quibus nos caremus, tranquillo animo fruare. 20 Q. d. nemo. 21 Hinc *a*bire. 22 Abeundo, i. otium securum. 23 Nepotum Pelopis, Thyestis et Atrei, de quibus frequens in Peloponneso fit mentio, nomen, nec facta audiam. Pelopidas vocat malos cives, qui Remp. armis oppresserant. 24 Sic veteres loquuntur, pro quo vulgo dicunt *et cætera*. Cicero pro plancio: *Hæc illi soleo præcipere, quæ ille a Jove ortus suis præcipit filiis: Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis.* Nostis cætera. 25 Quam pedibus: abdo enim me in bibliothecam; ne Pelopidarum nomen, aut facta audiam. 26 Salutandis amicis, mane sc. 27 Adhibuimus 28 Propter hoc. 29 Avem auspicatissimam, rem novam. Proverbium ex eo natum, quia raræ aves albæ. 30 Divites amici. 31 De republica. 32 Abscondo, et includo. 33 Literis me involvo. 34 Judicabis, percipies: quia missurus erat ad ea Curium. 35 De salute Reip. 36 Inter familiares tuos. 37 Te, i. cum diceres, non cum me esse, qui viderer in meis libris, 38 An-

[38] tum Remp. lugebam, quæ non solum suis [39] erga me, sed etiam meis erga [40] se beneficiis erat [41] mihi carior: [42] et hoc tempore, quanquam me non [43] ratio solum consolatur (quæ plurimum debet valere) sed etiam [44] *dies (quae stultis quoque mederi solet)* tamen doleo, ita [45] rem communem esse dilapsam, ut ne spes quidem melius aliquando [46] fore, relinquatur. Nec vero nunc quidem culpa in [47] eo est, in cuius potestate omnia sunt (nisi forte [48] id ipsum esse non debuit) sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, ut de præteritis non sit querendum. [49] Reliquam spem nullam video: quare [50] ad prima redeo. Sapienter [51] hæc reliquisti, si [52] consilio: feliciter, [53] si casu. Vale.

XXIX. M. CURIUS M. CICERONI SUO S. D.

[1] Si vales, bene est. Sum enim [2] Χρήσει μὲν tuus, [3] κτήσει δὲ Attici [4] nostri. Ergo [5] fructus est tuus, [6] mancipium [7] illius: [8] quod [9] quidem si inter senes [10] coemptionales venale proscripserit, [11] egerit non multum. At illa nostra [12] prædicatio [13] quanti est? [14] nos, quod [15] simus, quod [16] habeamus, quod ho-

te bellum civile, sed Rep. jam desperata. 39 Quia per eam consulatum obtinuerat. 40 Quia in consulatu eam ab iniuria conjuratorum defenderat. 41 Quam reliquis. Res enim, quibus multa impendimus, nobis chariores sunt. 42 Simul lugeo. 43 Prudentia. 44 Diuturnitas. Epist. 5.1.4. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat:* et epist. 16. l. 5. *Quod allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit.* 45 Remp. 46 Futurum esse aliquid melius. 47 Cæsare. 48 Ut in ejus potestate essent omnia. 49 Relictam. 50 Ad primam epistolæ partem, ad ea, quæ in principio epistolæ tibi commendavi, et in te laudavi: dixit enim, eum et vidisse multum, cum in Græciam se contulit; et beatum esse, qui abesset, non modo sapientem. 51 Urbana. 52 Ea reliquisti, 53 Si non ideo discessisti, quod hæc putares eventura. Potest igitur felicitas esse in aliqua re sine consilio, in omni re non potest.

1 Memoriam declarat accepti a Cicerone beneficii, commendatitias ab eo literas petit ad Sulpitii successorem. Petitoria epistola. 2 Usu quidem tuus: quia tu uteris me, quando vales. 3 Mancipio autem, i. dominio et jure possessionis. Eandem sententiam lepide expressit Lucret. l. 3. *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.* 4 Communis amici. 5 Usus fructus. 6 Jus possidendi et dominium mei. 7 Attici est. 8 Dominium et jus possidendi. 9 Certe. 10 Si me Atticus, mancipium suum, venale proscripserit inter senes, qui, quod essent mancipia rejicula et veterana, nec ita facile emptorem invenirent aut minime æstimarentur, solebant vel plura in communium vendi, vel quasi mantissa et appendix dari melioribus, ut qui bene habitum conciliare cuperet, imparem contubernalem simul acciperet. Unde *senes coemptionales* dicebantur, hoc est, simul venales, in quibus singulis vix quicquam facit pretium, sed qui actioni aliorum accedunt. 11 Lucri parum fecerit, quia inutilis sum et nullius pretii. 12 Confessio. Exponit, qui sit Ciceronis fructus. 13 Quanti æstimatur a te? Q. d. plurimi. 14 Hæc prædicatio est. 15 In rerum natura. 16 Possideamus

mines existimemur, id omne abs te habere. Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare, et [17] Sulpitii successori nos [18] de meliore nota commenda: [19] quo facilius [20] tuis [21] præceptis obtemperare possimus, teque [22] ad ver lubentes videre, et [23] nostra [24] defigere, deportareque [25] tuto possimus. Sed, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: [26] sine eum errare, et putare, me virum bonum esse, nec solere [27] duos parietes de eadem [28] fidelia dealbare. Ergo, patrone mi, bene vale, [29] Tironemque meum saluta nostris verbis. D A D. IV. Kal. Nov.

XXX. M. T. C CURIO S. D.

[1] Ego [2] vero [3] jam te nec hortor, nec rogo, ut [4] domum redeas: [5] quin [6] hinc ipse [7] evolare cupio, et aliquo pervenire, ubi nec [8] *Pelopidarum nomen, nec* [9] *facta audiam*. Incredibile est, quam turpiter mihi facere videar, qui [10] his rebus intersim. Næ tu videris multo ante providisse, [11] quid [12] impenderet, tum cum hinc profugisti: quanquam enim [13] hæc etiam auditu acerba sunt, tamen [14] *audire tolerabilius est, quam videre*. In [15] campo [16] certe non fuisti, cum [17] hora se-

bona, unde *habentia* pro divitiis. 17 Acilio: quod e sequenti epistola cognoscitur. 18 Qua vinum optimum signare solemus, i. diligentissime, verbo ex animo prolato. Translatio a doliis, quibus diversæ inuruntur notæ, ut internoscantur vina. 19 Ut. 20 Aliarum literarum, quas ad eum Cicero scripserat ante bellum civile: nam postea, mutatis temporibus, sententiam mutavit. 21 De reditu meo. 22 Vere adveniente, prope ver. 23 Res, fortunas nostras. 24 Transmutare, i. ad alium dominum transire. Aliquot enim annos vixerat Patris, et ibi suas res ita constituerat, ut fixæ viderentur. 25 Concedente Sulpitii Proconsule. 26 Permitte. 27 Una eademque opera duas res conficere, i. duobus inservire. Putabat Atticus, Curium esse omnino suum, et fructu, et mancipio: hæc epistola aliter ostendit, venditat enim se Ciceroni Curius, et videtur duorum simul esse velle, usu quidem Ciceronis, mancipio autem Attici. Adagium est a cæmentariis natum, duos vel plures etiam unica fidelia parietes dealbantibus. 28 Testa, qua colores continentur. 29 Libertum tuum.

1 Narrat, quid gesserit in campo Martio, et ad petitoriam commendatitiæ respondet. Nunciatoria est epistola. 2 Pro vero et certo. 3 Ut hortabar antea. Respondet ad eam partem epistolæ Curii, in qua scripserat. *Quo facilius tuis præceptis obtemperare possimus, teque ad ver lubentes videre*. 4 In urbem. 5 Quinimo. 6 Ab ea urbe, ubi sum. 7 Celeriter discedere. 8 Nepotum Pelopis, Thyestris, et Atrei, de quibus frequens in Peloponneso fit mentio. 9 Eo quod turpissimo inter se odio inter se certarunt, cum essent fratres. Nam Thyestes Æropem, Atrei conjugem, incesto polluit: et Atreus Thyesti proprios filios epulandos apposuit. Simile quiddam inter Cæsarem socerum, et Pompejum generum ejus contigit. 10 Pene tragicis. 11 Mali. 12 Immineret. 13 Quæ Romæ fiunt. 14 Ea. 15 Martio, ubi comitia habebantur. 16 Licet forte audiveris, quid actum sit. 17 Post

cunda, [18] comitiis [19] institutis, [20] sella [21] Q. Maximi, quem [22] illi consulem esse [23] dicebant, [24] posita esset: [25] quo mortuo nunciato, [26] sella sublata est.[27] Ille autem, qui [28] comitiis tributis [29] esset auspicatus, [30] centuriata habuit; [31] consulem [32] hora septima [33] renunciavit, qui usque ad [34] Kal. Jan. [35] esset, [36] quæ erant futuræ [37] mane [38] postridie. Ita, Caninio consule, scito neminem [39] prandisse: nihil tamen, eo consule, mali factum est: [40] fuit enim mirifica vigilantia, qui suo [41] toto consulatu somnum non [42] viderit. Haec tibi [43] ridicula videntur: non enim ades: quæ si videres, lacrymas non [44] teneres. [45] Quid si cætera scribam? Sunt enim innumerabilia generis ejusdem; quæ quidem ego non [46] ferrem, nisi me in philosophiæ [47] portum contulissem, et nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum: cujus [48] cum proprium te esse scribis [49] mancipio et nexu; meum autem [50] usu, et fructu, contentus [51] isto sum. ID ENIM *cujusque est proprium, quo quisque fruitur atque utitur.* Sed [52] hæc alias [53] pluribus. [54] Acilius, qui in

Solis exortum. 18 Convocationibus populi ad eligendos sive creandos sequentis anni quæstores. 19 A Cæsare, cum jam consularia habuisset, quibus ipse et M. Antonius designati consules erant. 20 Sedes. 21 Q. Fabii consulis: quem Suetonius *trimestrem consulem* vocat, quia Cæsar, ex Hispania reversus, abdicavit, eumque cum Trebonio consulem suffecit. 22 Fautores ejus, qui erant in campo Martio. 23 Cum illum putarent vivere. 24 Ut interesset comitiis. 25 Q. Maximo. 26 Sedes illi posita, clam fuit ablata. 27 Cæsar consul, collega Q. Maximi, qui tunc mortuus est: habebat autem ideo Cæsar comitia, quia consul priore loco creatus erat. 28 Ad comitia tributa habenda, quibus minores magistratus, ædilis pl. quæstor, tribunus pl. ædilis curulis creabantur. 29 Per auspicia initiatus, et habilis factus, sc. ante lucem, ut quæstores crearet. 30 Comitia, i. per centurias plebe vocata, ut in locum Fabii consulem sufficeret in paucas horas: iis enim majores magistratus, prætor consul, censor creabantur. 31 C. Caninium Rebilium, qui Cæsaris legatus bello gallico fuerat. 32 Post exortum Solem. 33 Ex suffraggiis declaravit. Qui consul comitia habebat, sequentis anni consules renunciabat. 34 Primum Januarii diem. 35 Consul, i. consulatum gereret. 36 Kal. Jan. 37 Prima luce; et ita paulo plus una nocte consul futurus erat. 38 Die sequente diem electionis. 39 Prandium sumpsisse, quod fieri multo ante horam septimam solebat ab iis, qui unas illas quotidianas ac legitimas veterum sobriorum epulas exspectare jejuni nequirent. Consul enim renuntiatus est hora septima, i. post horam prandii quod a cœna non minus tribus horis. 40 Caninius. 41 Reliquis quinque diei horis. Nam nox sequens ad ejus consulatum non pertinebat. Itaque perbelle Cicero, jocum quærens, brevitatem consulatus ad vigilantiæ laudem convertit. 42 Perceperit. 43 Risu digna. 44 Contineres. 45 Faceres. 46 Tolerarem. 47 Studium: a quo qui absunt, jactari eos assidue rerum humanorum fluctibus, necesse est. 48 Quandoquidem. 49 Dominio et d'vinctione κτήσει ipse dixit, i. omnibus vinculis fidei observantiæ, officii ei te devinctum ac deditum esse, 50 Χρήσει. 51 Usu et fructu. 52 Scribam. 53 Verbis. 54 Sulpitii successor, cui commendari Curius optabat. epist. 29.

[55] Græciam cum legionibus missus est, [56] maximo meo beneficio [57] est: bis enim est a me [58] judicio capitis, [59] rebus salvis, defensus: et est homo non ingratus, neque vehementer [60] observat. Ad eum de te diligentissime scripsi, eamque epistolam cum hac conjunxi: quam ille quomodo acceperit, et quid tibi pollicitus sit, velim ad me scribas. Vale.

XXXI. M. T. C. CURIO S. D.

[1] Facile [2] perspexi ex tuis literis (quod semper [3] studui) et me a te plurimi fieri, et te intelligere, quam mihi carus esses. Quod [4] quando uterque nostrum consecutus est, [5] reliquum est, ut officiis certemus [6] inter nos: quibus [7] æquo animo vel vincam te, vel vincar abs te. Acilio [8] non fuisse necesse meas dari literas, facile patior. Sulpitii tibi [9] operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter res tuas ita [10] contractas, ut, quemadmodum scribis, [11] nec caput, nec pedes. Equidem vellem uti pedes haberent, ut [12] aliquando redires. Vides enim [13] exaruisse jam veterem [14] urbanitatem, ut [15] Pomponius noster [16] suo jure possit dicere, *nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam* [17] *Atticam*. Ergo [18] is tibi, nos [19] ei succedimus. Veni igitur, quæso ne tantum semen urbanitatis una cum Repub. intereat. Vale.

55 Cui prefuerat Sulpitius. 56 Maximum a me beneficium habet, *vel*, maximo meo beneficio vivit, i. quod sit, et vivat, mihi debet: qui enim bis erat judicio capitis defensus, vitam conservatori suo debebat, atque esse, et vivere benificio illius, qui salutem dederat, recte dicebatur. Sic Phil. 8 *Negat, se illi amicum esse debere: cum* suo magno esset beneficio, *venisse eum contra se.* 57 Al. *affectus est.* 58 In vitæ periculo. 59 Aut, Rep. incolumi, ut epist. 1. l. 4. *Utinam, Servi,* salvis rebus *colloqui potuissemus inter nos*; aut, *rebus salvis*, nullo suo damno: est enim absolutus. 60 Veneratur.

1 Invitat eum ad officia mutua: et ad urbem ut redeat, veteris urbanitatis tuendæ causa, rogat. Hortatoria et jocosa est epistola. 2 Id. 3 Assequi. 4 Quoniam. 5 Restat. 6 Id est, mutuis. 7 Inoffenso. 8 Quia discessurus esses. 9 Labore et industria. 10 Attractas. Nam si dispersa ac dissipata ejus negotia fuissent, indiguisset opera Sulpitii proconsulis: sed ea cum discessum cogitaret, jam contraxerat. 11 Nec principium, nec finem habeant. Proverbium est: quæ enim coacta in unum sunt, carere capite et pedibus videntur. 12 Tandem. 13 Defecisse, exstinctam esse: sic in Bruto: *Galbæ orationes* exaruerunt, *vix jam ut appareant.* Translatio ab agris, qui cum exaruere, fruges non ferunt. 14 Leporem et sales veteres, quibus excelluere olim C. Lælius sapiens, Lucilius Poeta Satyricus, L. Crassus orator. 15 Atticus, utriusque amicissimus. Nam epist. 29. dixit Curius. *Sum enim Χρήσει μὲν tuus κτήσει δὲ Attici* nostri. 16 Auctoritate sibi debita, quia facetiis excellit. 17 Atheniensem. 18 Atticus succedit tibi, i. cum vetus urbanitas amissa sit, nisi nos eam pauci revocemus; sequitur illud, ut primus in ea tibi locus, Attico secundus, mihi tertius debeatur. 19 Attico.

XXXII. M. T. C. [1] VOLUMNIO S. D.

[2] Quod sine [3] prænomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti: primum addubitavi, [4] num a [5] Volumnio senatore [6] esset, quocum mihi est [7] magnus usus: deinde [8] εὐτραπελία literarum fecit, ut intelligerem, tuas esse. Quibus in literis omnia mihi perjucunda fuerunt, præter illud, quod parum diligenter [9] possessio salinarum mearum a te [10] procuratore defenditur. Ais enim, [11] ut ego [12] discesserim, omnia omnium [13] dicta, in [14] his etiam [15] Sestiana [16] in me conferri. [17] Quid [18] tu id fateris? non-ne defendis? non resistis? equidem sperabam, ita [19] notata me reliquisse genera [20] dictorum meorum, ut cognosci [21] sua sponte possent. Sed [22] quando tanta [23] fæx est in [24] urbe ut nihil sit tam [25] ἀκύθηρον, quod non alicui venustum esse videatur: [26] pugna, si me amas, nisi [27] acuta ἀμφιβολία, nisi [28] elegans ὑπερβολή, nisi [29] παράγραμμα [30] bellum, nisi [31] ridiculum [32] παρὰπροσδοκίαν, nisi cætera, quæ sunt

1 Hic est P. Volumnius Eutrapelus, qui Cytheridem minimam dilexit: epist. 26 l. 9. 2 Laudat Volumnium ob facetiarum præstantiam: cum enim duo essent Volumnii, dicit se cognovisse, utrins esset epistola ex solis facetiis, quas commendans innuit libros suos de Oratore velle defendi a Volumnio, monetque, ut ad se scribat. Jocosa est epistota. 3 Quo ejusdem nominis homines discerni solebant. Prænomen ei Publio fuit. 4 Nunquid. 5 Cui Lucio cognomen fuit. 6 Epistola. 7 Magna vivendi consuetudo. 8 Festivitas, lepor, urbanitas: unde illi cognomen Eutrapelo. 9 Jus possidendi loca, in quibns sales mei et facetiæ consistunt. Suos enim sales vocat *salinas* per jocum. *Salinæ* autem loca sunt, in quibus sal fit. 10 Et hic jocatur. Solent enim procuratores absentium es defendere. 11 Postquam. 12 In Ciliciam proiectus. 13 Scommata, joca. 14 Dictis. 15 P. Sextii dicta, pro quo exstat, oratio. 16 Contra me jaculari, i. mea dici ut ex meo nomine insulsis quoque dictis accedat auctoritas. 17 Modus interrogandi ex indignatione. 18 Q. d. non deberes pati. 19 Signata. 2I Urbanorum. 21 Per se sine defensore, sua venustate, cujus essent possessoris, i. ut possent agnosci mea, etiamsi non diceretur. 22 Quoniam. 23 Interfectio et corruptio linguæ romanæ, i. ita hebeti sunt homines ingenio, ut, quod invenustum prorsus est, venustum tamen esse videatur. 24 Roma. 25 Invenustum, inficetum et rude. 26 Acriter insta. 27 Nisi in dictis meis sit subtilis ambiguitas sententiæ, cum ad diversas sententias eadem verba accommodari possunt: ut illud Neronis de Claudio, desiisse eum inter homines morari. Et: *Ajo te Æacida Romanos vincere posse.* 28 Apta et culta superlatio vel exsuperantia sententiæ: cum sententia supra veritatem extollitur: ut apud Virg. *Qui candore nives anteirent, cursibus auras.* 29 Agnominatio: cum unius literæ mutatio diversam significationem affert: ut pro, Tiberius Claudius Nero, Biberius Caldius Mero. Et apud Ter. in Andr. *Nam inceptio est amentium, haud amantium.* Sed hæc a Cicerone alibi *παρονομασία* dicitur. 30 Venustum. 31 Risum excitans. 32 Præter expectationem.

a me in secundo libro de Oratore per [33] Antonii personam disputata de [34] ridiculis [35] ἔντεχνα et [36] arguta apparebunt, ut [37] sacramento contendas mea non esse. Nam [38] de judiciis quod quereris, multo laboro [39] minus, [40] trahantur [41] per me pedibus omnes [42] rei: sit [43] vel [44] Selius tam eloquens, ut [45] possit probare; [46] se liberum: non laboro. [47] Urbanitatis possessionem, [48] amabo, [49] quibusvis interdictis descendamus: in [50] qua [51] te unum metuo, contemno cæteros. Derideri te putas: nunc demum intelligo [52] te sapere. Sed mehercule, [53] extra jocum: valde mihi tuæ literæ facetæ elegantesque visæ sunt; [54] illa, quamvis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non moverunt. Cupio enim nostrum [55] illum amicum in Tribunatu quamplurimum habere [56] gravitatis: id cum ipsius causa (est enim mihi, ut scis, [57] in amoribus) tum mehercule etiam [58] Reip. [59] quam quidem, quamvis in me [60] ingrata sit, tamen amare non desinam. Tu, mi Volumni, [61] quando et instituisti, et mihi vides esse gratum, scribe ad me quam sæpissime de rebus urbanis, de Repub. Jucundus est mihi sermo literarum tuarum. Præterea [62] Dolabellam, quem ego perspicio et judico cupidissimum esse atque amantissimum mei, cohortare et

33 Oratoris clarissimi. Al. *C. Julii.* Is enim l. 2. de Orat. loquitur de ridiculis. 34 Dictis. 35 Artificiosa: hoc verbum complectitur *ἀμφιβολίαν*, *ὑπερβολὴν*, *παράγραμμα*, *παρὰ προσδοκίαν*, et cætera, quibus risus excitatur. 36 Subtilia et callida. 37 Juramento affirmes, vel pecunia deposita litiges, ut probes mea dicta non esse. *Sacramentum* enim est ea pecunia, quæ in judicium venit in litibus. Lege Varronem l. 5. Val. Max. l. 7. c. 7. Sacramento *cum adolescentulo* contendere ausi non sunt. 38 Questus erat Volumnius, dominari in judiciis, absente Cicerone, homines infantissimos. 39 Quam de tuenda salinarum possessione, i. de dictis meis, ut agnoscantur laboro: de judiciis non item. 40 Etiamsi mala illis omnia eveniant, non laboro. 41 Quantum est de judiciis per me traditis. 42 Accusati. 43 Etiam 44 Non bonus orator. 45 Sicut jactat. 46 Esse. 47 Gloriam facetiarum, ut nostra dicatur propria. 48 Blandientis vox. 49 Omni ratione civili et auxilio Prætoris retineamus: quia possessio prætoriis interdictis defendi solebat. *Interdicta* erant formulæ, quibus Prætor jubebat aut vetabat aliquid fieri: quæ dabantur illi, ad quem ea res pertineret, adversus eum, cum quo ille de possessione contendebat: propterea cum ageret de possessione urbanitatis defendenda, judiciale verbum lepide usurpavit. 50 Possessione. 51 Ne eripias eam mihi, qui omnes urbanitate vincis. 52 Quia falsas laudes non agnoscis. 53 Loquor. 54 Alia in epistola tua scripta de Curionis Trib. pl. ingenio ad novitatem propenso. 55 C. Curionem, Trib. pl. in locum Servii designatum. 56 Quam non habuit. Levissime enim ab optimatum causa ad Cæsarem transiit. 57 In deliciis. Al. *in majoribus*, sc. amicis. 58 Causa. 59 Rempublicam. 60 Propter iniquam æstimationem rerum mearum. 61 Quandoquidem simul incepisti. 62 P. Cornelium Dolabellam, postea Ciceronis generum.

confirma, et [63] redde plane meum. [64] Non mehercule, quod [65] quidquam desit; sed quia valde cupio, [66] non videor nimium laborare.

XXXIII. M. T. C. VOLUMNIO S. D.

[1] Quod [2] declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Quod Hirtio [3] invideres, nisi eum amares non erat causa invidendi: nisi forte ipsius eloquentiæ magis, quam, quod me audiret, invideres. Nos enim plane, mi suavissime Volumni, aut [4] nihil sumus, aut nobis quidem ipsis [5] displicemus, [6] gregalibus illis, quibus, te [7] plaudente, vigebamus, [8] amissis: ut etiam, si [9] quando aliquid dignum [10] nostro nomine [11] emisimus, ingemiscamus, [12] quod hæc *pennigero, non armigero in corpore, tela exerceantur*, ut ait Philoctetes apud [13] Accium, [14] abjecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, [15] hilariora: quamquam venis, ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum: quas si, ut volumus, [16] exceperimus, ego vero [17] multam salutem et [18] foro dicam, et

63 Epist. 19. l. 16. *Demetrium* redde *nostrum.* 64 Id peto. 65 Amoris illius erga me. 66 Cum tamen valde laborem.

1 Scripserat Volumnius, se cupidum esse declamationum Ciceronis, et quod nisi esset amicus Hirtii, ei invideret, quod esset auditor Ciceronis. Respondet igitur Cicero, se et sua non esse tanti. Nunciatoria est epistola. 2 Orationibus in scholis Rhetorum habitis, quibus Oratoriæ studentes, ad utramque partem argumentantes se exercent in fictis causis, ut ad veras habiles fiant. 3 Sic enim scribis. 4 Nullius artificii in arte oratoria. 5 Etiamsi aliquid simus. 6 Sodalibus sive sociis illis, præstantibus viris, gregatim nos frequentare solitis, sc. Hortensio, Marcello, Cælio et reliquis. De harusp. resp. *Neque Clodius, neque quisquam de* gregalibus *ejus.* 7 Applaudente. 8 Civili bello. 9 Aliquando. 10 Quod tunc celebre erat, et nunc celeberrimum est. 11 Loquitur de libris suis. 12 *Quod hæc tela*, sc. fatalia, ad eversionem Trojæ destinata, i. quod hæc verba acuta et oratoria, exerceantur in pennigeris avibus sagitta petendis, quas Philoctetes configebat, tardus celeres, stans volantes, i. in auditorio molli et indocto, non in corpore viri belligeri, i. in auditorio acri, et ad oratoriam apto. Allegorices enim loquitur Cicero: ingemiscebat enim, quod ingenium suum non, ut antea, in agendis veris causis, aut in tuenda Rep. sed in declamationibus illis sub Cæsare exerceret: Philoctetæque dolorem ad suum accomodat. 13 Poetam Tragicum. 14 Quia avem dejecisse parum est gloriæ, virum bellicosum multum. 15 Lætiora, quam nunc sint. 16 Superaverimus, vel expleverimus. Translatum verbum: qui enim concurrentes occupationes ita exicipit, ut ab iis ne prosternatur; justam facultatem habet in otium discedendi. 17 Relinquam forum, et curiam, discedam a foro et curia, nihil amplius negotii habebo cum foro et curia, neque causas in foro agam, neque sententiam in senatu dicam: quæ mihi antea curæ erant. Translatum ab eo, quod relinquentes amicos nostros, et ab iis discedentes, soleamus illis salutem dicere, vel optare ut multum salveant valeantque. 18 Judiciali.

[19] curiæ: vivamque tecum multum, et cum communibus [20] nostris amatoribus. Nam et [21] Cassius [22] tuus, et [23] Dolabella noster, vel potius uterque noster, studiis [24] iisdem tenentur, et [25] meis æquissimis [26] utuntur auribus. Opus est huc [27] limatulo et polito tuo judicio, et illis [28] interioribus [29] meis, [30] quibus sæpe [31] verecundiorem me in loquendo facis. Mihi enim [32] judicatum est ([33] si modo hoc Cæsar aut [34] patietur aut [35] volet) deponere illam [36] jam [37] personam, in [38] qua me sæpe illi [39] ipsi probavi, ac me totum in [40] literas [41] abdere, tecumque et cum cæteris [42] earum studiosis honestissimo otio perfrui. Tu, vellem, [43] ne veritus esses, ne [44] perinvitus legerem tuas literas, si mihi (quemadmodum scribis) longiores forte misisses: ac velim posthac sic [45] statuas tuas mihi literas [46] longissimas quasque [47] gratissimas fore. Vale.

19 Senatui: coram illis enim orandum est, et in concione. 20 Quos possidemus: vel *nostris*, i. qui nos amant. 21 C. Cassius, qui postea Cæsarem occidit. 22 Amicus. 23 Qui et ipse declamare solitus erat audiente Cicerone. 24 His ipsis. 25 Libenter eos audio declamantes. 26 Declamantes. 27 Ad hæc nostra studia requirimus judicium et doctrinam tuam belle limatam et tersam. Translatio ab operibus, quæ limantur primum, deinde etiam poliuntur, ut magis placeant. 28 Reconditis, secretis, non vulgaribus, non omnibus communico, vel quas non omnes imitari possunt. 29 Quibus ego maxime delector, amoribus et deliciis meis, i. philosophia, et eloquentia. 30 Literis. 31 Vel quod ea sic imiteris, ut me superes, vel quod me immodice ob eas extollas. 32 Deliberatum, decretum, constitutum. 33 Dummodo. 34 Mihi optanti concedat. 35 Vel si ipse non optem. 36 Deinceps. Cupiditatem indicat hæc particula personæ deponendæ. 37 Oratoriam et causidicam, i. causas non agere, nec in senatum venire. Translatio ab histrionibus, qui varias personas suscipiunt, et modo senem agunt, modo juvenem, modo herum, modo servum. 38 Persona. 39 Cæsari commendatum feci, ut histriones populo se probant, cum suas egregie partes agunt; cum et in senatum venerim, et causas apud eum egerim, ut pro Dejotaro, pro Ligario. 40 Otium literarium. 41 Abscondere. 42 Literarum. 43 Ut non. 44 Al. *pluribus*, sc. verbis *scriptas*. 45 Constituas et persuadeas. 46 Ut quæque erunt longissimæ. 47 Ita futuras mihi gratissimas.

LIBER OCTAVUS.

I. [1] M. COELIUS RUFUS M. T. CICERONI S. D.

[2] Quod tibi [3] decedens pollicitus sum, me omnes res [4] urbanas diligentissime tibi perscripturum: [5] data opera paravi, qui sic omnia [6] persequeretur: ut verear, [7] ne tibi [8] arguta nimium hæc [9] sedulitas videatur. Tametsi tu, scio, quam sis [10] curiosus, et quam omnibus [11] peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quæ [12] domi gerantur, [13] fieri certiores: tamen hoc [14] deprecor, ne meum hoc officium [15] arrogantiæ condemnes, quod hunc [16] laborem alteri [17] delegavi; [18] non [19] quin mihi suavissimum sit et occupato, et ad literas scribendas, ut tu [20] nosti, pigerrimo, tuæ [21] memoriæ dare operam. Sed id ipsum [22] volumen, quod tibi misi [23] facile, ut ego arbitror, me excusat. Nescio [24] cujus otii esset, non modo perscribere [25] hæc, sed omnino [26] animadvertere. Omnia enim sunt [27] ibi [28] senatusconsulta, [29] edicta, [30] fabulæ, [31] rumores. [32] Quod

1 Totus hic octavus liber est Marci Cœlii, ejus sc. ad quem, l. 2. a Cicerone scriptæ sunt. Petierat a Cœlio Tullius, ut acta omnia urbana ad illum scriberet. Quod cum fieri vix posse videretur, respondet Cœlius, se Ciceronis librum misisse, ex quo eorum partem exciperet. 2 Postremo, qui sint rumores de Cæsare et Pompejo, nuntiat. Negotialis et nunciatoria est epistola. 3 Discedens, sc. ab ipso Cicerone: quem in provinciam euntem prosecutus erat. 4 Quæ in urbe fierent. 5 Ex composito et deliberato proposito, studiose comparavi ac disposui, i. operam dedi, studium adhibui, ut pararem. 6 Plane perscriberet, colligeret, atque in commentarium referret. 7 Ne tu meam sedulitatem nimis etiam diligentem existimes. 8 Nimis diligens et modum excedens. 9 Diligentia mea et fidelitas in servandis promissis. 10 Rerum novarum. *Curiosi* sunt, quorum nimia et ita arguta sedulitas est, ut vel minima quæque curent. 11 In externis regionibus agentibus. 12 In sua cujusque patria. 13 Eos. 14 Precor. 15 Vitio. 16 Ad te scribendi, quæ hic gerantur. 17 Mihi a te legatum alteri mandavi, ad alium a me transtuli. Est enim *delegare*, id mandare, quod is, qui mandat, facere ipse debebat. Sic *delegare crimina*, quæ in te proprie caderent, ad alium transferre. De Orat. l. 2. *Quæ nunc ad me delegare vis, ea semper in te eximia et præstantia fuerunt*, i. has dotes, quas tibi ipsi eripis, et mihi tribuis. 18 Delegavi alteri hoc officium. 19 Quod non. 20 Per experientiam. 21 Excitandæ, i. ea tractare, quæ tui me oblivisci non sinant: amici enim causa qui aliquid agit, ejus memoriæ operam dat. 22 Rerum urbanarum. 23 Q. d. talia scripta in eo esse, ut Cicero non censeat, ea a Cœlio fuisse scribenda. 24 Quis tanto otio redundaret, ut vacet. 25 Hujusmodi nugas, et res nullius momenti. 26 Animo complecti, et considerare. 27 In eo volumine. 28 Decreta senatus. 29 Consilium et Prætorum. 30 Sermones de hoc vel illo, ut apud Suet. Δωδεκάθεος *cœna in fabulis fuit*, i. de ea in omnibus circulis loquebantur. Ovid. Metam. *Fabula narratur toto lepidissima cœlo.* 31 Incerto auctore perlati. 32 Quæ forma scribendi res urbanas etiam minimas: quod in ea quasi quæ-

exemplum si forte minus te delectarit, ne[33] molestiam tibi cum [34] impensa mea exhibeam, fac me certiorem. Si quid in Repub. [35] majus actum erit, quod isti [36] operarii [37] minus commode persequi possint: et quemadmodum actum sit, et quæ [38] existimatio [39] consecuta, quæque de [40] eo spes est, diligenter tibi perscribemus. [41] Ut nunc est, nulla magnopere [42] exspectatio est. Nam et illi [43] rumores de comitiis [44] Transpadanorum, [45] Cumarum tenus caluerunt. Romam cum venissem, ne [46] tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. Præterea [47] Marcellus quidem adhuc nihil [48] retulit [49] de successione provinciarum Galliarum: [50] et in kal. Jun. ut mihi ipse dixit, eam distulit relationem: [51] sane quam eos sermones [52] expressit, qui de eo tum fuerant, cum Romæ [53] nos essemus. Tu, si Pompejum, ut volebas, [54] offendisti, [55] qui tibi visus sit, et [56] quam orationem habuerit tecum, [57] quamque [58] ostenderit [59] voluntatem, (solet enim [60] aliud sentire, et loqui: neque tamen [61] tantum valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat) fac [62] mihi perscribas. Quod ad Cæsarem [63] attinet, crebri, et [64] non belli de eo rumores, sed [65] susurrationes duntaxat [66] veniunt: [67] alius, [68] equitem perdidisse, quod opinor certe factum: [69] alius septimam legionem vapulasse: ipsum apud [70] Bellovacos [71] circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu, neque adhuc certi

dam civitatis imago esset. 33 Tædium. 34 Pecunia, quam his rebus scribendis impendi et impendam. 35 Majoris momenti. 36 Scriptores rerum levium. 37 Non satis apte, non ut oportet. Sic l. 1. de Orat. *Oratio commode scripta.* 38 Opinio. 39 Actionem talem. 40 Quod inceptum est. 41 Quomodo nunc se res habent pro quo barbari, *rebus sic stantibus.* 42 Magnæ rei. 43 Rumores ab incerto auctore orti. 44 Eorum, qui trans Padum incolunt, habentis, quos rumor fuerat jussu Cæsaris Quatuor viros, qui summus erat in municipiis magistratus, creare. 45 Usque ad Cumas, quæ urbs est in littore Tyrrheni maris, increbuerunt, pervenerunt, ultra progressi non sunt, ultra Cumas, quo te prosequens veneram, nihil de Transpadanorum comitiis auditum est. 46 Quantumvis exilem, i. nihil prorsus audivi. 47 Consul cum Sulpitio. 48 Ad Senatum, i. nihil egit adhuc in senatu. 49 Ut Cæsari ante legitimum diem succederetur: erat enim hic octavus Cæsaris annus in administratione Galliarum, imperio decem annorum ei concesso. 50 Usque ad. 51 Multum, valde. 52 Explicavit Marcellus cum, eum statim de Gallis relaturum, homines loquerentur. 53 Simul ego et tu ante tuum discessum. 54 Convenisti obviam habitum. Offendit eum Tarenti, et cum eo decem dies fuit. 55 Qualis. 56 Qualem sermonem. 57 Et qualem. 58 Vultu et aliis indiciis interloquendum: 59 Suam. 60 De simulatione Pompeji, epist. 5. l. 1. 61 Tam multum, i. non esse tam callidus et cautus. 62 Id fecit Cicero epist. 8. l. 1. 63 Spectat. 64 Non boni. 65 Quæ in aures dicuntur incertis auctoribus. 66 Afferuntur. 67 Dicit. 68 Equitatum. 69 Cæsam, vel percussam esse. 70 Populos Galliæ, cum quibus hoc anno Cæsar bellum gessit. Hirt. l. 8. bel. Gal. Sunt autem siti inter Parisios et Ambianos, hodie *du diocese de Beauvais.* 71 A Gallis.

quidquam est, neque hæc [72] incerta tamen vulgo jactantur: sed inter [73] paucos, [74] quos tu nosti [75] plane secreto narrantur; at [76] Domitius, [77] cum manus ad os apposuit. Te ad IX. Kal. Jun. [78] subrostrani ([79] quod illorum [80] capiti sit) [81] dissiparant periisse: et te urbe ac foro toto maximus rumor fuit a [82] Q. Pompejo in itinere occisum. Ego, qui scirem Q. Pompejum [83] Baulis [84] embæneticam facere, et [85] usque eo, ut ego misererer ejus [86] esuriei, non sum [87] commotus: et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, [88] ut defungeremur, optavi. [89] Planeus quidem [90] tuus [91] Ravennæ est, et, magno [92] congiario donatus a Cæsare, nec [93] beatus, nec bene instructus est. Tui [94] politici libri [95] omnibus vigent. Vale.

72 Quæ sunt incerta, i. de his incertis dissipatus rumor est. 73 Male in Cæsarem animatos. 74 Cæsari inimicos, Bibulum, Catonem, Domitium, precipuos optimatum duces contra Cæsaris Pompejique potentiam. 75 Inter ipsos quidem, sed palam, ut ab omnibus fere audiri possint. 76 L. Domitius Ænobarbus, consularis, acerrimus Cæsaris adversarius, sc. talia narrat, fingens se nolle aut non audere talia dicere. 77 Cum digito compescuit labellum, eorum more, qui secreto aliquid narrant. 78 Infimi ordinis homines otiosi, sub rostris versari soliti, novarum rerum captatores: nam a rostris Romæ omnia edicebantur; et *frigidus a rostris manat per compita rumor*, teste Horatio. 79 Periisse. 80 In caput eorum recidat, quod malum illis eveniat: imprecandi formula. Tibull. l. 1. el. 2. *Et mala si qua tibi dixit dementia nostra, Ignoscas*; capiti sint *precor illa* meo. 81 In vulgum disseminaverant. 82 Rufo, Syllæ Dictatoris ex filia nepote, P. Clodii familiarissimo: qui non multo ante, cum trib. pleb. esset, in causa Milonis Ciceroni diem dicere cogitarat. 83 In eo loco apud Bajas, ubi romanis exulibus per leges licebat esse, et ubi Hercules boum stabulum fecit: unde *Bauli*, quasi *Boauli*, i. boum aula, i. caula, dicti sunt. 84 Naviculariam sive conscendendi artem exercere: ἐμβαίνειν enim inter alia significat navem conscendere, ut contra ἐκβαίνειν de navi exire. Appellatur igitur ars embænetica eorum, qui naviculariam facerent, cum esset ipsorum hoc frequens et familiare verbum, dum crebro hortarentur navem conscendere, juberentque festinare, qui aliquo vehi volebant: quod sordidum erat et vile ministerium. Unde dicit, se misereri ejus esuriei, qui eo descenderit, ut tam turpem quæstum sequeretur. 85 In tantum. 86 Famis. Lege Val. Max. l. 4. c. 2. 87 Ex tali rumore. 88 Liberaremur, absolveremur, et tuti essemus ab omnibus, si qua impenderent tibi pericula: ut apud Virg. 6. *Æn. O tandem magnis pelagi* defuncte *periclis*. 89 L. Munatius Plancus. 90 Quod Ciceronem, in quem inveheretur, delegerat. 91 In ea urbe Italiæ a Thessalis condita. 92 Munere, ut a principe et imperatore in eum collato. 93 Quod æris alieni tantum antea contraxisset, ut accepto magno congiario, minime tamen abundaret. 94 Sex libri, quos de Rep. et politia scripsisti. 95 Eos legentibus, Attice maxime, sunt in vigore, i. placent et tractantur.

II. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Certe inquam, [2] absolutus est: me [3] repræsentante [4] pronuntiatum est, [5] et quidem [6] omnibus ordinibus et singulis in unoquoque [7] ordine sententiis. [8] Vide modo, inquis. Non mehercule: nihil enim unquam tam præter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit. [9] Quin ego, cum pro [10] amicitia validissime faverem ei, et me jam [11] ad dolendum præparassem, postquam factum est [12] obstupui, et mihi visus sum [13] captus esse. Quid [14] alios putas? Clamoribus scilicet maximis judices [15] corripuerunt: et ostenderunt, plane [16] esse, quod [17] ferri non posset. Itaque [18] relictus lege licinia [19] majore esse periculo videtur. Accessit [20] huc, quod [21] postridie ejus absolutionem in theatrum [22] Curionis [23] Hortensius introiit: [24] puto, [25] ut suum gaudium gauderemus. Hio [26] tibi [27] *strepitus*, [28] *fremitus, clamor,* [29] *tonitruum et* [30] *rudentum* [31] *sibilus*. Hoc magis [32] animadversum est, quod [33] intactus a sibilo pervenerat Hortensius [34] ad senectutem. [35] Sed tum ita bene, ut in totam vitam cuivis satis esset, et pœniteret eum jam [36] vi-

1 Nuntiat, quemadmodum absoluto quodam, Hortentius sinistre defensionem illius susceperit, deinde petit, ut Panteras in Ciliciam ad ornandam ædilitatem Cicero conquirat. Nunciatoria epistola. 2 M. Valerius Messala. Epist. 4. 3 Exibente reum, vel supplicationem. 4 A prætore judicium de ejus absolutione. 5 Absolutus est. 6 Ab judicibus omnis ordinis, senatorii, equestris et tribunitii, i. ordinis tribunorum, qui ærarii dicebantur. 7 Judicum; etiam tribunorum ærarii. 8 Vide modo, Cœli: non de Messala bene homines existimant? non ejus patet innocentia? Respondet Cœlius: non mehercule, etc. 9 Quinetiam. 10 Nostra. 11 Si condemnatus fuisset, i. ut ejus vicem dolerem, eique dolorem meum vultu et verbis declararem: quod officium amicitia postulat. 12 De ejus absolutione. 13 privatus sensu vel intellectu præ stupore. 14 Fecisse. 15 Alii reprehenderunt. 16 Judicium aut facinus. 17 Tolerari æquo animo. 18 De ambitu absolutus, cui pœnam irrogabat licinia lex. 19 Elapsus enim priore judicio non sua innocentia, sed judicium sordibus, accusabitur de corruptis judiciis, majore periculo, quam de ambitu. 20 Ad hanc rem. 21 Die, qui proxime absolutionem ejus secutus est. 22 Quod in funebri patris munere Curio dedit. Lege Plin. 36, *c.* 15. 23 Orator insignis, qui pridie pro Messala causam dixerat, et vicerat. 24 Eum introiise. 25 Ut sua lætitia lætaremur, ut sibi gratularemur. 26 Tunc; nam *tibi* ornatus gratia positum est. 27 Pedum factus est. 28 Oris. 29 Cum e strepitu, fremitu, clamore in theatro, quiddam tonitrui simile fieret. 30 Asinorum more obstrepentium. 31 Cum et ruderent simul, et exibilarent Hortensium. Est septinarius Trochaicus integer veteris comici. 32 Annotatum est a populo. 33 Nunquam adhuc explosus, exibilatus, aut irrisus ob turpem aut iniquam actionem. Ingredientes in theatrum sibilo excipiebantur ii, de quibus bene populus non existimaret. 34 Senex factus erat. 35 Sc. *egerat.* 36 Oblinuisse, ut Messala inique absolveretur; quia, nisi vicisset, sibilum passus non

cisse. De Rep. quod tibi scribam, nihil habeo.[37] Marcelli[38] impetus[39] resederunt, non[40] inertia, sed, ut mihi videbatur,[41] consilio. De[42] comitiis consularibus incertissima est[43] existimatio. Ego incidi in[44] competitorem[45] nobilem, et[46] nobilem agentem. Nam M. Octavius,[47] Cn. F. et C. Hirrus mecum[48] petit. Hoc ideo scripsi, quod scio te[49] acriter,[50] Hirrum, nuntium nostrorum[51] comitiorum exspectaturum. Tu tamen simul ac me[52] designatum audieris, ut tibi curæ sit[53] quod ad[54] pantheras attinet, rogo.[55] Syngrapham[56] Sitianam tibi[57] commendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio Pæto:[58] secundum ei, qui has literas tibi dedit. Vale.

III. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Estne?[2] Vici? et tibi sæpe, quod negaras discedens curaturum tibi, literas mitto?[3] est, si quidem[4] perferuntur? quas[5] do. Atque[6] hoc[7] eo diligentius factito, quod cum otiosus sum, plane, ubi[8] delectem[9] otiolum meum, non habeo. Tu cum Romæ eras, hoc mihi certum, et jucundissimum[10] vacanti negotium erat, tecum[11] id otii tempus consumere:[12] idque[13] non mediocriter desidero:[14] ut non modo mihi solus

esset. 37 Consulis. 38 De successore Cæsari in Gallias mittendo. 39 Quieverunt, sedati sunt. 40 Marcelli. 41 Quod, adversari suis consiliis alterum consulem Sulpitium cum intelligeret, exitum rei desperaret. 42 Habendis. 43 Dijudicatio, i. prorsus ignoratur, qui consules futuri sint. 44 Ædilitatis mecum. Petebat enim hoc anno Cœlius et obtinuit ædilitatem. 45 C. Hirrum, qui nondum ædilitius auguratum cum Cicerone consulari petere ausus erat. 46 Non vero nobilem, sed qui se nobilem fingeret, sc. M. Octavium. *Agere* enim *aliquem*, est personam illam imitari et effingere. 47 Cnæi filius: patris nomen addit, ut eum Cicero agnoscat. 48 Ædilitatem. 49 Avide. 50 Qui tuus in auguratu competitor fuit. Ædilitiorum. 52 Creatum Ædilem. 53 Se. *id*. 54 Quas e Cilicia mitti a Cicerone cupiebat, ut eas populo suo ludis daret: de quibus i. 2. sæpe meminit Cicero. 55 Schedulam obligatoriam vulgus vocat. 56 Ex qua exigeretur a Sitio pecunia, quam in ædilitatis impensas Cœlius erogaret: epist. 4. 8. 9. 57 Ne solatio differatur. 58 Dedi.

1 Evenit-ne ut dixeram, non id præsto, quod tibi discedenti promiseram quod tu foro negabas, ut crebro literas mitterem? Significat Cœlius et suam in scribendo diligentiam, et quo Ciceronis absentis desiderio teneatur. Deinde nuntiat, quæ interea gesta sint. Epistola est nuntiatoria et petitoria. 2 Quasi contentio fuerit inter eos, cum Cœlius de literarum crebritate affirmaret, Cicero negaret. 3 Evenit, ut dixeram. 4 Literæ. 5 Mitto ad te. 6 Curo ad te literas dandas. 7 Propterea. 8 Cum delectatione transigam, i. qua ratione, quod vacui temporis conceditur, jucunde traducam, non habeo. 9 Ut occupationes ostenderet suas. 10 A cæteris negotiis, i. non occupato, cum vacuus essem. 11 Id temporis, dum otiosus eram. 12 Consumere otium tecum. 13 Imo vehementer. 14 Ita ut. 15 Videar.

[15] esse, sed Romæ,[16] te profecto, solitudo videatur facta: et qui (quæ mea negligentia est) [17] multos sæpe dies ad te, cum [18] hic eras, non accedebam, nunc quotidie non [19] esse te, ad quem [20] cursitem,[21] discrucior.[22] Maxime vero, ut te dies noctesque quæram,[23] competitor Hirrus [24] curat. Quomodo [25] illum putas,[26] Auguratus tuum competitorem, dolere, et dissimulare, me [27] certiorem, quam se,[28] candidatum? De [29] quo, ut,[30] quem optas, quamprimum [31] nuntium accipias,[32] tua medius fidius magis, quam mea causa cupio. Nam [33] mea, si [34] fio, forsitan [35] cum locupletiore referam: sed [36] hoc usque [37] eo suave est, quod, si acciderit,[38] tota vita [39] risus nobis deesse non poterit.[40] Sed tanti? sed [41] mehercule. Nec multum [42] M. Octavius eorum odia, qui Hirrum [43] premunt ([44] quæ permulta sunt) [45] sublevat. Quod ad Philotimi [46] liberti [47] officium, et [48] bona Milonis attinet; [49] dedimus operam, ut et Philotimus quam [50] honestissime Miloni [51] absenti, ejusque [52] necessariis [53] satisfaceret, et secundum [54] ejus [55] fidem, et se-

16 Postquam tu profectus es, et discessisti. 17 Per spatium multorum dierum. 18 Ubi nunc sum, i. Romæ. 19 Romæ, i. non adesse. 20 Frequenter curram. 21 Variis tormentis animi, et quasi cruciatibus quibusdam torqueor. Plautina sententia in Cap. *Tum denique omnes nostra intelligimus bona, Cum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.* 22 Præcipue. 23 Ædilitatis mecum. 24 Efficit, etiamsi non curet. Q.d. In hac petitione ita multa agit inepte, ut curare de industria videatur, ut ego tecum sim, quo illum ridere possimus. 23 Temerarium et insanum. 26 Qui ausus est tecum petere Auguratum, sc. Hirrum. 27 Certius designandum juxta opinionem omnium. Hoc enim *certus competitor, certus candidatus.* Cicero ad Attic. lib. ep. *De iis, qui nunc petunt, Cæsar* certus *putatur.* 28 Futurum Ædilitatis competitorem, accepto candido abitu. 29 Hirro. 30 Qualem optas, i. eum esse a me victum. 31 Sc. *eum*, i. talem. 32 Te magis, quam me ipsum, gavisurum scio. 33 Causa. 34 Ædilis. 35 Tecum, qui plus commodi ex ea re capies, quam ego, recensebo et commemorabo; *vel*, cum aliquo fiam, qui divitiis Hirrum superet, quem vincere magnificentia non potero: quod è re mea non erit, opibus enim certandum erit in sumptu ludorum. Ædiles curules ludos dabant magnificentissimos: Off. 2. et Val. Max. 36 Vicisse Hirrum, vel ut ille repulsam ferat. 37 Valde delectabile. 38 Per totam vitam. 39 Ridendi occasio. 40 Sed tanti momenti, dices, hoc est, ut, si, propterea nobis tota vita risus deesse non possit? 41 Tanti est: ita enim multa, quæ merito rideantur, quotidie committit, ut inde nobis perpetuam ridendi materiam capere liceat. 42 Qui etiam competitor erat, et ita odio habendus. 43 Opprimunt. 44 Odia. 45 Imminuit, licet Octavius gratia non valeat. 46 Terentiæ, uxoris tuæ. 47 In conservandis Milonis bonis magna fide, ac sedulitate. 48 Ut Miloni restituerentur. 49 Curavimus: tum, ut Ciceroni obsequeretur, id per literas roganti, tum etiam, quia Milonem ipse diligebat. 30 Decentissime. 31 Massiliæ exsulanti. 52 Familiaribus ad quos Milo scripserat. 53 Ea restitueret, quæ, cum Milonis damnati bona in auctione venirent, emerat. 54 Philotimi. 55 Fidelitatem, i. ut fides quidem ejus et sedulitas agnosceretur, sed tamen totum offi-

dulitatem,[56] æstimatio tua conservaretur. Illud nunc a te peto, si eris (ut spero) otiosus,[57] aliquod ad nos (ut intelligamus nos tibi curæ esse) σύνταγμα conscribas. [58] Qui tibi [59] istuc, inquis, in mentem venit [60] nomini non inepto? Aliquid ex tam multis tuis [61] monumentis [62] exstare, quod nostræ amicitiæ memoriam [63] posteris quoque [64] prodat, velim.[65] Cujusmodi, puto, quæris. Tu citius, [66] qui omnem nostri disciplinam, quod maxime [67] conveniat, [68] excogitabis: [69] genere tamen, quod et ad nos pertineat, et [70] διδασκαλίαν quamdam, ut [71] versetur inter manus, habeat.

IV. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Invideo tibi: tam multa quotidie, quæ [2] mirere, [3] isthoc perferuntur. Primum [4] illud, [5] absolutum [6] Messalam, deinde eumdem condemnatum: C. Marcellum [7] COS. factum: [8] M. Claudium [9] a repulsa [10] postulatum a [11] Gallis duobus: [12] Dolabellam [13] quindecim virum factum. [14] Hoc tibi non invideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo, et Lentuli [15] Cruris [16] repulsi vultum non vidisse. [17] At qua spe, quam certa opinione [18] de-

cium tibi acceptum ferretur. 56 Æstimaverat Cicero, quantum Philotimo pro ejus fide ac sedulitate Milo daret. Al. *extimatio*, i. auctoritas, quæ agebatur, si Philotimus in his bonis, invito Milone, perseverasset. 57 Aliquam ordinationem sive compositionem rerum, i. opus aliquod, sive librum accurate scriptum, et studiose digestum: a *συντάττω*, i. *ordino, compono*. 58 Quomodo. 59 ista res, ut istud petas. 60 Cum joco dixit, quasi qui aliena industria sui nominis famam quærat, non ineptus omnino sit. 61 Literariis, i. scriptis tuis. 62 Ut exster. 63 Post nos venturis hominibus. 64 Manifestet. 65 Scriptum, vel syntagma. 66 Qui omnem doctrinam scientia comprehendisti. 67 Nobis. 68 Id. 69 Quod argumentum deligas, monendus non es: genus tamen id sit, quod nec a mea persona alienum videatur, et aliquid doceat, quo libentius legatur. 70 Doctrinam, disciplinam. 71 Sit nobis tanquam enchiridion. Nam libri, in quibus bonæ disciplinæ continentur, debent nobis assidui esse in manibus.

1 Puto te nimis fortunatum. Exponit ea, quæ Romæ geruntur. Item de Pompejo Cæsarisque rebus certiorem facit Ciceronem. Postremo et ipse vicissim certior fieri cupit de Ptolemæi morte, rebusque Ægypti. Epistola est nunciatoria. 2 Fere enim absentibus novæ res, domo allatæ, majori, quam ipsis præsentibus, admirationi sunt. 3 Isthuc, i. in Ciliciam, ubi tu es. 4 Perfertur aut perlatum est. 5 Ambitus, sc. in judicio. 6 De quo epist. 1. 7 Cum L. Paulo. 8 Al. *M. Calliatum*, qui cum Q. Gallio inimicitias gessit, ut a duobus Galliis M. et Q. Callidium accusatum intelligamus. 9 Post repulsam consulatus. 10 In jus vocatum, reum factum, fortasse de ambitu. 11 Cognomento. Al. *Gallis*. 12 Qui postea Ciceronis gener fuit. 13 Unum in magistratu quindecim virorum, qui custodiebant libros Sibyllinos, a Cumæa Sibylla Prisco regnante, Romam allatos. Lege Gel. l. *1. c*. 9. 14 In ea re fuisti minus felix. 15 Al. *Suræ*: ut jocetur in Sura et Crure Cœlius. 16 A quindecimviratu. 17 Attamen quali spe, i. evidentissima spe. 18 In campum Martium, locum comitiorum. Sic *descendere* simpliciter sæpe apud Ci-

scenderat? quam ipso diffidente Dolabella? et Hercules, nisi [19] nostri equites acutius vidissent, pene [20] concedente [21] adversario [22] superasset. Illud te non arbitror miratum, Servium trib. pl. [23] designatum, [24] condemnatum: [25] cujus locum C. Curio petiit: [26] sane quam multis incutit, qui eum [27] facilitatemque ejus non [28] norunt, [29] magnum metum. Sed, ut spero, et volo, et [30] ut se fert ipse, [31] bonos, et senatum malet: totus, ut nunc est, [32] hoc scaturit. [33] Hujus autem voluntatis [34] initium et causa est, quod [35] eum [36] non mediocriter Cæsar, qui solet [37] infimorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adjungere, valde contemsit. Qua in re mihi videtur [38] illud [39] perquam venuste cecidisse: quod a [40] reliquis quoque [41] usque eo est animadversum, ut Curio, qui nihil [42] consilio facit, [43] ratione, et [44] insidiis usus videretur in evitandis consiliis, qui se [45] intenderant adversarios in [46] ejus tribunatum, Lælios, et Antonios, et [47] id genus [48] valentes dico. Has ego tibi literas [49] eo majore misi [50] intervallo, quod [51] comitiorum dilationes [52] occupatiorem me habebant, et expectare [53] in dies [54] exitum cogebant: ut, [55] confectis omnibus, te facerem [56] certiorem. [57] Ad Kalendas Sextiles usque [58] exspectavi. [59] Prætoriis

ceronem est in campum, in forum ire, prodire. In Verr. Sec. *Postridie mane* descendit; *Agatonum ad se vocat.* Et Philip. 11 *Hodie non* descendit *Antonius.* Multi proceres habitabant in collibus: unde istud loquendi genus ortum est. 19 Quorum studia Cœlius amicissimo suo Dolabellæ adjunxit: Nostri dixit, quod erat ipse ex ordine equestri. 20 Locum dante. 21 Dolabella. 22 Lentulus. 23 Declaratum a populo. 24 De ambitu: quod tribunatum pl. largitione consecutus esset. 25 Servi condemnati. 26 Valde. 27 Benignitatem ad veniam dandam. 28 Noverunt. 29 Quod inquieto esset ingenio, et ab eloquentia paratus. 30 Ut Curio se ostendit, vel *præ se fert.* 31 Quos primo tribunus pl. defendit: mox ad Cæsaris partes transiit. 32 Quas ebullit hanc rem, ut Servii locum obtineat. 33 Novæ a Curione acceptæ. 34 Ideo tribunatum pl. petit, ut contra Cæsarem agat, a quo contemtus est: cum antea tribunatum minime cogitaverit. 35 Curionem. 36 Vehementer. 37 Minus potentium propter debita et angustias rei familiaris. 38 Curionem se primo Cæsaris amicum ostendisse. 39 Valde pulchre accidisse. 40 Civibus. 41 Vehementer consideratum est. 42 Aliorum quo se Cæsaris amicum præ se tulit, ne Lælium et M. Antonium adversarios haberet: fuit enim ingenio turbulento.. 43 Consideratione propria, arte sua. 44 Aliorum, i. invento astuto et prudenti, i. convertisse insidias aliorum in utilitatem suam. 45 Acriter exibuerant. 46 Curionis. 47 Ejus generis, i. nobiles et egregios. 48 Animo et vigilantia præstantes viros. 49 Propterea. 50 Dilatione post rem gestam. 51 Temporum, quibus novi eligerentur magistratus, i. electionem. 52 In solicitandis rebus meis. 53 Designatis enim jam tribunis pl. et consulibus, reliquorum creatio magistratuum duci valde non poterat. 54 Comitiorum, i. declarationem eorum, qui electi essent, 55 Plene factis et absolutis. 56 De electis. 57 Usque ad primum diem Augusti. 58 Exitum rerum. 59 Comitiis, i. habendis de prætore eligendo. 60

[60] moræ quædam inciderunt. [61] Mea porro comitia [62] quem eventum sint habitura, nescio: [63] opinionem quidem, [64] quod ad [65] Hirrum attinet, incredibilem Ædilium pl. [66] comitiis [67] nacta sunt. Nam M. Cœlium Vicinianum [68] mentio illa fatua, quam deriseramus olim, et [69] promulgatio de [70] dictatore subito [71] dejecit, et [72] dejectum magno [73] clamore [74] insecuta est. [75] Inde Hirrum cuncti ad non faciendum [76] flagitare. [77] Spero te celeriter, et de nobis [78] quod speraști, et de [79] illo, [80] quod vix sperare ausus es, auditurum. De Republica jam novi quidquam exspectare desieramus. Sed, cum Senatus habitus esset ad [81] Apollinis, [82] ad XI. Kal. [83] Sex. et [84] referretur de [85] stipendio Cn. Pompeji, mentio facta est de [86] legione ea, quam [87] expensam tulit C. Cæsari Pompejus, [88] quo numero esset, [89] quo appeteretur: cum ex Gallia [90] coactus est dicere Pompejus, se legionem abducturum: sed [91] non statim [92] sub mentionem et [93] convicium obtrectatorum. [94] Inde [95] interrogatus [96] de successione C. Cæsaris: de [97] qua, hoc est, de provinciis, [98] placitum est, ut quamprimum ad urbem reverteretur Cn. Pompejus; ut coram eo de successione provinciarum ageretur. Nam [99] Ari-

Dilationes. 61 Comitia, sc. ædilitia, in quibus competitor ero. 62 Qualem exitum fortuitum, cum sit in voluntate plebis. 63 Optima signa vidimus propensæ in me, alienæ autem ab Hirro populi voluntatis. 64 Quantum. 65 Quia omnes opinantur eum cum derisione exibilandum et explodendum. 66 In quibus Vicinianus Ædilis pl. esse non potuit. 67 Comitia mea. 68 Commemoratio rei, quam tacuisse melius fuisset. sc. in Tribunatu. Nam Trib. pleb. prædicabant, necesse esse, Pompejum dictatorem dici. 69 Odium ex ea promulgatione natum. 70 Creando. 71 A spe et petitione Ædilitatis M. Cælium Vinicianum, qui alioqui competitor fuisset. 72 M. Cœlium. 73 Populi explodentis. 74 Prosecuta est, i. magni clamores in eo consecuti sunt. 75 Deinde, hoc viso, cuncti flagitare Hirrum cœperunt, ne faceret. i. ne peteret mecum Ædilitatem. 76 Cœperunt, vel flagitabant: cum Vicinius repulsam tulisset, cum quo Hirrus fortasse senserat. 77 Sc. itaque. 78 Me Ædilem designatum. 79 Hirro. 80 Non modo illum non esse designatum, quod sperasti, sed etiam, quod vix sperare ausus es, turpissime dejectum et repulsam latum. 81 Ædem. Ter. *Ubi ad Dianæ veneris*. 82 Juxta. 83 Augusti. 84 Consultaretur. 85 Quod legionibus persolveret, quas partim habebat in Hispaniis, partim Arimini. 86 Militum. 87 De suis legionibus ei tradidit. Nam *expensum ferre*, est in tabulas referre, quod exspensum ac datum alicui sit. 88 Suo, an Cæsaris: vel legionum, quæ a numero appellabantur. Pompejus legionem primam, quam ad Cæsarem miserat, confectam ex delectu provinciæ, Cæsari eam tanquam ex suo numero dederat. 89 Quo numero tribui deberet. 90 Nam ipse libenter simulabat. 91 Coactus est dicere, vel dixit id. 92 Post mentionem de ea legione factam. 93 Efflagitationem obtrectatorum Cæsaris. Nam *convicium* non modo maledictum est, sed etiam vehementior sine intermissione postulatio. 94 Deinde. 95 Pompejus est. 96 An Cæsari succederetur. 97 Successione. 98 Placuit senatui: 99 Situm in extrema Italia, quam a Gallia Cisalpina popu-

minum ad [1] exercitum Pompejus erat iturus: et statim iit. Puto Idibus [2] Sext. de ea re [3] factum iri. Profecto [4] aut transigeretur aliquid, aut [5] turpiter intercederetur. Nam in [6] disputando [7] conjecit [8] illam vocem Gnn. Pompejus, [9] omnes oportere [10] Senatui dicto audientes esse. Ego tamen sic [11] nihil exspecto, [12] quo modo [13] Paulum COS. [14] designatum [15] primum [16] sententiam dicentem. Sæpius te admoneo de [17] syngrapha Sitiana: cupio enim te intelligere, [18] eam rem ad me valde pertinere. [19] Item de [20] Pantheris, ut [21] Cibyratas accersas, curesque mihi ut [22] vehantur. Præterea [23] nuntiatum nobis, et pro certo jam [24] habetur, [25] Regem Alexandrinum mortuum. [26] Quid mihi suadeas, quomodo regnum illud se [27] habeat, quis [28] procuret, diligenter mihi [29] perscribas, Kalendis Sex.

V. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Qua tu cura sis, [2] quod ad pacem [3] provinciæ tuæ, [4] finitimarumque regionum attinet, nescio: ego quidem vehementer [5] animi pendeo. Nam si [6] hoc moderari possemus, ut [7] pro vi-

lus romanus Rubicone fluvio disjunxit. 1 Romanum, cujus ipse Imperator erat. 2 Augusti. 3 Faciendum esse, vel actum iri. 4 Aut tunc S. C. fiet de imperio iis, qui provinciam obtinent, finiendo, idque potissimum Cæsaris causa. 5 Inoneste a tribunis pl. Cæsarianis opponetur. Intercessum autem est a quatuor tribunis pl. 6 Consultando de republica. 7 Cum aliis verbis in medium conjecit. 3 E qua intellectum est, vel transactum iri aliquid, vel Tribunos pl. intercessuros esse. 9 Ergo et Cæsarem: si senatus ei succedendum censuisset. 10 Senatui parere. Sic pro Dejot. *Ut audiens dicto esset huic ordini.* 11 Cæsarem senatui dicto audientem fore nequam puto. 12 Expecto. 13 L. Æmilium Paulum. 14 Declaratum. 15 Prima vice. Primi consules designati sententiam rogabantur: eorum autem prior qui priore loco designatus erat. 16 Suam de re, super qua consultabatur. 17 Cedula obligatoria. per quam Sitius a te pecuniam postulavit. Vide epist. 2. 18 Ut pecuniis, ex ea syngrapha exactis, alerentur, ac Romam deportarentur pantheræ, quas dare suis ludis anno sequenti Cœlius cogitabat. Vide epist. 9. 19 Admoneo te sepius. 20 Pro Ædilitatis pompa mittendis: epist. 2. 21 Venandi peritam gentem, i. ex Cibyra. urbe Asiæ Australis, ad te venire facias. 22 Pantheræ. 23 Est. 24 Tenetur. 25 Ptolomæum Regem Ægypti, cujus regis erat Alexandria, quadriennio ante a Gabinio. Syriæ Proconsule, restitutum. 26 Tentandum propter mortem ejus. 27 Post mortem ejus. 28 Regnum illud. 29 Nec enim ei de regni statu difficilis cognitio erat, cum Ciliciæ præesset, cui prope in conspectu Ægyptus est.

1 Quam curam tu habeas. Cum dubitaretur de bello Parthico, scribit Cœlius, se vehementer esse de eo solicitum, monetque Ciceronem, dimicare tam exiguis copiis fretus caveat. Epistola dehortatoria et excusatoria. 2 Quantum. 3 Ciliciæ. 4 Quas nonnunquam Parthi incurrentes vexabant, ut Antiochiam, Ægyptum, etc. 5 Cura, i. insolicitudine sum. 6 Hanc rem, id, quod mihi timorem injicit, possemus hoc persuadere Senatui; ut id decerneret, nempe ut cum viribus copiarum tuarum bellum æquaretur, nihil tam esset optandum. 7 Secundum vires.

ribus copiarum tuarum belli quoque existeret magnitudo, et, quantum [8] gloriæ, triumphoque opus esset, [9] assequeremur, periculosamque et [10] gravem illam dimicationem evitaremus, nihil [11] tam esset optandum. [12] Nunc, si [13] Parthus movet aliquid, scio [14] non mediocrem fore contentionem: tuus [15] porro exercitus [16] vix unum [17] saltum [18] tueri potest. Hanc autem [19] nemo [20] ducit rationem: sed omnia [21] desiderantur ab eo (tanquam nihil denegatum sit ei, [22] quominus [23] quam paratissimus esset) [24] qui publico negotio præpositus est. [25] Accedit huc, quod successionem [26] futuram propter [27] Galliarum [28] controversiam non video. Tametsi hac de re puto te [29] constitutum, [30] quid facturus esses, habere: tamen, [31] quo [32] maturius constitueres, cum [33] hunc eventum providebam, [34] visum est, ut te facerem certiorem. Nosti enim hæc [35] translatitia: [36] de Galliis [37] constituetur: [38] erit, [39] qui intercedat: deinde [40] alius [41] existet, qui, nisi libere liceat de [42] omnibus provinciis decernere, senatui [43] reliquas impediat: sic multum ac diu [44] ludetur, atque ita diu, ut [45] plus biennium in his [46] tricis [47] moretur. Si quid novi de Rep. quod tibi [48] scriberem, haberem, usus essem [49] mea consuetudine, ut diligenter, quid actum esset, et quid [50] ex eo futurum sperarem, perscriberem. Sane

8 Ad impetrationem gloriæ et triumphi. Ad triumphum satis erat, hostium quinque millia una acie occidisse: de quo Valer. Max. l. 2. c. 3. 9 Tantum. 10 Cum omnes utrimque copiæ concurrunt. 11 Tantopere. 12 Ubi tibi tam exiguæ sunt copiæ. 13 Populus parthicus, i. Parthi movent aliquid belli. 14 Vehementem futuram concertationem. 15 Sed. 16 Quia duas tantum legiones Cicero habebat. 17 Locum sylvosum et spatiosum, ubi feræ saliant, qua transire in provinciam Ciceronis Parthi conarentur. 18 A transitu Parthorum. 19 Senatorum, vel populi romani. 20 Hanc considerationem habet de paucitate exercitus tui. 21 Expetuntur. 22 Ut non. 23 Valde paratus ad omnem casum, et ad omnem vim hostilem repellendam. 24 Ab imperatore, aut proconsule in provincia agente, i. a te. 25 Additur ad hanc difficultatem provinciæ, quam obivisti. 26 Tibi. 27 Quas Cæsar amplius regere volebat, vetante id Pompejo cum bona parte senatus. 28 Dissensionem. 29 A te decretum esse, i. te decrevisse. 30 Quem provinciæ decedens præficere velles. 31 Ideo ut. 32 Citius. 33 Hunc rerum Gallicarum exitum futurum prospiciebam. 34 Operæ pretium. 35 De una re ad aliam accomodatitia, usitata jam, usu translata et fere solemnia: ut epist. 8. l. 3. *Hoc vero, ex quo suspicio nata est, me exquisivisse aliquid, in quo te offenderem* traslatitium *est*. Sic dicimus *translatitium edictum*, i. ab omnibus edici solitum. 36 Ut successio illic fiat. 37 In senatu. 38 Tribunus pl. amicus Cæsari. 39 Qui obsistat. Intercesserunt quatuor: epist. 8. 40 Tribunus pl. Pompeji, i. optimatum fautor. 41 Emerget et exorietur. 42 Consularibus et prætoriis. 43 Reliquarum provinciarum successiones. 44 Certabitur. 45 Plus biennio, vel quam biennium: nunquam enim res, nisi civili bello, ad exitum deducta. 46 Difficultatibus et nexibus provinciarum inextricabilibus. 47 Mora fiat. Passive dixit, antiquo more. 48 Scribere possem. 49 Id enim promisit epist. 1. 50 Quod actum esset.

tanquam [51] in quodam incili jam omnia adhæserunt. Marcellus [52] idem illud de [53] provinciis [54] urget: sed [55] neque adhuc [56] frequentem senatum efficere. [57] Quod si hoc præterito anno, Curio tribunus, et eadem actio de provinciis introibit: quam facile nunc sit omnia impedire, et quam hoc Cæsari, et iis qui sua causa Rempub. non curent, superet non te fallit. Vale.

VI. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Sic tu, inquis, Hirrum tractasti? [2] Imo, si scias, [3] quam facile, quam ne [4] contentionis quidem minimæ fuerit, pudeat te, ausum [5] illum unquam esse [6] incedere tanquam tuum [7] competitorem. Post repulsam vero risus [8] facit: civem [9] bonum [10] ludit, et [11] contra Cæsarem [12] sententias dicit: [13] exspectationem corripit: [14] Curionem [15] prorsus [16] non mediocriter objurgat, [17] ac repulsa se [18] mutavit. Præterea qui nunquam in fo-

51 Omnia pigre tractantur et ignave, non prompte expediuntur, morantur, non progrediuntur. *Incilia* fossæ sunt, quæ in viis fiunt, ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factæ, ut docet Festus; quales et hodie fossæ fodiuntur, nec admodum latæ, nec admodum profundæ, a colonis, ad impediendum iter et transitum hominum ac jumentorum per suos agros. Quamvis autem aqua non habet in incilibus, sed per illa derivatur aut in flumina aut lacus, aut e fluminibus aut lacubus in agros, homines tamen et jumenta et currus hærent, si in *incilia*, in viis facta, inciderint. Inde petita est translatio. 52 Quod antea urgebat. 53 Successoribus decernendis, i. ut iis, qui provincias obtinent, succedatur. 54 Urgenter procurat. 55 Ne quidem, i. tantum abest, ut Marcellus S.C. efficere de provinciarum successione, ut ne senatum quidem adhuc frequentare potuerit. 56 Ut sc. de ea re senatusconsultum fiat. 57 Si finito hoc anno, qui nunc est, Curio tribunus designatus, qui se totum contra Cæsarem parat, nec quicquam agi præter Gallicam successionem passurus videtur, tribunatum ingressus fuerit (erat enim jam designatus) et idem fuerit de provinciis agitatum, te non latet, quam facile tunc omnium provinciarum successio possit impediri, et in omnibus Cilica tua successio, quamque id Cæsari, qui pro suo commodo perire imperium siturus sit, quique egregios sibi pararit intercessores, utile sit futurum.

1 Superasti eum cum explosione. Gloriatur ædilem se designatum, Hirrum repulsum: de Rep. nihil actum significat: Pantheras admodum sollicite: petit: M. Feridium Ciceroni commendat. Nunciatoria et commendatoria est epistola. 2 Id dicas, aut mireris. 3 Tractaverim sic Hirrum, cum superaverim. 4 Difficultatis ac laboris, sc. Hirrum dejicere. 5 Hirrum. 6 Pompose. 7 In auguratu: ep. 3. i. quod eum non sic viceris, ut non ausus sit se amplius tecum conferre. 8 Movet nobis Hirrus, i. materiam risus præbet. 9 Reip. faventem. 10 Quasi ludendo repræsentat: vel simulat, ac præ se fert se bonum civem esse. 11 Ut bene sentire videatur. Nam universo fere senatui invisus erat Cæsar, quod extraordinaria semper appetiisse imperia. 12 Ut ei quamprimum succedatur. 13 Dilationem executionis sententiarum, contra Cæsarem latarum, reprehendit. 14 Quia Cœlium summe diligebat. 15 In omnem partem. 16 Vehementer. 17 In ædi-

ro apparuerit, non multum in judiciis versatus sit, agit [19] causam [20] liberalis, sed raro post meridiem. De provinciis, quod tibi [21] scripseram Idibus [22] Sext. actum iri, [23] interpellat judicium Marcelli, Consulis designati. [24] In Kal. rejecta re ne [25] frequentiam quidem efficere potuerunt. Has literas a. d. IV. Non. Sept. [26] dedi, cum [27] ad eam diem [28] ne profligatum quidem quidquam erat: [29] ut video, causa haec [30] integra in proximum annum transferetur: et quantum [31] divino, [32] relinquendus tibi [33] erit, qui provinciam [34] obtineat. Nam non [35] expedietur successio: [36] quando Galliæ, quæ habent [37] intercessorem, [38] in eandem conditionem, quam cæteræ provinciae, [39] vocantur. Hoc mihi non est dubium: [40] quo tibi magis scripsi, ut ad hunc eventum te parares. Fere literis omnibus tibi de [41] Pantheris scripsi: turpe tibi erit, [42] Patiscum [43] Curioni decem misisse, [44] te non [45] multis partibus plures: [46] quas ipsas Curio mihi, et alias [47] Africanas decem donavit: ne putes [48] *illum* tantum prædia rustica dare scire. Tu, si modo memoria tenueris, et [49] Cibyratas [50] accersieris, itemque in [51] Pamphyliam literas miseris, (nam ibi plures capi [52] ajunt) quod voles, efficies. Hoc vehementius [53] laboro nunc, quod [54] seorsum a [55] collega puto mihi [56] omnia paranda. [57] Amabo te, [58] impera tibi hoc curæ. Soles libenter, [59] ut ego, [60] majorem partem ni-

litatis petitione accepta. 18 Mores suos mutavit Hirrus. 19 Causas. 20 Quia facilis est in recipiendis causis Al. *causas liberales*, i. ad libertatem pertinentes: servorum sc. qui se in libertatem vindicarent, causas defendit. 21 Epist. 4. 22 Augusti mensis. 23 Impedit ob affinitatem: nam erat Octaviæ maritus, quæ neptis fuit Juliæ, Cæsaris sororis. 24 Septembris translata causa provinciarum, interrupta judicio Marcelli. 25 Senatus, i. tantum abest, ut Kal. Sept. consules de provinciis ad senatum retulerint, ut ne frequentem quidem senatum cogere potuerint: infrequenti autem senatu fieri senatusconsultum non poterat. 26 Misi. 27 Usque ad 4. Nonas Sept. 28 Profectum promotum in hoc negotio de provinciis. 29 Quantum. 30 Intacta. 31 Futurum autumo. 32 Reliquit C. Cœlium Quæstorem: 33 Aliquis. 34 Regat, donec successor mittatur. 35 Mature fiet. 36 Quandoquidem. 37 Oppositorem et impeditorem successionis, sc. Cæsarem. 38 Ut quemadmodum in cæteras provincias, sic in Gallias successor mittatur. 39 A Pompejanis, quorum factio in Senatu dominabatur. 40 Quocirca. 41 Capiendis. 42 Hominem venandi peritum: ep. 11- l. 2. 43 Quas populo ostenderet funebribus ludis, quos patri mortuo reversus e provincia dedit. 44 Misisse, vel mittere. 45 Multo plures. 46 Decem pantheras. 47 Nam Græcas miserat Patiscus. 48 Curionem. 49 Homines ex Cibyra, urbe Asiæ, qui venatores capiant: ep. 4. 50 Advocaveris. 51 Quæ non procul a Cilicia est. 52 Qui illinc veniunt. 53 Curo. 54 Separatim: nam, si conjunctim ludi darentur, minor utriusque sumptus. 55 Coædili, sc. M. Octavio. 56 Quæ ad ludos pertinent. 57 Blandientis vox. 58 Injunge tibi hanc curam. *Imperare sibi* dicitur is, qui, quod libenter non agit, agere tamen constituit. 59 Curare soleo nihil. 60 Ex majore parte. Cæs. l. 4. de bel. Gal. Maximam

hil curare. In hoc [61] negotio nulla tua, nisi loquendi, cura est, hoc est imperandi et mandandi. Nam simul atque erunt captæ qui alant eas, et deportent, habes eos, quos [62] ad Sitianam syngrapham misi. Puto, etiamsi nullam spem mihi literis ostenderis, me istoc missurum alios. M. Feribium, [64] equitem romanum, amici mei filium, bonum, et strenuum adolescentem, qui [64] ad suum negotium [65] istuc venit, tibi commendo: et te rogo, ut eum in tuorum numero habeas. [66] Agros, quos [67] fructuarios habent [68] civitates, vult tuo beneficio (quod tibi [69] facile et [70] honestum [71] factu est) [72] immunes esse: gratos et bonos [73] viros tibi obtigaris. Nolo te putare, [74] Favonium a [75] columnariis [76] præteritum: optimus quisque eum non [77] fecit. Pompejus tuus [78] aperte Cæsarem provinciam tenere cum exercitu, et [79] Consulem esse: tamen hanc sententiam [80] dixit, nullum hoc tempore S.C. faciendum: [81] Scipio [82] hanc, ut kal. mar. de provinciis Galliis, neu quid [83] conjunctim [84] referretur. Contristavit hæc [85] sententia [86] Balbum Cornelium, et scio, eum conquestum esse cum [87] Scipione. [88] Calidius [89] in difensione sua fuit [90] disertissimus, in [91] accusatione satis [92] frigidus. Vale.

VII. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Etsi de Repub. quæ tibi [2] scribam, habeo: tamen nihil quod magis gavisurum te putem, habeo quam [3] hoc. Scito,

partem *lacte atque pecore vivunt*. 61 Mittendi pantheras. 62 Ut e Syngrapha Sitiana pecuniam istic exigant. 63 Non omnes equites dicebantur equites romani, sed ii tantum, qui equo publico merebant, in centurias descripti. 64 Curandum. 65 Ad te. 66 Suos. 67 Fructum pendere obligatos, i. qui civitatibus annuum vectigal pendunt. 68 Ciliciæ. 69 Cum imperium habeas. 70 Quia vectigal magnum non est. 71 Ut fiat, vel ut facias. 72 Liberos ab ea pensione. 73 Patrem et filium. 74 Civem optimum, M. Catonis imitatorem. 75 Vel ad columnas scribentibus, vel opus columnarum curantibus, vilibus et improbis hominibus. 76 Neglectum. 77 Prætorem. 78 Dictitat. 79 Velle. 80 In Senatu extra urbem habito. Nam in urbe Pompejo, qui erat cum imperio, esse non licebat. 81 Pompeji socer, sc. *tulit*. 82 Sententiam. 83 De aliis provinciis. 84 Consultaretur, i. quamvis in Galliam non mitteretur successor, non ideo in alias provincias non esse mittendum. 85 Scipionis. 86 Gaditanum, Cæsaris amantissimum, pro quo exstat Ciceronis oratio. 87 Ejus sententiæ auctore. 88 Eloquentia clarus. 89 In se defendendo, cum accusaretur a Gallis duobus: ep. 4. 90 Facundissimus. 91 Adversarii sui, i. cum accusaret Q. Gallium, Cicerone defendente. 92 Negligens.

1 Privata primum narrat, de judiciis: deinde subjungit publica, de S. C. de Pompejo, Cæsare, Curione: postremo, iterum de privatis agit, quæ ad ipsum pertinent, i. de Pantheris, de syngrapha Sitiana, de liberto Philone, et Diogene Græco. Epistola est nunciatoria. 2 Scribere possim. 3 Quod sequitur.

C. Sempronium Rufum, [4] Rufum [5] mel ac delicias tuas, [6] calumniam maximo plausu [7] tulisse. Quæris [8] qua in causa? [9] M. Tutium, [10] accusatorem suum, post ludos romanos: reum lege Plotia de [11] vi fecit, hoc consilio, quod videbat, si [12] extraordinarius nemo reus accessisset, [13] sibi hoc anno causam esse dicendam. Dubium porro illi non erat, [14] quid futurum esset. Nemini hoc [15] deferre [16] munusculum maluit, quam suo [17] accusatori. Itaque sine ullo [18] subscriptore [19] descendit, et Tutium reum fecit. At ego, simulatque [20] audivi, [21] invocatus [22] ad subsellia rei occurro: [23] surgo, neque verbum de [24] re facio. [25] Totum Sempronium [26] usque eo perago, ut [27] Vestorium quoque interponam, et illam [28] fabulam narrem, quemadmodum tibi [29] pro beneficio dederit, [30] si quid injuriis suis esset, ut Vestorius [31] teneretur. Hæc quoque magna nunc contentio [32] forum [33] tenet. [34] M. Servilius, postquam, ut cœperat, omnibus in rebus [35] turbarat, nec, quod non venderet, quicquam reliquerat, maximæque [36] nobis traditus erat [37] invidiæ: neque [38] Laterensis prætor, [39] postulante Pausania,

4 Iterat Rufi nomen, ut indicet magis, de quo loquatur q. d. Rufum illum, qui tibi tam jucundus est. 5 Dulcedinem. Sic appellamus ea, quibus miro delectamur. 6 Ad accusandum descendisse omnibus approbantibus: cum lætarentur, quod accusaret accusatorem. 7 Detulisse, i. accusasse de calumnia, præsertim accusatorem suum. 8 Affectus sit calumnia. 9 Ea est, quæ fecit M. Tutium etc. 10 Unde prius accusatus fuerat. 11 Illata. Causæ de vi ante alias extra ordinem agebantur. 12 Cujus causa non ordine, ut aliæ causæ, sed primo loco ageretur. 13 Se esse defendendum hoc anno. Nam *causam dicit*, qui purgat, et defendit: *sententiam dicit*, qui judicat. 14 Quin condemnaretur. 15 Præsentare. 17 Ut reus extraordinarius fieret, i. neminem accusare maluit, quam suum accusatorem. 17 M. Tutio. 18 Assensore, vel astipulatore, qui secum sentiret. Solent enim idem sentientes nomina sua subscribere, et superius scripta approbare. Erant autem, qui subscriberent accusantibus, opemque ferrent, ut reus omnino damnaretur. Cic. in Divin. in Ver. 19 Sempronius in forum causarum ad litem fovendam. 20 Tutium a Sempronio reum factum. 21 Licet non essem vocatus. 22 Ubi reus sedebat causam dicturus, præsto sum. *Occurrere* significat præsentem esse. Cic. de Orat. *Ipsi pedes occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent et respondebunt non vocati.* Id. ad. Attic. lib. 11. Ep. 22. *Domus celebratur, occurritur, renovatur memoria consulatus*, i. præsto sunt homines, cum illos voco. 23 Ut more advocati causam dicturus. 24 Causa Tutii. 25 Ex omni parte. 26 In tantum convinco, i. ita eum oratione exagito, ut Vestorii quoque mentionem faciam. 27 Al. *Nestorium*. Hic Ciceronis et Attici erat perfamiliaris, habebatque nescio quid controversiæ cum Sempronio, quem vicisse tandem videtur. 28 Quod tamquam fabula, i. ficta res, rideri possit. 29 Loco beneficii existimari voluerit. 30 Si quid esset suo damno suaque injuria. 31 Afficeretur. 32 Judiciale. 33 Occupat. 34 Sempronius. 35 Eum. 36 Cum nobis traditus esset, cum se nobis defendendum tradidisset. 37 In odio maximo. 38 Proprium est nomen. 39 Cum Pausanias postularet, i. peteret, ut

nobis patronis, *quo ea pecunia pervenisset,* [40] recipere voluit. Quod Pilius,[41] necessarius Attici [42] nostri,de [43] repetundis [44] eum postulavit: magna illico fama surrexit, et de [45] damnatione [46] ferventer loqui est cœptum.[47] Quo vento projicitur Appius [48] minor, ut indicet pecuniam [49] ex bonis paternis pervenisse ad Servilium, prævaricationisque causa diceret [50] depositum H.S.LXXXI. Admiraris [51] amentiam: [52] quid si [53] actionem, stultissimasque de se,* nefarias [54] de patre confessiones audisses? [55] Mittit in consilium eosdem illos,[56] qui lites æstimarant,judices.Cum [57] æquo numero sententiæ fuissent, Laterensis leges ignorans, pronunciavit, quid [58] singuli ordines judicassent: et ad extremum, ut solent,[59] Non redigam. Postquam [60] discessit,et pro [61] absoluto Servilius haberi cæptus,[62] legisque unum et centesimum caput legit, in [63] quo ita [64] erat, Quod *eorum judicum major pars judicarit, id jus* [65] *ratumque esto:* in [66] tabulas absolutum non retulit, ordinum judicia perscripsit.[67] Postulante rursus Appio, cum L. Lollio transegit, et se [68] relaturum dixit. Sic nunc neque absolutus, neque damnatus Servilius, de repetundis, [69] saucius Pilio tradetur. Nam de [70] divinatione Appius, cum

agere liceret contra eos, ad quos ea pecunia pervenisset. 40 Approbare. 41 Propter Piliam ipsius Attici uxorem. 42 Communis amici. 43 Pecuniis mala artc a provincialibus ablatis, et ita jure repetendis. 44 Servilium accusavit. 45 Servilii. 46 Valde, non frigide. 47 Qna fama obruitur, i. valde commotus est Appius, usquc eo, ut eundem Servilinm dc prævaricatione accnsarit. 48 Nam fuit et major co tempore, qui Miloncm accusavit. 49 A patre suo datam Scrvilio, ejus accusatori, ut prævaricaretur. 50 Ab Appio patre, quod Servilio daretur, si prævaricatus esset; in quo spem locabat absolutionis suæ. 51 Qui flagitium aperiat patris sui, a quo reo indicet datam Servilio pecuniam, ut prævaricaretur. 52 Faceres, aut diceres? 53 In persequenda accusatione.* Scelcstas. 54 Appio. 55 Post auditam cognitamquc causam, ut sententias de Servilio ferrent: cum eos rejicere deberet,ut suspectos. 56 Qui de repetundis judicaverant: in causis cnim repetundarum lites æstimabantur, ut quantum a reo damnato esset exigendum, cognosceretur. 57 Æquali, i. tot absolventinm, quot condemnantium. Æquo sententiarum numero reus absolvebatur. 58 Tres enim ordines jndicabant, senatores, equitcs, tribuni ærarii. 59 Al. *referam*, sc. in tabulas absolutum: ut ostendunt sequentia. 60 Latereusis. 61 De prævaricatione: cum eum ab ordinibus absolutum prætor judicasset. 62 De judiciis. 63 Capite. 64 Scriptum. 65 Certum et approbatum. 66 Instrumenta publicorum actorum, in quæ reorum omnium absolutiones, damuationesque referebantnr. 67 In jus vocante, sc. de repetundis. 68 In tabulas absolutum. 69 Læsus in fama jndicio prævaricationis (si quidem neque absolutus, neque damnatus est) de repetundis accusandus Pilo tradetnr. 70 Oratione, in qua de accusatore deligendo dispntabatur; vel quod non de facto, sed de futuro conjectura quæreretur; vel quod res ageretur sine testibus, et, his remotis, argumenta sola sequeren-

[71] calumniam jurasset,[72] contendere ausus non est, Pilioque [73] cessit: et ipse de pecuniis repetundis a [74] Serviliis est postulatus, et præterea de vi reus a quodam emissario suo Tino factus est. Recte hoc [75] par [76] habet. [77] Quod ad Remp. pertinet, omnino multis diebus, expectatione [78] Galliarum actum nihil est.[79] Aliquando tamen, re sæpe dilata, et graviter acta, et plane perspecta Cn. Pompeji voluntate in eam partem, ut [80] eum [81] decedere post kal. Mart. placeret: S. C. quod tibi misi, factum est,[82] auctoritatesque [83] perscriptæ.

[84] *S. C.*[85] *auctoritas. Pridie kal. Octob. in æde Apollinis* [86] *scribendo affuerunt, L. Domitius Cn. F.*[87] *Ahenobarbus,*[88] *Q. Cæcilius* [89] *Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius, L. F.*[90] *Pom. Annalis, C. Septimius, T. F. Quirina, C. Luccejus C. F. Pup.*[91] *Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Attejus L. F. An. Capito. M. Oppius M. F. Terentina.*[92] *Quod M. Marcellus COS.*[93] *V.F.*[94] *de provinciis consularibus.*[95] *D.E.R.I.C. uti L. Paulus, C. Marcellus* [96] *COSS. cum magistratum inissent, ex a.d. X. kal. Mart. quæ in suo magistratu futuræ essent, de consularibus provinciis ad senatum referrent, ne-ve quid prius ex kal. Mart. ne-ve quid*[97] *conjunctim de ea referetur a consulibus,*[98] *utique ejus rei causa per* [99] *dies co-*

tur judices, et quasi divinarent. Videndus Gellius l. 2. c. 4. 71 Jurejurando professus esset se accusatorem Liv. l. 33. *Nec satis habere (Scipionem Africanum) bello vicisse Hannibalem, nisi velut accusatores* calumniam *in eum* jurarent, *ac nomen deferrent.* 72 Ultra. 73 Locum dedit. 74 Propinquis M. Servilii. 75 Contendentium. 76 Se: quia uterque litium amans est. 77 Quantum. 78 Sententiæ dandæ de Gallis, aut successoribus committendis, ut Cæsari prorogandis. 79 Tandem. 80 Cæsarem. 81 In Galliam. 82 Nomina Senatorum, qui ejus rei auctores fuerunt: quod auctoritatem adderent senatusconsulto. 83 Sunt. 84 Senatusconsulti. 85 Scripta est. 86 Senatusconsulto. Erat hæc solennis, formula, quam præmittebant senatusconsultis: qua significabatur in sequentium senatorum sententiam factum esse senatusconsultum, sive iis præsentibus. 87 Ut distinguatur a Calvinis. 88 Hic est Scipio ille, Magni Pompeji socer. 89 Adoptione: sed revera Scipionis Asiatici filius. 90 Tribus Pomptina fuit: nam ex 33 tribubus, aliquam necesse erat, cujuscunque esset ordinis, civis Romanus ut obtineret: is autem offendebatur a prænomine suo, a nomine a patris prænomine, a tribu, a cognomine, ut Philip. 9. *Ser. Sulpitius* Q. H. *Lemonia, Rufus Lemonia* enim est ablativi casus, i. ex Lemonia tribu. 91 Quem suum in Ædilitate competitorem nominavit Cælius ep. 2. 92 S.C. principium. 93 Verba fecit. 94 Ut succederetur iis, qui consulares provincias obtinebant. 95 De ea re ita censuerunt. 96 Consules designati. 97 Cum enim plura simul ad senatum referebantur, non facile omnia senatus major Pars comprobabat: ita sæpe fiebat, ut una res repudiata reliquas, quæ omnino placerent, impediret. 98 Et ut. 99 Hoc est, 12. kal. mart.

mitiales senatum haberent,[1] *S.Q.C. facerent: et cum de ea re ad senatum referretur a consulibus, qui*[2] *eorum in ccc. judicibus essent, sex abducere liceret: si quid de ea re ad populum ad plebem-ve lato*[3] *opus esset, uti Ser. Sulpitius. M. Marcellus COSS. prætores trib. quæ pleb. quibus eorum videretur, ad populum plebem-ve ferrent: quod ii non tulissent, uti, quicumque*[4] *deinceps essent, ad populum plebem-ve ferrent.*

IV. Pridie kal. Octob. in æde Apollinis, scribendo affuerunt. L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio L.Villius L.F. Pom. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Attejus L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M.Marcellus COS. V.F. de provinsiis. D.E.R.I.C. Senatum existimare, neminem eorum,[5] *qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quominus de Rep. quamprimum ad senatum referri, S. Q. C. fieri possit, qui impedierit, eum senatum existimare contra Remp. fecisse. Si quis huic S. C. intercesserit senatui placere, auctoritatem perscribi, et*[6] *de ea re ad senatum populumque*[7] *referri.* (Huic S. C. intercessit C. Cælius, L. Vicinius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa). *Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Cæsaris sunt, qui eorum*[8] *stipendia emerita,*[9] *causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad*[10] *hunc ordinem referri, ut eorum*[11] *ratio habeatur, causæque cognoscantur. Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere, auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri.* (Huic S. C. intercessit C. Cælius, C. Pansa, tribuni pl.) *Itemque senatui placere in Ciliciam provinciam, inque* VIII[12] *reliquas provincias, quas*[13] *prætorii pro prætore obtinerent: eos, qui prætores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S.C. cum imperio in provincias pro prætore mitti*

per quos haberi senatum leges vetabant. 1 Senatusque consultum. 2 Senatorum. 3 Post hoc S.C. pridie kal. oct. factum. 4 Post eos, anno sequenti. 5 Tribunos pl. maxime designat, quorum erat intercessio. 6 De intercessione. 7 A consulibus, Prætoribus, Trib. pl. quibus eorum videretur, 8 Emeriti stipendia milites dicebantur, qui per annos decem militassent: tuncque sacramento exsolvebantur, ut oneribus militiæ vacarent. 9 Ut morbum, infirmitatem valetudinis, aut aliquam rei domesticæ difficultatem; quas ob causas abesse domo non liceret. 10 Qui hæc consuit ac decrevit. 11 Cura suscipiatur. 12 Macedoniam, Joniam, Asiam, Siciliam, Sardiniam, Bithyniam, Cretam, Mauritaniam. 13 Cum imperio tamen omnes: quod belli

*

oporteret, eos sortito in provincias mitti placere: si ex eo numero, quos S.C.in provincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas provincias proficiscerentur, tum uti quodque[14] *collegium primum prætorum fuisset, neque in provincias profecti essent, ita sorte in provincias proficiscerentur: si ad numerum ii non essent, tunc deinceps proximi cujusque collegii, qui prætores fuissent, neque in provincias profecti essent, in sortem conjicerentur quoad*[15] *is numerus effectus esset, quem ad numerum in provincias mitti oporteret: si quis huic S.C.intercessisset, auctoritas perscriberetur.* Huic S. C. intercessit C. Cœlius, C. Pansa tribuni pleb. Illa præterea Cn. Pompeji sunt animadversa, quæ maxime [16] confidentiam attulerunt hominibus, ut diceret, se [17] ante kal. Mart. non posse sine injuria de provinciis Cæsaris statuere, post kal. Mart.[18] se non dubitaturum. Cum interrogaretur, si qui tum [19] intercederent, dixit hoc nihil interesse, utrum Cæsar senatui dicto audiens futurus non esset, an [20] pararet, qui senatum decernere non pateretur. Quid si,[21] inquit alius, et consul esse, et exercitum habere volet? At ille, quam [22] clementer. Quid si filius meus [23] fustem mihi impingere volet? His vocibus, ut existimarent homines, Pompejo cum Cæsare [24] esse negotium, effecit. Itaque jam, ut video, alterutram ad conditionem descendere vult Cæsar, ut aut [25] maneat, neque [26] hoc anno sui ratio habeatur: aut, si designari poterit,[27] decedat. Curio se contra [28] eum [29] totum parat: quid assequi possit, nescio. Illud video, bene sentientem, etsi nihil effecerit, [30] cadere non posse. Me tractat liberaliter Curio, et

gerendi causa necessarium fuit. 14 Significantur, qui proxime Prætores fuerunt: qui, si præteriti numerentur, primi occurrunt. 15 Novem, qui proficiscerentur in octo provincias Prætorias, et unam Ciliciam, quæ hoc anno regebatur a Cicerone consulari. 16 Ut confiderent homines, velle Pompejum potentiæ Cæsaris obsistere, contra quam antea fecerat. 17 Quo die primum, ut sequentis anni consules de provinciis Consularibus referre inciperent, senatus decreverat. 18 Quod hominibus confidentiam attulit. 19 Intercessum est a Curione Trib. pl. quod iniquum videretur, ei successorem mitti ante tempus. 20 Subornaret. 21 Tentabant Senatores Pompeji potentiam his interrogationibus; cum ejus voluntatem, naturali simulationis involucro tectam, elicere vellent. 22 Valde leniter et placide. 23 Quod esse turpissimum nemo negabit: tale igitur quiddam Cæsar committet, si et consul esse, et exercitum retinere volet: qui enim consul esse vult, exercitum dimittit, privatusque urbem ingreditur. 24 Esse, quod ageret cum Cesare, i. contra Cæsaris voluntatem. 25 In Gallia, prorogato ultra decennium imperio. 26 Anno, et imperii Gallici, et post primum consulatum Cæsari decimo, in numerum candidatorum absens recipiatur, aut absens consul designetur. 27 Ex provincia. 28 Cæsarem. 29 Simulans. Nam paulo post transfugit ad Cæsarem, et pro Cæsare loqui cœpit, adeo ut auctor imprimis et origo belli civilis exstiterit. 30 Fortasse non assequetur,

mihi [31] suo munere [32] negotium imposuit. Nam, si mihi non dedisset eas, quæ [33] ad ludos ei advectæ erant [34] Africanæ; potuit [35] supersederi. Nunc, cum [36] dare necesse est, velim tibi curæ sit, quod a te semper petii, ut aliquid istinc [37] bestiarum habeamus: Sitianamque syngrapham tibi commendo. Libertum Philonem istuc misi, et Diogenem Græcum: quibus mandata, et literas ad te dedi, eos tibi, et rem, de qua misi, velim curæ habeas: nam, quam vehementer ad me [38] pertineat, in iis, quas tibi illi reddent, literis descripsi. Vale.

VIII. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Sane quam literis [2] C. Cassii, et [3] Dejotari sumus commoti. Nam Cassius [4] cis Euphratem [5] copias Parthorum esse scripsit: [6] Dejotarus, [7] profectas per [8] Commagenen in provinciam [9] nostram. Ego quidem præcipuum metum, [10] quod ad te attinebat, habui, qui scirem, [11] quam [12] paratus ab exercitu esses, ne [13] quod hic tumultus dignitati tuæ [14] periculum afferret. Nam de [15] vita, [16] si paratior ab exercitu esses, timuissem: nunc hæc exiguitas copiarum, [17] recessum non dimicationem mihi tuam [18] præsagiebat. [19] Hoc quo modo [20] acciperent homines, quam probabilis [21] necessitas futura esset, vereor etiam nunc: neque prius desinam formidare, quam tetigisse te Italiam audiero. Sed de Parthorum transitu nuntii [22] varios sermones excitarunt. [23] Alius enim, [24] Pompejum [25] mittendum,

quod vult: nihil tamen, dum bene de Rep. sentiat, suæ dignitatis amittet. 31 Sua benignitate ac liberalitate. 32 Gravem curam ludorum dandorum. 33 Quos jam Curio dederat patri mortuo. 34 Donavit ei Curio decem Africanas Pantheras, et decem Græcas, i. e Cilicia missas a Patisco. 35 A ludis dandis. 36 Ludos. 37 Pantherarum. 38 Miserat eos Cælius, ut e Syngrapha Sitiana pecuniam exigerent: epist. 4. et 6.

1 Valde. Quid C. Cassius, quid Rex Dejotarus de Parthorum transitu scripserint, qui ex eo sermones excitati, quæ de Cassio suspicio, significat. Subjungit de Rep. quæ putet actum iri anno sequenti. Denique operam suam Ciceroni de succedendo ei pollicetur. Epistola est nunciatoria. 2 Quæstoris M. Crassi, a Parthis interfecti: qui reliquias exercitus Antiochiam reduxerat. Hic etiam postea in Cæsarem conjuravit. 3 Armeniæ Regis; qui amicitiam populi romani, quamdiu vixit, studiosissime coluit: pro quo exstat Ciceronis oratio. 4 Transiisse Euphratem, terminum imperii romani. 5 Exercitus copiosos. 6 Scripsit. 7 Copias Parthorum. 8 Asiæ regionem et Syriæ partem inter Mesopotamiam, Ciliciam et Armeniam, quam Euphrates interfluit. 9 Romanam. 10 Quantum ad periculum tuum spectabat. 11 Quam male. *Quam* enim non auget hic, sed minuit. 12 Paucas et infirmas haberes copias, quas Parthis opponas: 13 Aliquod. 14 Aut vitæ, aut famæ. 15 Tua: quia sciebam, te pugnam non detrectaturum cum Parthis. 16 Si haberes exercitum satis instructum et copiosum. 17 Pugnæ evitationem. 18 Quodam præsagio futurum denunciabat. 19 Te ob paucitatem copiarum recessisse. 20 Interpretarentur. 21 Recedendi ob exiguitatem copiarum. 22 Et ita minus constantes. 23 Censet, vel dicit. 24 Qui erat ad urbem cum imperio, decreta illi in quinquennium utraque Hispania. 25 Contra Parthos.

[26] alius, ab urbe non [27] removendum, [28] alius, [29] Cæsarem cum suo exercitu, [30] alius [31] consules: [32] nemo tamen ex S.C. privatos. Consules autem, quia verentur, ne illud [33] S.C. fiat, ut [34] paludati exeant, et [35] contumeliose, præter eos, ad [36] alium res transferatur, omnino [37] Senatum haberi nolunt: [38] usque eo, ut parum diligentes in republica videantur: sed honeste, sive negligentia, sive inertia est, sive ille, quem [39] proposui, metus, [40] latet sub hac temperantiæ [41] existimatione, [42] nolle [43] provinciam. A te literæ [44] non venerunt; et, nisi [45] Dejotari [46] subsecutæ essent, [47] in eam opinionem Cassius [48] venerat, quæ diripuisset ipse, ut viderentur ab hoste vastata, [49] finxisse bellum, et [50] arabas in provinciam immisisse, eosque Parthos esse, senatui [51] renuntiasse. Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum, diligenter, et caute perscribas, ne aut [52] velificatus [53] alicui dicaris, aut aliquid, quod [54] referret scire, [55] reticuisse. Nunc exitus est [56] anni: nam ego has literas a d. XIV. Kal. Decemb. scripsi. Plane nihil video ante [57] Kalend. Januar. agi posse. Nosti Marcellum, quam tardus, et parum [58] efficax sit, itemque [59] Servium, quam [60] cunctator. Cujusmodi putas

26 Censet. 27 Pompejum, i. ut esset Reip. præsidio. Hoc sentiebant ii, quibus jam tum suspecta erat Cæsaris potentia. 28 Censet. 29 Mittendum; qui bellum in Gallia gerebat. 30 Censet. 31 Cupit mittendos, M. Marcellum et Ser. Sulpitium. 32 Nemo tamen censet, privatos, i. nullo fungentes magistratu, ad bellum Parthicum ex S.C. esse mittendos. 33 Decretum Senatus. 34 *Paludamento*, sive chlamyde imperatoria, coccinea, limbo purpureo prætexta, insigniti; ut contra publicos hostes profecturi; quod interdum in tumultu bellico fieri solebat. Imperatores eo die, quo ab bellum profecturi erant, in Capitolio induebant paludamentum, sacrisque factis et votis nuncupatis *paludati* ex urbe exibant, et in Campo Martio subsistebant, donec omnia ad iter essent parata. 35 Quod in contumeliam eorum cederet, si Senatus plus spei in alio reponeret. 36 Imperatorem. 37 Consultationem de ea re fieri. 38 In tantum, sc. Senatum haberi nolunt. 39 Modo dixi. 40 Occultatur. 41 Opinione. 42 Quod ipsi nollent. 43 Obire, aut eripere tibi. 44 Non sunt missæ ad Senatum. 45 Regis literæ. 46 Literas Cassii. 47 Male enim audiebat avaritiæ nomine. 48 Venisset. 49 Quod finxisset. 50 Quo cum essent finitimi, nonnunquam in populi romani provinciam impetum facere soliti sunt. 51 Significasse. 52 Assentando gratificatus, blanditus: ut enim vela navium ad ventorum aspirationes aptantur, sic orationem sæpe nostram ad aliorum voluntatem accommodamus. Utitur hoc verbo Florus l. 1. c. 9. *Brutus vero favori civium, etiam domus suæ clade et parricidio,* velificatus est, i. aucupatus est favorem civium, tanquam qui velis remisque operam daret, ut verum vindicem se se libertatis publicæ, severo etiam in filios supplicio, præstaret. Apud Cic. nostrum legimus, *velificari honori suo. Velificare* autem est navigare, vela facere. 53 Cassio. 54 Expediret reipublicæ. 55 Quod si faceres, nec dignitati tuæ nec Reip. consuleres. 56 Tui in provincia. 57 Quo die novi consules, initio magistratu, de Rep. referent. 58 Ad procurandum tibi successorem. 59 Sulpitium nosti. 60 Im-

hos esse? aut [61] qui id quod [62] nolint, [63] conficere [64] posse, qui, quæ cupiunt, tamen ita [65] frigide agunt, ut nolle existimentur? Novis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, [66] haec causa primos menses occupabit. Sin autem aut non erit istic bellum, aut [67] tantum erit, ut vos, aut [68] successores, parvis additis copiis, sustinere [69] possint: Curionem video, se dupliciter [70] jactaturum: primum, ut aliquid Cæsari [71] adimat, [72] inde, ut aliquid Pompejo tribuat: [73] quidvis, [74] quamlibet [75] tenue munusculum. [76] Paulus porro non humane de [77] provincia loquitur: [78] hujus cupiditati [79] occursurus est [80] Furnius [81] noster: [82] plures suspicari non possum. Hæc novi: alia, quæ possunt accidere, non [83] cerno: [84] multa [85] tempus afferre, et [86] præparata multa scio: sed intra [87] fines hos, quæcunque acciderint, vertentur. Illud addo: ad actiones C. Curionis [88] de agro Campano, de [89] quo [90] negant Cæsarem [91] laborare, sed Pompejum valde [92] velle, [93] ne vacuus advenienti Cæsari pateat. Quod ad tuum [94] decessum attinet, illud tibi non possum polliceri, me curaturum, ut tibi succedatur, illud [95] certe [96] præstabo, nequid amplius [97] prorogetur. [98] Tui consilii est, si [99] tempus, si [1] Senatus coget, si honeste a [2] nobis recusari non poterit, velis-ne [3] perseverare: [4] mei officii est, meminisse, qua obtestatione [5] decedens mihi, ne paterer [6] fieri, mandaris. Vale.

morator sit. 61 Quomodo, sc. *putas*. 62 Confici. 63 Perficere. 64 Eos. 65 Languide. 66 Deliberatio, quis ad Parthicum bellum eat. 67 Tam parvum. *Tantum* hoc loco refertur ad parvitatem. 68 Vestros. 69 Parthi. 70 Venditaturum operam suam optimatibus gratiæ captandæ causa. *Jactare* se dicuntur, qui alios student demereri, et cum ambitione quadam studia sua ostentant. 71 Auferat Cæsari cui tunc adversabatur. 72 Deinde. 73 Quidlibet. 74 Et quantumlibet. 75 Exile, et modicum. 76 Æmilius, consul designatus. 77 Cæsaris, quam omnino ei adimendam dictitabat. 78 Pauli. 79 Obstabit. 80 Tribunus plebis. 81 Communis amicus. 82 Occursuros. Accessit Curio, ingenti mercede a Cæsare corruptus: quo nemo pro Cæsaris causa stetit audacius. 83 Animo. 84 Nova. 85 Novi anni. 86 Ut fiant. 87 Quos dixi: scripsit enim proxime de Partico bello, de Consule Paulo, Tribunis pl. Curione et Furnio. 88 Ad voluntatem Cæsari dividendo. 89 Agro. 90 Plerique. 91 Solicitum esse, dividatur, nec ne. 92 Ut ager Campanus dividatur. Divisoribus enim gratiæ plurimum acquirebantur apud eos, qui possessuri erant. 93 Ne Cæsar eum dividat, cum ex Galliis redierit. 94 Ex provincia. 95 Haud dubie. 96 Exhibebo, efficiam. 97 Extendatur tibi provincia, i. ut annua tantum provinciæ sit administratio. 98 Ad tuum consilium pertinet, i. tu statue, quid agendum tibi sit, velis-ne in provincia remanere, an, finito anno, discedere contra senatus voluntatem. 99 Propter bellum Parthicum: quo urgente, discedendum non videtur ante, quam succedatur. 1 Facto S. C. de proroganda provincia: quod Cicero timebat. 2 Qui pro te precamur honeste. 3 In provincia. 4 Ego, quod est officii mei, id præstabo. 5 Discedens; cum iret Cicero in provinciam. 6 Provinciæ tempus prorogari.

IX. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Non dubito, quin perlatum ad te sit, [2] Appium a Dolabella [3] reum factum : sane quam non [4] ea, qua existimaveram, [5] invidia. Neque enim stulte, [6] Appius; qui simul atque Dolabella accessit ad [7] tribunal, introierat in urbem, [8] triumphique postulationem abjecerat. Quo facto [9] retudit sermones, [10] paratiorque visus est, quam speraverat [11] accusator. [12] Is nunc in [13] te maximam spem habet. Scio, tibi [14] eum non esse odio: [15] quam velis eum [16] obligare, in tua [17] manu est: cum [18] quo simultates si tibi non [19] fuissent, [20] lib[illegible] tibi de tota re esset. Nunc si ad illam summam [21] veritatem legitimum [22] jus exegeris, cavendum tibi erit, ne parum [23] simpliciter, et [24] candide [25] posuisse inimicitias videris. [26] In hanc partem porro tutum tibi erit, si quid volueris, [27] gratificari: nemo enim necessitudine, et [28] amicitia te deterritum ab officio dicet. [29] Illud mihi occurrit, quod inter [30] postulationem, et [31] nominis delationem [32] uxor a Dolabella [33] discessit. Quid mihi [34] discedens [35] mandaris, memini : quid ego tibi [36] scripserim, te non arbitror oblitum. Non est jam tempus plura narrandi. Unum illud monere te possum : si [37] res tibi non displicebit, tamen [38] hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas ; et exspectes, quemadmodum [39] exeat ex [40] ea causa. [41] Denique invidiosum

1 Accusatus fuerat Appius Pulcher ambitus a Dolabella, et fautoribus ejus, quare triumphum amisit, quod nunc Cœlius scribit, monens Ciceronem, ut, deposita simultate, Appio reconcilietur. Est nunciatoria epistola et monitoria. 2 Pulchrum, quem e provincia Cilicia redeuntem Dolabella, qui postea gener Ciceronis fuit, de majestate et ambitu accusavit : ep. 11. et 12. l. 3. 3 Majestatis et ambitus. 4 Tanta. 5 Adversa hominum voluntate. 6 Egit. 7 Prætoris, accusaturus Appium. 8 Triumphare enim volenti urbem ingredi non licebat. 9 Repressit, sedavit Appius eorum sermones, qui de Appii damnatione loquebantur. 10 Ad se purgandum. 11 Dolabella. 12 Appius. 13 Successore suo. 14 Appium. 15 Quantum. 16 Devincire tibi. 17 Potestate: cum eam provinciam, cui præfuit Appius, et unde testes in eum excitari possunt, administres. 18 Appio. 19 Prius. 20 Agere : quia posses eum juvare, et deserere, ut velles. 21 Justitiam. 22 Rigorem juris, i. si legitimo jure uti volueris, nihil ut pro Appio, nisi quod summa veritas, i. summa justitia, præscribit, agendum tibi existimes : suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ fortasse aliquam dabis. 23 Sine dolo. 24 Sine livore. 25 Deposuisse. 26 Leniorem sive mitiorem, quæ a summo illo jure distat. 27 Gratum facere. 28 Quæ tibi cum Dolabella intercedit. 29 Quod sequitur. 30 Vocationem in jus. 31 Rei. 32 Dolabellæ. 33 Per divortium. 34 In provinciam. 35 De Tullia filia idoneo marito collocanda. 36 Magnam esse proborum adolescentium penuriam. 37 Ut Dolabellæ nubat filia tua. 38 Lite pendente. 39 Dolabella accusator. 40 Accusatione Appii. 41 Postremo id infamiæ tibi sit, invidiam tibi constet : quia videberis, ut sublevares accusationem Dolabellæ, hoc tempore eum tibi affini-

tibi sit, si [42] emanarit. Porro, [43] significatio ulla si [44] intercesserit, clarius, quam [45] deceat, aut [46] expediat, [47] fiat. Neque [48] ille tacere [49] eam rem poterit, [50] quæ suæ [51] spei tam opportuna acciderit, [52] quæque in [53] negotio [54] conficiendo tanto [55] illustrior erit: cum præsertim [56] is [57] sit, qui, si perniciosum sciret esse, loqui de [58] hac re, [59] vix tamen se [60] contineret. [61] Pompejus dicitur valde [62] pro Appio laborare: ut etiam [63] putent alterutrum de [64] filiis ad te [65] missurum. [66] Hic nos omnes [67] absolvimus, et [68] hercule [69] confecta, omnia [70] fœda, et inhonesta sunt. [71] Consules autem habemus [72] summa diligentia: adhuc [73] S. C. nisi de [74] feriis Latinis, [75] nullum facere potuerunt. Curioni nostro Tribunatus [76] conglaciat. Sed dici non potest, quomodo [77] hic omnia [78] jaceant. Nisi [79] ego cum [80] tabernariis, et [81] aquariis pugnarem, [82] veternus civitatem occupasset. Si Parthi vos nihil [83] calefaciunt, nos hic [84] frigore frigescimus. Tamen, [85] quoquo modo hic omnia jaceant, [86] potuit [87] si-

tate junxisse. 42 Divulgatum fuerit, filiam tuam nubere Dolabellæ, Appii accusatori, i. si quid homines de matrimonio resciverint. 43 Voluntatis tuæ, sc. hoc matrimonium tibi placere. 44 Intervenerit. 45 Pro reconciliata cum Appio gratia. 46 Utile sit; Appium enim offendes. 47 Id: et ita monet, ut occultissimum habeat. 48 Dolabella. 49 Tua voluntate filiam tuam sibi desponsatam. 50 Res. 51 De Appii condemnatione. 52 Et quæ res. 53 Quod agit contra Appium. 54 Perficiendo. 55 Clarior ac notior multo erit affinitas hæc ob accusationem Appii, quo studiosius eam Dolabella pervulgavit. 56 Talis. 57 Dolabella. 58 Quam inter nos agimus, i. de matrimonio filiæ tuæ. 59 Summa cum difficultate. 60 A loquendo abstineret. 61 Cujus filio nupta erat Appii filia: ep. 4. l. 3. 62 Ut Appius absolvatur. 63 Homines. 64 Suis, vel Sextum, vel Cneum: quorum alter erat Appii gener. 65 Pompejum: ut auctoritatem gratiamque tuam ad Appii salutem conferas. 66 Romæ. 67 Quodam præjudicio Appium, i. eum absolutum iri omnes putamus: quod ita contigit, defendentibus eum genero M. Bruto, et Hortensio Oratore. 68 Per Herculem. 69 Adhuc a Dolabella. Al. *conscripta*. sc. a Dolabella, in delatione nominis. 70 Ut odium potius, quam veritatem ullam, præ se ferant. 71 L. Paulum, et C. Marcellum. 72 Præditos. 73 Decretum ex senatus sententia factum. 74 Celebrandis. Singulis annis in Albano monte, populi Romani Latinorumque conventu, sacrificium fiebat, distributa singulis populis immolatarum hostiarum carne: conventus autem ille, Feriæ Latinæ. 75 Quibus de rebus ad senatum retulerunt, de iis nullum omnino senatusconsultum factum est: nihil igitur auctoritate, nihil eloquentia valent. 76 Otio, ut rescribit Cic. ep. 13. l. 2, i. friget plurimum, i. aboletur. 77 Romæ. 78 Neglecta sint et torpeant. 79 Ut Ædilis. 80 Opificibus, sive qui præsunt curandis tabernis vel quorum in tabernas cibi gratia homines divertunt. 81 Aquarum et aquæductuum curatoribus. 82 Omnia torperent, nihil ageretur. *Veternus* morbus ex ignavia contractus, qui somnum inducit. Virg. Georg. 2. *Nec torpere gravi passus sua regna veterno.* 83 Vobis non molesti sunt, non negotium facessunt. 84 Otio: ex quo frigus inducitur, ut exercitatione corporis calor. 85 Quomodocunque. 86 Veternus esse. 87 Nisi Parthi nos solicitos facerent.

ne Parthis. [88] Bibulus in [89] Amano [90] nescio quid cohorticularum amisit. Hoc [91] sic [92] nuntiatum est. Quod tibi supra scripsi, Curionem [93] frigere: jam [94] calet: nam [95] ferventissime concerpitur. [96] Levissime enim, quia [97] de intercalando [98] non obtinuerat, [99] transfugit ad populum, et pro Cæsare loqui cœpit, legemque [1] viariam, [2] non dissimilem [3] agrariæ [4] Rulli, et [5] alimentariam, [6] quæ jubet [7] Ædiles [8] metiri [9] jactavit: [10] hoc nondum fecerat, cum priorem [11] epistolæ partem scripsi. Amabo te, si quid, quod [12] opus fuerit, Appio facies, ponito me in [13] gratia. [14] De Dolabella integrum tibi reserves, suadeo: et [15] huic rei, de qua loquor et dignitati tuæ, [16] æquitatisque opinioni hoc ita facere expedit. [17] Turpe tibi erit, Pantheras Græcas [18] me non habere. Vale.

X. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Quam cito tu [2] istinc decedere cupias, nescio: ego quidem [3] eo magis, [4] quo adhuc [5] felicius rem gessisti. [6] Dum [7] istic eris, [8] de belli Parthici [8] periculo cruciabor; ne [9] hunc risum meum metus [10] aliquis perturbet. Breviores has literas [11] properanti [12] publicanorum [13] tabellario subito dedi: tuo liberto

88 Qui Syriæ præerat. 89 Monte, in confinio Ciliciæ. 90 Cohortem primam totam centurionemque primipili, et reliquos cohortis ejusdem, et Tribunum mil. 91 Potest aliter esse, sed nunciatum sic est. 92 Senatui. 93 In otio esse. 94 Minime otiosus est. Lib. VII. ep. 10. *Quamquam vos nunc istic satis* calere *audio*. 95 Boni seu optimates ubique male de eo loquuntur, et ejus levitatem, quod ad Cæsaris partes transfugerit, gravissime accusant. 96 Inconstantissime. 97 Die producenda, ut ea, quæ pro Cæsaris causa cogitabat, commodius posset ad exitum perducere. 98 A collegio Pontificum. 99 Desertor optimatum, quos antea defenderat: ep. 8. 1 Desternendis muniendisque viis. 2 Similem, in eo præsertim, quod se ad eam rem in quinquennium creari volebat. 3 Legi, i. de dividendis agris. 4 Quam Rullus tulit, contra quem extant Ciceronis orationes. 5 De alimentis faciendis, vel de frumento plebi gratis dividendo. ut infimorum hominum studia sibi compararet. 6 Lex. 7 Ut harum rerum, et præsertim annonæ curatores. 8 Metiendo pauperioribus dividere frumentum. 9 Palam dictatavit., se laturum esse. 10 Nondum jactaverat Curio. 11 Hujus. 12 Utile. 13 Appii. 14 Sc. negotium. 15 Matrimonio filiæ tuæ ac Dolabellæ. 16 Iniquior enim videberis, affinitate cum eo juncta, qui Appium, novum amicum tuum, in judicium vocet: suadeo igitur, judicii finem expectes. 17 Quem te mihi amicissimum esse; et isthic imperandi potestatem habere, omnes sciunt. 18 Si non habuero.

1 Habet hæc epistola novarum rerum nuntiationem. 2 Ex provincia, ubi nunc es. 3 Tanto. 4 Quanto. 5 Re bene gesta in Amano monte. 6 Donec. 7 In Cilicia. 8 Propter periculum. 9 Hanc lætitiam meam, ob rem a te prospere gestam. 10 Aliquis, ut in fine epistolæ. *Cum qua sit* aliqui *deprehensus*. 11 Festinanti. 12 Ejus societatis, quæ Asiana vectigalia conduxerat. 13 Ad tabellarium, i. literarum perferendarum ministrum.

pluribus verbis [14] scriptas [15] pridie dederam. Res autem novæ nullæ sane acciderunt: nisi [16] hæc vis tibi scribi, [17] quæ certe vis. [18] Cornificius adolescens [19] Orestillæ filiam sibi despondit. Paula Valeria, soror [20] Triarii, [21] divortium sine causa, [22] quo die [23] vir e provincia venturus erat, fecit. Nuptura est [24] D. Bruto: nondum [25] retulerat. Multa in hoc [26] genere incredibilia, te absente acciderunt. Servius Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi [27] triduo bis [28] deprehensus esset. Quæris, [29] ubi? ubi hercule ego [30] minime vellem: relinquo tibi quod ab aliis quæras: neque enim displicet mihi, [31] Imperatorem singulos [32] percunctari, cum qua sit aliqui deprehensus. Vale.

XI. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Non diu, sed acriter nos tuæ [2] supplicationes [3] torserunt: incideramus enim [4] in difficilem nodum. Nam [5] Curio, tui cupidissimus, cui omnibus rationibus [6] comitiales [7] eripiebantur, [8] negabat se ullo modo pati posse, decerni supplicationes; ne, si quid furore [9] Pauli adeptus esset boni, sua culpa videretur [10] amisisse, et [11] prævaricator causæ [12] publicæ [13] existimaretur. Itaque ad [14] pactionem [15] descendimus: et confirmarunt consules, se [16] his supplicationibus in hunc annum non [17] usuros. Plane, [18] quod utrisque Consulibus gratias agas, est: Paulo magis certe. Nam Marcellus sic respondit [19] ei, [20] spem in istis supplicationibus non [21] habere: [22] Paulus, se o-

14 Literas. 15 Die præcedenti hunc. 16 Hujusmodi res. 17 Quia ridicula putat. 18 Q. Cornificius, qui paulo post fuit Cæsaris Quæstor. 19 Aurelia Orestilla fuit Catilinæ amica. 20 P. Valerii Triarii. 21 Dissolutionem matrimonii, et separationem a viro. 22 Eo die, quo, etc. 23 Maritus. 24 Qui cum M. Bruto et C. Cassio Cæsarem occidit. 25 Ad quos referendum erat, de novis nuptiis, i. nondum ad senatum tulerat, an senatui placeret. 26 Matrimoniali. 27 Intra tres dies. 28 In adulterio. 29 Deprehensus sit, i. in cujus domo, et cum cujus uxore? 30 In amici igitur domo. 31 Te. 32 Interrogare, cum qua aliquis sit deprehensus.

1 Narrat Ciceroni Cœlius, quæ fuerit contentio in Senatu, ob relationem supplicationum, pro re gesta feliciter pro Cicerone. Nunciatoria est Epistola. 2 Quas petisti tibi decerni pro re in Amano monte bene gesta. 3 Angore. 4 In rem, cujus difficilis erat exitus. 5 Tribunus pl. 6 Dies: quibus agere cum populo licebat. 7 Quia differebantur, aut absumebantur. 8 Ut par pari referret. 9 Æmilii, Consulis, nondum a Cæsare corrupti, qui ne quid Curio agere cum populo posset, de cælo servabat: quem Curio *furorem* appellabat. 10 Illud. 11 Desertor, proditor. 12 Ad Remp. spectantis. 13 Judicaretur. 14 Compositionem. 15 Devenimus. 16 Quæ ab aliis Imperatoribus postulabantur. 17 Exceptis iis, quæ Ciceroni decernerentur. 18 Propter quod. 19 Qui ad pactionem descenderat. 20 Quasi nihil Reip. prodessent, aut a Diis immortalibus minime curarentur. 21 Se. 22 Respondit.

muino in hunc annum non [23] edicturum. Renuntiatum nobis erat, Hirrum [24] diutius dicturum: [25] prendimus eum: non modo non [26] fecit, sed, cum de [27] hostibus ageretur, et posset [28] rem impedire, si, [29] ut numeraretur, postularet, [30] tacuit. [31] Tantum [32] Catoni [33] assensus est, qui de te locutus honorifice, non decrerat supplicationes. [34] Tertius ad [35] hos [36] Favonius [37] accessit. Quare pro cujusque natura, et [38] instituto gratiæ sunt [39] agendæ; [40] his, quod [41] tantum [42] voluntatem ostenderunt; pro [43] sententia, cum [44] impedire possent, [45] non pugnarunt: [46] Curioni vero, quod de suarum [47] actionum cursu [48] tua causa [49] deflexit. Nam [50] Furnius, et [51] Lentulus, [52] ut debuerunt, quasi eorum [53] res esset, [54] una nobiscum [55] circumierunt, et laborarunt. [56] Balbi quoque Cornelii operam, et sedulitatem laudare possum. Nam cum Curione vehementer [57] locutus est: et eum, si [58] aliter fecisset, injuriam [59] Cæsari facturum dixit: [60] tum [61] ejus fidem [62] in suspicionem adduxit. [63] Decrerant, qui neque [64] transigi volebant, Domitii, Scipiones; quibus hac re [65] ad intercessionem avocandam [66] interpellantibus, [67] venustissime Curio respondit, se eo libentius non [68] intercedere, quod quosdam, qui [69] decernerent, videret [70] confi-

23 Supplicationes edicto publicaturum seu indicturum toto hoc anno, quamvis decretæ essent. 24 Ut diem dicendo consumeret; ne S.C. fieri posset. 25 Prehendimus, rogavimus, obviam factum complexi sumus, deprecantes ne id faceret: ductum ab eo, quia prendimus, et prensamus, a quibus impetrare aliquid cupimus. 26 Quod renunciatum erat eum facturum. 27 A te devictis, cæsis. Nam lege cautum erat, ne quis triumpharet, nisi quinque hostium millia cecidisset. 28 Quam petis, i. supplicationem. 29 Ut ostenderetur, quo cæsi hostes numero essent. 30 Noluit hoc postulando impedire. 31 Solummodo. 32 M. Porcio Catoni. 33 Licet iratus esset. 34 Ejusdem cum eis sententiæ. 35 Duos, et Hirrum, et Catonem. 36 Catonis imitator, Ædilis curulis hoc anno. 37 Cato sententiam dixerat: assensi sunt Hirrus et Favonius, sententiam non dixerunt. 38 Moribus. 39 A te. 40 Tribus nominatis. 41 Duntaxat, vel saltem. 42 Suam non decernendæ supplicationis. 43 Sua stabilienda, ut omnino non decerneretur supplicatio. 44 Supplicationem. 45 Non acriter contenderunt. 46 Agendæ sunt gratiæ. 47 Quæ differebantur, quia de rebus tuis referebatur. 48 Propter te. 49 Se. 50 Tribunus pl. Ciceronis cupidissimus. 51 Spinther. 52 Quia tibi obnoxii erant. 53 Negotium. 54 Pariter. 55 Prensarunt, ambierunt: qui enim ambit, circumit. 56 Gaditani. 57 Quasi Curio minus bona fide cum Cæsare in gratiam rediisset, nisi ei de supplicationibus Ciceronis gratificaretur. 58 Quam dictum est, i. si supplicationes Ciceronis impediisset. 59 Cui se addixerat, accepta ingenti mercede. 60 Insuper. 61 Curionis. 62 Quasi fictus esset reditus in gratiam cum Cæsare. 63 Decreverant supplicationes. 64 Hanc rem confici. 65 Ne intercederet; hoc enim est *ad avocandam intercessionem*, ad impediendam intercessionem. 66 Crebro et ficte rogantibus, ut supplicationes decernerentur. 67 Pulcherrime. 68 Impedimentum facere. 69 Adjudicarent tibi supplicationem. 70 Eam executioni mandari.

ci nolle. [71] Quod ad Rempub. attinet, in unam [72] causam omnis [73] contentio [74] conjecta est: [75] de provinciis in quam adhuc est: [76] incubuisse [77] cum Senatu Pompejus videtur, ut Cæsar [78] Id. Nov. [79] decedat. Curio omnia potius subire constituit, quam id pati: [80] cæteras suas abiecit actiones. [81] Nostri porro, quos tu bene nosti, ad extremum [82] certamen rem deducere non audent. [83] Scena rei totius hæc; Pompejus tanquam Cæsarem non impugnet, sed, quod [84] illi æquum putet, constituat, ait Curionem [85] quærere discordias. Valde autem [86] non vult, et plane timet, Cæsarem [87] Consulem designari prius, quam exercitum, et provinciam tradiderit. [88] Accipitur satis male a Curione: et totus [89] ejus secundus consulatus [90] exagitatur. Hoc tibi [91] dico; si omnibus rebus [92] prement Curionem, Cæsar [93] defendetur: [94] intercessorem si ([95] quod videntur) reformidabunt, Cæsar, [96] quoad volet, [97] manebit. Quam quisque [98] sententiam dixerit, in [99] commentario [1] est rerum urbanarum: ex [2] quo tu, quæ [3] digna sunt, [4] selige: multa transi, in primis ludorum [5] explosiones, et [6] funerum, et cæterarum ineptiarum: plura [7] habet et utilia. Denique malo [8] in hanc partem errare, ut, quæ non desideras, audias, quam quidquam, quod [9] opus est, prætermittatur. Tibi curæ fuisse de [10] Sittiano negotio gaudeo. Sed, [11] quando suspicaris [12] minus certa fide [13] eos tibi visos, tanquam [14] procurator sic agas, rogo. Vale.

71 Quantum. 72 Actionem. 73 Cæsaris, et Pompeji. 74 Redacta. 75 Retinendis vel tradendis. 76 Operam dedisse. 77 Ut sentit senatus. 78 Tempore ei decem Tribunorum lege concesso. 79 De provincia. 80 Quas supra dixit dilatas. 81 Optimates. 82 Cum Cæsare futurum. 83 Totius rei ratio hæc est, tota res sic se habet. In scena dantur fabulæ. Cœlius transtulit ad significationem rerum omnium, de quibus contentio esset: ut, quemadmodum scena fabulas, item id, quod dicturus est, omnia contineat. 84 Æquum putabat, senatui dicto audientem Cæsarem esse. 85 Negando Cæsarem debere decedere. 86 Pompejus. 87 Quod Cæsar cogitabat. 88 Pompejus contumeliose et acerbe tractatur. 89 Pompeji. 90 Ab eo turpiter vexatur, reprehenditur. 91 Denuntio tanqu m certum. 92 Pompejus et Senatus. 93 Ab amicis: ne cogatur ante legitimam diem decedere. 94 Curionem. 95 Facturi. 96 Quamdiu. 97 In provincia. 98 De provinciis. 99 Ad Ciceronem tunc misso. 1 Habetur. 2 Commentario. 3 Lectione. 4 Scorsum ab aliis elige. 5 Contumeliosas ludorum exagitationes, i. quos populus oderat, eos ad ludorum spectacula accedentes excludebat. 6 Narrationes. 7 Commentarium, vel commentarius. 8 Nimis multa scribendo. 9 Scitu. 10 De syngrapha Sittiana, ut ea persolvatur. 11 Quandoquidem. 12 Non satis. 13 A quibus exigenda pecunia est: nam syngrapha Sittiana facultatem dabat exigendæ pecuniæ. 14 Eorum, i. eo studio, quo solent ii, qui aliena negotia procurant.

XII. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Gratulor tibi [2] affinitate [3] viri [4] medius optimi. Nam [5] hoc ego de illo [6] existimo. [7] Cætera porro, quibus ille [8] sibi parum utilis fuit, et [9] ætate jam sunt [10] decursa? et [11] consuetudine, atque [12] auctoritate tua, pudore [13] Tulliæ, si qua restabunt, confido celeriter sublatum iri. Non est enim [14] pugnax vitiis, neque [15] hebes ad id, quod melius sit, intelligendum. Deinde, quod maximum est, ego illum valde amo. Velles C. Curionem nostrum [16] lautum [17] intercessionis de provinciis [18] exitum habuisse? Nam cum de intercessione [19] referretur: quæ relatio fiebat ex S.C. primaque [20] M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui [21] agendum cum Trib. pl. censebat: [22] frequens Senatus in alia omnia iit. [23] Stomacho est scilicet Pompejus Magnus nunc ita languenti, ut vix id quod sibi placeat, reperiat. [24] Transierant, ut ratio esset [25] ejus habenda, qui neque exercitum, neque provincias traderet. [26] Quemadmodum hoc Pompejus laturus sit, cum cognoscat, quid-nam Reip. futurum sit si aut [27] non curet, [28] vos senes divites videritis. Q. Hortensius, cum has literas scripsi, [29] animam agebat. Vale.

XIII. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Pudet me tibi [2] confiteri, et queri de [3] Apii, hominis ingratissimi, injuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat [4] be-

1 Felicitatem tuam mihi gratam prædico. Gratulatur affinitate Dolabellæ, qui Tulliam, Ciceronis filiam, uxorem duxerat: de Curionis Tribuni pl. intercessione, de provinciis quid actum sit, exponit: Hortensii Oratoris interitum significat. Epistola est nunciatoria. 2 Propter affinitatem, vel de affinitate. 3 Dolabellæ, qui postea cum Tullia divortium fecit. 4 Ita me Deus Fidius, aut Jovis filius Hercules juvet, ut verum dico. 5 Quod sit vir optimus. 6 Judico. 7 Instituta ejus. 8 Temeritatis Dolabellam arguit, quod Appium accusasset, qua sibi ipse novit. 9 Quia non est amplius adolescens. 10 Transacta et abolita. Ætas enim illa vitia minuit, quæ ferebat fervor juvenilis. 11 Conversatione cum maturis viris. 12 Quia verebitur sub tali socero luxuriose vivere. 13 Filiæ tuæ prudentissimæ. 14 Pertinaciter addictus vitiis, vel contumax in vitiis. 15 Tardus et obtusus. 16 Pulchrum, egregium. 17 Obstaculi, ne S. C. fieret de successore Cæsari ante tempus mittendo. 18 Quia valuit intercessio, contra quam M. Marcellus senserat. 19 Consultaretur. 20 Qui consul fuerat anno proximo. 21 Ut intercessio tolleretur. 22 Frequens a Marcello dissensit, aliter censuit. Probavit igitur Curionis intercessionem. 23 Animo. Pompeji hoc erat ingenium, ut voluntatem suam occultaret. 24 Confugerant eo, id probaverant senatores. 25 Cæsaris. 26 Quomodo. 27 Juvare eam. 28 Quorum interest plurimi, Remp. in suo statu permanere. 29 Exspirabat: quia in exitu vitæ crebro spiritus ducitur et reducitur.

1 Graviter de Appio calumniatore hac epistola stomachatur Cœlius. Epistola est conquestoria. 2 Rei veritatem. 3 Pulchri, jam censoris. 4 A me

neficia, cœpit: et, cum [5] homo avarus, ut [6] ea solvere, [7] sibi imperare non posset, [8] occultum bellum mihi indixit: ita occultum tamen ut multi mihi renuntiarent, et ipse facile animadverterem, [9] male eum de me cogitare. Postquam vero comperi [10] eum [11] collegium [12] tentasse, deinde aperte cum [13] quibusdam locutum, cum [14] L. Domitio, [15] ut nunc est mihi inimicissimo homine, deliberare velle, [16] hoc munusculum deferre [17] Cn. Pompejo, [18] ut ipsum reprehenderem, et ab eo [19] deprecarer [20] injuriam, quem vitam mihi debere putarem, impetrare a me non potui. [21] Quid ergo est? [22] Tum aliquot quidem amicis, qui testes erant meorum [23] in illum meritorum, [24] locutus sum. Posteaquam [25] illum, ne cui [26] satisfacere quidem me dignum [27] habere, sensi, malui [28] collegæ ejus, homini alienissimo mihi, et [29] propter amicitiam tuam, [30] non æquissimo, et me [31] obligare, quam illius [32] simiæ [33] vultum subire. [34] Id postquam [35] resciit, [36] incanduit, et me causam inimicitiarum quærere [37] clamitavit, ut, si mihi in [38] pecunia [39] minus satisfecisset, per hanc speciem [40] simultatis eum [41] consectarer. [42] Postea num [43] destitit [44] accersere [45] palam Servium ac-

recepta. 5 Appius. 6 Beneficia debita. 7 Addncere auimum suum. 8 Simultates latentes. 9 Ut faciat mihi malum. 10 Appium. 11 Augures: erat enim Appius augur. Al. *collegam*, nimirum L. Pisonem, qui in censura erat collega Appii, quem iste tentavit, ut et ipse notaret Cœlium. Nam unius Censoris nota, sine alterius consensu, habebatur irrita. 12 Solicitasso, ut aliquid contra me molirentur. 13 Etiam mihi notis. 14 Qui-cum ipse Appius consul fuerat. 15 Hoc tempore, hoc rerum statu: quasi ostendat, nisi resistatur, inimiciorem futurum sibi Appium. 16 In gratiam Pompeji hoc velle facere, sc. me notare. Sic supra *Nemini* hoc deferre munusculum *maluit, quam suo accusatori*, i. accusare. 17 Etiam inimico: quia Cæsari favebat Cœlius. 18 Appium prenderem, i. rogarem, ut accusandi consilium abjiceret. 19 Precando amoverem. 20 Mihi inferendam. 21 Hoc tibi faciendum non putasti, quid igitur fecisti, sc. *inquies*. 22 Responsio. 23 Erga. 24 De Appii injuria. 25 Appium. 26 Hoc dicit, ita se despectum ab Appio, ut ne purgari quidem apud se Appius voluerit: ostenditque nihil esse, cur tam acriter Cœlium insectaretur. 27 Æstimare. 28 Concensori, sc. L. Pisoni, contra quem extat Ciceronis oratio: is Censuram cum Appio gerebat. 29 Quia novit me tibi esse amicum. Ciceronem enim, ejusque amicos oderat L. Piso. 30 Non plurimum faventi, nec rectissimo in me animo. 31 Devincire. 32 Turpissimi hominis, nihil præter figuram hominis habentis, sc. Appii. Sic ep. 2. l. 7. *Hic* simiolus *me, in quem inveheretur delegerat:* et ep. 10. l. 5. 33 Me conspectui illius tanquam supplicem offerre. 34 Me obligatum collegæ suo. 35 Cognovit Appius. 36 Excanduit, vehementi inflammatus est ira: quo motu vultus excandescit. 37 Frequenter clamavit. 38 Quam videtur mutuo accepisse a Cœlio. 39 Non satisfecisset Appius. 40 Latentis odii, i. quod cum in infamia vocarem ficta simultatis causa. 41 Persequerer. 42 Quam in apertas inimicitias res devenit. 43 Appius. 44 Incitare, vel in auxilium suum advocare. 45 Manifeste.

cusatorem, [46] inire cum [47] Domitio consilia, quibus cum parum procederet, ut [48] ulla lege mihi pouerent accusatorem, [49] compellari ea lege me voluerunt, qua [50] dicere non poterant.[51] Insolentissimi homines [52] summis Circensibus ludis meis [53] postulandum me lege [54] Scantinia curant. Vix [55] hoc erat Appius elocutus, cum ego Appium Censorem [56] eadem lege postulavi. [57] Quod melius caderet, nihil vidi. Nam sic est a populo, et [58] non infimo quoque [59] approbatum, ut majorem Appio dolorem [60] fama, quam [61] postulatio, attulerit. Præterea cœpi [62] sacellum, in [63] domo quod est, ab eo [64] petere. [65] Conturbat me mora servi [66] hujus, qui tibi literas attulit. Nam [67] acceptis prioribus literis, amplius [68] quadraginta mansit. Quid tibi [69] scribam, nescio. Scis Domitio [70] diem [71] timori esse? Expecto te valde, et quamprimum videre cupio. A te peto, ut [72] meas injurias perinde [73] doleas; ut me existimas et dolere et ulcisci [74] tuas solere. Vale.

XIV. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Tanti non fuit [2] Arsacem capere [3] et Seleuciam [4] expugnare, ut earum rerum, quæ [5] hic gestæ sunt, spectaculo [6] care-

46 Caperc. 47 Homine inimicissimo. 48 Ut subornarent accusatorem, qui ulla lege me posset accusare. In 1. Verr. *Accusator* ponitur *civis Romanus de creditoribus Lampsacenorum.* 49 In jus sive judicium vocari. Ad Att. ep. 2. l. 2. *Nigidium minari, in concione se judicem, qui non fuerit*, compellaturum. 50 Agere contra me, i. nihil erat, quod objicere mihi possent. 51 Protervissimi et superbissimi. 52 Extremis diebus ludorum Romanorum quos ego in Ædilitate mea edidi. 53 In jus vocandum et accusandum. 54 Quam Scantinius Aricinus in nefandum marium concubitum tulit. 55 Ut me lege Scantinia postularent. 56 Scantinia. 57 Quam censorem, qui moribus præest, et magister morum appellatur, lege Scantinia in judicium vocare. 58 Summo, nobilissimo. 59 Id factum meum. 60 Diffamatio: cum increbresceret. Censorem, corrigendis moribus præpositum, tam turpi crimine postulari. 61 Vocatio in jus, vel accusatio. 62 Locum sacris addictum: vulgus *Capellam* vocat. 63 Appii. Censorum erat curare, ut sacella non in domo cujusquam essent, sed populo paterent. 64 Ut ostenderet Cœlius, Appium censorem officio suo deesse. 65 Multum turbat. 66 Mei. 67 Postquam acceperat priores literas. 68 Diebus. 69 De exitu litis nostræ. 70 Comitiorum auguratus. 71 Ad timorem: quasi jam tum prævideret, si repulsam tulisset, quantos esset risus excitaturus. 72 Mihi ab Appio illatas. 73 Cum dolore feras. 74 Injurias tibi illatas. Mirus enim contra Clodianos Milonis defensor in Tribunatu fuerat.

1 Tanto pretio æstimandum. Narrat, quæ Domitio in repulsa contigerint: denunciatque bellum futurum inter Cæsarem et Pompejum. Epistola est nunciatoria. 2 Parthorum Regem. 3 Regiam Parthorum, a Seleuco exædificatam, uno ex ducibus Alexandri, quem Arsaces devicit. 4 Pugnando superare. 5 Romæ. 6 Deberes velle carere.

res: nunquam tibi [7] oculi doluissent si in [8] repulsa [9] Domitii vultum vidisses: [10] magna illa [11] comitia fuerunt, et plane [12] studia ex [13] partium sensu apparuerunt: perpauci [14] necessitudinem secuti, officium præstiterunt. Itaque mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quenquam tam oderit, quam me: atque [15] eo magis, quod per injuriam sibi putat [16] ereptum, [17] cujus ego auctor fuerim. Nunc [18] furit, [19] tam gavisos homines [20] suum dolorem, unumque me [21] studiosiorem Antonii. Nam Cn. Saturninum adolescentem ipse Cn. Domitius [22] reum fecit, sane quam superiore a vita invidiosum: [23] quod judicium nunc in exspectatione est, [24] etiam in bona [25] spe, post Sext. Pæducei absolutionem. De summa Republ. sæpe tibi scripsi, me [26] annuam pacem non videre: et, quo propius ea [26] contentio, quam fieri necesse est, accedit, eo [28] clarius id periculum apparet. Propositum [29] hoc est, de quo, qui [30] rerum potiuntur, sunt dimicaturi: quod Cn. Pompejus constituit non pati, C. Cæsarem Consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit: Cæsari autem persuasum est, se salvum esse non posse, si ab exercitu recesserit. [31] Fert illam tamen conditionem, ut [32] ambo exercitus [33] tradant. [34] Sic illi [35] amores, et [36] invidiosa [37] conjunctio non ad occultam recedit obtrectationem, sed ad bellum se [38] erupit: neque mearum rerum quid consilii capiam, reperio: neque dubito quin te [39] quoque hæc deliberatio sit perturbatura. Nam

7 Sed semper te ad risum excitassent, i. nunquam, quod nolis, vidisses. Nam *oculos dolere* dicimus de eo, qui rem molestam odiosamque videt. Sic apud Ter. in Phor. *Vin, primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata, Et quod tuo viro* oculi doleant? 8 Cum auguratum peteret, M. Antonio Competitore augere facto. 9 Lucii Domitii. 10 Qui multi convenerant. 11 Quibus populus convenerat ad creandos magistratus. 12 Favores, et quidem tanti, ut multi postea de vi condemnati sint: quia nimis Antonii studiosi fuissent. 13 Competitorum sententia. 14 Eo quod essent necessarii. Officium, inquit, perpauci Domitio præstiterunt: iique ex maxime necessariis, seu qui et cognatione et amicitia ei fuerunt conjunctissimi, ii saltem fecerunt, quod officium ab iis flagitabat, impulsi ad hoc necessitudine: reliqui vero, qui necessitudinem non sequebantur, ab officio desciverunt. 15 Domitius odit me. 16 Magistratum. 17 Injuriæ. 18 Domitius. 19 Tantum. 20 Propter dolorem suum. 21 Magis faventem Antonio, competitori suo, qui auguratum obtinuit. 22 Accusavit. 23 De Saturnino. 24 Saturninus est. 25 Absolvendi. 26 Quæ duret annum; nam intra hunc annum orietur bellum civile. 27 Cæsaris et Pompeji. 28 Evidentius. 29 Hujusmodi. 30 Auctoritate, gratia, opibus in civitate plurimum possunt. 31 Offert. 32 Tam ipse, quam Pompejus. 33 Senatui. 34 In tantum. 35 Qui fuerunt inter Cæsarem et Pompejum, præsertim post nuptias Juliæ Cæsaris filiæ, Pompejo collocatæ. 36 Cui plurimi inviderunt, invisa, quam improbarunt omnes boni. 37 Triumviratus, quem inierant Crassus, Pompejus et Cæsar, his legibus, ut nihil in republica gereretur, ipsis improbantibus. 38 Extendit. 39 Ut me.

mihi cum [40] hominibus his et gratia et necessitudo est: [41] tum [42] causam illam, [43] non homines odi. [44] Illud te non arbitror fugere, quin homines in dissensione [45] domestica debeant, quamdiu civiliter sine armis [46] cernitur, honestiorem sequi partem: ubi [47] ad bellum et castra ventum sit, [48] firmiorem: et id melius [49] statuere, quod tutius sit. In hac discordia video, Cn. Pompejum, senatum, [50] quique res judicant, secum habiturum: ad Cæsarem omnes, [51] qui cum timore aut [52] mala spe vivant, accessuros: [53] exercitum [54] conferendum non esse: [55] modo sat spatii fit ad considerandas utriusque copias, et ad eligendas partes. Prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum. Scis Appium Censorem hic [56] ostenta facere? de [57] signis et [58] tabulis, [59] de agri modo, [60] de ære alieno [61] acerrime agere? Persuasum est ei, censuram [62] lomentum aut nitrum esse. Errare mihi videtur: nam sordes eluere [63] vult, venas sibi omnes [64] et viscera aperit. Curro per deos atque homines, et quam primum haec risum veni: [65] legis Scantiniæ judicium apud [66] Drusum fieri: [67] Appium de [68] tabulis et signis agere. Crede mihi, [69] est properandum. [70] Curio noster sapienter id, quod [71] remisit [72] de stipendio Pompeji, fecisse existimatur. Ad summam, quæris, quid putem futurum? Si [73] alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas [74] impendere discordias: quas ferrum, et [75] vis [76] judicabit. Uterque et a-

40 Pompejanis. 41 Insuper. 42 Certaminis vel Cæsaris, extraordinariam potentiam quærentis. 43 Amabat enim Curionem, Antonium, Dolabellam, Cæsaris causam acerrime tuentes. 44 Non dubito te scire. 45 Civili. 46 Dimicabitur, certabitur. Virgil. *Inter se coiisse viros et* cernerè *ferro.* 47 Postquam. 48 Fortiorem sequi partem. 49 Existimare. 50 Et judices: quos Pompejus tertium consul legerat. 51 Qui vel judicia metuant ob delicta, vel hoc Reip. statu nihil sperent. 52 Dubia. 53 Forum. 54 Comparandum, cum longe melior sit Cæsarianus. 55 Dummodo. 56 Mirifica, quæ nemo crediderit facile, dum sc. gravem censorem ludit: signis enim ac tabulis qui summopere delectetur, is si alios ab ejusmodi studio ac sumptu deterreat, ostentum est. 57 Effigiebus rerum. 58 Pictis. 59 De moderanda agrorum possessione. 60 Debito, ne debitores usuris exhaurirentur. 61 Ut auctoritate censoria sumptus moderetur, qui fiunt in signa et tabulas. 62 Censuram ita sordes posse obtegere, ut lomentum rugas tollit: aut eluere, ut nitro e vestibus eluuntur maculæ, i. putat se censuræ diligentia et severitate infamiam posse tollere eorum vitiorum, quibus antea se turpiter inquinavit. 63 Appius. 64 Et intima animi sui manifestat. Q. d. tantum abest, ut veterem de suis vitiis opinionem hominum deleat, ut eam hac severitate vehementius etiam commoveat.. 65 De turpi libidine. 66 Livium Drusum, prætorem, quo nemo magis contra legem Scantiniam commisit. 67 Censorem, male audientem earum rerum causa, de quibus acerrime agit. 68 Non possidendis. 69 Tibi. 70 Tribunus plebis. 71 Detraxit. 72 Pompeji legionibus persolvendo. 73 Aut Cæsar aut Pompejus. 74 Imminere. 75 Violentia. 76 Quasi armorum judicio ac sententia dirimentur eorum

nimo et copiis est paratus. Si sine summo [77] periculo fieri posset, magnum et [78] jucundum tibi fortuna spectaculum parabat. Vale.

XV. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Ecquando tu hominem [2] ineptiorem, quam tuum Cn. Pompejum, vidisti, qui tantas [3] turbas, qui tam [4] nugax esset, [5] commorit? Ecquem autem Cæsare nostro acriorem in rebus [6] gerendis, eodem in victoria temperatiorem aut legisti, aut audisti? [7] Quid est? nunc tibi [8] nostri milites, qui [9] durissimis et frigidissimis locis, [10] teterrima hyeme, bellum [11] ambulando confecerunt, [12] malis orbiculatis esse pasti videntur? Quid? [13] jam, inquis, gloriose omnia. Si scias quam solicitus sim, tum hanc meam gloriam, [14] quæ ad me nihil pertinet, derideas. [15] Quæ tibi exponere, nisi [16] coram, non possum: [17] idque celeriter fore spero. Nam me, cum [18] expulisset ex Italia Pompejum, constituit ad [19] urbem vocare: id quod jam existimo [20] confectum: nisi si maluit Pompejus Brundusii [21] circumsederi. Peream, [22] si minima causa est properandi [23] isto mihi, quod te videre, omnia intima [24] conferre [25] discupio. Habeo autem quam multa! Hui vereor (quod solet fieri) ne, cum te videro, omnia obliviscar. Sed tamen quodnam ob scelus iter mihi necessarium [26] retro ad Alpes versus incidit? [27] Adeo quod [28] Intimelii in armis sunt: neque de magna causa Bellienus, [29] verna Demetrii, qui ibi cum præsidio erat, Domitium quemdam nobilem [30] illi Cæsaris hospitem, a contraria factione [31] num-

discordiæ. 77 Reipublicæ. 78 Committendo sc. duos illos viros, qui præcipui tui exilii auctores fuerunt.

1 Numquid aliquando, laudando Cæsarem, vituperat Pompejum, qui excitaverit populum romanum ad arma. Adjicit, se magnopere exoptare adventum Ciceronis. Postremo narrat, quomodo ob subitos Galliæ motus iter facere in provinciam cogatur. Epistola est nunciatoria. 2 Qui nihil prudenter, nihil strenue agat. 3 Turbationes rerum: is enim Remp. perturbavit, cum ea Cæsari conaretur eripere, quæ ut ei tribuerentur, idem in secundo tertioque consulatu laboraverat, atque effecerat. 4 Vanus et futilis. 5 Commoverit. 6 Fortiter. 7 Quæris, cur sic gestiam? 8 Cæsariani. 9 Circa Corfinium. 10 Asperrima, ob imbres, nives, procellas, frigora. 11 Quasi ludendo finiverunt. 12 Delicatis cibis, deliciis adsueti, qui nec frigus, nec famem pati possunt. 13 Dices, jam vobis gloriose omnia successerunt. 14 Quæ nihil tangit, minime delectat. 15 Quales res. 16 In præsentia. 17 Quod possim coram exponere. 18 Cæsar. 19 Romam. 20 Peractum. 21 Obsideri. 22 Nisi maxima est causa. 23 Ad istum locum ubi tu es. 24 Tecum. 25 Valde cupio. 26 Retrorsum. 27 Ob eam causam: al. ideo. 28 Populi Transalpini; *Intimelium* enim oppidum trans Alpes. 29 Servus ex ancilla natus. 30 Illic, ibi. Terent. Phorm. *Interea dum sederemus* illi. 31 Eo quod

*

mis acceptis comprehendit, et strangulavit. Civitas ad arma [32] iit. [33] Eo cum quatuor cohortibus mihi [34] per nives eundum est. Usquequaque, inquis, [35] se Domitii [36] mali daut. Vellem quidem [37] Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro [38] Domitio, quantum [39] Psecade natus [40] in hoc habuit. Ciceroni [41] F. S. D. Vale.

XVI. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Exanimatus sum [2] tuis literis, quibus nihil nisi triste cogitare ostendisti: neque id, quid esset, perscripsisti: [3] neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti. Has ad te illico literas scripsi. Per [4] fortunas tuas, Cicero, per liberos te oro et obsecro, [5] ne quid gravius de salute, et incolumitate tua [6] consulas. Nam Deos hominesque, amicitiamque nostram [7] testificor, me neque temere tibi [8] prædixisse, neque temere monuisse: sed, postquam Cæsarem, [9] convenerim, sententiamque ejus, qualis futura esset, [10] parta victoria, cognoverim, [11] te certiorem fecisse. Si existimas [12] eandem rationem fore Cæsari in mittendis [13] adversariis, et [14] conditionibus [15] ferendis, erras. Nihil nisi atrox et sævum cogitat, atque etiam loquitur. [16] Iratus Senatui [17] exiit: his [18] intercessionibus plane incitatus est: non mehercule erit [19] deprecationi locus. Qua-

nummos acceperat. 32 Confluxit. 33 Ad eum locum. 34 Quia hyeme. 35 Quoniam Domitius Ænobarbus paulo ante a Cæsare Corfinii captus erat. 36 Legendum, *male*. Male *se dare* est, turpiter se dare, ut apud Terentium. 37 Cæsar, qui suæ stirpis originem a Venere ducebat. 38 L. Domitio Corfinii capto. 39 Bellienus, ancilla natus. *Psecades* enim seu ornatrices erant ancillæ. 40 Si Bellienus, ancilla natus, Domitium comprehendere et strangulare non dubitavit: quid Cæsari, Venere prognato, in vestro Domitio faciendum fuit? 41 Filio salutem dic.

1 Factus expers animi. Cum versaretur Resp. in magnis periculis propter discordias Cæsaris et Pompeji, idque questus esset Cic. suspicatus Cœlius ipsum a Cæsare ad Pompejum defecturum, monet ne id faciat. Suasoria est epistola. 2 Per tuas literas, quæ non exstant. 3 Significatione tamen quadam ostendisti. 4 Facultates. Usurpatur hic loquendi modus in re misera. Lib. XIV. Epist. 1. *Per* fortunas *miseras nostras vide ne puerum perditum perdamus*. 5 Ne quid statuas, quod saluti tuæ non expediat. 6 Per deliberationem incipias. 7 Testes facio. 8 Quicquam. 9 Allocutus fuerim. 10 Si obtinuerit victoriam. 11 Me tibi eam significasse. 12 Ita lenem fore Cæsarem in salute adversariis tribuenda, ut fuit in conditionibus de pace. 13 Iis, qui eum persecuti fuerint. 14 Pacis sive concordiæ, quas Cæsar æquas ferre videbatur. Tulerat enim illam conditionem, ut ipse et Pompejus exercitus tradant. 15 Offerendis. 16 Quia non obtinuisset, ut legati ad Pompejum de pace mitterentur. 17 Urbe Roma, profecturus in Hispaniam. 18 Obstaculis a senatu factis, vel intercessionibus L. Metelli Tribuni pl. qui, quascunque res agere Cæsar Romæ instituerat, impediebat. 19 Purgationi culpæ, vel petitioni veniæ.

re, si tibi [20] tu, si [21] filius unicus, si [22] domus, si spes tuæ reliquæ tibi [23] caræ sunt, si aliquid apud te [24] nos, si vir optimus [25] gener tuus [26] valet (quorum fortunas non debes velle conturbare) ut eam [27] causam, in cujus victoria salus [28] nostra est, odisse, aut relinquere cogamur, aut [29] impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita, quod [30] offensæ fuerit, in ista [31] cunctatione te prius [32] subiisse: nunc te contra [33] victorem facere, quem [34] dubiis rebus lædere noluisti, et ad [35] eos [36] fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, summæ stultitiæ est. [37] Vide, ne, dum pudet te [38] parum optimatem esse, parum diligenter, [39] quid optimum sit, eligas. Quod si [40] totum tibi persuadere non possum: saltem, [41] dum, quid [42] de Hispaniis agamus, scitur, exspecta: [43] quas tibi nuntio [44] adventu Cæsaris fore [45] nostras. Quam [46] isti spem habeant, amissis Hispaniis, nescio. [47] Quod porro tuum consilium sit ad [48] desperatos accedere, non medius fidius [49] reperio. [50] Hoc, quod tu non dicendo mihi significasti, Cæsar audierat: ac, simulatque [51] have mihi dixit, statim, te quid de te audisset, exposuit: negavi me scire: sed tamen ab eo petii, ut ad te [52] literas [53] mitteret, [54] quibus maxime ad [55] remanendum commoveri posses. Me secum in Hispaniam ducit. Nam, nisi ita faceret, ego prius, quam ad urbem accederem, ubicunque esses, ad te percurrissem, et hoc a te præsens [56] contendissem, atque omni vi te retinuissem. [57] Etiam atque etiam, mi Cicero, cogita, ne te tuosque omnes funditus evertas: ne te sciens [58] prudensque [59] eo demittas, unde exitum vides nullum esse.

20 Es carus. 21 Marcus Cicero. 22 Familia sive domestici. 23 Al. *cura*. 24 Valemus, i. rogo te pro eo, quanti apud te sum. 25 Dolabella, qui apud Cæsarem erat. 26 Aliquid auctoritatis habet. 27 Cæsaris. 28 Mea, et Dolabellæ. 29 Adhærendo Cæsari, et inimicis ejus omnibus exitium optando. 30 Læsionis, i. si vereris, ne, in Italia si remanseris, Pompejum lædas. 31 Mora tua Capuæ et in ora maritima, cum nondum ad eum transieris. 32 Offendisse, quia cunctatus es, nec ad eum statim accessisti. 33 Cæsarem. 34 Cum adhuc dubius esset belli exitus, vel cum adhuc Pompejus in Italia consisteret. 35 Pompejanos. 36 A Cæsare: jam in Græciam Pompejus fugerat. 37 Attende et prospice. 38 Non satis haberi in numero optimarum et primorum civitatis, i. parum officio fungi boni civis. 39 Quid tuæ tuorumque saluti plurimum conducat. 40 Ne omnino ad Pompejum transeas, sed ut omnino Cæsari reconcilieris. 41 Donec. 42 Ejecto Italia Pompejo, in Hispanias contra ejus legatos profectus est Cæsar. 43 Hispanias. 44 In eas. 45 Nostrarum partium: quod etiam evenit. 46 Temerarii Pompejum sequentes. 47 Quale. 48 De salute tuenda. 49 Excogitare possum. 50 Velle te ad Pompejum navigare. 52 Matutina salutatio fuit. 52 Misit: quæ sunt l. 10. ep. ad Att. 53 Ex itinere. 54 Literis. 55 In provincia, donec res cum Pompejo transigatur. 56 Diligentér impetrare studuissem. 57 Sæpe et diligenter. 58 Prævidens periculum. 59 Ad id periculi.

Quod si te aut voces [60] optimatum commovent, aut [61] nonnullorum hominum [62] insolentiam et [63] jactationem [64] ferre non potes, eligas, censeo, aliquod oppidum [65] vacuum a bello, [66] dum hæc decernuntur; quæ jam erunt [67] confecta. Quæ tu cum feceris, et ego te sapienter fecisse judicabo, et [68] Cæsarem non [69] offendes. Vale.

XVII. M. COELIUS M. T. CICERONI S. D.

[1] Ergo me potius in [2] Hispania fuisse, tum, quam Formiis, cum tu profectus es ad Pompejum? quod utinam aut [3] Ap. Claudius [4] in ista parte aut [5] C. Curio: cujus amicitia me paulatim in hanc perditam causam [6] imposuit: nam mihi sentio bonam mentem [7] iracundia et [8] amore ablatam. Tu porro, cum ad te proficiscens noctu Ariminum venissem, dum mihi [9] pacis mandata das ad Cæsarem, et mirificum civem agis, amici officium neglexisti, neque mihi [10] consuluisti. Neque hoc dico, [11] quod diffidam huic causæ: sed, crede mihi perire [12] satius est, quam [13] hos videre. Quod si timor [14] vestræ crudelitatis non esset, [15] ejecti [16] jampridem [17] hinc [18] essemus. Nam hic nunc, præter [19] fœneratores [20] paucos, nec homo, nec

60 Ciceronem reprehendentium, quod Pompejum et consules, i. ipsam Remp. deseruisset. 61 Quorumdam Cæsarianorum, qui, quasi jam parta victoria, ita se insolenter efferant, ut ferre vix possis. 62 Superbiam. 63 Qui se insolenter jactant, quasi devictis Pompeji partibus. 64 Tolerare. 65 Immune. 66 Donec et quamdiu hæc negotia bellica armis dijudicantur, ad exitum perducantur. 67 Expleta. 68 Qui permittet te ne utrius partes sequi. 69 Lædes.

1 Indignatio: ergo, inquit, ita accidit, quod nunc vehementer doleo, ut, cum tu ad Pompejum profectus es, ego in Hispania potius cum Cæsare, quam Formiis fuerim: nam omnino tecum in Græciam navigassem. Conqueritur multum de Cicerone Cœlius, et pœnitentia se duci scribit, quod Pompejum non secutus sit. Postremo, quid contra Cæsarem moliatur, exponit. Epistola accusatoria et nunciatoria. 2 Quo me ducebat Cæsar et in qua contra Pompeji legatos, Afranium et Petrejum, Cæsar bellum gesserat. 3 Cœlii inimicissimus. 4 In qua tu es. 5 Cœlii familiaris. 6 Collocavit. 7 In Appium, qui a Pompeji castris me retraxit. 8 In curionem, qui in Cæsaris amicitiam me deduxit. 9 Ut te pacificum nuntiarem. 10 Consilio prospexi, i. nullam mei curam suscepisti. 11 Quod belli exitum timeam, quod vereri mihi veniat in mentem, ne Cæsar a Pompejo vincatur. 12 Melius est, præstat. 13 Nostros fautores tam insolentes, Servilium, Trebonium, et reliquos Cæsarianos. 14 Quam exercetis in victos: minatus enim erat Pompejus, ab urbe discedens, hostium se loco habiturum esse, qui Romæ remansissent, et qui in castris Cæsaris fuissent. 15 A populo, qui jam Cæsarem odisset. 16 A pluribus diebus. 17 Ex urbe Roma. 18 Cæsariani omnes. 19 Per quos fierent æstimationes possessionum et rerum, quanti quæque earum ante bellum fuissent, atque eæ creditoribus traderentur. *Foeneratores* sunt homines pecuniosi, qui nummos alii fœnori dant. 20 Victoriam Pompeji timentes, quia præter cæteros pecuniis

[21] ordo quisquam est, nisi Pompejanus. Equidem jam [22] effeci, ut maxime [23] plebs, et, qui antea noster fuit, populus, vester esset. Cur hoc, inquis? imo reliquias exspectant. Vos invitos [24] vincere coegero: irritavi in me Catonem. Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quam nos [25] pateamus, et quam simus [26] imbecilli. Atque [27] hoc nullius præmii spe faciam, sed, quod apud me plurimum solet valere, [28] doloris atque [29] indignitatis causa. Quid [30] istic facitis? prælium exspectatis, quod [31] firmissimum est? Vestras copias non novi: [32] nostri valde [33] depugnare, et [34] facile [35] algere, et esurire consueverunt. Vale.

LIBER NONUS.

I. M. T. C. M. TERENTIO VARRONI S. D.

[1] Ex iis literis, quas Atticus [2] a te missas mihi legit, quid ageres, et ubi esses, cognovi: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex eisdem literis potui suspicari. [3] In spem tamen venio, appropinquare tuum adventum: [4] qui mihi utinam [5] solatio sit: etsi tot tantisque [6] rebus [7] urgemur, ut nullam [8] allevationem quisquam [9] non stultissimus sperare debeat. Sed tamen aut tu potes me, aut [10] ego te fortasse, aliqua re juvare. Scito enim me, posteaquam [11] in urbem venerim rediisse [12] cum veteribus amicis, (id est, cum liberis nostris) in gra-

abundarent. 21 Hominum gradus et genus. 22 Appellatione concessa, legibusque de mercede habitationum conductoribus donanda. 23 Vilissima pars populi, fæx populi; quæ tamen sæpe cum populo conjungitur. Lib. x. Epist. 8. *Plancus Imp. Cos. des. S.D.C. Con. Pr. Trib. pl. Sen. pop.* pl. q. *R.* i. *Consulibus, Prætoribus Tribunis plebis, Senatui, populo,* plebique *Romana.* 24 Nos. 25 Subjecti simus injuriæ. 26 Debiles. 27 Cogam vos invitos nos vincere. 28 Quod Cæsar Trebonio prætori urbanam jurisdictionem mandasset, quam Cœlius expetebat. 29 Indignationis: quod suæ dignitatis rationem Cæsar non habuisset, Trebonio prælato. 30 In Græcia. 31 Certissimum futurum, ex parte Cæsaris. 32 Milites, sc. Cæsariani. 33 Plus est, quam pugnare: auget enim *de* in compositione. 34 Nullo incommodo. 35 Frigus et inediam pati: quæ diuturnis belli perferri necesse est. Cæsaris autem milites novem annos, Cæsare imperatore, in Gallia pugnaverant.

1 Varronis adventum expetit: et quod ad pristina literarum studia se contulerit nuntiat. Nuntiatoria est epistola. 2 Al. *ad se.* 3 Incipio tamen sperare. 4 Adventus tuus. 5 Ad solatium, i. tibi tam prosper, ut mihi solatium afferat. 6 Adversis. 7 Premimur. 8 Diminutionem mali, et recreationem animi. 9 Qui non sit stultissimus. Stultissimum enim esse oportet, qui tam gravi Reip. tempore, allevationem ullam sperare possit. 10 Possum. 11 Cum Cæsar confecto Alexandrino bello, reversus Ciceroni, qui Pompejum secutus erat, pepercisset, eique permisisset, ut in urbem veniret. 12 Consuetudinem renovasse.

tiam: etsi non idcirco eorum usum dimiseram, quod [13] his [14] succenserem, sed quod eorum me [15] suppudebat. Videbar enim mihi, cum me [16] in res turbulentissimas [17] infidelissimis [18] sociis demisissem, [19] præceptis [20] illorum non satis [21] paruisse. [22] Ignoscunt mihi, et [23] revocant [24] in consuetudinem pristinam: teque, quod in [25] ea permanseris, sapientiorem, quam me, dicunt fuisse. Quamobrem, [26] quando [27] placatis [28] his utor, videor sperare debere, si te viderim, et [29] ea, quæ [30] premant, et ea, quæ [31] impendeant, me facile transiturum. Quamobrem, sive in [32] Tusculano, sive in [33] Cumano [34] ad te placebit, sive (quod minime velim) Romæ: dummodo simul simus, [35] perficiam profecto, ut id utrique nostrum commodissimum esse dijudicetur. Vale.

II. M. T. C. VARRONI S. D.

[1] Caninius idem [2] tuus, et idem noster, cum ad me [3] pervesperi venisset, et se [4] postridie mane ad te iturum esse dixisset, dixi ei me daturum [5] aliquid mane, et, ut [6] peteret, rogavi. Conscripsi epistolam noctu: nec [7] ille ad me rediit: [8] oblitum credidi. Attamen [9] eam ipsam tibi epistolam misissem per meos, nisi audissem ex eodem, postridie te mane e [10] Tusculano exiturum. At [11] tibi [12] repente paucis post diebus, cum minime exspectarem, venit ad me Caninius mane: proficisci ad te statim, dixit: etsi erat [13] ἕωλος [14] illa epistola, præsertim tantis postea [15] novis rebus allatis, tamen [16] perire meam [17] lu-

13 Libris nostris. 14 Subiratus essem. 15 Aliquantulum pudebat, i. quod ex eis pudorem contraxerim. 16 In bellum civile. 17 Mihi. 18 Pompejanis, de quorum in Remp. atque in me voluntate nihil mihi certum possem polliceri. 19 De prudentia præsertim. 20 Librorum nostrum, vetantium nihil temere agere. 21 Obedivisse. 22 Libri. 23 Me. 24 Libenter mecum conversantur, i. ego cum illis libenter versor. 25 Consuetudine cum libris: quamvis legatus Pompeji in Hispania, et postea mecum, et cum reliquis Durrachii fueris. 26 Quandoquidem. 27 Pacificatis. 28 Libris. 29 Mala. 30 Nos urgeant. 31 Immineant, sc. post Africanum bellum, quod Cæsar nunc gerebat. 32 Agro, ubi villam habebat Cicero, et Tusculanas quæstiones scripsit. 33 Ubi alteram villam habuit. 34 Apud te et in villa tua. 35 Mutuo sermone et studiis communicandis.

1 Diutius retentæ epistolæ causam exponit. Deinde suadet, ut hominum frequentiam vitet. ¡Epistola est suasoria. 2 Amicus. 3 Auget autem *per*, ut sero admodum dicat eum venisse. 4 Die proxime sequente. 5 Literarum. 6 Eas a me. 7 Caninius. 8 Promissi, vel ad me redire. 9 Eandem. 10 Agro. 11 Ornatus gratia hic addidit Cicero. 12 Subito; celeriter. 13 Obsoleta, antiqua, non recens. 14 Quam noctu scripseram. 15 Victoria Cæsaris Africana. 16 Perditum iri. 17 Operationem quasi ad lucernam, i. perire laborem illum nolui, quem in elucubrando susceperam. *Lucrubatio* enim est actus ille, operaque illa, quæ ponitur in elucubrando.

cubrationem nolui, et [18] eam ipsam Caninio dedi: sed cum [19] eo, et homine docto, et [20] tui amantissimo, locutus [21] ea sum, quæ [22] pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consilii do, quod mihimetipsi, ut [23] vitemus, [24] oculos hominum, si [25] linguas [26] minus facile [27] possimus. Qui enim [28] victoria se [29] efferunt, quasi victos nos [30] intuentur: qui autem victos esse [31] nostros moleste ferunt, nos [32] dolent vivere. Quæres fortasse, cur, cum [33] hæc in [34] urbe sint: non [35] absim, quemadmodum [36] tu. Tu enim ipse, qui et me, et alios prudentia vincis, omnia credo, vidisti: nihil omnino [37] te fefellit. Quis est tam [38] Lynceus, qui in tantis tenebris [39] nihil [40] offendat, nusquam [41] incurrat? Ac mihi [42] quidem jampridem [43] venit in mentem, [44] bellum esse, [45] aliquo [46] exire, ut ea, quæ agebantur hic, quæque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed [47] calumniabar ipse: putabam, qui obviam [48] mihi venisset, ut cuique [49] commodum esset, suspicaturum, aut dicturum, etiamsi non suspicaretur. [50] Hic aut metuit, et [51] ea re fugit, aut [52] aliquid cogitat, et habet [53] navem paratam. Denique, [54] levissime qui suspicaretur, et qui fortasse me novisset optime, putaret me idcirco discedere; quod [55] quosdam homines oculi mei [56] ferre non possent. [57] Hæc ego suspicans, adhuc Romæ maneo: et tamen [58] λεληθότως [59] consuetudo diuturna callum jam [60] obduxit [61] stomacho meo. Habes rationem mei consilii. [62] Ti-

18 Epistolam. 19 Caninio. 20 Qui te maxime amat. 21 Fortasse literis non committenda. 22 Denunciasse tibi. 23 Fugiamus. 24 Qui vitari in urbe non possunt. 25 Hominum. 26 Non satis. 27 Vitare. 28 Propter victoriam Cæsaris. 29 Extollunt. 30 Inspiciunt. 31 Pompejanos. 32 Ægre ferunt. Vide ep. 5. 33 Mala. 34 Roma. 35 Ab urbe. 36 Abes. 37 Prudentiam tuam fugit. 38 Prudens, qui in tanta rerum perturbatione non peccet interdum. Lynceus est per ἀντονομασίαν, qui acerrimo oculorum sensu est præditus, qui longe providet, sive id oculis faciat, sive mente. Lynceum enim ea vidisse, quæ longissime distabant, memoriæ proditum est. 39 Non Cic. 11. Tuscul. *Æmulatio autem dupliciter quidem illa dicitur, sed eo* nihil *hoc loco utimur.* 40 Peccet, errat. Liv. 1.35. *Si in re navali*, cujus esset *ignarus*, offendisset. 41 Damnum. 42 Certe. 43 Cogitavi. 44 Aliquantulum bonum. 45 In aliquem locum. 46 Urbe. 47 Ipse falsa hac suspicione me morabar, impedimentum mihi objiciebam. 48 Urbem egredienti. 49 Opportunum visum. 50 Cicero, ex urbe fugiens 51 Ob eam causam. 52 Mali in Cæsarem. 53 Qua ad hostes transfugiat. 54 De levissima culpa. 55 Victores Cæsarianos. 56 Pati. 57 De me suspicanda. 58 Sensim, latenter. 59 Jam longa malorum patientia didici omnia ferre, omnes indignitates concoquere: nulla re moveor amplius. Tusc. 2. *Ipse labor quasi* callum *quendam* obducit *dolori*. *Callus* est proprie cutis densior et indurata et frequenti labore et itinere in manibus pedibusque. 60 Ferendo et tolerando imposuit. 61 Ut ea minus aliquanto sentiat, quibus angebatur antea. 62 Scribo, vel

bi igitur hæc. [63] Censeo [64] latendum [65] tantisper [66] ibidem, [67] dum [68] defervescit hæc [69] gratulatio, et simul [70] dum audiamus, quemadmodum negotium [71] confectum sit: confectum enim esse existimo. Magni autem [72] intererit, [73] qui fuerit [74] victoris animus, qui exitus [75] rerum: quanquam, [76] quo me conjectura ducat, habeo: sed [77] exspecto tamen. Te vero, nolo, nisi ipse [78] rumor jam [79] raucus erit factus, ad [80] Bajas venire. Erit enim nobis honestius, etiam, cum [81] hinc discesserimus, videri venisse in illa [82] loca [83] ploratum potius, quam [84] natatum. Sed hæc [85] tu melius: modo [86] stet nobis illud, una vivere in studiis nostris a [87] quibus [88] antea delectationem modo petebamus, [89] nunc vero etiam salutem: non deesse, si quis [90] adhibere volet non [91] modo [92] ut architectos, verum etiam ut [93] fabros ad [94] ædificandum rempublicam [95] potius libenter accurrere: si nemo utetur [96] opera, tamen et scribere, et legere [97] πολιτείας, et, si [98] minus in [99] curia atque in [1] foro, [2] at in literis et libris, ut [3] doctissimi veteres fecerunt, [4] navare reipublicæ, et de moribus ac legibus [5] quærere. Mihi hæc [6] videntur. Tu quid sis acturus, et quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris.

consulo. 63 Judicio. 64 Esse. 65 Tam diu. 66 Ubi es. 67 Donec. 68 Imminuitur, fervorem amittit et refrigeratur. 69 Ob res a Cæsare in Africa contra Scipionem, Pompeji Magni socerum, et Jubam, Mauritaniæ regem, prospere gestas. 70 Donec. 71 Absolutum. 72 Nostra: diversum enim consilium, pro victoris in victos vel clementia, vel crudelitate, capiemus. 73 Qualis. 74 Cæsaris. 75 Bellicarum. 76 Quod per conjecturam de exitu vel de Cæsaris animo judicem. 77 Exitum rerum. 78 De victoria Cæsaris. 79 Cœperit imminui, evanescere, quasi defessus multo clamore, ita ut non amplius divulgetur, atque ea de re homines minus jam loquantur. 80 Ad aquas Bajanas: quo ibant oblectationis et valetudinis causa. 81 Ab urbe. 82 Amœna, sc. Bajas. 83 Deploratum calamitatem Reip. 84 Balneatum. 85 Considerabis, aut judicabis. 86 Fixum ac constitutum sit, i. hac sententia nunquam nos patiamur dimoveri. 87 Studiis. 88 Dum Resp. floreret, stante Rep. 89 Afflicta Rep. cum nulla in re alia acquiescamus. 90 Nos literatos. 91 Solum. 92 Tamquam magistros ædificiorum, i. principes cives, quales olim fuimus. 93 Operarios, non ut consilio, sed opera tantum opem Reip. feramus. 94 Quæ nunc eversa jacet. 95 Non modo non deesse, verum etiam libenter accurrere. 96 Nostra. 97 Politias, i. gubernationes civitatum, libros de regenda Rep. 98 Non poterimus id facere. 99 Coram senatu, dicenda in senatu sententia. 1 Coram judicibus, agendis causis, ut olim solebam. 2 Saltem poterimus. 3 Plato, Aristoteles, et alii Philosophi. 4 Dare operam: al. *juvare Remp.* Qui enim non juvet rempublicam, hoc est, utilem reipublicæ præstet operam, qui salutaribus præceptis cives instruit de bene gubernanda republica? 5 Disquirere ac disputare. 6 Verisimilia, aut facienda.

III. M. T. C. VARRONI S. D.

[1] Etsi, quid scriberem, non habebam, tamen Caninio, ad te eunti, non potui [2] nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? [3] quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. Et si [4] vide, quæso, satisne [5] rectum sit, nos, hoc tanto [6] incendio [7] civitatis in istis [8] locis esse. Dabimus [9] sermonem iis, qui nesciunt, nobis, quocumque in loco simus, [10] eumdem cultum, eumdem victum esse. [11] Quid refert? tamen in [12] sermonem incidemus. Valde id, [13] credo, [14] laborandum est, ne, cum [15] omnes in omni genere et scelerum et flagitiorum, [16] volutentur, nostra nobiscum, aut [17] inter nos cessatio vituperetur. Ego vero [18] neglecta [19] barbarorum inscitia, te [20] persequar. Quamvis enim haec sint [21] misera, quæ sunt [22] miserrima, tamen [23] artes nostræ nescio quomodo nunc uberiores [24] fructus ferre videntur, quam olim ferebant: sive quia nulla nunc in re alia acquiescimus, sive quod [25] gravitas morbi facit, ut medicinæ egeamus, [26] eaque nunc appareat, cujus [27] vim non sentiebamus, cum [28] valebamus. Sed quid [29] ego hæc ad te, [30] cujus domi nascuntur? [31] γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας: [32] nihil scilicet, nisi ut, scribens aliquid, me exspectares: [33] sic igitur facies. Vale.

IV. M. T. C. VARRONI S. D.

[1] *Περι δυνατων* me scito [2] *κατα Διόδωρον κρίνειν*. Quapropter, si [3] venturus es, scito necesse esse te venire: sin autem [4] non es,

1 Iturum se ad Varronem significat: sed locum, in quo hæret Varro, rejicit. Denique de fructu literarum disserit. Epistola est nunciatoria. 2 Literarum. 3 Sc. *scribam id*. 4 Considera. 5 An fieri oporteat, debeamusne in istis locis esse, hoc tam misero statu Reip., quod homines reprehendent. 6 Ardore irarum et persecutionum. 7 Romanæ. 8 Tam notis, i. in amœnissimis villis. 9 Occasionem de nobis loquendi. 10 Nos Philosophiæ vacare. 11 Sc. *inquies*. 12 Hominum de nobis. 13 Ironia, qua superiorem proximam sententiam corrigit. Spernendus, inquit, est hominum sermo, præsertim eorum, qui honestum otium vituperent, cum eorum actiones flagitiosissimæ sint. 14 Annitendum est nobis. 15 Alii. 16 Frequenter involvantur. 17 Non inter alios: quia remoti a multitudine vivimus. 18 Contempta. 19 Ineptorum, introductorum hominum. 20 Donec te convenero, sequar te. 21 Nobis. 22 Quia Remp. pessumdederunt. 23 Literarum tractatio. 24 Utilitates. 25 Servitus Reip. in qua, tamquam in morbo, ad literarum remedia confugimus. 26 Medicina. 27 Potentiam. 28 Sani eramus, incolumi Reip. statu. 29 Scribo. 30 In cujus domo. 31 Fero, noctuam in Athenas, ubi plurimæ sunt noctuæ q.d. frustra laboro, sicut qui noctuam infert Athenas, aut aquam in mare. Vide ep. 3. l. 6. 32 Ad nullum commodum id facio. 33 Me exspectans aliquid rescribes.

1 De possibilibus, de rebus quæ fieri possunt. Jocatur cum Varrone, de Stoicorum et Dialecticorum possibilitate necessitateque. Epistola tota est jocosa. 2 Secundum Diodorum, ex Diodori sententia judicare: qui quidquid futurum esset, id dicebat fieri necesse esse. 3 In urbem. 4 Ven-

[5] τῶν ἀδυνάτων est te venire. Nunc [6] vide, utra te [7] κρίσις magis delectet, [8] Χρυσίππεια-ne, an [9] hæc, quum [10] noster [11] Diodorus [12] non concoquebat. Sed [13] de his etiam rebus, otiosi cum erimus, loquemur: [14] hoc etiam est [15] κατα Χρύσιππον δυνατόν. [16] De Coctio mihi gratum est. Nam id etiam Attico mandaram. Tu si [17] minus ad nos, nos accurremus ad te: si [18] hortum in bibliotheca habes, [19] nihil deerit. Vale.

V. M. T. C. VARRONI S. D.

[1] Mihi vero ad [2] Nonas [3] bene maturum videtur fore, [4] neque solum [5] propter Rempub. sed etiam [6] propter anni tempus. [7] Quare diem istum [8] probo: itaque [9] eundem ipse sequar. [10] Consilii nostri, ne si eos quidem, qui id secuti non sunt, non poeniteret, nobis pœnitendum putarem. Secuti enim sumus [11] non spem, sed [12] officium: reliquimus autem non officium, sed [13] desperationem. Ita [14] verecundiores fuimus, quam qui se [15] domo non commoverunt: [16] saniores, quam qui, amissis [17] opibus, domum non reverterunt. Sed nihil [18] minus feturus.

5 Impossibilium ex iis rebus, quæ fieri non possunt. 6 Considera. 7 Judicium, sententia, i. utrum malis, κατὰ Διόδωρον, an κατὰ Χρύσιππον judicare. 8 Chrysippea, i.a Chrysippo edita. Nam Chrysippus, etiam quæ non essent futura, posse fieri dicebat. 9 Prior. 10 Qui nuper est domi meæ mortuus: a quo cum aliis in rebus, tum studiosissime in Dialectica exercebar. 11 Stoicus. 12 Non satis digerebat, non probat. A cibis Metaphora: quorum alii rejiciuntur a stomacho non concoquente, alii, concoctione facta, in succum et sanguinem convertuntur. 13 De utraque κρίσει. 14 Nos locuturos esse de his rebus. 15 Secundum Chrysippum possibile, i. quod fieri potest. Nam et si futurum non est, secundum Chrysippum tamen id fieri potest. 16 Quod scripsisti te fecisse de Coctio. 17 Non accurres. 18 Locum amœnum illatum, non ibi natum. 19 Ad voluptatem.

1 Probat et diem, quo conventuri sint, et suum Varronisque consilium, quod, semel a Cæsare victi, ab armis discesserint. Epistola excusatoria. 2 Mensis per Varronem significati, i. ut Nonis una simus in Cumano. 3 Multum tempestivum, neque citius, neque serius. 4 Videtur id. 5 Exspectandum enim, et ibidem latendum videbatur, dum defervesceret gratulatio: alioqui præsentem Reip. statum odisse viderentur: cp. 2. 6 Fortasse vitandi caloris causa non propinquam diem probabat. 7 Quamobrem. 8 Approbo. 8 Diem Nonarum. 10 Hujus nostri consilii, quod et Pompejum in bellum secuti simus, et eo in Pharsalia superato, victori nos crediderimus, ne tum quidem nobis pœnitendum putarem, si eos, qui id secuti non sunt, non pœniteret: cum vero eos pœniteat, quod in bello remanserint, multo minus nobis, qui saniores fuimus, pœnitendum puto. 11 Vincendi: victoriam enim desperabam. 12 Debitum Reip. 13 Qua alii ultima audebant. 14 Erga Remp. 15 Ab urbe. 16 Et fuimus prudentiores. 17 Facultatibus belli, cum fractæ essent vires Pompejanorum in Pharsalico prœlio. 18 Patienter.

ro, quam [19] severitatem [20] otiosorum, et, [21] quoquo modo res se habet, magis [22] illos vereor, qui in [23] bello occiderunt, quam hos euro, quibus non satisfacimus, quia vivimus. Mihi si spatium fuerit in Tusculanum [24] ante Nonas veniendi, istic te videbo: [25] sin minus, persequar in Cumanum, et ante te certiorem faciam, ut [26] lavatio parata sit. Vale.

VI. M. T. C. VARRONI S. D.

[1] Caninius noster me tuis [2] verbis admonuit, ut scriberem ad te, si quid esset quod putarem te scire oportere. Est [3] igitur [4] adventus Cæsaris, scilicet, in [5] exspectatione: neque tu id ignoras. Sed tamen, cum [6] ille scripsisset, ut opinor, se in [7] Alsiense venturum, scripserunt ad eum [8] sui, [9] ne id faceret: [10] multos ei molestos fore, [11] ipsumque multis. [12] Ostiæ, videri commodius eum [13] exire posse. Id ego non intelligebam, quid [14] Interesset. Sed tamen Hirtius mihi dixit, et se ad [15] eum, et Balbum, et [16] Oppium scripsisse, ut ita faceret: homines, ut cognovi, [17] amantes tui. Hoc ego idcirco nosse te volui, ut scires, hospitium tibi [18] ubi parares, vel potius ubi [19] utrique: quid enim ille facturus sit incertum est, et simul ostentavi tibi, me [20] istis esse familiarem, [21] et consiliis eorum interesse. [22] Quod ego cur nolim: nihil video. NON enim *est idem*, [23] *ferre, si quid* [24] *ferendum est: et* [25] *probare, si quid pre-*

19 Eos, qui cum se domo non commoverint, nos tamen, quia domum, relictis armis, redivimus, severe admodum reprehendunt. 20 Qui nihil egeruut. 21 Quocunque modo. 22 Pompejanos quosdam vel mortuos, quasi ei possent exprobare, quod domum revertisset: illos autem, qui domi remanserant, nequaquam curabat. 23 Africano. 24 Quem diem probare se dixit. 25 Si non. 26 In balneo. Veteribus admodum familiaris, et peno quotidiana lavatio fuit.

1 Cæsaris ex Africano bello revertentis adventum significat: belli civilis culpam Pompejo potius, quam Cæsari, tribuit. Varronem laudat, quod se ab armis ad studia, quasi a tempestate in portum, contulerit. Nunciatoria et laudatoria epistola. 2 Mandatis. 3 Ut aliquid ejusmodi scribam. 4 Cæsaris ex Africa. 5 Multorum. 6 Cæsar. 7 Solum, i. in Alsiensem agrum Italiæ, ab *Alsio* 8 Amici, Hirtius, Balbus, Oppius. 9 Ne diverteret se ad Alsiensem agrum. 10 Cum ibi essent multorum villæ ob regionis amœnitatem. 11 Fore molestum. 12 Notare tantum voluit, ubi finis navigationis fieri debebat. Sermo enim est de Cæsare navibus ex Africa redeunte, et variæ sententiæ erant, ubi ille commodius posset finem imponere navigationi. 13 De navi descendere: ut ad Att. l. 6. In *Piræea cum* exissem. Sic et *egredi* pro e navi egredi. Virg. 1. Æneid. Egressi *optata potiuntur Troes arena.* 14 In Alsiensem agrum veniret, an Ostiæ exiret. 15 Cæsarem. 16 Qui cum Cæsare erant. 17 Qui te amant. 18 Non in Alsiensi, sed Ostiæ: scripserant enim ad Cæsarem ejus familiares, videri commodius, eum Ostiæ exire posse. 19 Nostrum. 20 Cæsarianis. 21 Et consiliorum participem fieri. 22 Esse familiarem. 23 Pati. 24 Necesse ut feratur. 25 Approbare.

bandum non est. Etsi, quid non probem? quid enim jam scio, præter [26] initia rerum. Nam [27] hæc in [28] voluntate fuerunt. Vidi enim, (nam tu [29] aberas) [30] nostros amicos cupere bellum, [31] hunc autem non [32] tam [33] cupere, quam [34] non timere. Ergo hæc [35] consilii fuerunt: [36] reliqua [37] necessaria. Vincere autem aut [38] hos, aut [39] illos necesse est. Scio te semper mecum in luctu fuisse, cum videremus, quam illud [40] ingens malum alterutrius exercitus ex [41] ducum interitu: [42] tum vero, [43] extremum malorum omnium esse civilis belli victoriam: [44] quam quidem ego etiam [45] illorum timebam, ad quos veneramus. Crudeliter enim [46] otiosis minabantur; eratque [47] iis et tua [48] invisa voluntas, et mea [49] oratio. [50] Nunc vero si essent [51] nostri [52] potiti, valde [53] intemperantes fuissent. Erant enim nobis perirati, quasi quicquam de nostra salute [54] decrevissemus, quod non idem [55] illis [56] censuissemus: aut quasi utilius Reip. fuerit, eos etiam ad [57] bestiarum auxilium confugere: quam [58] vel emori, vel cum [59] spe, si non optima, at aliqua tamen, vivere. At in perturbata Repub. [60] vidimus. Quis [61] negat? Sed [62] hoc viderint ii, qui nulla sibi [63] subsidia ad omnes vitæ status paraverunt. [64] Huc enim ut venirem, [65] superior longius, quam volui, [66] fluxit oratio. Cum enim te semper magnum hominem [67] duxi, [68] tum quod [69] his tempestatibus es prope solus

26 Quod consul Cæsar leges multas contra auspicia tulerat: quod a populo provinciam invito senatu acceperat: quod absens consulatum petere voluerat. 27 Quæ postea consecuta sunt, quæ nobis vitare licuit. 28 Libera electione. 29 Pompeji legatus in Hispania, cum Afranio et Petrejo. 30 Pompejanos. 31 Cæsarem. 32 In tantum. 33 Bellum. 34 Si necesse esset gerere. 35 Voluntatis, i. nos hæc volumus. 36 Quæ secuta sunt. 37 Fuerunt. Necesse enim fuit, ut ex bello calamitatis existerent, et alterutra pars vinceret. 38 Pompejanos. 39 Cæsarianos. 40 Foret. 41 Sive Cæsar, sive Pompejus obiisset. 42 Præcipue vidimus. 43 Maximum Epist. 9. 1. 4. *Omnia sunt misera in bellis civilibus: sed miserius nihil, quam ipsa victoria; quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eo ipsos ferociores impotentioresque reddit.* 44 Victoriam. 45 Si contigisset illis, sc. Pompejanis. 46 Non gerentibus secum bella adversus Cæsarem. Vide ep. 14. 1. 4. 47 Cupientibus bellum. 48 Quia propensior ad pacem: cum ipsi bellum cuperent. 49 Cohortantis ad pacem. 50 Africano hoc bello. 51 Pompejani. 52 Victoria. 53 In ultione facienda. 54 Dedentes nos Cæsari. 55 Bella gerentibus. 56 Adjudicassemus, sc. Dyrrachii, quando me ducem eligere voluerunt. 57 Elephantorum Jubæ, Regis Africæ: quos in aciem contra Cæsarem duxit. 58 Mori præstitit, quam ad bestiarum auxilium confugere. 59 Restituendæ Reip. 60 Nunc, ut illi dicunt. 61 Illud. 62 Mala hæc Reip. 63 Subterfugia, vel sustentacula, quæ nobis magna parata sunt. Nam studia solatium et salutem afferunt in adversis rebus. 64 Ad hoc dicendum. 65 Ad illud respicit: *Quod ego cur nolim, non video*: ideo enim fluere cœpit oratio. 66 Deducta est. 67 Æstimavi. 68 Te magnum hominem duco. 69 Quia, cum omnes fere

in portu: fructusque doctrinæ percipis eos, qui maximi sunt, [70] ut ea consideres, eaque tractes, quorum et usus et delectatio est omnibus [71] istorum et [72] actis et voluptatibus anteponenda. Equidem hos tuos Tusculanenses dies [73] instar esse vitæ puto: libenterque [74] omnibus omnes [75] opes concesserim, ut mihi liceat, [76] vi nulla [77] interpellante, [78] isto modo vivere. [79] Quod nos quoque imitamur, ut possumus, et in nostris studiis libentissime conquiescimus. Quis enim hoc non [80] dederit nobis, ut cum [81] opera nostra patria sive non possit uti, sive nolit, [82] ad eam vitam revertamur, quam multi [83] docti homines, fortasse [84] non recte, sed tamen multi, etiam Reip. [85] præponendam putaverunt? Quæ igitur studia, [86] magnorum hominum [87] sententia [88] vacationem habent [89] etiam publici muneris, [90] iis, [91] concedente Repub. cur non [92] abutamur? Sed plus facio, quam Caninius mandavit. Is enim, si quid ego scirem, rogarat, quod tu nescires: ego tibi ea narro, quæ tu melius scis, quam ipse, qui [93] narro. Faciam ergo illud, quod rogatus sum, ut eorum, quæ temporis hujus sint, quæve audiero, ne quid ignores. Vale.

VII. M. T. C. VARRONI S. D.

[1] Coenabam apud Sejum, cum [2] utrique nostrum redditæ sunt [3] a te literæ. Mihi vero jam [4] maturum videtur. Nam,

molestiis miseriisque vexentur, tu tamen in studiis jucundissime conquiescis. 70 Hi sunt fructus doctrinæ maximi. 71 Littoralibus secessibus, quod Cæsar erat futurus in littore. Nam *actæ* sunt amoena littora, in quæ se recipiebant, cum genio vellent indulgere, partim ob amoenum in mare prospectum, partim ob piscium dilicias. Vid. Servium ad. v. Æneid. *Ad procul in sola secretæ Troades* acta. 72 Quos in Tusculano cum literis ducis. 73 Tanti æstimandos puto; quanti vitam quisque suam æstimat. 74 Etiam inimicis. 75 Facultates meas. 76 Violentia. 77 Impediente. 78 In otio literario. 79 Quam rem. 80 Permiserit, concesserit. 81 In Reip. administratione. 82 Otiosam, remotam ab actione rerum, cum studiis et literarum tractatione conjunctam. 83 Ut Plato, Theophrastus, aliique, qui se totos, omissa Reip. cura, contemplationi dediderunt. 84 Non decenter: quia multis actio prodest, uni tantum, aut paucis contemplatio. 85 Administrationi Reip. quæ nunc nulla est. 86 Doctorum, Platonis, et aliorum. 87 Secundum sententiam. 88 Cessationem et intermissionem. 89 Etiam cum Resp. non concedere videtur, ut otiosi simus: cum sc. rebus salvis, quæ nunc perditæ sunt, officium atque operam a civibus exigit. 90 Studiis. 91 Vacationem. Quia libere administrari non potest, ideo concedit nobis, ut in literis vivamus. 92 Arbitratu nostro utamur. 93 Ea.

1 Maturum jam esse ait, ut ab urbe discedat: et de Cæsaris, ex Africano bello redeuntis, itinere rumores diversos nunciat. Epistola est nunciatoria. 2 Et Sejo, et mihi. 3 Tempestivum, ut eamus obviam Cæsari. 4 Te venire in urbem.

quod antea [5] calumniatus sum, indicabo malitiam meam. Volebam [6] prope alicubi esse, si [7] quid bonæ salutis [8] συν τε δύ' ἐρχομένω. Nunc, [9] cum [10] confecta sunt omnia, dubitandum non est quin [11] equis, viris. Nam, [12] ut audivi de [13] Lucii Cæsaris filio, mecum [14] ipse, *Quid hic mihi faciet* [15] *patri?* Itaque non desino [16] apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare. Quid faciam? tempori serviendum est. Sed ridicula [17] missa, præsertim cum sit nihil, [18] quod rideamus.

[19] *Africa terribili tremit, horrida terra, tumultu.*

[20] Itaque nullum est ἀποπροηγμένον, quod non verear. Sed quod quæris, [21] quando, [22] qua, [23] quo, nihil adhuc scimus. [24] Istuc ipsum de Baiis, nonnulli dubitant, an per [25] Sardiniam veniat. Illud enim adhuc [26] prædium suum [27] non inspexit: nec ullum habet [28] deterius, sed tamen [29] non contemnit. Ego omnino magis [30] arbitror [31] per Siciliam: [32] vel jam sciemus: [33] adventat enim [34] Dolabella: eum puto [35] magistrum fore.

[36] Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων,

5 Falso prætextu usus fui: ut in epistola secunda hujus libri: *Sed* calumniabar *ipse*; *putabam, qui obviam mihi venisset, ut cuique commodum esset, suspicaturum* duxi. 6 Te. 7 Contingeret, i. si de Pompejanorum victoria nuncius afferretur: timebat enim eos Cicero, si vicissent. 8 Duobus simul euntibus, ut apud Homerum l. 10. Il. inquit Ulysses. 9 Quandoquidem. 10 Sopita bella in Africa, afflictis omnibus Pompeianis. 11 Omni contentione, omni conatu, manibus pedibusque. Translatio a militari certamine, quo contenditur equis virisque, id est, equitatu et peditatu. *Viros* sæpe dici pedites nemo ignorat. Liv. l. VIII. *Quicunque ibant* equis virisque *longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci*. Inde manavit proverbium, i. tibi et mihi aliquid bonæ salutis sit. 12 Postquam. 13 Quem Cæsar occidi jusserat. 14 Ajebam. 15 Patris loco post reconciliationem habendo. Sumpsit ex Andria Terentii. 16 Ut eorum gratia tuear me apud Cæsarem. Significat imprimis Hirrum, Balbum, Oppium, Matium, aliosque. 17 Faciamus, i. omittamus. 18 Propter quod recte ridere possimus. 19 Africa afflicta bello est. Ennii versus de bello, quod Scipio in Africa gessit. 20 Et ita nihil est tam rejectum, quod non timeam. 21 Sit Cæsar venturus. 22 Via. 23 Ad quem locum. 24 Quod dicis te audivisse, vel quod dicitur, eum sc. Bajas ire velle. 25 Per quam eum venisse, scribit Hirtius. 26 Quod in Sardinia per victoriam acquisivit. Per jocum Sardiniam vocat Cæsaris prædium: quasi provinciæ populi R. Cæsaris essent prædia. 27 Cum cætera prædia, i. cæteras provincias inspexisset. 28 Ob insalubre cœlum. 29 Cum joco dictum: prædiorum enim domini, quæ non contemnunt, inspiciunt. 30 Venturum. 31 Per Sardiniam venit, ut diximus. 32 Etiam. 33 Appropinquat. 34 P. Cornelius Dolabella, qui fuerat Ciceronis gener: is ex Africano bello redibat, Cæsare mox venturo. 35 Qui nos doceat de Cæsaris adventu, vel qui docebit me, qua ratione amissam Cæsaris gratiam recuperem: cum ego eum in arte oratoria docere solitus sim. Vel forsan respexit ad magistros auctionum, significans Dolabellam præfuturum auctionibus subhastatorum bonorum, quæ inimicorum Cæsaris fuissent. 36 Multi

Sed tamen, si sciam, quid tu [37] constitueris, meum consilium accomodabo potissimum ad tuum. Quare exspecto tuas literas.

VIII. M. T. C. VARRONI S. D.

[1] Etsi, [2] munus [3] flagitare, quamvis quis [4] ostenderit, [5] ne populus quidem solet, [6] nisi [7] concitatus: tamen ego exspectatione [8] promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem ad te [9] quatuor [10] admonitores, [11] non nimis verecundos. Nosti enim profecto [12] os ejus [13] adolescentioris Academiæ. Ex ea igitur [14] media [15] excitatos misi: qui metuo ne te forte [16] flagitent: ego autem [17] mandavi, ut rogarent.[18] Exspectabam omnino jamdiu, meque [19] sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid [20] accepissem, ut possem te [21] remunerari quam [22] simillimo munere. Sed, cum tu tardius [23] faceres, id est (ut ego interpretor) diligentius: [24] teneri non potui, quin conjunctionem studiorum amorisque nostri quo possem literarum [25] genere, declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in [26] Cumano, cum [27] esset una [28] Pomponius: tibi [29] dedi [30] partes Antiochinas, [31] quas a te [32] probari, intellexisse mihi videbar: mihi sumpsi [33] Philonis. Puto fore, ut, cum legeris, mirere id nos [34] locutos esse inter

disciputi meliores magistris, sc. *sunt*. Responsio ad tacitam objectionem. At Cæsar ipse magister est et auctor, ut omnis hujus mali, ita et proscriptionum; Dolabella Cæsaris discipulus. At, inquit, multi discipuli potiores magistris. Senarius est veteris Poetæ Græci. 37 De obviam itione: uterque enim revertenti ex Africa Cæsari obviam ire cogitabat.

1 Promiserat Varro, quosdam libros Ciceroni se esse dicaturum. Cicero cum promissi admonet, missis quasi admonitoribus quatuor libris Academicis. Epistola est nuntiatoria et pollicitatoria. 2 Publicum, ut ludorum scenicorum, et gladiatorum, aut Circensium. 3 Instanter exigere. 4 Significaverit se daturum munus aut ludos. 5 Qui tamen inverecundior esse videtur, quam viri graves. 6 Sit. 7 Ad flagitandum. 8 Librorum de lingua Latina. 9 Nunc extant duo. 10 Academicarum quæstionum libros. 11 Satis audaces promissi exactores: itaque metuo ne promissum tuum efflagitent. 12 Impudentiam: cum auderent affirmare, nihil posse percipi. 13 Recentioris, ab Arcesila novatæ. 14 Recentiore Academia. 15 Mittentis cupiditas indicatur, ut suo munere Varronem ad remunerandum eliceret. 16 Ut sunt impudentes. 17 Sum enim, ut unus ex vetere Academia, modestior. 18 Ut per te promissum exhiberes. Excusat se, quia prior ad Varronem, quasi promissum ejus exigens, munus miserit Academicorum librorum. 19 Repressi in magna ad te scribendi voluntate. 20 A te 21 Redonare. 22 Quia etiam literario et Philosophico. 23 Promissum. 24 Contineri. 25 Sc. *eo*. 26 Villa nostra Cumani agri. 27 Nobiscum. 28 Atticus. 29 Assignavi in disputando. 30 Munus defendendi ea, quæ Antiochus Ascalonita, Academicus Philosophus, contra Philonem dixerat, et scripserat. 31 Partes. 32 Quia visus est tibi bene locutus. 33 Partes defendendas, qui novam Academiam, ex Arcesilæ sententia, quasi meliorem vetere tuebatur. 34 In-

nos, quod nunquam locuti sumus: sed nosti morem [35] dialogorum. Posthac autem, mi Varro, [36] quamplurima, si [37] videbitur, et [38] de nobis, et [39] inter nos: sero fortasse: sed superiorum [40] temporum fortuna Reip. causam [41] sustineat. * Haec ipsi [42] præstare debemus. Atque utinam quietis temporibus, atque aliquo, si non bono, at saltem certo statu [43] civitatis, hæc inter nos [44] studia exercere possemus. Quanquam [45] tum quidem [46] vel aliæ quæpiam rationes, [47] honestas nobis et curas et actiones darent: nunc autem quid est, sine [48] his cur vivere velimus? Mihi vero cum his ipsis, [49] vix his autem detractis, ne vix quidem. Sed [50] hæc [51] coram, et sæpius. [52] Migrationem et [53] emptionem feliciter evenire [54] volo, tuumque in ea re consilium probo. Cura ut Valeas.

IX. DOLABELLA M. T. CICERONI S. D.

[1] Si [2] vales, gaudeo: et ipse valeo, et Tullia [3] nostra recte valet. [4] Terentia minus [5] belle [6] habuit: sed [7] certum scio, jam convaluisse eam. [8] Præterea rectissime sunt [9] apud te omnia. Etsi nullo tempore [10] in suspicionem tibi debui venire, [11] partium causa potius, quam [12] tua, tibi [13] suadere, ut te aut cum Cæsare nobiscumque conjungeres, aut certe in [14] otium referres: præcipue nunc, jam [15] inclinata victoria, ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, nisi in eam, in qua scilicet tibi [16] suadere videar, quod [17] pie tacere non possum.

troductos esse tamquam loquentes. 35 Variorum sermonum, et disputationum fictarum: scribuntur enim in dialogis ea, quæ licet disputata non sint, verisimilia tamen sunt. 36 Alia. 37 Congruum, vel opportunum. 38 De rebus nostris, et calamitatibus temporum nostrorum, non de aliis, ut in his dialogis, in quibus de Antiocho et Philone disputamus. 39 Sc. *colloquemur*: simul enim vivemus. 40 Tristissimorum. 41 Faciat, ut Resp. satisfaciat de jactura accepta. * Tempora. 42 Sustinere, et quasi rationem excogitare, ne pereant: i. nobis horum temporum reddenda est ratio: otium enim habemus, cum in oppressa Rep. nihil. jam agere liceat: itaque scribendo incommoda nostra sustineamus. 43 Romæ. 44 Literaria. 45 Cum certus esset Reip. status. 46 Etiam. 47 Quæ nunc honestæ sunt, Rep. serviente. 48 Curis et actionibus literariis, i. studiis. 49 Vix est, cur velim vivere, cum his ipsis etiam studiis. 50 Dicam. 51 Te. 52 Mutationem habitationis in domum nuper emptam. 53 Novæ domus. 54 Opto.

1 Suadet Ciceroni gener ejus Dolabella, ut se vel cum Cæsare conjungat, vel in otium referat. Suasoria est epistola. 2 Bene. 3 Quia filia tua, et conjux mea. 4 Uxor tua, et socrus mea. Vixisse eam annos centum et octo, auctor est Plinius. 5 Bene; quia valetudinaria fuit. 6 Sc. 7 Esse. 8 Præter valetudinem Terentiæ. 9 In domo tua. 10 Ut suspiceris. 11 Cæsaris, cum quo ipse fuit in omnibus bellis civilibus. 12 Causa. 13 Me. 14 Literarum, et vacationem a bello. 15 Ad Cæsarem: jam enim Pompejus Italiam Hispaniasque amiserat. 16 Id. 17 Salva pietate in te socerum meum. Pro

Tu autem, mi Cicero, [18] sic hæc accipies, ut, sive [19] probabuntur tibi, sive non probabuntur, ab optimo [20] certe animo ac deditissimo tibi et cogitata et scripta esse judices. [21] Animadvertis Cn. Pompejum nec [22] nominis sui, nec rerum gestarum gloria, nec etiam Regum aut nationum [23] clientelis, quas [24] ostentare [25] crebro solebat, esse tutum, et [26] hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, [27] pulso [28] Italia, amissis [29] Hispaniis, [30] capto exercitu veterano, [31] circumvallato nunc denique: [32] quod nescio, an ulli unquam nostro [33] acciderit Imperatori. Quamobrem, quid [34] aut ille sperare possit, aut tu, [35] animum adverte [36] pro tua prudentia. Sic enim facillime, quod tibi utilissimum erit, [37] consilii capies. Illud autem a te peto, ut, si jam [38] ille [39] evitaverit hoc periculum, [40] et se abdiderit in classem, tu tuis rebus [41] consulas, et [42] aliquando [43] tibi potius, quam [44] cuivis, sis amicus. Satisfactum est jam a te vel [45] officio, vel [46] familiaritati: [47] satisfactum etiam [48] partibus, et ei Reipublicæ, [49] quam tu probabas. [50] Reliquum est, [51] ubi [52] nunc est Respub. [53] ibi simus potius, quam, dum illam, [54] veterem sequimur, simus in [55] nulla. Quare velim, mi jucundissime Cicero, si forte Pompejus, [56] pulsus [57] his quoque locis, rursus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas, vel in [58] quamvis [59] quietam recipias civitatem. Quod si eris facturus, velim mihi scribas, ut ego, si ullo modo potero, ad te advolem. Quæcunque de tua dignitate ab Imperatore erunt impetranda, [60] qua est humanitate Cæsar, facillimum erit ab [61] eo tibi ipsi impetrare: et meas tamen preces apud eum [62] non mi-

nostra affinitate, 18 In eam partem. 19 Placebunt. 20 Nihilominus. 21 Bene consideras. 22 Magnus enim ob res gestas vocabatur. 23 Observantiis et cultibus tanquam patrono debitis. 24 Jactanter ostendere. 25 Frequenter, dum Romæ floreret. 26 Animadvertis. 27 Expulso. 28 Patria sua, ad quam non auderet se recipere. 29 Quas prius tenuerat. 30 In Hispania. 31 Obsesso ad Dyrrachium. 32 Capi cum exercitu veterano, eum circumvallari. 33 Quia veterani milites ea erant animi præstantia, ut mori maluerint, quam obsideri. 34 Pompejus. 35 Considera. 36 Secundum prudentiam tuam. 37 Sc. *id*. 38 Pompejus. 39 Ab obsidione liberatus fuerit. 40 Et per mare aufugerit meticulosus. 41 Prospicias. 42 Tandem: quasi jam antea Cicero peccasset, cum in Græciam ad Pompejum navigavit. 43 Plus facias pro salute tua. 44 Alteri, i. quam facias pro amicitia alterius. 45 Erga hominem bene de te meritum. 46 Quæ tibi cum Pompejo fuit. 47 Est a te. 48 Pompejanis, quas probasti. 49 Pro qua Pompejus dicit se militare. 50 Id restat. 51 In cujus potestate. 52 Simus cum Cæsare. 53 In illis partibus. 54 Rempublicam, i. collegium illorum, qui jam diu Remp. tenuerunt. 55 Republica: quia vetus periit, et novæ expertes sumus. 56 Expulsus. 57 Dyrrachio, sicuti pulsus est Italia. 58 Quamlibet aliam. 59 Ab hoc bello. 60 Tanta est Cæsar humanitate. 61 Imperatore Cæsare. 62 Imo plurimum.

*

nimum auctoritatis habituras puto. [63] Erit tuæ quoque fidei, et humanitatis, curare, ut is [64] tabellarius, quem ad te misi, reverti possit ad me et a te mihi literas referat. Vale.

X. M. T. C. DOLABELLÆ S. D.

[1] Non sum ausus [2] Salvio nostro nihil ad te literarum dare: nec mehercule habebam, quid scriberem, nisi te a me mirabiliter amari: de quo etiam nihil scribente me, te non dubitare, certo scio. Omnino mihi magis literæ sunt expectandæ a te, quam a me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem [3] scire curare: nisi forte scire vis, me inter [4] Niciam nostrum, et Vidium, [5] judicem esse. [6] Profert [7] alter, [8] opinor, duobus versiculis [9] expensum Niciæ: [10] alter Aristarchus [11] hos [12] ὀβελίζει. Ego, tanquam [13] criticus antiquus, iudicaturus sum, utrum [14] sint [15] τοῦ ποιητοῦ, an [16] παρεμβεβλημένοι. Puto te nunc dicere: [17] Oblitusne es [18] igitur [19] fungorum illorum [20] quos apud Niciam? et ingentium [21] culinarum, cum [22] Sophia [23] Septimiæ? [24] Quid ergo? tu [25] adeo mihi [26] excussam [27] severitatem veterem putas, ut ne in [28] foro quidem reliquiæ pristinæ [29] frontis [30] appareant? sed tamen [31] suavissimum [32] συμβιώτην nostrum [33] præstabo integellum: nec committam, ut, si ego eum con-

63 Pertinebit quoque ad fidem, et humanitatem tuam. 64 Nuncius, qui tabellas, i. literas (quia olim in tabellis scriptitabant) perferendas suscepit.

1 Quasi per jocum scribit, inter Niciam et Vidium se judicem esse constitutum: et item per jocum, P. Syllæ mortem significat. Nunciatoria est epistola festiva. 2 Liberto, venienti ad te. 3 Ut tu scias. 4 Hic est Curtius Nicias, celeber Grammaticus, de quo Svetonius in libro de Grammaticis: familiaris Dolabellæ fuit. 5 De pecunia, quam sibi a Nicia deberi Vidius ajebat. 6 In libello postulatorio. 7 Vidius. 8 Quia Vidii codicem accepti et expensi nondum fortasse viderat. 9 Pecuniam in rem Niciæ expositam. 10 Nicias Grammaticus ut Aristarchus olim, quos Homeri non esse versus arbitrabatur, obelisco notabat, ut inducerentur tanquam nothi: sic Nicias versiculos illos, expensam illam pecuniam indicantes, non agnoscebat, fictosque a Vidio dicebat. 11 Duos versiculos. 12 Veru notat, transfigit, expungit, i. negat debitum, et dicit delendum. 13 Judex literarum, ut Aristarchus. 14 Versiculi illi, quibus Vidius sibi Niciam obligatum dixit. 15 Poetæ, i. Homeri. Vidium tamen ipsum per jocum significat, qui versiculos illos scripserat. 16 Interpositi, et ab alio inserti: sic a Vidio ficti, ut in Homeri poemate interjecti a nescio quo versus aliquot erant, de quibus Aristarchus judicavit. 17 O Cicero, etc. 18 Quia te severe dicis judicaturum. 19 Boletorum tam delicatorum. 20 Comedisti. 21 Coquinarum, lautarum cœnarum, quibus affuit Cicero cum Nicia. Al. *cochlearum*, i. limacum, sc. comestarum; al. *squillarum*, quæ inter pisces quantivis pretii. 22 Niciæ uxore. At. *sepia*, pisce scilicet. 23 Filia. 24 O Dolabella putas? 25 Tantopere. 26 Dejectam, ereptam. 27 Observationem veritatis et justitiæ. 28 Judiciali. 29 Severitatis, quæ fronte ostenditur. 30 In judicando. 31 Jucundissimum. 32 Convictorem, convivam Niciam. 33 Exhibebo, efficiam

demnaro, tu [34] restituas ne [35] habeat Plancus Bursa, [36] apud quem literas discat. Sed quid ago? cum mihi sit incertum, tranquillo-ne sis animo, an ut in [37] bello, in aliqua [38] majuscula cura negotiove versere. [39] Labor longius. Cum igitur mihi erit exploratum, te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum solicitum fuisse de [40] P. Syllæ morte, [41] antequam certum scierit. [42] Nunc quærere desierunt, [43] quomodo perierit: satis putant se scire, [44] quod sciunt. Ego, cætera qui animo æquo fero [45] unum vereor, ne [46] hasta Cæsaris [47] refrixerit. Vale.

XI. M. T. C. DOLABELLÆ SUO S. D.

[1] Vel [2] meo ipsius interitu mallem literas meas [3] desiderares, quam [4] eo casu, quo sum gravissime afflictus: [5] quem ferrem certe [6] moderatius, [7] si te haberem. Nam et oratio tua prudens, et [8] amor erga me singularis multum [9] levaret. Sed cum [10] brevi tempore, ut opinio nostra est, te sum visurus ita me [11] affectum [12] offendes, ut multum a te possim juvari: non quo ita sim fractus, ut aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ [13] succumbendum putem: sed tamen hilaritas illa nostra, et [14] suavitas, quæ te præter ceteros delectabat, erepta mihi

judicando in modica illa re indemnem, ne quid damni patiatur, i. judicabo, scriptum illud esse adulterinum. [34] In integrum, i. facias cum indemnem. 35 Niciam. 36 Mordet veterem suum inimicum Bursam, ut imperitum literarum, et Grammaticis uti solitum, fortasse etiam hoc ipso Nicia, ut aliquid disceret. Erat autem hic quoque Bursa, unus ex iis, quos lege Pompeja damnatos restituerat Cæsar. 37 Hispaniensi. 38 Aliquantulum magna. 39 Dicendo progredior. 40 Qui Cæsaris hastæ præfuit. 41 Verebatur enim, ne falsum esset, quod esse verum cupiebat: quia P. Sylla, quod proscriptorum civium bona emere consueverat, populo odio erat. 42 Postquam sciunt mortnum esse. 43 Alii enim, a latronibus: alii, cruditate, dicebant: ep. 17. l. 15. 44 Illum esse mortuum. 45 Ironia. 46 Ad quam proscriptorum Pompejanorum bona vendebantur, quæque P. Sylla emebat, quibus patrimonium suum constituere solebat. 47 Cesset, nec adhuc ferveat, i. frequenter exerceatur.

1 Etiam, Tulliolæ filiæ suæ mortem Dolabellæ, qui jam antea cum ea divortium fecerat, dolenter significat, invitatque Dolabellam, ut ad se veniat. Est narratoria et petitoria epistola. 2 Propter interitum proprium; quia, si interiisset, amplius scribere non posset. 3 Petierat Dolabella per literas a Cicerone, ut sibi de Tulliæ obitu aliquid scriberet; indicaretque, quam fortiter eum casum ferret. 4 Propter eum casum, sc. mortis filiæ i. quod ad te non scripserim plusculis diebus, est propter mortem filiæ meæ: velim autem, sit potius propter mortem meam. 5 Casum de morte filiæ meæ. 6 Temperatius. 7 Si mecum esses. 8 Tuus. 9 Dolorem meum. 10 Jam enim Hispaniensis belli, cui Dolabella intererat, exitus exspectabatur. 11 Dolore. 12 Invenies. 13 Esse: quod infirmi animi est. 14 Comitas et affabilitas

[15] omnis est: Firmitatem tamen et constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. Quod scribis, [16] prælia te mea causa sustinere, non tam id laboro, ut, si qui mihi [17] obtrectent, a te refutentur, quam [18] intelligi cupio (quod certe intelligitur) me a te amari. [19] Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo, ignoscasque brevitati mearum literarum: nam et [20] celeriter [21] una futuros nos arbitror, et nondum satis [22] confirmatus sum ad scribendum. Vale.

XII. M. T. C. DOLABELLÆ S. D.

[1] Gratulor [2] Bajis [3] nostris: siquidem, ut scribis, [4] salubres [5] repente [6] factæ sunt: nisi forte te [7] amant, et tibi assentantur, et tandiu, [8] dum tu ades, sint oblitæ [9] sui. [10] Quod quidem si ita est, minime miror, cœlum etiam et terras vim suam, [11] si tibi ita conveniat, dimittere. [12] Oratiunculam pro [13] Dejotaro, quam [14] requirebas, habebam mecum; quod non putaram. Itaque eam tibi misi: [15] quam velim sic legas, ut causam [16] tenuem et inopem, nec [17] scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri et [18] amico munusculum mittere volui [19] levidense, [20] crasso filo, [21] cujusmodi [22] ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti fortique sis, ut tua moderatio, et gravitas [23] aliorum [24] infamet [25] injuriam. Vale.

morum. 15 Tota. 16 Certamina pro me sustinere, i. acriter concertare cum obtrectatoribus meis, qui putant, me non tam filiam, quam Reip. tempora lugere. 17 De laude mea ex invidia detrahant. 18 Ab omnibus. 19 Ut me ames. 20 Breviter. 21 Pariter. 22 Propter dolorem de morte filiæ.

1 Gratulatur Dolabellæ de repentina Bajarum salubritate: orationem, pro Dejotaro rege ad Cæsarem habitam, mittit. Epistola est gratulatoria festiva. 2 Salubres Bajarum aquæ. 3 Blanditur loco, quia valetudinem commodiorem amico restituerit. 4 Salutem afferentes. Jocatur Cicero, quia sic Dolabella scripserat. Nam Bajis alioqui sunt aquæ calidæ, ad sanandos morbos optimæ. 5 Statim, ubi in balnea earum te immiseris. 6 Tibi. 7 Bajæ, aut balnea apud Bajas. 8 Donec. 9 Naturæ suæ. 10 Eas oblitas *sui*. 11 Si tibi utile sit. 12 Parvam orationem, quæ exstat. 13 Rege Armeniæ habitam. 14 Exigebas a me. 15 Oratiunculam. 16 Exilem, in qua non suppeterent argumenta, quæ aliis in causis deesse non solent. 17 Quæ a me conscriberetur. Multas enim habuit orationes Cicero, quas tamen non scripsit. 18 Dejotaro. 19 Habens formam levidensem, i. vestis leviter densatæ, i. munus vile, minimique pretii: cujusmodi vulgaribus amicis missitare divites consueverunt. Proinde Cicero oratiunculam suam parum elaboratam atque expolitam, *levidense munus* appellat. *Levidensis* vestis est, quæ raro filo fit, et *leviter densata* et texta. 20 Orationem leviter contextam, et rationibus parum acutis. 21 Modici valoris, et parum elegantiæ: quia non admodum liberalis erat. 22 Dejotari. 23 Cæsarianorum. 24 Infamia afficiat. 25 Quam inferebant viris bonis et legibus, atque institutis majorum.

XIII. M. T. C. DOLABELLÆ S. D.

[1] C. Suberinus[2] Calenus, et meus est familiaris, [3] Leptæ nostri familiarissimi [4] pernecessarius. [5] Is cum, vitandi [6] belli causa, profectus esset in Hispaniam cum [7] M. Varrone ante [8] bellum, post [9] Afranium superatum, [10] bellum ullum fore [11] putarat, incidit in ea ipsa [12] mala, quæ summo studio vitaverat. Oppressus est enim bello repentino: quod bellum [13] commotum a [14] Scapula ita postea confirmatum est a [15] Pompejo, ut nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. [16] Eadem causa fere est M. Planii [17] Heredis, qui est [18] item ut Calenus, Leptæ nostri familiarissimus. Hosce igitur ambos sic tibi commendo, ut majore cura, studio, sollicitudine animi [19] commendare non possim. [20] Volo [21] ipsorum causa: meque in eo vehementer et amicitia [22] movet, et [23] humanitas. Lepta vero cum ita [24] laboret, ut ejus [25] fortunæ videantur in [26] discrimen venire, non possum ego non aut [27] proxime, [28] atque ille, aut etiam [29] æque laborare. Quapropter, etsi sæpe expertus sum, quantum me amares: tamen sic velim tibi persuadeas, [30] id me [31] in hac re maxime judicaturum. Peto igitur a te, vel, si [32] pateris, oro, ut homines miseros et [33] fortuna, quam vitare nemo potest, magis, quam [34] culpa, [35] calamitosos, conserves [36] incolumes: velisque [37] per te, me [38] hoc muneris cum ipsis amicis [39] hominibus [40] tum municipio Caleno, [41] quicum mihi magna [42] ne-

1 Petit a Dolabella, ut apud Cæsarem Suberini causam agat, cum excusatione artificiosa Caleni, quod necessitate Pompeji partes secutus sit. Commendatoria est epistula. 2 Qui ex Caleno, urbe Campaniæ Italiæ est. 3 Q. Leptæ, qui Ciceronis in provincia præfectus fabrum fuerat. 4 Valde necessarius. 5 Suberinus. 6 Civilis, quod primum in Italia gestum est. 7 Tunc Pompeji legato in Hispania cum Afranio et Petrejo. 8 Quod Cæsar cum legatis Pompeji in Hispania gessit. 9 Unum de tribus nominat, quia consularis erat solus, ideoque honore primus. 10 Quod fuit, et gravissimum omnium cum Pompeji liberis. 11 Al. *putaret*. 12 Belli, i. in id ipsum bellum, cujus vitandi causa profectus erat in Hispaniam. 13 Incitatum. 14 T. Quintio Scapula, duce a Pompejo misso. 15 S. Pompejo. Gnæi filio. 16 Quod de Suberino, idem fere de Planio dictum puta. 17 Cognomen Planii. 18 Similiter. 19 Eos. 20 Vehementer ipsis faveo, ipsis bene cupio. 21 Quia ita de me meriti sunt. 22 Humanitatis est, misereri afflictorum hominum, præsertim si fortuna magis, quam culpa, miseri sint: quod infra dicitur. 23 Ut velim causa ipsorum, etiamsi non essent familiares Leptæ. 24 Pro eis. 25 Divitiæ. 26 Periculum. 27 Sc. tantum. 28 Etiam sicut. 29 Æqualiter. 30 Quantum me ames. 31 In susceptione hujus commendationis. 32 Te a me orari: non enim pati videtur amor in me tuus, ut te orem, petere satis est. 33 Adversa. 34 Sua. 35 Ærumnosos. 36 Salvos et illæsos. 37 Per intercessionem tuam. 38 Hoc beneficii. 39 Suberino et Planio: 40 Multo magis. 41 Cum quo, i. cum quibus civibus. 42 Obligatio mutui officii.

cessitudo est,[43] tum Leptæ, quem[44] omnibus antepono,[45] dare.[46] Quod dicturus sum, puto equidem non valde ad rem pertinere, sed tamen nihil[47] obest dicere: res familiaris alteri eorum valde[48] exigua est, alteri vix[49] equestris. Quapropter[50] quando his Cæsar vitam sua liberalitate concessit, nec est, quod iis[51] præterea[52] magnopere possit[53] adimi:[54] reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus[55] confice. In[56] quo[57] nihil est præter[58] viam longam,[59] quam idcirco non fugiunt, ut et vivant cum suis, et moriantur domi. Quod ut enitare contendasque, vel potius ut perficias, ([60] posse enim te, mihi persuasi) vehementer te[61] etiam atque etiam rogo.

XIV. M. T. C. DOLABELLÆ COS. S. D.

[1] Etsi contentus eram, mi Dolabella,[2] tua gloria, satisque ex ea magnam lætitiam voluptatemque capiebam: tamen non possum non[3] confiteri,[4] cumulari me maximo gaudio, quod[5] vulgo hominum opinio[6] socium me adscribat tuis laudibus. Neminem[7] conveni (convenio autem quotidie plurimos: sunt enim permulti optimi viri, qui[8] valetudinis causa in[9] hæc loca conveniant: præterea ex[10] municipiis frequentes[11] necessarii mei) quin omnes, cum te[12] summis laudibus ad cœlum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant.[13] Negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis et consiliis obtemperans, præstantissimum te civem, et[14] singularem[15] consu-

43 Adhuc magis velis me dare hoc muneris. 44 Calenis præfero. Nam et Lepta et eodem erat municipio. 45 Ut ego dem. 46 Sc. *id*. 47 Nocet. 48 Modica. 49 Quæ satis sit ad censum equestrem, i. vix possidet quadrigenta millia sestertium, sive nostra pecunia decem millia Philippeorum seu Scutatorum: hic enim census equestris erat. Horat. epist. 1.1.1. *Si quadrigentis sex septem millia desunt, Plebs eris.* 50 Quandoquidem. 51 Præter vitam. 52 Magni æstimandum. 53 Auferri. 54 In patriam suam Calenum. 55 Plene impetra. 56 Reditu. 57 Difficile, vel ipsis obtinendum: quia in patria parum aut nihil habent. 58 Ex Hispaniis Calenum usque. 59 Viam longam. 60 Perficere. 61 Iterum atque iterum.

1 Dolabellam effert laudibus, quia columnam et aram, Cœsari mortuo, tanquam Deo erectam, everterat, hominesque pessime contra civitatem et libertatem animatos supplicio affecerat. Epistola est gratulatoria et hortatoria. 2 Quam adeptus es tollenda columna et ara Cæsari erecta, loeoque sternendo, proposita iis cruce et saxo, qui id amplius tentarent. 3 Quin confitear. 4 Augeri. 5 Passim quasi per totum vulgus. 6 Participem esse debere laudum tuarum. 7 Colloquendi gratia adii. 8 Malæ, i. ægritudinis. 9 Ubi sum, sc. Bajas: ep. 10. 10 Proximis. 11 Conveniunt. 12 Ob eversam columnam et aram. 13 Omnes. 14 Egregie excellentem. 15 Cum M. An-

lem [16] præbeas. Quibus ego, quanquam verissime possum respondere, te, quæ facias, tuo judicio, et [17] tua sponte facere, nec cujusquam egero consilio: tamen neque plane assentior, ne imminuam tuam laudem, si [18] omnis a meis consiliis [19] profecta videatur : neque valde nego. Sum enim avidior etiam, quam satis est, gloriæ. Est tamen non alienum [20] a dignitate tua, [21] quod ipsi Agamemnoni, [22] regum regi, fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis [23] Nestorem: mihi vero gloriosum, te juvenem consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. [24] L. [25] quidem Cæsar, cum ad eum ægrotum Neapolim venissem, quamquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antequam me plane salutavit, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, [26] cum tantum vales apud Dolabellam, quantum, si ego apud [27] sororis filium valerem, jam [28] salvi esse possemus. Dolabellæ vero [29] tuo et gratulor, et gratias ago. [30] Quem quidem, post te consulem, [31] solum possumus vere consulem [32] dicere. Deinde [33] multa [34] de facto, ac [35] de re gesta: [36] tum nihil magnificentius, nihil præclarius [37] actum unquam, nihil Reipub. salutarius. [38] Atque hæc una vox omnium est. A te autem petó, ut me hanc [39] quasi falsam hæreditatem alienæ [40] gloriæ [41] sinas [42] cernere, meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare. Quanquam, mi Dolabella ([43] hæc enim [44] jocatus sum) libentius omnes meas, si modo sunt aliquæ meæ laudes, ad te [45] transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex [46] tuis. Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti: [47] tum [48] his [49] tuis factis sic incensus sum, ut nihil unquam in amore fuerit ardentius. NIHIL est enim (mihi crede) [50] virtute for-

tonio. 16 Exhibeas. 17 Proprio instinctu. 18 Laus tua. 19 Orta. 20 Al. *dignitati tuæ*. 21 Habere Nestorem. 22 Summo Imperatori Græcorum: quia Regibus omnibus, ad bellum Trojanum profectis, imperabat. 23 Senem prudentem, ut Nestor erat qui jam tertiam vivebat ætatem: quo potissimum consiliario utebatur Agamemnon. Homer. Il. l. 1. 24 Juliæ, M. Antonii matris frater: avunculus igitur M. Antonii. 25 Certe, ut de aliis taceam. 26 Quoniam. 27 Meæ, i. M. Antonium, Dolabellæ in consulatu collegam, qui Cæsarem occisum mirifice extulit. 28 Quia Resp. pristinas vires reciperet. 29 Quondam genero et adhuc necessario. 30 Dolabellam. 31 Quasi omnes intermedii non fuerint veri consules, quia non consuluerint Reip. sed nocuerint. 32 Appellare. 33 Adjecit, locutus est. 34 Tuo, i. de columna et ara sublata. 35 De servis cruci affixis, liberis de rupe Tarpeja dejectis. 36 Adjecit. 37 Esse. 38 Quod Lucius Cæsar de te prædicavit, omnes prædicant. 39 Gloriæ a te partæ me succedere tanquam hæredem, cum non sim verus hæres: tu enim quæ facis, tuo judicio, et tua sponte facis: itaque hæc non vera hæreditas. 40 Tuæ. 41 Permittas. 42 Adire. 43 Superiora. 44 Per jocum locutus. 45 Quasi de vase in vas fundendo adduxerim, transtulerim. 46 Laudibus. 47 Multo magis. 48 De quibus loquor. 49 Quæ fecisti. 50 Animi for-

mosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi, ut scis [51] M. Brutum, propter ejus summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam: tamen [52] Idibus Mart. tantum accessit ad [53] amorem, ut mirarer, locum fuisse [54] augendi [55] in eo, quod mihi [56] jam pridem [57] cumulatum esse videbatur. [58] Quis erat, qui putaret, ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid [59] accedere? tantum accessit, ut mihi nunc denique [60] amare videar, [61] antea [62] dilexisse. Quare [63] quid est, [64] quod ego te horter, ut dignitati et gloriæ [65] servias? proponam tibi claros viros, quod facere [66] solent, qui hortantur? neminem habeo clariorem, quam teipsum. [67] Te imitere oportet, [68] tecum ipse certes. Nec licet [69] quidem tibi jam, tantis rebus gestis, [70] non tui similem esse. Quod cum [71] ita sit, [72] hortatio non est necessaria, [73] gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod [74] haud scio an [75] nemini, ut [76] summa severitas animadversionis non modo non [77] invidiosa, sed etiam [78] popularis esset, et cum bonis omnibus, tum [79] infimo cuique gratissima. Hoc si tibi [80] fortuna quadam contigisset, gratularer [81] felicitati tuæ: sed contigit magnitudine tum [82] animi, tum etiam [83] ingenii atque consilii. Legi enim [84] concionem tuam: [85] nihil [86] illa sapien-

titudine, quæ a viribus proprie virtus dicitur. 51 Interfectorem Cæsaris. 52 Quibus Cæsarem cum Cassio aliisque conjuratis Brutus occidit. 53 Ejus sc. ob eversam columnam, hominesque libertatis inimicos extremo supplicio affectos. 54 Ut augeatur. 55 In ea re, i. vehementissimo amore. 56 A pluribus diebus. 57 Tam plenum, ut nihil posset superaddi. 58 Q. d. nullus. 59 Addi. 60 Te: quod plus est, quam *diligere;* nam *diligere*, est scorsum quemvis legere, ut eum, si dignus sit, amemus. Ep. 47. l. 13. *Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? sed tamen, ut scires, eum non a me* diligi *solum, verum etiam* amari, *ob eam rem tibi hæc scribo*. Terentius quoque ut diversa posuit in Eun. *Non pol, quo quenquam plus* amem; *aut plus* diligam, *eo feci*. 61 Ante hoc tempus. 62 Te. 63 Causæ vel rationis. 64 Propter quod 65 Inservias. 66 Ii. 67 Ipsum. 68 Non jam ut alios, sed ut te ipsum vincas. 69 Certe. 70 Degenerare deinceps a præclaris inceptis tuis. Ante monui, cum de moribus loquimur nomen *simile* aptius genitivo jungi; unde hic *similem tui* dixit: de corporis similitudine cum dativo. 71 Ut dictum est. 72 Tui. 73 Ob præclara incepta, a quibus degenerare non liceat. 74 Nescio. 75 Alteri contigerit, i. haud scio an cuiquam contigerit. 76 Summus rigor punitionis, cum in audaces, sceleratosque servos, tum in impuros et nefarios liberos, qui columnam erexerant, Cæsarique divinos honores decreverant. 77 Odiosa. 78 Placens et grata populo. 79 Maximo plebejo: quod mirum videbatur, cum infimi homines licentia et rerum novitate delectentur. 80 Felici quodam eventu. 81 Non virtuti. 82 Tui. Hoc refertur ad rem gestam, 83 Hoc ad concionem ipsam, in qua vehementer eos accusabat, qui columnam illam in foro Cæsari mortuo erexerant. 84 Orationem, quam habuisti ad populum. 85 Fuit, vel legi. 83 Concione tua,

tius:[87] ita[88] pedetentim et [89] gradatim tum [90] accessus a te ad causam facti, tum [91] recessus, ut[92] res ipsa [93] maturitatem tibi [94] animadvertendi omnium[95] concessu daret. Liberasti igitur et urbem [96] periculo, et [97] civitatem metu: neque solum [98] ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam[99] ad exemplum facti. Intelligere debes, in te [1] positam esse [2] Rempub. tibique non modo [3] tuendos, sed etiam [4] ornandos esse[5] illos viros, a quibus initium [6] libertatis[7] profectum est. Sed his de rebus coram[8] plura propediem, ut spero. Tu, quoniam Rempub. nosque conservas, fac ut diligentissime teipsum, mi Dolabella,[9] custodias. Vale.

XV. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Duabus tuis epistolis [2] respondebo: [3] uni, quam triduo [4] ante acceperam a[5] Zetho; alteri, quam attulerat Phileros[6] tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi, pergratam tibi esse curam meam valetudinis tuæ, [7] quam tibi [8] perspectam esse gaudeo. Sed (mihi crede) non [9] perinde, ut est [10] reapse, ex literis [11] perspicere potuisti. Nam cum a satis multis (non enim possum [12] aliter dicere) et coli me videam, et diligi, nemo est [13] illorum omnium mihi [14] te jucundior. Nam quod me amas, [15] quod id et [16] jampridem et [17] constanter facis, est id

87 Usque adeo. 88 Quasi tendando ingressum pede. 89 Sc. *factus est*. 90 Accessisti ad rem narrandam ita pedetentim et gradatim, indeque ita recessisti, non ut impetu quodam et temeritate raptus ad animadvertendum videreris, sed ut ipsa res, a te prudenter explicata, hortaretur te ad celerem animadversionem omnium consensu. 91 Facti ad te. 92 Casus, qui evenerat. 93 Celeritatem. 94 Puniendi eos, qui columnam erexerant. 95 Permissione, consensu. 96 Incendii, i. tecta ab igne. 97 Cives a cæde, vel metu seditionis. 98 Pro temporis parte, ut aliquandiu tua nobis hæc præclara actio fructum ferat. 99 Facti tui ut hoc exemplo semper homines ad bene de Rep. merendum excitentur. 1 Collocatam. 2 Reip. salutem. 3 Protegendos ab injuria. 4 Dignitatibus et honoribus afficiendos. 5 M. Brutum, C. Cassium, et reliquos conjuratos, qui Cæsarem regnantem occiderunt, 6 A tyrannide Cæsaris. 7 Ortum. 8 Loquemur. 9 Ab insidiis Antonii et Augusti.

1 Duabus Pæti epistolis respondet; priori, jure se ejus valetudine perturbatum, cujus et amorem in se, et ingenii festivitatem plurimi faciat; posteriori, nihil referre, utrum Romæ sit, an Neapoli: cum Romæ unius nutu regantur omnia: itaque se manere in sententia de domo Neapoli emenda. Epistola est responsoria. 2 Hac una Epistola. 3 Epistolæ. 4 Quam secunda esset allata. 5 Servo. 6 Tabellarius, i. literarum perlator. 7 Valetudinem. 8 Plane cognitam. 9 Ita. 10 Re ipsa. i. quantum de valetudine tua solicitus fuerim. 11 Perfecte videre et cognoscere. 12 Q. d. non possum dicere ab omnibus. 13 Qui me et colunt, et diligunt. 14 Quam tu sis. 15 Quod amas me. 16 A pluribus diebus. 17 Perseveranter.

[18] quidem magnum, atque haud scio an [19] maximum; sed tibi commune [20] cum multis: quod tu ipse tam [21] amandus es, tamque dulcis, tamque in [22] omni genere jucundus, id est [23] proprie tuum [24] accedunt non [25] Attici, sed [26] salsiores, quam [27] illi Atticorum, Romani veteres atque [28] urbani [29] sales. Ego autem ([30] existimes licet, quod lubet) mirifice [31] capior facetiis, maxime [32] nostratibus, præsertim cum eas videam primum [33] oblitas Latio, [34] tum, [35] cum in [36] urbem nostram est infusa [37] peregrinitas, [38] nunc vero etiam [39] Braccatis et [40] Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium [41] appareat. Itaque, te cum video, omnes mihi [42] Granios, omnes [43] Lucilios, ([44] vere ut dicam) [45] Crassos quoque, et Lælios videre videor. [46] Moriar, si praeter te quenquam reliquum habeo, in quo possim [47] imaginem [48] antiquæ et [49] vernaculæ [50] festivitatis agnoscere. Ad hos [51] lepores cum [52] amor erga me tantus [53] accedat, miraris, me tanta perturbatione valetudinis tuæ tam graviter [54] exanimatum fuisse? [55] Quod autem altera epistola [56] purgas te, non [57] dissuasorem mihi [58] emptionis Nea-

18 Certe. 19 Sit', i. et fortasse maximum. 20 Quia multi me et colunt et amant. 21 Amabilis. 22 Dorium et charitatum. 23 Peculiariter. 24 Ad mores tuos jucundissimos. 25 Athenienses, qui laudari imprimis solent. 26 Aptius conditi. 27 Nobilissimi sales. 28 In urbe Roma nati. 29 Lepores dicendi, i. sermones bene conditi leporo et acrimonia. 30 Ut judices. 31 Afficior delectatione, delector. 32 Romanis, non Latinis, aut Gallicis. 33 Desiisse Latium nostrum et suavitate prævalere. Lib. VII. epist. 31. dicit, *exaruisse jam veterem urbanitatem.* 34 Tunc primum. 35 Cum Latinis data civitas est: quorum consuetudo Romanum sermonem infuscavit. 36 Romam. 37 Ratio loquendi externa. Peregrini autem ab initio Latini Romæ vocabantur: et lex lata de peregrinis urbis usu prohibendis: et hic Cicero a peregrinis, i. Latinis, Gallos distinguit. 38 Videam eas oblitas. 39 Braccis, i. longioribus tunicis utentibus, a quibus dicta est Gallia Braccata, quæ cis Alpes fuit, et dicebatur provincia Narbonensis. 40 Nam Cæsar civitate donatos quosdam e semibarbaris Gallorum in senatum recepit. 41 Alibi. 42 Quicunque Granio similes in dictis fuere. Fuit enim Granius valde facetus, sed amaris quibusdam salibus dicax. De hoc meminit Cic. l. 2. de Orat. Al. *Gracchos*, i. sc. et Tib. Gracchos. 43 Lucilius item Poeta satyras suas multis salibus jocisque respersit. 44 Sincere et non ficte. 45 Omnes priscos romanos facundia et lepore dicendi nobilitatos: quales fuerunt imprimis L. Crassus orator, et C. Lælius, Sapientis cognomine honestatus, Africani minoris amicissimus, cui sermonis elegantiam tribuit Cicero in Bruto. 46 Permitto ut moriar. 47 Imitatricem. 48 Priscæ. 49 Nativæ et domesticæ, inter romana pomoeria natæ, et quasi inter vernas, i. natos domi nostræ ex ancillis nostris. Cic. Bruto: *Tineam, non minus multa ridicule dicentem, Granius obruerat nescio quo sapore* vernaculo. 50 Sales loquendi. 51 Sales et festivitates dicendi. 52 Tuus. 53 Addatur. 54 Animo privatum. 55 Transit ad alteram epistolam. 56 Excusas. 57 Dehortatorem. 58 Novæ domus Neapoli habendæ.

politanæ fuisse, sed [59] auctorem [60] commorationis urbanæ: [61] neque ego aliter accepi· intellexi tamen idem, quod his intelligo [62] literis, non existimasse te, mihi licere, id quod ego arbitrabar, [63] res has non [64] omnino quidem, sed magnam [65] partem relinquere. [66] Catulum mihi [67] narras, et [68] illa tempora: [69] quid simile? ne mihi quidem ipse [70] tunc placebat diutius abesse ab Reip. custodia; [71] sedebamus enim in puppi, [72] clavumque tenebamus: nunc autem vix est in [73] sentina [74] locus. [75] An minus multa S.C. [76] futura putas, si ego sim Neapoli? Romæ cum sum, et [77] urgeo forum, S.C. scribuntur apud [78] amatorem tuum, familiarem meum quidem, cum in mentem [79] venit, [80] ponor ad scribendum: et ante audio S. C. in Armeniam et Syriam esse perlatum, [81] quod [82] in meam sententiam factum esse dicatur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. Atque hoc nolim me [83] jocari putes. Nam mihi scito jam a Regibus [84] ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quod se [85] mea sententia Reges appellaverim: quos ego non modo Reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. [86] Quid ergo est? [87] tamen quandiu [88] hic erit noster hic [89] præfectus moribus, [90] parebo auctoritati tuæ: cum vero [91] abierit, ad [92] fungos me tuos conferam. Domum si [93] habebo, [94] in de-

59 Approbatorem, vel suasorem. 60 Al. *moderationis urbanæ*, i. gubernationis, quæ esset in urbe Roma, i. quod suaseris, ut neque semper in urbe maneam, neque semper absim. Al. *demorationis*, quæ vox a *demorari* deduci potest, quod bis in ejus scriptis exstat. 61 Ne ego quidem aliter, quam tu intelligendum dicis, interpretatus sum. 62 Ultimo datis. 63 Urbanas. 64 Penitus. 65 Earum, i. ex magna parte. 66 Q. Catulum, ejus filium, qui cum C. Mario consul fuit. 67 Adducis in exemplum, i. ais Catulum ab Reip. custodia nunquam discessisse. 68 Cum viveret Catulus. 69 Est de Catulo et de me? 70 Cum essem injusto exilio damnatus. 71 Tunc. 72 Gubernaculum navis, i. Remp. gubernabamus ut principes, dignitate et auctoritate summa, ut nauclerus navem. 73 Infimo et vilissimo loco navis, quo omnes sordes defluunt. 74 Nobis, i. tantum abest, ut Remp. regamus, ut vix ullam ejus partem attingere nobis liceat. 75 Abesse mihi licet nullo Reip. damno: non enim, si ego Romæ non sim, ideo minus multa S. C. fient. 76 Romæ. 77 Cogo judices, in forum sæpe venio. 78 Cæsarem, apud quem auctoritate et gratia plurimum vales. 79 Illi, sc. Cæsari. 80 Nomen meum senatusconsultis interque auctoritates perscriptas a Cæsare inseritur, quasi ego scribendo affuerim: vide ep. 8. l. 8. 81 Senatusconsultum. 82 Secundum. 83 Per jocum dicere. 84 Ultimarum regionum, i. qui regnant in finibus imperii romani. 85 Pronunciando sententiam meam. 86 Ergo quæris, quid decreverim facere? 87 Quamvis triste sit Romæ esse. 88 Romæ. 89 Cæsar, quem senatus moribus in triennium præfecerat. 90 Faciam, quod suades, non migrabo, nec ab urbe discedam. 91 In Hispaniam. 92 Boletos optime conditos, i. ad te veniam. 93 Neapoli. 94 Quem sumptum in singulos dies præscribit sumptuaria lex, eum in decem dies distribuam, i. tam parcus ero, ut, quæ lex sumptuaria permittit expendere in singulos dies, expendam tantum in denos; ita non mo-

nos dies, singulos [95] sumptuariæ legis dies conferam: [96] sin minus invenero, quod placeat, decrevi habitare apud te. Scio enim me nihil gratius tibi facere posse. Domum [97] Sullanam [98] desperabam jam, ut tibi proxime scripsi: sed tamen [99] non abjeci. Tu, velim, [1] ut scribis, cum [2] fabris eam perspicias. Si enim nihil est in parietibus aut in tecto [3] vitii, cætera mihi [4] probabuntur. Vale.

XVI. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Delectarunt me literæ tuæ, in quibus primum amavi amorem tuum, qui te ad scribendum incitavit, [2] verentem, ne [3] Silius [4] suo nuntio aliquid mihi [5] sollicitudinis attulisset: de quo et tu mihi antea scripseras, bis quidem [6] eodem exemplo: facile ut intelligerem te esse [7] commotum: et ego tibi [8] accurate rescripseram, ut, [9] quoquo modo, in tali re atque tempore aut liberarem te ista [10] cura, aut [11] certe [12] levarem. Sed cum proximis quoque [13] literis ostendis, quantæ tibi curæ sit ea res: Sic, mi Pæte, [14] habeto: quicquid arte fieri potuerit, (non enim jam satis est consilio pugnare: artificium quoddam [15] excogitandum est) sed tamen quicquid elaborari, aut effici potuerit ad [16] istorum benevolentiam [17] conciliandam et [18] colligendam, summo studio me [19] consecutum esse, [20] nec frustra, ut arbitror sic enim color, sic observor ab omnibus iis, qui a Cæsare diliguntur, ut ab eis me [21] amari putem. Nam, etsi NON *facile* [22] *dijudicatur amor verus, et fictus: nisi aliquod incidat ejusmodi tempus, ut*[23] *quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo*[24] *perspici possit;*

do non contra legem, sed etiam intra legem epulabor. 95 Latæ de sumptibus moderandis. Lege Macrob. 3 Sat. sed eam nunc intelligit, quam eo tempore Cæsar ea de re tulit, vel certe servari jussit. 96 Sed si domum non invenero, quæ placeat. 97 In urbe Neapoli. 98 Nullo modo sperabam. 99 Adhuc spero. Ep. 1. l. 13. *Te* abjecisse *illam ædificationem*, constabat inter omnes. 1 Te, facturum. 2 Murariis. 3 Corruptionis. 4 Placebunt.

1 Ostendit, nihil a se prætermissum, ut Cæsarianorum benevolentiam sibi conciliaret: deinde, neque boni civis, neque sapientis hominis officium in se desiderari posse: postremo, ad Papirii jocationes respondet. Epistola nunciatoria est et jocosa. 2 Timentem. 3 A quo Cicero villam emere volebat. 4 Denunciatione sua. Videtur nuntiasse, Cæsarem salibus Ciceronis esse offensum. 5 Negotii. 6 Iisdem verbis et rationibus. 7 Timore. 8 Adhibita cura. 9 Quocunque. 10 Solicitudinem. 11 Saltem, si liberare non possem, autem nollem. 12 Deonerarem te ista cura. 13 Tuis. 14 Teneto pro certo. 15 Cogitando inveniendum. 15 Cæsarianorum. 17 De novo acquirendam. 18 Ex occasionibus quantumlibet parvis. 19 Obtinuisse. 20 Consecutus sum. 21 Coli enim et observari aliquis potest, nec tamen amari. 22 Discernitur. 23 Perinde atque. 24 Probari, perfecto nosci aliquo dis-

[25] cætera sunt signa [26] communia: [27] sed ego uno utor argumento, quamobrem me ex animo vereque arbitrer diligi, quia et [28] nostra fortuna ea est, et [29] illorum, ut [30] simulandi causa non sit. De [31] illo autem, [32] quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta, [33] cum a jure discessum est; nec [34] præstari quicquam potest, quale futurum sit, quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamen [35] ejus ipsius nulla re a me offensus est animus: est enim adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio. Ut enim olim arbitrabar esse meum, libere loqui, [36] cujus opera esset in [37] civitate libertas; [38] sic [39] ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut [40] illius, aut eorum, qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum [41] offensionem, [42] fama ingenii mihi est abjicienda. [43] Quod si possem, non recusarem. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium, et, ut [44] Servius frater tuus (quem literatissimum fuisse judico) facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est, quod [45] tritas [46] haberet aures [47] notandis generibus Poetarum, et [48] consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, cum [49] volumina jam [50] confecerit [51] ἀποφθεγμάτων, siquid afferatur ad eum pro meo, [52] quod meum non sit, [53] rejicere solere. Quod [54] eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere quotidie illius familiares. Incidunt autem [55] in sermone vario multa, quæ fortasse [56] illis,

crimine. Id ita expressit Ovidius: *Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum; Tempore sic duro est inspicienda fides.* 25 Extra periculum. 26 Tam eorum, qui vere amant, quam qui ficte. 27 Tamen. 28 Humilis et abjecta: itaque non est, cur quisquam, qui vere non amet, amare se simulet. 29 Florentissima: cum sit penes Cæsarem potestas omnis. 30 Cur simulent me amare, si non amarent. 31 Cæsare. 32 In cujus potestate ac manibus. 33 Cum quis ad tantam potentiam evectus est, ut sit supra leges, ut pro arbitrio suo, neglectis legibus, omnia possit agere et moderari. 34 Firmiter promitti, pro certo affirmari. Al. *præsciri*. 35 Cæsaris. 36 Idest, mea diligentia et labore, ob conjurationem Catilinæ oppressam. 37 Roma. 38 Meum est. 39 Libertate civitatis. 40 Cæsaris. 41 Nonnulla dicta falsa, quæ alios offendunt. Dicit Cicero se nihil loqui, quod jure offendere possit Cæsarem aut ejus familiares; si tamen offendatur facetis quibusdam dictis, quæ sibi tribuantur, se non posse impedire, nisi simul velit abjicere famam ingenii. 42 Quam abjicere non possum; itaque nec effugere acuto aut facete dictorum offensionem. 43 Effugere offensionem supra dictam. 44 Servius Claudius, qui Metello et Afranio Coss. obiit: cujus libros Pætus Ciceroni donavit. 45 Assuetas, admodum exercitatas. 46 Servius. 47 Diligenter observandis. 48 Cum assidue quoque poetas legeret. 49 Libellos. 50 Ex diversis collegerit, puer cum esset. 51 Acute, sententiose, ac mordaciter sive false dictorum a multis. 52 Quod a me non sit dictum et excogitatum. 53 Abjicere, et non recipere. 54 Tanto magis, 55 Dum de variis rebus loquimur, 56 Cæsaris fa-

gno forensi, [16] ludum quasi habere cœperim. [17] Quid quæris? me quoque delectat [18] consilium: multa enim [19] consequor: primum, id quod maxime nunc opus est, [20] munio me ad hæc tempora. [21] Id [22] cujusmodi sit, nescio: [23] tantum video, nullius adhuc consilia me [24] huic [25] anteponere: nisi forte mori melius fuit [26] in lectulo; [27] fateor: sed non accidit: [28] in acie [29] non fui. [30] Cæteri quidem [31] Pompejus, [32] Lentulus tuus, [33] Scipio, [34] Afranius [35] fœde perierunt: at [36] Cato [37] præclare. Jam [38] istuc quidem, cum volemus, [39] licebit: demus [40] modo operam ne [41] tam necesse nobis sit, quam [42] illi fuit, [43] id quod agimus. Ergo [44] hoc [45] primum. [46] Sequitur [47] illud: ipse melior fio, primum [48] valetudine, [49] quam, intermissis [50] exercitationibus, amiseram: deinde ipsa illa, siqua fuit in me, [51] facultas orationis, nisi me ad has [52] exercitationes retulissem, [53] exaruisset. Extremum [54] illud est, quod tu nescio an [55] primum putes: plures jam pavones [56] confeci, quam [57] tu pullos columbinos. Tu [58] istic te [59] Atteriano [60] jure delectato: [61] ego me hic [62] Hirtiano. Veni igitur, si [63] vir es, et [64] disce jam [65] προ-

esso. *Reges* dicuntur, qui in arte, quam promittunt, valde excellunt, et *regnum* de excellentia. Manil. lib. IV. de natis sub Virgine: *Illa decus linguæ faciet*, regnumque *loquendi*. 16 Locum exercitationis in arte dicendi. 17 Quid vis ut amplius dicam? Noli quærere. 18 Hoc. 19 Obtineo. 20 Cæsaris familiarium amicitia, Hirtii, Dolabellæ, et aliorum. 21 Munire ad tempora. 22 Quale, quam firmum sit. 23 Duntaxat cognosco. 24 Consilio meo. 25 Præferre. 26 Non violenta morte. 27 Melius fuisse, si accidisset. 28 Prælio Pharsalico, valetudine adversa impeditus, teste Plutarco. 29 Ut violenta morte perirem. 30 Nobiles viri. 31 Magnus, jussu Ptolomæi, Ægypti Regis, ab Achilla et L. Septimio interfectus. 32 L. Lentulus, qui consul fuit anno primo belli civilis, ejusdem Regis jussu in custodia necatus. 33 Pompeji socer: a P. Sitio apud Hipponem circumventus. 34 L. Afranius, consularis, a P. Sitio captus. 35 Ignominiose: quia aut fugam meditantes, aut non fortiter bellantes perierunt. 36 Qui se ipse Uticæ, ne in Cæsaris victoris potestatem veniret, interfecit. 37 Periit: quia servire noluit, honestamque turpi vitæ mortem anteposuit. 38 Sic præclare perire, ut Cato Uticensis periit. 39 Concedetur nobis. 40 Solummodo. 41 Sic perire. 42 Catoni: quia Cæsarem, vetere odio incensum, timere potuit: nos damus operam, ut ejus nobis animum reconciliemus: itaque cum ejus familiarissimis conjunctissime vivimus. 43 Quam rem curamus. 44 Quod dixi me munire ad hæc tempora. 45 Est. 46 Est secundarium. 47 Manum inferre in summa necessitate. 48 Quia sanior fio. 49 Valetudinem. 50 In dicendi arte. 51 Potestas. 52 Dicendi, scribendi. 53 Exstincta fuisset. 54 Quod jam dicam. 55 Primo eligendum. 56 Consumpsi et devoravi, se. apud Hirtium et Dolabellam, non domi suæ. 57 Confecisti. 58 Ubi tu es. 59 Quod Arterius tibi apponit. 60 Succo, i. aqua, in qua carnes sunt decoctæ. 61 Delectabo. 62 Jure, i. quod Hirtius familiaris meus, et Cæsaris amicus, mihi apponet. 63 Virilis animi. 64 E cœnis Hirtianis. 65 Declamationes prævias: quia, sicut ex τῶν προλεγομένων, quæ proponuntur libris, docemur ea, quæ ad ipsos libros attinent, sic Hirtii cœnæ Papirium, quas

λελόμενας, quas quæris: [66] etsi *sus Minervam*. Sed [67] quando, ut [68] video, [69] æstimationes tuas vendere non potes, neque [70] ollam [71] denariorum implere, [72] Romam tibi remigrandum est. [73] Satius est [74] hic [75] cruditate, quam [76] illic fame. [77] Video te bona perdidisse: spero [78] idem istuc [79] familiares tuos [80] actum igitur de te est, nisi provides. Potes mulo isto, quem tibi reliquum dicis esse ([81] quando cantherium comedisti) Romam, pervehi. [82] Sella tibi erit in [83] ludo, tanquam [84] hypodidascalo, [85] proxima [86] eam [87] pulvinus sequetur. Vale.

XIX. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Tamen [2] malitia non discedis: [3] tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum : hoc videris dicere, cum [4] reges tam sint [5] continentes, multo magis [6] consulares [7] esse oportere. Nescis me ab [8] illo omnia [9] expiscatum: recta enim a [10] porta domum meam [11] venisse, neque hoc admiror, quod non ad [12] tuam [13] potius: sed [14] illud, [15] quod nec ad [16] suam. [17] Ego autem tribus primis verbis. Quid noster [18] Pætus? At [19] ille [20] adjurans, [21] nusquam se unquam libentius. [22] Hoc si [23] verbis assecutus es, aures ad te afferam [24] non minus elegan-

cœnas dare deberet, admonere et erudire possent. 66 Quamquam hoc ego videor facere, quod sus, i. imperitissimum animal faceret, docendo Minervam, i. deam sapientiæ, et artificii omnis inventricem. Usurpatur ergo hoc adagium in eos, qui, cujus rei scientia carent, in ea peritissimos conantur erudire. 67 Quoniam. 68 Cognosco. 69 Possessiones, quas per æstimationem a debitoribus accepisti. 70 Fideliam, i. vas terreum in terram defodiendum. 71 Nummis. 72 Fortasse scripserat Pætus, tunc velle se, cum ollam denariorum, æstimationibus venditis, implevisset, Romam redire. 73 Perire. 74 Romæ. 75 Cibo indigesto propter crapulam. 76 Ubi es. 77 Intelligo. 78 Fecisse. 79 Apud quos cœnare solitus es. 80 Tu ergo periisti. 81 Quoniam equum castratum et molliter ingredientem (ne inter equas petulantior sit) pretio in obsoniis absumpsisti. 82 Sedes. 83 Literario, i. in scholis meis. 84 Sub magistro, ei, qui subdoceat. 85 Meæ. 86 Sellam, i. habebis super sellam pulvinum, ut in ea commodius sedeas. 87 Plumis oppletum sedis fulcimentum.

1 Tametsi te sæpe admonui, ut simplicius mecum agas. Jocosa epistola, qua accusat Pætum, qui negaverat Balbum a se magnifice exceptum: cum aliud Balbus confessus sit. 2 Fraude et versutia tua. 3 Aliquantulum tenui. 4 Lauti illi et sumptuosi convivatores tam frugali cœna sint contenti. 5 Modici sumptus. 6 Viros, ut ego sum. 7 Continentes. 8 Balbo. 9 Quasi per inescationem, qua pisces capiuntur, omnia subtiliter extorsisse. 10 Urbis. 11 Nescis. 12 Domum. 13 Venerit. 14 Admiror. 15 Venit prius. 16 Domum, quam ad meam. 17 Allocutus, vel percunctatus sum. 18 Egit te recipiendo? 19 Balbus. 20 Se. *dixit*. 21 Nusquam se hilarius avidiusque cœnasse. Hoc enim Latinis proprie est *libenter* edere. Cato de re rustica: *Si voles in convivio multum bibere, cœnareque* libenter. 22 Tale testimonium Balbi. 23 Sermonibus. 24 Quam Balbus.

tos: [25] sin autem [26] opsonio, [27] peto a te, ne pluris esse [28] balbos, [29] quam disertos putes. Me quotidie [30] aliud [31] ex alio impedit. Sed si me [32] expediero, [33] ut in [34] ista loca venire possim, [35] non committam, ut te sero a me [36] certiorem factum [37] putes. Vale.

XX. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Dupliciter delectatus sum tuis literis, et quod ipse risi, et quod te intellexi jam posse ridere. Me autem a te, [2] ut scurram velitem, [3] malis [4] oneratum esse, non moleste tuli. Illud doleo, in [5] ista loca venire me, ut [6] constitueram, non potuisse: habuisses enim non [7] hospitem, sed [8] contubernalem. At [9] quem virum? non eum, quem tu es solitus [10] promulside conficere. Integram famem [11] ad ovum [12] affero. [13] Itaque usque [14] ad assum vitulinum [15] opera [16] perducitur. [17] Illa mea, quæ solebas antea [18] laudare: O hominem [19] facilem! o hospitem [20] non gravem! [21] abierunt. Nam omnem nostram de Repub. curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, [22] commentationem [23] causarum [24] abjecimus. In Epicuri nos [25] adversarii nos

25 Sed si assecutus es. 26 Genere cibi. 27 Exigo. 28 Jocatur in ambiguo Balbi nomine: *balbi* enim dicuntur, qui linguæ vitio parum expedite loquuntur. 29 Quam me diserte loquentem, i. noli minus lante disertos accipere, quam balbos. 30 Impedimentum. 31 Ortum. 32 Liberavero his impedimentis. 33 Ita ut. 34 Ubi tu es. 35 Non faciam. 36 De adventu meo. 37 Putare possis.

1 Jocosa et hæc epistola, dum de studio suo culinario Pætum certiorem facit. 2 Tanquam militem velitari solitum, i. parum utilem et contemptibilem. Levis enim armaturæ milites *velites* dicuntur. Ergo dicit, se velitem æstimatum, ut qui nonnisi levia convitia referre valeat. 3 Quæ vel miserat fortasse Pætus ad Ciceronem; vel scripserat, si ad eum iret, egregia daturum in secunda mensa. Al. *malis*, i. maledicis probris et conviciis. 4 Ut velites in itinere sarcinis onerari solent. 5 Ubi tu es. 6 Venire. 7 Amicum hospitio susceptum. 8 Cohabitatorem assiduum ejusdem contubernii: diutius enim, quam solent hospites, apud te mansissem. 9 Qualem virum habuisses? 10 Exaturare, satiatum dimittere, ut nihil amplius possit comedere, antecœnio vel gustatione. 11 Ad primum ferculum, nam ab ovo cœnas incipere solebant, et malis sive pomis finire. Horat. Sat. 3. *l.* 1. *Si collibuisset, ab ovo Usque ad mala citaret.* 12 Attulissem. 13 Atque ita. 14 Assam vitulinam carnem, i. ad exitum cœnæ: asso enim veteres claudebant æstivam cenam. 15 Edendi. 16 Al. *producitur*, i. strenue comeditur usque ad finem cœnæ. 17 Sobrietatis præconia. 18 Dicendo de me: o hominem facilem! etc. 19 Quovis cibo contentum. 20 Non molestum, et levioris impensæ, qui sumptum exiguum afferat. 21 Recesserunt nunc a me. 22 Inventionem, meditationem. 23 Dicendarum. 24 Neque enim, inquit, nunc ago causas, ut præmeditari oporteat, atque ita sobrie vivere. 25 Magna enim Epicuro cum Academicis de summo bono controversia est: cum hi felicitatem honestis actionibus, ille sola volu-

stri, castra [26] conjecimus: [27] nec tamen [28] ad hanc insolentiam, sed ad [29] illam [30] tuam lautitiam [31] veterem, dico, [32] cum in sumptum habebas: [33] etsi nunquam [34] plura prædia habuisti. [35] Proinde te para: cum homine [36] edaci tibi [37] res est, et qui jam aliquid [38] intelligat: [39] ὀψιμαθεῖς autem homines scis quam [40] insolentes sint: [41] dediscendæ tibi sunt [42] sportellæ, et [43] artolagani tui. Nos jam [44] artis [45] tantum habemus, ut [46] Verrium tuum, et Camillum ([47] qua munditia homines? qua [48] elegantia?) [49] vocare sæpius audeamus. Sed [50] vide [51] audaciam: etiam [52] Hirtio cœnam dedi, [53] sine pavone tamen. In ea cœna cocus meus, præter [54] jus fervens, [55] nihil potuit imitari. [56] Hæc [57] igitur est nunc vita nostra. Mane salutamus [58] domi et bonos viros multos, sed tristes, [59] et hos lætos victores: qui me quidem [60] perofficiose et peramanter observant. [61] Ubi salutatio defluxit, literis me [62] involvo, aut scribo, aut [63] lego. Veniunt etiam, qui me [64] audiant, quasi doctum hominem, quia paulo sum, quam ipsi, doctior. [65] Inde [66] corpori omne tempus [67] da-

ptate metiretur. 26 Intrusimus, i. militamus nunc sub Epicuro. 27 Conjecimus nos. 28 Ad huno immodicum sive nimium sumptum, quem nuper cœpi facere in cœnis. Phil. 9 *Magnifice enim* (inquit) *Ser. Sulpicius majorum continentiam dilegebat, hujus seculi* insolentiam *vituperabat.* 29 Nobilem. 30 Qui Epicureus es. 31 Non recentem. 32 Cum ad sumptus faciendos copiæ suppetebant, cum pro sumptibus facultates erant, cum erat tibi quod esset in sumptum satis. Imitamur igitur lautitiam tuam, inquit, non hanc recentem, satis tenuem, sed illam veterem, cum habebas in sumptum. 33 Quanquam nunquam fuisti ditior, quippe qui nihil jam cures. 34 Quam nunc habes. 35 Ideoque. 36 Assidue et multum edente. 37 Negotium. 38 De lautitiis cœnarum, licet sero inceperit discere. 39 Sero discentes, i. qui jam grandes natu discunt. Didicerat autem ab Hirtio et Dolabella, quos *cœnandi magistros* vocavit ep. 16 Lege Gel. l. 15. c. 30. 40 Protervi: insolenter enim suam scientiam patefaciunt. 41 Abolendæ. 42 Minimæ portiones pecuniariæ, vel cibi, quæ salutatoribus dabantur a divitibus. 43 Cibi ex pane et placentis sunt dediscendi tibi. 44 Coquinariæ vel culinariæ. 45 Tantos progressus usu et exercitatione fecimus, ut nos impensa non deterreat, sed cœnas sumptuosas facere possimus. 46 Flaccum, juris pontificii peritissimum. 47 Quali, i. elegantis gulæ. 48 Eleganti munditia. 49 Invitare ad cœnam. 50 Animadverte. 51 Meam. 52 Homini delicatissimo. 53 Cum Hirtii cœnæ sine pavone esse non soleant. 54 Quod apponebatur in cœnis Hirtianis. 55 Non dedit ea, quæ cocus Hirtii. Jocus est: non enim coci culpa fuit, sed Ciceronis, qui pepercit sumptui. 56 Hujusmodi. 57 Quia nos Epicuro addiximus. 58 Nostræ. 59 Salutamus. 60 Valde officiose, et valde amanter venerantes cavent me offendere ac lædere. 61 Postquam salutandi officium præteriit, ut aquæ cursus. Metaphora. Sal. in Iug. *Ubi per socordiam, vires, tempus, ingenium* defluxere, naturæ infirmitas accusatur. 62 Occupo, i. abdo me in literas. 63 Aliquid. 64 Docentem, de aliqua re disputantem. 65 Deinde. 66 Curando ac fovendo, sc. ambulatione, balneo, unctione, cœna, quiete. 67 Impenditur.

tur. [68] Patriam [69] eluxi jam et gravius et diutius, quam [70] ulla mater unicum [71] filium. Sed cura, si me amas, [72] ut valeas: ne ego, [73] te jacente, bona tua comedam: [74] statui enim [75] tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.

XXI. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Ain'tandem? insanire tibi videris, quod imitere verborum meorum, ut scribis, [2] fulmina? tum insanires, si [3] consequi non posses: cum vero etiam [4] vincas, me prius irrideas, quam te, oportet. [5] Quare [6] nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius [7] Ἀπότευγμα meum. Veruntamen quid tibi ego [8] videor in epistolis? [9] non ne [10] plebejo sermone agere tecum? [11] nec enim semper eodem modo. [12] Quid enim simile habet epistola aut judicio, aut concioni? [13] quin ipsa judicia non solemus omnia tractare uno modo. [14] Privatas causas, et eas [15] tenues, agimus [16] subtilius: [17] capitis, aut famæ: [18] scil. [19] ornatius: epistolas vero quotidianis verbis [20] texere solemus. Sed tamen mi Pæte, [21] quid tibi venit in mentem negare. Papirium quemquam unquam nisi [22] plebejum fuisse? [23] fuerunt enim [24] patricii [25] minorum gentium. quorum [26] princeps [27] L. Papirius Mugillanus: qui consul cum L. Sempronio Atratino fuit, cum antea [28] Censor cum [29] eodem fuisset, annis post Romam conditam CCCXII.

68 Reip. interitum. 69 Usque ad finem luxi. 70 Luxit. 71 Suum. 72 Ut salvus sis. 73 Te decumbente propter ægritudinem, i. te ægrotante. 74 Constitui. 75 Bonis tuis.

1 Ain'tu? Dicimus hoc, interrogantes ea de re, quæ admirationem nobis attulit. Ter. in Andr. *Ain'tandem? civis Glycerium est?* Irriserat se ipsum Pætus, qui fulmina verborum Ciceronis imitaretur, cum ea consequi minime posset: deinde negaverat, Papirium quenquam fuisse patricium: utrumque Cicero refutat. Confutatoria est epistola. 2 Vehementem impetum. 3 Obtinere meam dicendi vim. 4 Superes me. 5 Quamobrem cum sis in dicendo acrior, quam ego. 6 Non opus est, ut verba Trabeæ, Poetæ Comici, in te convenire dicas: in me enim potius conveniunt. 7 Ἀπότευγμα aliquis facit, cum rem, quam aggressus est, non consequitur et nanciscitur. 8 Agere. 9 Videor. 10 Vulgari, humili, non elaborato, sed quali homines de plebe utuntur. 11 Decet loqui. 12 Q. d. nihil. 13 Quin etiam. 14 Privata judicia hoc a publicis differebant, quod in publicis quilibet accusator admittebatur, ut quorum injuria ad omnes pertineret: privata, quæ privatim ab illo uno, cujus intererat, ageretur. 15 Modici momenti. 16 Puro quodam et simplici dicendi genere. 17 Sc. *causas*, i. ubi aut vita, aut fama in periculo est, quæ privatæ causæ non sunt. 18 Scire licet, cur id faciamus. Affirmantis est. 19 Agimus. 20 Componere. 21 Quomodo. 22 Humilem et ignobilem. 23 Papirii. 24 De genere Patrum conscriptorum seu senatus. 25 Posteriorum, non ab illis centum, quos Romulus patres legerat, orti. Tarquinius Priscus centum in Patres legit, qui deinde *minorum gentium* sunt appellati. 26 Principium capiens et primus. 27 Fuit. 28 Livius l. 4. prius consulem, quam Censorem, Mugillanum facit. 29 Sempronio.

Sed tum [30] Papisii [31] dicebamini. Post [32] hunc [33] XIII. fuerunt [34] sella curuli, ante L. Papirium Crassum, qui primus Papisius est vocari [35] desitus: [36] Is dictator cum L. Papirio Cursore, magistro equitum, factus est, annis post Romam conditam CCCCXV, et [37] quadriennio post consul cum C. Duillio. [38] Hunc [39] secutus est [40] cursor, homo valde honoratus: [41] deinde L. [42] Masso [43] ædilitius: inde multi [44] Massones: quorum quidem tu omnium patriciorum [45] imagines habeas, volo. Deinde [46] Carbones et Turdi [47] insequuntur. [48] Ili plebeji fuerunt: quos [49] contemnas, censeo. Nam præter hunc [50] Cn. Carbonem, quem [51] Damasippus [52] occidit civis [53] e Rep. Carbonum nemo fuit. Coguovimus Cn. Carbonem, et ejus fratrem [54] scurram: [55] quid his improbius? De [56] hoc amico meo, et Rubriæ filio, nihil dico. Tres [57] illi fratres fuere, C. Cn. M. Carbones. Marcus P. Flacco accusante condemnatus. Fur magnus ex [58] Sicilia. [59] Cajus, accusante [60] L. Crasso, [61] cantharidas sumpsisse dicitur: [62] Is et tribunus pleb. seditiosus, et [63] P. Africano [64] vim attulisse existimatus est. [65] Hoc vero, qui Lilybæi a Pompejo [66] nostro, interfectus est, improbior nemo (meo judicio) fuit. Jam, [67] pater ejus, accusatus a M. Antonio, [68] sutorio atramento absolutus putatur. Quare [69] ad

30 Antiquo more, ut Valesii et Fusii. 31 Vos, qui estis de genere Papiriorum. 32 Sempronium. 33 Tredecim magistratus de genere Papiriorum. 34 In qua sedebant nonnisi magistratus majores, qui tum erant patritii. 35 Desiit: quia sumpsit cognomen Crassi. 36 L. Papirius. 37 Spatio quatuor annorum. 38 L. Papirium. 39 In magistratu. 40 Alter de genere Papiriorum, quem Alexandro Magno multi virtute æquabant, teste Livio l. 9. 41 Secutus est. 42 Quartum cognomen Papiriæ gentis: jam enim Mugillanum, Crassum, Cursorem nominavit: qui fuere omnes patricii: Durdi et Carbones, plebeji, sequentur. 43 Ædilitiæ dignitatis. 44 Secuti sunt. 45 Cereas in stemmate tuo: quia omnes sunt de progenie tua. Romani veteres majorum imagines domi asservabant: eæque mortuis in funere præferebantur. 46 Sic cognominati. 47 In locum Papiriorum. 48 Carbones et Turdi. 49 Ut vilipendas. 50 Qui Arvina dictus est. 51 L. Damasippus, tunc prætor. 52 In curia Hostilia. 53 Utilis Reipublicæ. 54 Infami vita et sermone victum quæritantem. 55 Fuit. 56 Carbone. 57 Insigni omnes improbitate. 58 Cum in ea prætor, aut quæstor, aut legatus esset. 59 Carbonum omnium eloquentissimus. 60 Oratore, annos nato 19. 61 Vermiculos virides venenatos, quorum succo homines cito enecantur. 62 Cajus erat. 63 Qui domi suæ inventus est exstinctus. 64 Necem. 65 Cn. Carbone, qui ter consulatum adeptus, acerrime contra Syllam pugnavit: postremo victus, et Italia pulsus, in urbe et promontorio Siciliæ, quod Lybiam respicit, a Pompejo occisus est. 66 Amico. 67 Cn. Carbo. 68 Cum nota infamiæ, sicut improbi sutorio atramento, i. quo sutores pelles denigrant, sugillari solent. 69 Ad primos illos Papirios, qui patricii ac viri boni fuerunt. *Patres* dicti centum illi, ex quibus senatum Romulus constituit: qui omnes ingenui fuere.

patres censeo [70] revertare. [71] Plebeii quam fuerint [72] importuni, vides. Vale.

XXII. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Amo [2] verecundiam, vel potius [3] libertatem loquendi: atque [4] hoc [5] Zenoni placuit, homini mehercule [6] acuto, etsi Academiæ [7] nostræ cum [8] eo magna [9] rixa est. Sed, ut dico, placet [10] Stoicis, [11] suo quamque rem nomine appellare. Sic enim disserunt, nihil esse obscænum, nihil turpe dictu. Nam si quod sit in obscænitate [12] flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse [13] tertium. In re [14] non est. [15] Itaque non modo in Comœdiis res ipsa narratur; ut [16] ille in [17] Demiurgo [18] modo, (forte nosti [19] canticum: meministi [20] Roscium) ita me [21] destituit nudum. Totus est sermo verbis tectus, re [22] impudentior: sed etiam [23] in [24] Tragœdiis: [25] quid est enim illud? Quæ mulier [26] una? quid, inquam, est. [27] Usurpata duplex cubile. [28] Quid

70 Malo, inquit, patricium te esse, ducta origine a patriciis, non a plebejis 71 Papirii, qui e plebe in Papiriorum familiam asciti sunt. 72 Improbi, violenti, nequam, omnibus incommodi. In lib. XII. ep. 12. Importunissimi *latrones*.

1 Ita libere locutus erat Pætus in epistola sua, ut obscænum verbum non vitaret: unde sumpsit occasionem Cicero exponendæ Stoicorum sententiæ de licentia loquendi: quo facto, scholam Stoicam damnat: a se ait servari Platonis in loquendo verecundiam. Disputatoria est epistola. 2 Platonis, in loquendo. 3 Quam Stoici commendant. 4 Suo quamque rem nomine appellare. 5 Principi Stoicæ sectæ. 6 Subtili. 7 Quam frequentius imitamur. 8 Zenone. 9 Lis et controversia de fine bonorum et malorum: cum Stoici unam virtutem sequantur, cætera contemnant omnia; Academici vero virtutem quidem rebus omnibus præferant, honoribus tamen, divitiis, valetudini, aliisque tum fortunæ, tum naturæ muneribus locum relinquant. 10 Quia Zenoni placuit; quos in primo de Officiis libro hac in parte audiendos negat. 11 Proprio. 12 Peccatum magnum. 13 Præter rem aut verbum, quod possit esse obscænum. 14 Obscænitas. 15 Et ita. 16 Histrio, i. Roscius, inducitur loqui. 17 Quæ fuit Turpilii Poetæ comici comœdia. 18 Paulo ante. Si Ciceronis verbum est, actam paulo ante hanc comœdiam, cogimur credere. Vel, si, τὸ *modo* Poetæ verbum sit, sic distinguemus: *ut ille in Demiurgo: modo (forte nosti canticum: meministi Roscium) Ita me destituit nudum.* 19 Carmen poetæ in comœdia. 20 Cum Roscius illud recitaret agendo personam ejus id dicentis. 21 Fugiens dereliquit. In Demiurgo Comœdia querebatur nescio quis, nudum se a muliere destitutum. Al. *Ita me destituit nudam Bacchus. Est sermo verbis tectus, re impudentior*. Quo textu *destituere* hic est comprimere. 22 Est. Quia significando se nudum destitutum, ereptam sibi habendæ rei cum ea muliere potestatem significat. 23 Narratur res ipsa, 24 in quibus major, quam in comœdiis, gravitas requiritur. 25 Quod dicitur in tragœdia. 26 Cum sit una, i. quænam est, quæ cum viro concumbit? 27 Quæ usurpavit. Hoc proxime sequitur post illud, *Quæ mulier una?* Nam verba sunt, mulieris de pellice querentis. 28 In alia Tragœdia.

illud: [29] Phærei hic cubile inire est ausus. [30] Quid est? Virginem me quondam invitam per vim [31] violat. Jupiter bone, violat? Atqui [32] idem significat: sed [33] alterum nemo [34] tulisset. Vides igitur cum eadem res sit, quia verba non [35] sint, nihil videri turpe. Ergo in re [36] non est: multo minus in verbis. [37] Si enim quod verbo significatur id turpe non est, verbum, quod [38] significat, turpe esse non potest. [39] Anum appellas [40] alieno nomine: [41] cur non [42] suo potius? Si [43] turpe est, ne [44] alieno quidem: [45] si non est, [46] suo potius. Caudam [47] antiqui penem vocabant ex quo est [48] propter similitudinem [49] penicillus: at hodie penis [50] est in [51] obscœnis. At vero Piso ille [52] frugi in annalibus suis queritur, adolescentes [53] peni deditos esse: quod tu in epistola appellas [54] suo nomine [55] ille tectius penem. Sed quia [56] multi, factum est tam obscœnum, quam [57] id verbum quo tu usus es. [58] Quid, quod vulgo dicitur, [59] cum nos te voluimus convenire, num obscœnum est? Memini, in Senatu disertum [60] consularem [61] ita eloqui. Hanc culpam majorem, an illam, dicam? Potuit [62] obscœnius? Non, inquis: non enim ita sensit. Non ergo in verbo [63] est: docui autem in re [64] non esse: nusquam igitur est. [65] Liberis dare operam, [66] quam honeste dicitur, etiam patres rogant filios: [67] ejus operæ nomen non audent dicere. Socratem [68] fidibus docuit nobilissimus fidicen: [69] is [70] Connus vocitatus est: [71] num id obscœnum putas? Cum [72] lo-

29 Tyranni et Zelotypi, qui nunquam ad uxorem ingressus esse fertur, nisi stipatus armatis, et excussa muliere, et toto cubili, an telum aliquod aut ferrum lateret, et tamen ab ea interfectus est. 30 Illud in Tragœdia? 31 Vitiat. 32 Alterum verbum est, idem significans, quod violo. 33 Obscœnum verbum quo dissoluti homines pro violo libere utuntur. 34 Passus fuisset, illud verbum si Poeta dixisset: ergo non est in re flagitium: nam in Comœdiis et Tragœdiis, licet verbis tectis, res tamen ipsa narratur. 35 Turpia. 36 Obscœnitas aut turpitudo: quia res satis indicatur. 37 Nam si res significata non est turpis. 38 Illud. 39 Podicem aut culum. 40 Sc. circumlocutione, ut posteriora, aut clunes. 41 Appellas eum. 42 Proprio. 43 Quod dicitur. 44 Nomine appellari debeat. 45 Turpe. 46 Nomine appellari debet. 47 Romani. 48 Cum cauda. 49 Quo pictores utuntur. 50 Connumeratur. 51 Vocabulis: quia accipitur pro cauda salaci. 52 Parcus et ad frugem intentus, qui sine ornatu scripsit historiam. 53 Libidini, quæ pene exercetur. 54 Proprio, utpote mentulam. 55 Piso appellat. 56 Penem nominarunt. 57 Mentula. 58 Dices de illo? 59 Qui hoc pronunciabat, videbatur dicere cunnos: quod obscœnum est. 60 Virum. 61 Sc. convenire te volumus. 62 Dicere? 63 Obscœnitas: quia idem verbum significat rem honestam et inhonestam. 64 Obscœnitatem. 65 Operam in eo ponere, ut filii generentur. 66 Honeste plane dicitur. 67 Quam rogant ut filii dent, i. habendi rem cum muliere 68 Canere. 69 Fidicen. 70 Quod nomen una tantum litera, non antiqua pronunciatione vocalium, distat a Cunnus, nec tamen obscœnum est. 71 Q. d. nequaquam: quia proprium est viri nomen. 72 Loquendo proferimus.

quimur [73] terni, nihil [74] flagitii dicimus: [75] at cum [76] bini, obscœnum est: [77] Græcis quidem, inquies: [78] nihil est ergo in verbo, quando et ego [79] Græce scio: et tamen tibi dico, bini: [80] idque tu facis, quasi ego Græce, non Latine dixerim. Ruta et menta, [81] recte utrumque. [82] Volo mentam pusillam ita appellare, [83] ut rutulam: [84] non licet. [85] Bella tecioriola dicis: dic ergo etiam pavimenta [86] isto modo: [87] non potes. Vides igitur [88] nihil esse nisi ineptias: turpitudinem nec in verbo esse, nec in re: itaque [89] nusquam esse. Ergo in verbis honestis obscœna [90] ponimus. Quid enim? non honestum [91] verbum est [92] divisio? at [93] inest [94] obscœnum, [95] cui [96] respondet [97] intercapedo: num [98] hæc ergo [99] obscœna sunt? Nos autem [1] ridicule si dicimus, ille patrem strangulavit, honorem non [2] præfamur: [3] sin de [4] Aurelia [5] aliquid, aut Lollia, honos [6] præfandus est. Et quidem jam non etiam obscœna verba pro obscœnis [7] sunt. [8] Batuit, [9] inquit, impudenter: [10] depsit, multo impudentius: atque [11] neutrum est [12] obscœnum. [13] STULTORUM *plena sunt omnia*. Testes, [14] verbum honestissimum in [15] judicio: [16] alio loco [17] non nimis: at [18] honesti Colei [19] Lanu-

73 Illud nomen. 74 Flagito dignum. 75 Loquimur. 76 Dicendo illud vocabulum *bini*, quod Græce scribitur *βῖνει*, i. concumbe. 77 Licet non Latinis. 78 Obscœni. 79 Loqui. 80 *βίνυ*, i. concumbe, a *βινέω*. Cum ergo tibi dico, *Bini*, tu concumbis: quasi ego tibi Græce locutus, imperaverim, ut concumberes: cum tamen ego Latine dixerim, non Græce. 81 Honeste dicitur. 82 Demus ut velim. 83 Pusillam appello. 84 Quia, *mentula*, dicerem: quod obscœnum est. 85 Bona et venusta parva tectoria, i. cooperimenta. 86 Per diminutionem. 87 Quia diceres, pavimentula: in quo verbo *mentula* nominatur. 88 In vitanda tali turpitudine. 89 Quod pro Stoicis concludit. 90 Dicimus per verba honesta res obscœnas significari. 91 Vocabulum. 92 Separatio? 93 In eo. 94 Nam si in *divisio* exteratur prima syllaba, remanet *visio*, quod Latinis significat fœdum corporis strepitum edo. 95 Vocabulo. 96 Synonymum est, simile est. 97 Distantia, spatium aut loci, aut temporis intermedii. 98 Nimirum postremæ duæ syllabæ hujus vocis in nominandi casu, non in obliquis. Quintilianus instit Orator. l. VIII. c. 3. *Divisio quoque vocum affert eandem injuriam pudori, ut si intercapedinis nominativo quis utatur*. 99 Q. d. minime. 1 Ad excitandum risum. 2 Fando præmittimus: ut, ignosce, pace dicam tua, honos sit auribus: cum tamen turpissimum sit, quia immanissimum peccatum, strangulare patrem. 3 Sed si dicimus. 4 Scortis nobilibus. 5 Libidinosum. 6 Præmittendus est, ne audientium aures lædamus. 7 Habentur. 8 Percussit, sc. salacis verbere caudæ. 9 Comicus quidam, aut Tragicus. 10 Subigit. 11 Nec batuere, i. percutere, nec depsere, i. subigere, miscere. 12 Ex propria significatione. 13 Turpitudinem censentium, ubi nulla est. 14 Vocabulum est. 15 Ubi citantur et audiuntur testes. 16 Extra illam significationem, cum loquimur de testibus virilibus. 17 Est verbum non nimis honestum. 18 Honeste nominantur: vel, quia κολεὸς Græce vaginam significat, vel quia in consuetudine loquentium non inhoneste nominabantur pro testibus sive testiculis. 19 Sacci de corio facti, qui et *cullei*; qui optime Lanuvii,

vini. [20] Clivernini [21] non honesti. [22] Quid? ipsa res [23] modo honesta, modo turpis. [24] Suppedit, flagitium est: jam erit nudus in balneo, [25] non reprehendes. Habes [26] scholam stoicam. [27] ὁ σοφὸς εὐθυῤῥημων ἐστι: [28] quam multa ex [29] uno verbo tuo? Te adversus me [30] omnia audere, gratum est. Ego servo, et servabo (sic enim assuevi) Platonis [31] verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ [32] apertissimis agunt stoici. Sed [33] illi etiam [34] crepitus ajunt æque liberos, ac [35] ructus, esse oportere. [36] Honorem igitur [37] Kalendis Martiis. Tu me diliges, et valebis.

XXIII. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Heri veni [2] in Cumanum: [3] cras ad te fortasse. Sed, cum [4] certum [5] sciam, [6] faciam te paulo ante certiorem. Etsi M. Ceparius, cum mihi in sylva [7] Gallinaria obviam venisset, [8] quæsissemque, quid ageres, dixit te in lecto esse, quod [9] ex pedibus laborares. [10] Tuli [11] scilicet moleste, [12] ut debui: sed tamen constitui ad te venire, ut et [13] viderem te, et [14] viserem, et [15] cœnarem etiam: non enim arbitror cocum etiam te [16] ar-

quod Latii est oppidum, fiebant, et inde portabantur Romam. 20 Colei sic a Cliterno oppido dicti. Sed videtur aliquis sic lusisse, respiciens ad vocabulum *κλειτορὶς*, quæ et *νύμφη* et *μυρτος* appellatur. 21 Non honesti. 22 Dices? 23 Secundum æstimationem hominum. 24 Qui dicit hoc vocabulum *suppedit*, i. crepitum ventris emittit, quasi flagitium committit. 25 Quia valetudinis gratia itur ad balneum: et ideo, in balneo pedere, flagitium non est. 26 Disputationem seu dissertationem Stoicam, Cicero III. Tusc. 44. *Separatim autem certæ* scholæ *sunt de exitio, de interitu patriæ*, i. exercitationes, diatribæ, disputationes. Sic *scholas habere* est disserere de virtute seu de alia re. Cic. 1. 1. Tusc. 4. *Ut jam etiam* scholas *Græcorum more* haberemus. 27 Sapiens proprie et simpliciter loqueris, i. ex Stoicorum schola poteris rectiloquus evadere. 28 Verba attulimus. 29 Quo usus es obscœne, putans in verbis non esse obscœnitatem. 30 Ausum esse obscœnis verbis uti. 31 Quam suis in scriptis servavit. 32 Verbis. 33 Stoici, 34 Ventris, non modo verba. 35 Oris. 36 Habere volui. 37 Quem præcipue diem matronæ Junoni dicatum cum religione coluerunt, et in quo viri rei uxoriæ operam dabant.

1 Prænunciat Pæto adventum suum: quanquam enim audiorat, eum pedibus ægrum, se tamen putare ait, cocum illius articulari morbo non impediri, quo minus cœnam possit apparare. Narratoria jocosa est epistola. 2 In possessionem meam apud Cumas. 3 Veniam. 4 Ut rem certam. 5 De die. 6 Significabo tibi paulo ante, quam venturus sim. 7 A Gallinis rusticis dicta. Est inter ostia Vulturni et Literni juxta littus in Campania, in mari Tusco. 8 Et quæsivissem ab eo. 9 Dolore pedum, i. podagra: chiragra enim est, cum ex manibus laboramus. 10 Passus sum. 11 Certe. 12 Ferre morbum amici. 13 Tanquam amicum, cujus videndi essem cupidus. 14 Tanquam ægrotum. 15 Tanquam apud bonum conviviorum instructorem. 16 Articulari morbo laborantem, articulis ita laborantem, ut cœnam

thriticum habere. Exspecta igitur hospitem cum minime [17] edacem, tum inimicum cœnis [18] sumptuosis. Vale.

XXIV. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Rufum istum, amicum tuum, de quo iterum jam ad me scribis, [2] adjuvarem, quantum possem, etiamsi ab eo læsus essem, cum te tantopere viderem [3] ejus causa laborare: cum vero et ex tuis literis, et [4] illius ad me missis, intelligam et judicem, [5] magnæ curæ ei [6] salutem meam fuisse, non possum ei non amicus esse, neque solum tua commendatione, quæ apud me, [7] ut debet, valet plurimum, sed etiam [8] voluntate ac [9] judicio meo. Volo enim te scire, mi Pæte, initium mihi suspicionis, et [10] cautionis, et diligentiæ fuisse literas tuas: quibus [11] literis [12] congruentes fuerunt [13] aliæ postea multorum. Nam et [14] Aquini et [15] Fabrateriæ consilia sunt [16] inita [17] de me, [18] quæ te [19] video [20] inaudisse: et, quasi divinarent, quam his [21] molestus essem futurus, nihil aliud egerunt, nisi me ut opprimerent. Quod ego non suspicans, incautior fuissem, nisi a te admonitus essem. Quamobrem iste tuus amicus apud me commendatione non eget. Utinam [22] ea fortuna Reip. sit, ut [23] ille me quam gratissimum possit cognoscere. Sed [24] hæc hactenus. Te ad cænas [25] itare desisse, moleste fero: magna enim te delectatione et voluptate privasti: [26] deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne nescio quid illud, [27] quod solebas, dediscas et obliviscare [28] cœnulas facere. Nam si tum, cum habebas, quos [29] imitarere, [30] non multum proficiebas: [31] quid nunc

apparare non possit. Nam ἄρθρον dicitur *articulus*. 17 Multum comedentem. 18 Magnorum sumptum, in quibus multæ maneant reliquiæ.

1 Rufum, a Pæto commendatum, ait sibi curæ etiam atque etiam fore: deinde monet, ut omnino ad cœnas et convictum amicorum redeat: concludit, Rep. sibi nihil esse carius. Epistola est responsoria ad contradictoriam et monitoria. 2 Amicitiæ nostræ illius injurias condonarem. 3 Ut eum commendatum haberem. 4 Rufi. 5 Quia consilia de opprimendo Cicerone inita, Rufus ad Pætum detulit, Pætus ad Ciceronem scripsit. 6 Cum essem in exilio. 7 Valere. 8 Propria inclinatione et sponte mea. 9 Quo dignum amore judico. 10 Cautelæ et custodiæ. 11 Tuis. 12 Convenientes. 13 Literæ. 14 Oppidum est Volscorum; incolæ *Aquinates:* hac ætate vocatur *Aquino*. 15 Oppido Volscorum, quod nunc dicitur *Falvatera*. 16 Ab Antonio. 17 Opprimendo. 18 Consilia. 19 Intelligo. 20 Inaudimus occulta. 21 Acerbissimis enim, quæ extant, orationibus Antonium insectatus est. 22 Talis: occiso enim Cæsare, nondum tamen suum jus Resp. recuperaverat. 23 Rufus. 24 De Rufi commendatione dicta sint. 25 Propter frigus. 26 Insuper. 27 Amicos ad cœnam invitare. 28 Modicas. 29 Imitari posses vivo Cæsare, cum Hirtius et Dolabella cœnas darent. 30 Quia illorum cœnæ copiosæ, tuæ pertenues erant. 31 Cum non amplius aliorum cœnas frequentes? Q. d. nihil aliud, quam oblivisci convivandi rationem.

te facturum putem?[32] Spurinna[33] quidem, cum ei rem demonstrassem, et vitam tuam superiorem[34] exposuissem, [35] magnum periculum [36] summæ Reip. demonstrabat, nisi ad [37] superiorem [38] consuetudinem tum cum [39] Favonius [40] flaret, revertisses: [41] hoc tempore [42] ferri posse, si forte tu [43] frigus ferre non posses. Sed mehercule, mi Pæte, extra [44] jocum, moneo te, quod pertinere ad beate vivendum arbitror, ut cum viris bonis, jucundis amantibus tui vivas. Nihil est aptius vitæ, nihil ad beate vivendum accomodatius. Nec id ad voluptatem [45] refero, sed ad [46] communitatem vitæ atque victus, [47] remissionemque animorum: [48] quæ [49] maxime sermone efficitur familiari, [50] qui est in conviviis dulcissimus: ut [51] sapientius [52] nostri, quam Græci: [53] illi *συμποσια*, aut *συνδειπνα*, id est, compotationes, aut concœnationes: [54] nos convivia, quod [55] tum maxime simul vivitur. [56] Vides [57] ut te [58] philosophando revocare coner ad [59] cœnas? Cura ut valeas, [60] id, foris [61] cœnitando, facillime [62] consequere. Sed cave, si me amas, existimes me, quod jocosius scribam, abjecisse curam Reip. [63] Sic tibi, mi Pæte, persuade, me dies ac noctes nihil aliud agere, nihil [64] curare, nisi ut [65] mei cives salvi liberique sint. Nullum locum prætermitto monendi, agendi, [66] providendi. [67] Hoc [68] denique animo sum, ut si in hac cura atque [69] administratione vita mihi [70] ponenda sit, [71] præclare actum mecum putem. Etiam atque etiam vale.

32 Haruspex fuit, qui futura prædiceret. Hic Cæsarem monuit, ut caveret Idus Martias, quibus postea est interfectus. 33 Certe. 34 Declarassem. 35 Impendere. 36 Vitæ tuæ. Jocus est. 37 Priorem. 38 Itandi ad cœnas. 39 Ventus ille, a *favendo* aut *fovendo* dictus, ab Occidente tempore verno flans. 40 Qui (ut jam dixi) flare incipit ineunte vere. 41 Et demostrabat, hoc tempore, etc. 42 Tolerari. 43 Nocturnum quod revertenti a cœna subeundum erat; quod quia ferre non potes, ideo ad cœnas itare desiisti. 44 Luserat Cicero in *frigus ferre*, quod est et quod sonat, et fastum pati et insolentiam dominantium satellitum tyranni post tyrannum occisum. 45 Reduco. 46 Ut simul vivatur, animusque remittatur sermone familiari. Al. *comitatem*, i. affabilitatem et mansuetudinem. 47 Relaxationem. 48 Remissio. 49 Præcipue. 50 Sermo familiaris. 51 Vocaverunt. 52 Romani, aut Latini. 53 Vocaverunt. 54 Vocamus. 55 Dum comeditur, aut compotatur. 56 Intelligis. 57 Quomodo, 58 ab eo loco, *Nihil est aptius vita*. 59 Solito more frequentandas. 60 Ut valeas. 61 Frequenter cœnando. 62 Obtinebis: quod quidem verum, si sobrie. 63 Fac, ut sic credas. 64 Aliud. 65 Quorum jam vitas et fortunas servavi in conjuratione Catilinaria. 66 Ut salus et libertas civium servetur. 67 Habeo hujusmodi animum. 68 Ut uno verbo concludam. 69 reipublicæ. 70 Deponenda: quod accidit paulo post: jussu enim Antonii triumviri ob Remp. recte administratam est interfectus. 71 Præclare mihi contigisse: quia *Dulce et decorum est, pro patria mori.*

XXV. M. T. C. IMP. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Summum me [2] ducem [3] literæ tuæ [4] reddidere: plane nesciebam, te tam peritum esse rei militaris. [5] Pyrrhi te [6] libros et [7] Cineæ video lectitasse. [8] Itaque [9] obtemperare cogito præceptis tuis [10] hoc amplius, navicularum habere aliquid in ora [11] maritima, contra equitem Parthum [12] negant ullam armaturam [13] meliorem inveniri posse. Sed [14] quid ludimus? nescis, [15] quo cum Imperatore tibi negotium sit. [16] Κύρυπαιδείαν, [17] quam [18] contriveram [19] legendo, totam [20] in hoc imperio [21] explicavi. Sed jocabimur [22] alias [23] coram, ut spero, brevi tempore. Nunc [24] ades [25] ad imperandum, vel ad [26] parendum potius? sic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod scire te arbitror) [27] summus mihi est usus: valdeque eum diligo, cum propter summam probitatem ejus, ac singularem modestiam, tum quod in iis [28] controversiis, quas habeo cum [29] tuis [30] combibonibus [31] epicureis, [32] optima opera ejus uti soleo. Is cum ad me [33] Laodiceam venisset, mecumque eum ego esse vellem, repente [34] percussus est [35] atrocissimis literis, in quibus scriptum erat, fundum Herculanensem a Q. Fabio fratre [36] proscriptum esse: qui fundus cum [37] eo [38] communis esset. Id M. Fabius pergraviter tulit, existimavitque fratrem suum, hominem [39] non sa-

1 Quia peritissimum. Ironia. Jocatur cum Pæto, quod de re militari præcepta quædam ad eum scripserit. Commendat M. Fabium. Epistola jocosa est et commendatoria. 2 Exercitus. 3 Quibus plurima præcepta rei militaris scripsisti. 4 Effecere. Metaphora a ludi magistro, qui, cum puerum erudiendum acceperit, reddit eruditum. 5 Epirotarum Regis, quem Hannibal secundum in præstantia rei militaris censuit, eo quod castrametari primus docuisset. 6 Quos de re militari scripsit. 7 Pyrrhi legati. 8 Et ita, quia præceptis tuis optimos præceptores secutum arbitror. 9 Obedire. 10 Et cogito hoc amplius, quam præcepisti. 11 Juxta littora. 12 Ejus rei periti. 13 Jocus: quia scilicet effugere navibus possumus. 14 Cur joco tecum agimus? 15 Cum quali, i. qualis ego sim Imperator. 16 Cyri, Persarum Regis, institutionem, quam octo libris Xenophon exposuit, non ad historiæ fidem, sed ad effigiem justi imperii. 17 Παιδύαν. 18 Frequenti attrectatu absumpseram. 19 Cum eam legerem. 20 In Ciliciæ administratione. 21 Re ipsa sum exsecutus, exercui. 22 Alio tempore. 23 In mutua præsentia. 24 Adsis, adveni. 25 Ut tibi imperetur, vel, ut ego tibi imperem. Sic Cæsar l. vi. de bel. Gall. *Senones* ad imperandum *non venire*. 26 Obediendum. 27 Summa vitæ consuetudo. 28 Contentionibus, disputationibus de summo bono, in quibus Academici, quorum sectam Cicero probabat, vehementer ab epicureis dissentiebant. 29 Epicureus igitur Pætus. 30 Compotoribus. 31 Hominibus gulæ et voluptati deditis. 32 Valebat enim Fabius ingenio plurimum et doctrina. 33 Urbem in provincia Ciliciana. 34 Perculsus, obstupefactus est. Ter. Percussit *illico animum*. 35 Inimicissimis, vehementissimis. 36 Venalem inscriptum, ut venderetur. 37 Q. Fabio. 38 M. Fabio. 39 Stultum.

pientem, impulsu [40] inimicorum suorum [41] eo progressum esse. Nunc, si me amas, mi Pæte, [42] negotium totum [43] suscipe, [44] molestia [45] Fabium libera. Auctoritate tua nobis opus est, et consilio, et etiam gratia. Noli pati litigare fratres, et judiciis turpibus conflictari. [46] Mathonem et Pollionem inimicos habet [47] Fabius. [48] Quid multa? Non mehercule [49] tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si [50] otiosum Fabium [51] reddideris. Id [52] ille [53] in te positum esse putat, mihique persuadet. Vale.

XXVI. M. T. C. PAPIRIO PÆTO S. D.

[1] Accubueram [2] hora nona, cum ad te [3] harum exemplum in [4] codicillis [5] exaravi. Dices, ubi? [6] Apud Volumnium [7] Eutrapelum, et quidem [8] supra me [9] Atticus, [10] infra Verrius, [11] familiares tui. Miraris tam [12] exhilaratam esse [13] servitutem nostram? Quid [14] ergo faciam? [15] te consulo, qui [16] philosophum [17] audis. Angar? excruciem-ne me? [18] quid assequar? Deinde, [19] quem ad finem? Vivas, [20] inquis, [21] in literis. An quicquam me aliud agere censes? aut possem vivere, nisi literis viverem? Sed est [22] earum etiam non satietas, sed [23] quidam modus: a [24] quibus cum discessi, etsi [25] minimum mihi est in cœna, [26] quod tu unum ζήτημα Dioni philosopho [27] posuisti:

40 Mathonis, et Pollionis, qui nominantur infra. 41 Ad eam impudentiam et iniquitatem. 42 M. Fabii. 43 Ad te cape. 44 Litis, aut contra venditorem, aut contra emptores accipiendæ. 45 Marcum. 46 Advocatos. 47 Marcus habet. 48 Scribam de eo ad te? 49 Tam plene. 50 Absolutum omni negotio. 51 Effeceris. 52 Fabius. 53 In tua potestate.

1 In convivio fueram: nam veteres accumbebant edentes. Descriptio et excusatio cœnæ hilarioris, præsertim accumbente Cytheride meretrice. Epistola tota est jocosa. 2 Qua veteres cœnare consuevere. Unde Mart. *Imperat extructos frangere nona toros.* 3 Literarum ad te mittendarum. 4 Ceratis tabulis: in quibus primum scribi solitum erat. *Codicilli* dicti a *caudicibus*, i. arborum libris. 5 Raptim scripsi stylo proscindendo ceram, ut aratro sulcamus terram. 6 Sc. accubueram. 7 Ita vocatum a festivitate et lepore. 8 In parte superiore, a dextra. 9 Accubabat. 10 Me, i. in parte inferiore, a sinistra. Locus honoratior in lecto erat medius: quem Cicero, vir consularis, merito obtinuit. 11 Qui duo sunt familiares tui. 12 Lætificatam. 13 Quia tunc quodammodo serviebant Romani: servitus autem, cum per se sit tristis, re nulla magis, quam convivio, exhilaratur. 14 Si non licet læte vivere. 15 A te consilium peto. 16 Dionem: cujus consuetudine utebatur Pætus. 17 In ea re. 18 Quid lucrer? 19 Faciam id? 20 Respondere potes. 21 In studio literario. 22 Literarum. 23 Certa mensura. 24 Literis et libris. 25 Minima pars, i. etsi minime cœnam curo; vel, etsi minimum est quod cœnam. 26 Quam tu quæstionem solam. 27 Proposuisti, *ponere quæstionem* Cicero frequenter dixit pro *proponere quæstionem*. Lib. 1. de Orat. *Mihi vos tanquam alicui Græculo otioso et loquaci, et fortasse docto atque erudito*, quæstiunculam, *de qua meo arbitratu loquar*, po-

[28] tamen [29] quid potius faciam, prius quam me dormitum conferam, non reperio. Audi reliqua. Infra [30] Eutrapelum [31] Cytheris [32] accubuit. In eo igitur, inquis, convivio [33] Cicero [34] ille. [35] Quem adspectabant; cujus [36] ob os [37] Graji [38] ora obvertebant sua? Non mehercule suspicatus sum illam affore: sed tamen ne Aristippus quidem[39] ille [40] Socraticus erubuit, cum esset objectum, habere eum [41] Laida: Habeo, inquit, [42] non habeor a Laide. Græce [43] hoc [44] melius: tu, si voles, [45] interpretabere. Me vero nihil istorum ne [46] juvenem quidem [47] movit unquam, [48] ne nunc senem: [49] convivio delector: ibi loquor aliquid, [50] quod in solum, ut dicitur, et [51] gemitum, et in risus maximos transfero. An [52] tu id melius, qui etiam philosophum irriseris? cum ille, si quis quid [53] quæreret, dixisset, cœnam te quærere [54] a mane dixeris? Ille [55] baro te putabat quæsiturum, unum cœlum esset, [56] an innumerabilia. Quid ad te? at hercule [57] cœna [58] nunquid ad te? [59] tibi præsertim? Sic igitur vivitur: quotidie aliquid legitur, aut scribitur: deinde, ne amicis nihil tribuamus, epulamur una non modo non contra [60] legem, si ulla nunc lex est, sed etiam [61] intra legem, et quidem

nitis. Sic et simpliciter *ponere*. Cic. 1. Tusc. 6. Ponere *jubebam*, de quo quis audire vellet. 28 Licet minimum sit. 29 Quam ut cum amicis cænem. 30 Volumnium, a festivitate et lepore ita vocatum. 31 Volumnii liberta et amica, meretricula famosissima. 32 Quia meretrix: nam honestæ sedebant. 33 Accubuit, vel fuit. 34 Nobilissimus Orator. 35 Carmen Ennianum in Telamone. 36 Ad os. Plautus Milit. *Experior* ob os *caliginem prius mihi obtigisse*. 37 Græci. 38 Facies suas: dolebant sc. se etiam eloquentia a Ramanis vinci. 39 Notissimus. 40 Socraticæ disciplinæ sectator. 41 Meretricem Corinthiam superbissimam paucorum hominum, magno pretio consuetudinem illius ementium. Vide Gel. l. 1. c. 8. 42 Quia non cepit me. 43 Dicitur. 44 Elegantius. 45 Latine. 46 Cum essem juvenis. 47 Affecit. 48 Nedum. 49 Non meretrice. 50 Quod in solum, i. humum, venit, i. quicquid occurrit, quicquid casus fert: ductum fortasse a frugibus, quæ sementi non respondent, sed enascuntur inutilia quædam interdum, atque in solum veniunt, præter exspectationem agricolæ. 51 Omnia tam tristia, quam læta, i. in convivio cum patriam satis luxi, a mæstitia et gemitu, vel maximam ad ilaritatem, maximosque risus me converto. 52 Fecisti, i. noli me reprehendere, quasi tu melius agas: cum a risu et jucunditate ita non abhorreas, ut etiam Philosophum irriseris. 53 Posceret ac desideraret. 54 Ad quam hora solita instituendam, a mane invitaretur; sicut illi sodales Catulliani, qui in triviis quærebant vocationes. 55 Fatuus et stultus. 56 Ex Democriti et Epicuri sententia. Hic *innumerabilia* respicit illud, *unum cœlum*. 57 Quam dixisti te a mane quærere. 58 Jocus: q. d. cœna vero illa multo magis ad te pertinet, quam id quod, Philosophus ille te putabat esse quæsiturum, num unum cælum sit, an innumerabilia? 59 Cœna ad te valde pertinet, tibi præsertim quæ daretur: quam te quærere a mane dixisti. 60 Sumptuariam Cæsaris. 61 Intra fines lege præscriptos, minore etiam sumptu, quam qui lege definitus est, parcius et minus, quam

*

[62] aliquanto. Quare nihil est quod adventum nostrum extimescas. [63] Non multi cibi hospitem accipies, sed multi joci. Vale.

LIBER DECIMUS

I. M. T. C. L. MUNATIO PLANCO [1] IMP. [2] COS. DES. S. D.

[3] Et [4] abfui, proficiscens [5] in Græciam: et posteaquam de meo [6] cursu Reipub. sum [7] voce revocatus, nunquam [8] per M. Antonium quietus fui: [9] cujus tanta est non insolentia, (nam id quidem [10] vulgare [11] vitium est) sed [12] immanitas, non modo ut [13] vocem, sed ne vultum quidem [14] liberum possit [15] ferre cujusquam. Itaque mihi maximæ curæ est, non de mea quidem vita, [16] cui satisfeci vel [17] ætate, vel [18] factis, vel, (si [19] quid etiam [20] hoc ad rem pertinet) gloria: sed me patria solicitat, [21] inprimisque, mi Plance, exspectatio Consulatus tui: quæ [22] ita longa est, ut optandum sit, ut possimus [23] ad id tempus Reip. [24] spiritum [25] ducere. [26] Quæ potest enim [27] spes esse in ea Rep. in qua [28] hominis [29] impotentissimi atque intemperatissimi ar-

lex permittit. Superius. l. 14. ep. 4. *Modice hoc faciam, etiam* intra *modum*. 62 Non parum. 63 Minime edacem, dixit ep. 23.

1 Imperatores omnes dici soliti sunt, qui exercitibus præessent: verum hoc nomine in literarum inscriptione ii tantum ornabantur, quos milites ipsi post aliquam victoriam Imperatores appellabant. 2 Cum Decio Bruto. Epistola est hortatoria et commendatoria. 3 Utrumque verum est, et quod abfui, etc. Invehitur in Antonii immoderatam potentiam: Plancum hortatur, ut in Remp. omni cogitatione studioque incumbat: agit gratias de Furnio honorifice tractato. 4 Roma. Al. afui. 5 Desperata libertate, Antonio consule post Cæsaris necem, pro sua libidine cuncta administrante. 6 Incepto itinere. 7 Accepta M. Antonii concione, allato Bruti et Cassi edicto, audita fama, senatum kal. sext. frequentem fore, et me desiderari, et subaccusari. 8 Propter molestiam M. Antonii. Id ostendunt Philippicæ. 9 Antonii. 10 Multis cum eo commune. 11 Insolentiæ. 12 Ferocitas. 13 Loquelam cujusquam liberam. 14 Libertatis animi indicem. 15 Pati. 16 Quam consummavi. 17 Annos jam natus erat 62. 18 Maxime quidem oppressa conjuratione Catilinæ. 19 Aliquid, vel in aliquo. 20 Gloriam assecutum esse. 21 Et præcipue. 22 Anno integro interposito. Hoc anno consules erant Antonius et Dolabella, interfecto Idibus martiis Cæsare, cujus locum occupavit Dolabella: his anno sequenti successuri erant Hirtius et Pansa Plancus et D. Brutus. 23 Quo consul eris. 24 Vitalem. 25 Protrahere, i. vitam producere: quod Cicero non potuit: nam, conspirantibus contra Reip. partes Antonio, Lepido, Octavio, Cicero occisus est, Planco nondum consule. 26 Docet, cur ejus consulatum tantopere desideret. 27 Libertatis. 28 M. Antonii, qui regere animum ratione, sibique imperare non potest? 29 Valde potentis, sed in malam partem; ut *impotens Sylla*. Cicero ad Lepidum, *Sin ista pax perditum hominem in possessionem*

mis oppressa sunt omnia? et in [30] qua nec senatus, nec populus [31] vim habet ullam? [32] nec [33] leges ullæ sunt; nec [34] judicia, nec omnino [35] simulacrum aliquod, aut [36] vestigium [37] civitatis? Sed [38] cum [39] acta omnia [40] mitti ad te arbitrabar, nihil erat, quod [41] singulis de rebus scriberem. [42] Illud autem erat [43] amoris mei ([44] quem [45] a tua pueritia [46] susceptum, non servavi solum, sed etiam auxi) monere te, atque hortari, ut in Rempub. omni cogitatione curaque [47] incumberes: [48] quæ si [49] ad tuum tempus [50] perducitur, [51] facilis gubernatio est: ut [52] perducatur autem, magnæ tum diligentiæ est, [53] tum etiam [54] fortunæ. Sed et te [55] aliquanto ante, ut spero, habebimus: et præterquam quod Reipub. [56] consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita favemus, ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad [57] amplitudinem tuam conferamus. Ita facillime et Reipub. quæ mihi carissima est, et amicitiæ nostræ, quam [58] sanctissime nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. [59] Furnium nostrum tanti a te fieri, quantum ipsius humanitas et dignitas postulat, nec miror, et [60] gaudeo: teque hoc existimare volo, quicquid in eum [61] judicii [62] officiique contuleris, id ita me accipere, ut in meipsum te putem [63] contulisse. Vale.

II. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Meum studium [2] honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset, si aut [3] tuto in senatum, aut [4] honeste venire potuis-

impotentissimi *dominatus restitutura*. 30 Republica. 31 Potestatem? cum tamen per senatum senatusconsulta, et per populum plebiscita soleant et debeant fieri. 32 Et in qua nec leges, etc. 33 Quæ serventur. 34 Justa et libere ac legitime prolata. 35 Imago. 36 Signum. Minus autem est vestigium, quam simulacrum: nam simulacrum totam rem ostendit; vestigium minimam rei partem, ex qua rem totam cogitamus magis, quam videmus. 37 Communitatis civium sub unis mœnibus et legibus viventium. 38 Quoniam. 39 Singulorum dierum. 40 Per amicos et familiares tuos. 41 Seorsum de unaquaque re. 42 Quod sequitur. 43 In te. 44 Amorem. 45 Nam Plancus longe junior erat. 46 Benevole receptum. 47 Innitaris. 48 Respublica. 49 Ad annum consulatus tui. 50 Producitur, in vigore et libertate sua manet. Perducta non est, conspirantibus in eam Antonio, Lepido, Octavio. 51 Deinceps futura. 52 Resp. ad tempus tuum. 53 Pariter. 54 Prosperi eventus: quia non omnia, quæ diligenter conamur, assequimur, refragante fortuna. 55 Quam consul fias, annua provinciæ administratione confecta. 56 Prodesse et prospicere. 57 Fovendam. 58 Inviolatissime. 59 Planci legatum. 60 Sc. *in*, *super*. 61 Bonæ æstimationis. 62 Beneficii. 63 Beneficium mihi impendisse.

1 Diligens meus favor et concertatio. Excusat se, quod in senatum augendi illius honoris gratia, non venerit: officium autem suum pollicetur in iis rebus, quæ suam præsentiam requirere videbuntur. Epistola est purgatoria. 2 Protegendo. 3 Sine periculo: dum Antonio obstitit. 4 Si asti-

sem. Sed nec sine [5] periculo quisquam [6] libere de republica sentiens, [7] versari potest [8] in summa impunitate gladiorum: nec [9] nostræ dignitatis videtur esse, ibi sententiam de republica dicere, ubi me et melius et propius audiant [10] armati, quam senatores. Quapropter in [11] privatis rebus nullum neque officium, neque studium meum [12] desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit, in quo me interesse necesse sit, unquam deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. In iis autem rebus, quæ nihilominus, [13] ut ego absim, [14] confici possunt, peto a te ut mei [15] rationem habere velis, et salutis et dignitatis meæ. Vale.

III. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Cum ipsum Furnium [2] per se vidi libentissime, [3] tum hoc libentius, quod illum audiens, te [4] videbar audire. Nam et in re militari [5] virtutem, et in administranda provincia iustitiam, et in omni genere prudentiam mihi tuam [6] exposuit, et [7] præterea mihi [8] non ignotam in consuetudine et familiaritate suavitatem tuam [9] adjunxit: [10] præterea, summam erga se [11] liberalitatem. [12] Quæ omnia mihi [13] jucunda, [14] hoc extremum etiam [15] gratum fuit. Ego, Plance, [16] necessitudinem [17] constitutam habui, [18] cum domo vestra ante aliquanto, quam tu natus es: [19] amorem autem erga te [20] ab ineunte pueritia tua: [21] confirmata jam [22] ætate, [23] familiaritatem, cum studio meo, tum [24] judicio tuo constitutam. [25] His de causis mirabiliter faveo di-

pulatus fuissem. 5 Vitæ. 6 Ut liberum hominem decet. 7 In senatu. 8 Ubi summa est impunitas violentiæ armis Antonii militum illatæ. 9 Pertinere ad nostram dignitatem. Explanat verbum *honeste*, supra positum. 10 Ab Antonio. 11 Non pertinentibus ad rempublicam. 12 Quia præsens ibi eris: desideramus autem absentia. 13 Licet. 14 Completo fieri. 15 Respectum.

1 Veritus Cicero, id quod accidit, ne Plancus, relictis Reip. partibus, cum Antonio se conjungeret, crebro illum ad tuendam Remp. horratur. Laudat autem principio Plancum, ut benevolentiam et gratiam illius venetur. Monitoria est epistola. 2 Sua ipsius causa. 3 Multo magis vidi eum libentius propter hoc. 4 Mihi. Fortitudinem tuam. 6 Expresse narravit. 7 Præter dictas virtutes tuas. 8 Imo notissimam. 9 Narrando addidit. 10 Præter hæc omnia adjunxit. 11 Humanitatem et consuetudinem tuam gratificandi. 12 Fuerunt. 13 Quia voluptatem attulerunt. 14 Quod liberalis in amicum meum Furnium fueris. 15 Quia utilitatem attulit. 16 Maximam amicitiæ conjunctionem. 17 Communi consensu statutam. 18 Cum familia vestra. 19 Habui constitutum. 20 Ab eo tempore, quo puer esse incipiebas, transacta infantia. 21 Stabilita. 22 Tua. 23 Habui. 24 Quod judicaret Plancus, in familiaritate Ciceronis ornamenti sibi esse plurimum. 25 Ob has

gnitati tuæ:[26] quam mihi tecum[27] statuo esse communem. Omnia summa consecutus es, virtute duce,[28] comite fortuna:[29] eaque es adeptus[30] adolescens, multis invidentibus, quos ingenio industriaque[31] fregisti. Nunc me, amantissimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis[32] potior possit esse, si audies, omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reipublicæ statu acquires.[33] Scis, profecto, (nihil enim te[34] fugere potuit) fuisse[35] quoddam tempus, cum homines existimarint, te nimis[36] servire temporibus: quod ego quoque existimarem, si te ea, quæ[37] patiebare,[38] probasse etiam arbitrarer. Sed, cum intelligerem, quid[39] sentires, te arbitrabar[40] videre,[41] quid posses. Nunc alia ratio est, omnium rerum tuum judicium est, idque[42] liberum. Consul es[43] designatus,[44] optima ætate,[45] summa eloquentia, maxima[46] orbitate[47] Reipub. virorum[48] talium.[49] Incumbe,[50] per Deos immortales, in eam curam et cogitationem, quæ tibi summam dignitatem et gloriam afferat. Unus autem est, hoc præsertim tempore, per[51] tot annos Repub.[52] devexata, Reipub. bene gerendæ[53] cursus ad gloriam. Hæc[54] amore magis impulsus[55] scribenda ad te putavi, quam quo arbitrarer te monitis et[56] præceptis meis egere. Sciebam enim,[57] ex iisdem te hæc haurire fontibus,[58] ex quibus ipse hauseram.[59] Quare modum faciam.[60] Nunc tantum significandum putavi, ut potius amorem tibi ostenderem meum, quam[61] ostentarem[62] prudentiam. Interea, quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitrabor,[63] studiose diligenterque curabo. Vale.

causas. 26 Dignitatem. 27 Constituo et propono. Al. *statuo habere communem*. 28 Comitante. 29 Summa. 30 Adhuc in adolescentia. 31 Superasti. 32 Prior. 33 Indicat, Plancum Cæsarianum fuisse. 34 Latere. 35 Sub Cæsare. 36 Obsequi dispositioni temporum, quia Cæsaris fuerat amicus et legatus. 37 Coactus faciebas. 38 Approbasse: multa enim, quæ feruntur, non approbantur. 39 Faciendum. 40 Cognoscere. Ita Plancum excusat, ut eundem excitet ad Remp. tuendam; cum id possit, quod antea, cum vellet, non potuerit. 42 Tu potes libere ex sententia tua omnia judicare et facere. 43 Declaratus. 44 Quia adhuc fere adolescens. 45 Fuit Plancus in Oratorum numero. 46 Spoliatione, vel carentia. 47 Quam passa est, vel accepit respublica. 48 Fortium. 49 Toto pectore et conatu intende. 50 Rogamus. 51 Septem. Nam civile bellum Marcello et Lentulo Coss. geri cœptum est. 52 Al. *dejecta*, i. pessundata. 53 Per solam Reip. rectam administrationem potest nunc quispiam celeriter ad gloriam pervenire. 54 Tui. 55 Esse. 56 Cujuspiam. 57 Ex iisdem libris, quibus ad laudem præcepta traduntur. 58 Quia ex libris Philosophorum. 59 Quamobrem ego finiam. 60 Quid sentirem. Al. *hoc tantum*. 61 Jactanter demostrarem. 62 Meam. 63 *studium* est animi et voluntatis; *diligentia* vero actionem significat.

IV. M. T. C. PLANCUS CICERONI S. D.

[1] Gratissimæ mihi tuæ literæ fuerunt, [2] quas ex Furnii [3] sermone te [4] scripsisse animadverti. Ego autem [5] præteriti temporis excusationem affero, quod te [6] profectum audieram: nec multo ante rediisse scivi, quam ex [7] epistola tua cognovi. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse præterire; in [8] quo [9] tuendo habeo causas plurimas, [10] vel [11] paternæ necessitudinis, vel meæ a pueritia [12] observantiæ, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea tuaque patitur ætas, persuade tibi te unum esse, in quo ego colendo [13] patriam mihi [14] constituerim sanctitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiæ plena (quæ summa est) videntur, quam fidelitatis, [15] quam ego ex mea conscientia metior. [16] Quare, si aut [17] aliter sentirem, certe admonitio tua me [18] reprimere, aut si [19] dubitarem, [20] hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu [21] optimum putares. [22] Nunc vero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? [23] Quæcunque in me [24] bona sunt, aut [25] fortunæ beneficio [26] tributa, aut meo labore parta, etsi a te propter [27] amorem [28] carius sunt æstimata, tamen [29] vel inimicissimi judicio tanta sunt, ut, præter bonam famam, nihil [30] desiderare videantur. Quare hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, [31] auctoritate movere potuero, hoc omne [32] Reipub. semper [33] futurum. [34] Non est ignotus mihi sensus tuus: neque, si facultas, optabilis mihi quidem, tui præsentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem: nec [35] nunc

1 Gratias agit Ciceroni, quod cum ad verissimæ gloriæ studium sit adhortatus: et in Reip. potestate se fore totum pollicetur. Epistola est responsoria ad monitoriam. 2 Literas. 3 Relatione. 4 Tua manu, non amanuensis. 5 Quod prætermiserim hactenus respondere, et ita multum temporis sit præteritum. 6 Discessisse in Græciam. 7 Post reditum ad me scripta. 8 Officio. 9 Conservando. 10 Sc. *causam*. 11 Quam cum patre meo contraxisti. 12 Qua te observavi et veneratus sum. 13 Patri debitam. 14 Constituisse velim. 15 De qua judico ex animo meo, ex animo meo tuum spectans. 16 Quamobrem. 17 Quam tu judicas sentiendum, præsertim de Rep. 18 Cohibere, ne, quod sentirem, exsecutioni mandarem. 19 Utram partem sequi debeam. 20 Adhortatio tua. 21 Ex omnibus. 22 Cum neque aliter sentiam, neque dubitem. 23 Respondet ad illud Ciceronis: *Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna.* 24 Magistratus, honores, quos a Cæsare dominante Plancus acceperat. 25 Cui romani semper plurimum tribuebant. 26 Mihi. 27 Tuum in me. 28 Pluris quam sint. Dixerat enim Cicero, *Omnia summa*, 29 Etiam infensissimi cujusque, non unius M. Antonii. 30 Putare sibi deesse. 31 Mea. 32 Ad utilitatem Reip. ut bonam famam consequar. 33 Esse. 34 Perspectus est mihi. 35 De Rep. quam su-

[36] committam, ut ullum meum factum reprehendere jure possis. Sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia [37] citeriore, quid in [38] urbe [39] Januario mense [40] geratur, ut sciam. Interim maximam [41] hic sollicitudinem curamque sustineo, ne inter [42] aliena vitia hæ gentes [43] nostra mala suam puteut [44] occasionem. Quod si [45] perinde, ut ipse mereor, mihi successerit, certe et tibi, cui maxime [46] cupio, et omnibus [47] viris bonis satisfaciam. Fac valeas, meque [48] mutuo diligas.

V. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Binas a te accepi literas [2] eodem exemplo: quod ipsum [3] argumento mihi fuit diligentiæ tuæ. Intellexi enim te laborare, ut ad me mihi exspectatissimæ literæ perferrentur. Ex [4] quibus cepi fructum duplicem, mihique in comparatione difficilem [5] ad judicandum, amoremne erga me tuum, an animum, in Rempub. pluris æstimandum putarem. Est omnino patriæ caritas, meo quidem judicio, maxima: sed amor, voluntatisque conjunctio plus certe habet [6] suavitatis. Itaque commemoratio tua [7] paternæ necessitudinis, benevolentiaque ejus, quam erga me a [8] pueritia contulisses, cæterarumque rerum, quæ ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi lætitiam attulerunt. [9] Rursus declaratio animi tui, quem haberes de Rep. quemque [10] habiturus esses, mihi erat jucundissima: eoque major erat hæc lætitia, quod ad illa [11] superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro (quod feci iis literis quibus tu humanissime respondisti) ut tota mente, omnique animi impetu [12] in Remp. incumbas. Nihil est, quod tibi majori [13] fructui gloriæque esse possit. NEC *quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut præstantius, quam de republica bene mereri.* [14] Adhuc enim patitur tua

scipi a me vis. Cum abero. 36 Non patiar. 37 Cis Alpes Italiam versus, i. Cisalpina, vel Togata cui præerat D. Brutus, et ipse consul designatus, Mutinæ inclusus, obsidente M. Antonio. 38 Roma. 39 Proxime futuro, quo consules futuri erant, i. ingressuri magistratum multo ante designati, Hirtius et Pansa, et senatum habituri. 40 A novis consulibus, Hirtio et Pansa. 41 In Gallia ulteriore. 42 Nostra: dum sc. inter nos contendimus. 43 Quæ ob discordiam patimur, coacti abesse ab urbe. 44 Esse petendi consulatus nobis debiti. 45 Ita. 46 Me satisfacero. 47 Aliis. 48 Ut te diligo.

1 Duas literas. Rursus hortatur Plancum, ut Remp. defendat, usus maximo argumento a spe laudis et gloriæ. Hortatoria est epistola. 2 Eadem forma et iisdem verbis scriptas. 3 Testimonio, documento. 4 Literis. 5 Ad discernendum, uter fuerit major. 6 Honestæ delectationis. 7 Quæ fuit cum patre tuo. 8 Tua. 9 Ex altera parte. 10 Si pro meritis tibi successerit. 11 De necessitudine patris tui, et tua in me observantia. 12 Proclivis sis ad Remp. servandam. 13 Utilitati. 14 Licet omnia summa sis consecutus.

summa humanitas et sapientia, me quod sentiam, libere dicere. Fortuna [15] suffragante videris res maximas consecutus: [16] quod quanquam sine virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus, [17] fortunæ temporibusque tribuuntur. His temporibus [18] difficillimis, [19] reipublicæ quicquid subveneris, id erit totum proprium et tuum. Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Magna spes in te et in tuo exercitu, magna exspectatio, cujus, [20] per Deos, [21] gratiæ gloriæque cave [22] tempus amittas. Sic [23] moneo, ut filium: sic [24] faveo, ut mihi: sic [25] hortor, ut et pro patria, et amicissimum. Vale.

VI. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Quæ locutus est [2] Furnius noster de animo tuo in rempublicam, ea [3] gratissima fuerunt senatui populoque Rom. probatissima: quæ autem recitatæ sunt [4] literæ in Senatu, nequaquam consentire cum Furnii oratione visæ sunt. [5] Pacis enim [6] auctor [7] eras, cum [8] collega tuus, vir clarissimus, a fœdissimis [9] latronibus [10] obsideretur: [11] qui aut, [12] positis armis, pacem petere debent: aut, si pugnantes [13] eam postulant, [14] victoria pax, [15] non pactione, [16] parienda est. Sed de pace literæ vel [17] Lepidi, vel tuæ, [18] quam in partem acceptæ sint, ex viro optimo, [19] fratre tuo, et C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impulit [20] tui caritas, ut, quanquam nec tibi ipsi consilium [21] deesset, et fratris Furniique benevolentia, fidelisque prudentia tibi [22] præsto esset futura, vellem tamen meæ quoque auctoritatis pro plurimis nostris necessitudinibus præceptum ad te aliquod pervenire. Crede igitur mihi, Plance, o-

15 Aspirante et favente tibi. 16 Maximas res consequi. 17 Quia possunt homines existimare, ob amicitiam Cæsaris ea te esse consecutum. 18 Periculosissimis. 19 Quia alii eam defendere, alii invadere moliuntur. 20 Rogatus. 21 Quam, suscepto Reip. patrocinio, inibis apud omnes bonos. 22 Scne. 23 Te. 24 Tibi. 25 Te.

1 Dissuadet Planco, ne pacem componat inter Brutum et Antonium, quod non sit ea futura ex usu Reip. et ipsius Planci. Epistola est dissuasoria. 2 Planci legatus. Ciceronis studiosissimus. 3 Mihi. 4 Tuæ. 5 Cum Antonio. 6 Approbator. 7 In illis literis. 8 D. Brutus, tecum consul designatus. 9 M. Antonio, ejusque militibus. 10 Mutinæ. 11 Latrones. 12 Depositis prius. 13 Pacem. 14 Per victoriam. 15 Non ex conditionibus pacis ante victoriam oblatis. 16 Acquirenda est eis. 17 Hic est M. Æmilius Lepidus, qui, decreta sibi Hispania, in Gallia tamen adhuc, civilis belli, ab Antonio suscitati, exitum expectans, morabatur: postea, prodita Rep. Triumvir cum Antonio et Octavio fuit, evertendæ Reip. 18 Q. d. in pessimam. 19 Planco Plotio. 20 Quæ est mihi in te. 21 Quia tibi ipsi consulere potes. 22 Pa-

mnes, quos [23] adhuc gradus dignitatis consecutus sis (es autem adeptus [24] amplissimos) eos honorum vocabula habituros, [25] non dignitatis insignia: nisi te cum libertate populi Rom. et cum senatus auctoritate conjunxeris. [26] Sejunge te, quæso, [27] aliquando [28] ab iis, cum quibus te non tuum [29] judicium, sed temporum [30] vincula conjunxerunt. Complures in perturbatione reipublicæ consules [31] dicti: quorum nemo [32] consularis habitus, nisi qui [33] animo extitit [34] in rempublicam consularis. Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium, tui [35] dissimillimorum, societate [36] sejungas, deinde senatui bonisque omnibus auctorem, principem, ducem [37] præbeas: postremo, ut pacem esse judices non in armis [38] positis, sed [39] in abjecto armorum et servitutis metu. [40] Hæc si et ages et [41] senties, tum eris non modo consul et consularis sed magnus etiam et consul et consularis: sin [42] aliter tu, in istis [43] amplissimis nominibus honorum non modo dignitas nulla erit, sed erit [44] summa deformitas. Hæc [45] impulsus benevolentia scripsi [46] paulo severius: quæ tu in experiendo [47] in ea ratione, quæ te digna est, vera esse cognosces. XIII. Calend. April.

VII. PLANCUS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

[1] Plura tibi [2] de meis consiliis scriberem, rationem omnium rerum redderem [3] verbosius, [4] quo magis judicares, omnia me Reipub. [5] præstitisse, quae et tua exhortatione [6] excepi, et mea affirmatione tibi [7] recepi: (non minus enim a te [8] probari, quam diligi, semper volui: nec te magis [9] in culpa defensorem mihi paravi, quam [10] prædicatorem meritorum meorum esse volui) sed [11] breviorem me duæ res faciunt: [12] una, quod [13] publicis

rata auxilio. 23 Ad hunc usque diem. 24 Gradus. 25 Magistratus quidem et honores vocabuntur, sed nihil ex eis tibi dignitatis accedet, nullam tibi dignitatem afferent Remp. non defendenti. 26 Separa. 27 Tandem: Cæsarianus enim fuerat Plancus. 28 Fautoribus Antonii, et Cæsaris interfecti. 29 Conjunxit te. 30 Necessitates. 31 Sunt. 32 Consulari dignitate defunctus, post gestum consulatum. 33 Benevolentia et studio. 34 Erga. 35 In moribus. 36 Separes. 37 Qui exhibeas. 38 Depositis et dimissis. 39 In abjectione metus. 40 Agenda. 41 Judicabis. 42 Ages et senties. 43 Ut sunt nomina Imperatoris et consulis. 44 Quia, ut dicit Juvenalis, *Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.* 45 Instigatus. 46 *Nimis severe.* 47 *Eo modo, iis rebus agendis.*

1 Exponit, cur brevior sit hæc epistola, et cur suum in Remp. studium serius patefecerit: in extremo commendat dignitatem suam. Responsoria est epistola ad monitoriam. 2 Cur non statim post obitum Cæsaris, civile bellum Antonio concitante, arma pro Rep. sumpserim. 3 Pluribus verbis. 4 Ut. 5 Exhibuisse. 6 Ex multis intellexi præcipue facienda. 7 Facienda promisi. 8 Approbari et commendari in hoc facto. 9 Si admisissem culpam. 10 Buccinatorem. 11 In scribendo. 12 Res facit me breviorem. 13 Pu-

literis omnia sum persecutus: altera, quod M. Varisidium, equitem romanum, familiarem meum, ad te ipsum transire jussi ex quo omnia cognoscere posses. Non medius fidius mediocri dolore afficiebar, cum [14] alii [15] occupare possessionem laudis viderentur: sed [16] usque [17] mihi temperavi, dum perducerem [18] eo rem, ut dignum aliquid et [19] consulatu meo et vestra exspectatione efficerem. Quod spero, si me fortuna non fefellerit, me consecuturum: ut maximo [20] præsidio Reipubl. nos fuisse, et nunc sentiant homines, et in [21] posterum memoria teneant. A te peto, ut dignitati meæ [22] suffrageris: et, [23] quarum rerum spe ad laudem me vocasti, [24] harum fructu in [25] reliquum facias alacriorem. Non minus posse te quam velle, [26] exploratum mihi est. Fac valeas, meque mutuo diligas.

VIII. PLANCUS IMP. COS. DES. COS. PRÆT. TRIB. PL. S. P. PL. Q. R. S. D.

[1] Si [2] qui forte videor diutius et hominum exspectationem, et spem Reipub. de mea [3] voluntate [4] tenuisse suspensam, huic prius excusandum me esse arbitror, quam de [5] insequenti officio quicquam ulli pollicendum. [6] Non enim præteritam culpam videri volo [7] redemisse, [8] sed [9] optimæ mentis cogitata [10] jampridem, [11] maturo tempore enuntiare. [12] Non me præteribat: in tanta solicitudine hominum, et tam perturbato statu civitatis, [13] fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis: magnosque honores ex [14] ea re complures [15] consecutos vi-

blice ad Senatum missis, quæ has proxime sequuntur. 14 Qui se libertatis defensores ante me profitebantur, et bonam in rempublicam voluntatem. 15 Tanquam vacuam sibi vindicare. 16 Epistola sequenti. 17 Impetum meum compescui. 18 Ad id. 19 Quem gesturus erat post Hirtium et Pansam, hujus anni consules. 20 Defensioni ab ingruentibus occupatoribus. 21 Tempus adveniens. 22 Auxilium et favorem præbeas. 23 Honoribus propositis. 24 Rerum. 25 Tempus. 26 Certe scio.

1 Causas affert Plancus, quibus adductus non ita mature, ut homines exspectabant, defensorem se libertatis publicæ sit professus: deque exercitu suo, et provinciæ statu significat. Epistola est narratoria et sollicitatoria. 2 Alicui. 3 Erga se. 4 Non præstitit re ipsa Plancus, quod literis pollicetur. *Plancus*, ait Paterculus l. 2. c. 63. *dubia fide, quarum esset partium, diu secum luctatus, Senatuique se literis venditans, mox D. Bruti proditor fuit.* 5 Quod deinceps impendere decrevi. 6 Nunc Remp. non ideo tuendam aperte suscipio, ut emendem præteritam culpam: nihil enim a me peccatum, ipse mihi sum conscius: sed ut enunciem maturo tempore, quod cum antea cogitarem, enunciare tamen alieno tempore non debui. 7 Emendasse, vel aliquo merito recompensasse: quia vult, nullam in se culpam fuisse. 8 Volo. 9 Benevolæ in rempublicam. 10 A multo tempore. 11 Opportuno, neque nimis tardato, neque nimis festinato. 12 Sciebam bene. 13 Utilissimam. 14 Quam professi fuerant, et voluntatem suam declaraverant. 15 Esse.

debam. Sed [16] cum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut, celeriter pollicendo, [17] magna in spe ad proficiendum impedimenta opponerem, aut, si in [18] eo [19] mihi temperavissem, majores occasiones ad [20] opitulandum haberem: [21] expeditius iter communis salutis, [22] quam meæ laudis, esse volui. Nam quis in [23] ea fortuna: quæ mea est, et [24] ab ea vita quam in me cognitam hominibus arbitror, et cum ea spe, [25] quam in manibus habeo, aut [26] sordidum quicquam pati, aut [27] perniciosum concupiscere potest? Sed aliquantum nobis temporis, et [28] magni laboris, et multæ impensæ opus fuerunt, ut, quæ Reipub. [29] bonisque omnibus polliceremur, [30] exitu præstaremus: neque ad auxilium patriæ nudi cum bona voluntate, sed cum [31] facultatibus accederemus. [32] Confirmandus erat exercitus nobis, magnis sæpe præmiis [33] solicitatus, ut ab Repub. potius [34] moderata, quam ab [35] uno infinita, speraret. [36] Confirmandæ complures civitates, quæ [37] superiore anno [38] largitionibus concessionibusque præmiorum erant [39] obligatæ, ut et [40] illa vana putarent: et eadem a [41] melioribus auctoribus petenda existimarent. [42] Eliciendæ etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provinciis exercitibusque præfuerunt: ut potius cum pluribus societatem [43] defendendæ libertatis [44] iniremus, quam cum [45] paucioribus [46] funestam orbi terrarum victoriam [47] partiremur.

16 Cum de Lepidi voluntate, qui non longe aberat, dubitare possem. 17 Sperabam enim, si aliquandiu meam regerem voluntatem, posse me Reip. prodesse; sin celeriter pollicerer, fore timebam, ne impedimenta ad proficiendum opponerem. 18 Ea re. 19 Opportunitatem temporis servassem. 20 Opem ferendam. 21 Faciliorem et paratiorem ingressum. 22 Malui, inquit, tardando facere, unde Reipubl. prodessem, quam cito pollicendo mihi laudem consequi. 23 Id est, qui imperium populi romani adeptus sit. 24 Causas ostendit, quibus nova consilia capere non debet, neque cum Antonio, aliisque Remp. evertere cupientibus, consentire. Q. d. honestissima et innocentissima. 25 Quia videor posse constituere aut evertere rempublicam. 26 Ut servitutem. 27 Quæ contra libertatem fiunt, quæ legibus et judiciis adversantur, perniciosa sunt. 28 Refertur ad *opus fuit:* si modo ferre possumus, ut *opus fuit* cum genitivo costruatur. 29 Civibus. 30 In fine. 31 Auxiliandi. 32 Quia dubiæ fidei. 33 A M. Antonio, aliisque malarum partium ducibus, ut Asinii quoque legiones: ep. 32 34 Munera. 35 Tyranno Antonio. 36 Erant. 37 Antonio consule. 38 Ep. 1. l. 12. 39 Antonio. 40 Promissa. 41 Quia Reip. fautoribus. 42 Ex hominibus jam Antonio addictis, ut viderem, de Rep. quid sentirent. Cic. pro Balbo. *Si Imperatoribus nostris, si senatui, si populo romano non licebit propositis præmiis* elicere *ex civitatibus sociorum atque amicorum fortissimum atque optimum quemque.* 43 Ad defendendam libertatem populi romani, i. nostram. 44 Contraheremus. 45 Antonio, Lepido, Augusto, eorumque fautoribus. 46 Perniciosam: qualis esset, si plures a paucioribus vincerentur: nam, si pauciores a pluribus, minor calamitas. 47 Di-

[48] Muniendi vero nosmetipsi fuimus, aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis, ut, cum [49] præferremus sensus aperte, tum etiam [50] invitis quibusdam, sciri, quid defensuri essemus, non esset periculosum. [51] Itaque nunquam [52] diffitebor, multa me, ut ad effectum [53] horum consiliorum pervenirem, et [54] simulasse [55] invitum, et [56] dissimulasse [57] cum dolore: quod, [58] præmatura [59] denuntiatio [60] boni civis [61] imparati quam periculosa esset, ex casu [62] collegæ videbam. [63] Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atque strenuo, plura etiam verbo, quam [64] scriptura, mandata dedimus, ut et [65] tectius ad vos [66] perferrentur, et nos essemus [67] tutiores: quibusque rebus et communem salutem muniri, et nos [68] armari [69] conveniret, [70] præcepimus. Ex quo [71] intelligi potest, curam [72] Reipub. summæ defendendæ [73] jampridem apud nos [74] excubare. Nunc, cum [75] Deum benignitate [76] ab omni re simus [77] paratiores, non solum bene sperare [78] de nobis homines, sed [79] explorate judicare volumus. Legiones habeo [80] quinque sub [81] signis, et sua fide virtuteque Reipubl. conjunctissimas, et nostra liberalitate nobis [82] obsequentes. Provinciam omnium civitatum consensu paratissimam, et summa contentione ad [83] officia certantem, equitatus [84] auxiliorumque tantas copias, [85] quantas [86] hæ gentes ad defendendam suam salutem libertatemque [87] conficere possunt. Ipse ita sum animo paratus, ut vel provinciam [88] tueri,

videremus. 48 Ab inimicorum incursione. 49 Publicaremus sententias nostras. 50 A quibusdam invite audientibus nos a Rep. stare, et Reip. favere. 51 Quia hoc consilio mentem celavi. 52 Negabo. 53 Proxime dictorum, i. ut interea sic me munirem et instruerem, ut, vel invitis hostibus, Remp. defendere possem. 54 Multa sc. quæ non essent: simulantur enim falsa. Simulabat igitur Plancus, Antonio se favere. 55 Contra voluntatem meam. 56 Finxisse non esse, quæ erant: dissimulantur enim vera. Dissimulabat autem suum in Remp. studium. 57 Quia doluit, non audere aperte suum in Remp. favorem ostendere, ut dixi. 58 Accelerata, et ante maturitatem ostensa. 59 Declaratio. 60 Quia Reip. studiosi. 61 Ad resistendum inimicis. 62 D. Bruti, consulis designati, quem Antonius Mutina inclusum obsidebat. 63 Sub quo prætextu, vel cujus ratione. 64 Scripto publicanda. 65 Quia tutius. 66 Ea mandata. 67 Quia nimis suspecti, si literæ fuissent deprehensæ. 68 Protegi. 69 Utile esset. 70 Furnio, ut diceret. 71 Ab omnibus. 72 Defendendi summam rempublicam. *Summa res publica* est quæ pertinet ad universam rem publicam, in qua salus rei publicæ vertitur. Cic. 1. ad Att. *Rogatus ego sententiam multa dixi de* summa republica. 73 Jam a pluribus diebus. 74 Vigilare animo pro Rep. tuenda. 75 Deorum. 76 Ex omni parte, et re necessaria. 77 Instructiores ad bellum. 78 De victoria nostra. 79 Certe tanquam de re explorata. 80 Quatuor nominat ep. 15. et 24. 81 Militaribus. 82 Obedientes et inservientes. 83 Præstanda, i. quæ maxima præstare potest. 84 Auxiliariorum militum. 85 Copias. 86 Galliæ Transalpinæ. 87 Simul facere et præstare. 88 Contra Antonianos.

vel[89] ire quo Respub. vocet, vel[90] tradere exercitum, auxilia, provinciamque, ut[91] vel omnem impetum belli in me convertere non recusem,[92] si modo[93] meo casu aut confirmare patriæ salutem, aut[94] periculum[95] morari possim. Hæc si jam[96] expeditis omnibus rebus, tranquilloque statu civitatis polliceor, in damno meæ laudis, Reipubl. commodo lætabor. Sin ad societatem[97] integerrimorum et maximorum periculorum accedam, consilia mea æquis judicibus ab obtrectatione invidorum defendenda commendo. Mihi[98] quidem ipsi fructus meritorum meorum in reipublicæ[99] incolumitate satis magnus est paratus. [1] Eos vero, [2] qui meam auctoritatem, et multo magis vestram fidem secuti, nec nulla[3] spe decipi, nec ullo[4] metu terreri potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum videtur. Vale.

IX. PLANCUS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

[1] Nihil me tibi [2] temere, aut te cæteris de me frustra [3] recepísse lætor. Certe[4] hoc majus habes testimonium amoris mei, [5] quo [6] maturius tibi, quam cæteris, consilia mea volui esse nota. In [7] dies vero [8] meritorum meorum fieri [9] accessiones, prævidere te spero, cogniturum magis [10] recipio. [11] Quod ad me attinet, mi Cicero, ([12] ita ab imminentibus malis Respub. me adjuvante liberetur) sic [13] honores præmiaque vestra [14] suspicio, conferenda certe cum [15] immortalitate, ut sine [16] his nihil de meo [17] studio [18] perseverantiaque sim remissurus. Nisi

89 Eo. 90 Successori a senatu misso. 91 Etiam. 92 Dummodo. 93 Meo interitu. 94 Patriæ. 95 In mora tenere. 96 Profligato ad Mutinam Antonio. 97 Nulla parte imminutorum et maximorum. 98 Certe. 99 Prospero statu. 1 Milites. 2 Auctor enim illis fui, et ut illa, quæ ab Antonio promittebantur, vana existimarent, et ejusdem quoque minas contemnerent. 3 Remunerationis ab adversariis pollicitæ. 4 Ab iisdem illato, quales erant Furnius, et frater ejus ac Laterensis.

1 Suum studium erga Remp. præ se fert: modeste dignitatem suam commendat: quid egerit, acturus-ve sit, qualemque ducat exercitum, significat. Epistola est pollicitatoria et narratoria. 2 Inconsiderate ac vane. 3 Promisisse, i. sic evenisse, ut ego tibi, ut tu aliis promisisti. Hoc dicit, quia jam abiecta simulatione et dissimulatione, quam utramque nominavit in proximis ad senatum literis, defensorem se bonarum artium professus, ad Mutinam iter direxerat. 4 Tanto. 5 Quanto. 6 Citius. 7 Singulos. 8 In rempublicam. 9 Incrementa. 10 Polliceor. 11 Quantum. 12 Est hoc jurandi et affirmandi genus non invenustum. Infra ep. 12. *Ita te victorem complector republica recuperata.* Cic. IV. Catilin. *Ita mihi salva republica vobiscum perfrui liceat.* 13 Quos tu mihi tua sententia decrevisti. 14 Cum admiratione aspicio. 15 Quæ præstare videtur omnibus rebus. Nam cuicunque consulatus ob merita in Remp. decretus fuit, immortali honore donatus videtur. 16 Præmiis, i. etiamsi nulla præmia contuleris. 17 Juvandæ Reip. 18 In fide.

in multitudine optimorum civium impetus animi mei fuerit singularis, et opera præcipua, nihil ad meam dignitatem [19] accedere volo [20] suffragatione vestra. Concupisco autem [21] nihil mihi, [22] contra quod ipse pugno, sed et [23] temporis et rei te moderatorem facile patior esse. NIIIIL aut [24] sero, aut [25] exigue a patria civi tributum potest videri. [26] Exercitum [27] ad VI. Kalend. Majas [28] Rhodanum trajeci, magnis itineribus. [29] Vienna [30] equites mille [31] via breviore præmisi. Ipse si ab [32] Lepido non impediar, [33] celeritate satisfaciam: si autem itineri meo se [34] opposuerit, [35] ad tempus consilium capiam. Copias adduco, et [36] genere, et [37] numero, et [38] fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, si [39] mutuo me facturum scis, rogo. Vale.

X. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Et si satis ex Furnio [2] nostro cognoram, quæ tua voluntas, quod [3] consilium de Repub. esset, tamen lectis tuis literis, [4] liquidius de [5] toto sensu tuo judicavi. Quamobrem, quanquam in uno [6] prælio omnis fortuna Reip. [7] disceptat ([8] quod quidem, cum [9] hæc legeres, jam [10] decretum [11] arbitrabar fore) tamen [12] ipsa fama, quæ de tua [13] voluntate [14] percrebuit, magnam es laudem consecutus. Itaque, [15] consulem Romæ habuissemus, declaratum esset a senatu cum tuis magnis honoribus, quam gratus esset conatus et [16] apparatus tuus. Cu-

19 Addi. 20 Vestro favore et suffragio. 21 Eorum. 22 Nolo per vim quicquam præmii extorquere, aut honores assequi: quia contra eos, qui talia volunt, pugno. 23 Volo te judicare ac statuere, et quando, et quid mihi potam: vel, et quo tempore, et quibus me honoribus afficere debeatis. 24 Nimis tarde, quoad tempus. 25 Nimis modico, quoad rem. 26 Meum. 27 Ad 25 diem aprilis. 28 Ad alteram partem Rhodani traduxi. 29 Urbe super Rhodanum sita. Al. *Viennam*. 30 Ep. 11. tria millia nominantur. 31 Per viam breviorem. 32 De cujus in Remp. animo nondum constabat: ep. sequenti. 33 Longiorem viam celeritate superabo. 34 Lepidus. 35 Pro ratione temporis, ut tempus postulabit. 36 Fortitudine: quia veteranos. 37 Quia copiosas. 38 Quia liberalitate devinctas. 39 Vicissim me te diligere credis.

1 Hortatur Plancum, quem prius laudat, ut Remp. tueatur, operamque suam pro Planci dignitate promovenda pollicetur. Epistola est hortatoria. 2 Communi amico. 3 Tuum. 4 facilius, clarius. 5. Tota sententia tua de Rep. 6 Mutinensi, i. quod Hirtius, Pansaque et Octavius ad Mutinam cum M. Antonio commiserunt. 7 In ambiguo versatur, ut qui in judicio disceptant ante sententiam latam. 8 Prælium. 9 Has literas. 10 Depugnatum, confectum esse ac sic constare, cui fortuna adjudicaverit victoriam. *Decernere* est prælio certare. Cic. l. VII. ad Attic. ep. 14. *Hic omnia facere omnes, ne armis* decernatur. 11 Cum hæc scriberem. 12 Per ipsam famam. 13 Proclivi in Remp. 14 Multum divulgata est. 15 Alterum e consulibus. Nam aberat uterque consul, Hirtius et Pansa, ad Mutinam obsidione liberandam contra M. Antonium profecti: sine quorum altero ea res agi non poterat. 16 Pro juvanda Rep. quia scripserat, se maximas fidelis-

jus [17] rei non modo non præteriit tempus, sed ne [18] maturum quidem etiam nunc, meo quidem judicio, fuit: IS ENIM [19] denique *honos mihi videri solet, qui non propter spem* [20] *futuri beneficii*, *sed propter* [21] *magna merita claris viris defertur et datur*. Quare, sit modo aliqua Resp. in qua honos [22] elucere possit, omnibus, mihi crede, [23] amplissimis honoribus abundabis. [24] IS AUTEM, *qui vere appellari potest honos*, *non* [25] *invitamentum* [26] *ad tempus*, [27] *sed perpetuæ virtutis est præmium*. Quamobrem, mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem: subveni patriæ: [28] opitulare [29] collegæ: [30] omnium gentium consensum et incredibilem conspirationem adjuva. Me tuorum consiliorum adjutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimumque cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos [31] amore sumus, [32] officiis, [33] vetustate, conjuncti, [34] patriæ caritas [35] accessit, [36] eaque effecit, ut tuam vitam [37] anteferrem [38] meæ. 3. Kalend. April.

XI. PLANCUS CICERONI S. D.

[1] Immortales [2] ago tibi gratias, agamque [3] dum vivam: nam, [4] relaturum me, affirmare non possum. Tantis enim tuis officiis non videor mihi [5] respondere posse: nihil forte (ut tu gravissime disertissimeque [6] scripsisti) ita [7] sensurus es, ut me [8] referre gratiam putes, cum memoria [9] tenebo. Si de filii tui

simasque collegisse copias. 17 Faciendæ. 18 Tempestivum: adhuc enim conatus tantum audiuntur: expectatur ipsa res. 19 Ut uno verbo dicam, sive paucis, ex quibus reliqua colligi possint. Flor. l. 1. c. 16. *Nihil mollius cælo*, denique *bisfloribus vernat*. 20 Cum nihil adhuc præclari fecerint. 21 Q. d. exspectandum esse, donec, quod paratus erat facere, fecerit. 22 Resplendere. 23 Summis. 24 Honos. 25 Provocamentum 26 Duraturum, i. ut aliquandiu recte fiat. 27 Hoc dicit, quia voluntatem quidem Plancus, trajecto Rhodano, ostenderat, nihil tamen adhuc re ipsa præstiterat: ut, si quid ei tribueretur invitamentum potius, quam præmium, videri posset. 28 Opem fer. 29 Tuo, jam obsesso. 30 Bene de rep. sentientium. 31 Mutuo. 32 Beneficiis ex debito mutuo. 33 Amoris et necessitudinis: noti enim alter alteri jampridem sumus. Nam (ut supra vidimus) pater Planci erat Ciceroni maxime necessarius, et Plancus ipse a puero charissimus. 34 Quam simul habemus in patriam. 35 Addita est, advenit. 36 Patriæ caritas. 37 Præferrem, præponerem. 38 Vitæ.

1 Non intermorituras, nec e memoria abolendas, summas. Gratias agit Plancus pro Ciceronis erga se officiis, omniaque de suo in Remp. studio pollicetur. Epistola est partim responsoria, adhortatoria, partim nunciatoria. 2 Verbis aut scriptis. 3 Donec. 4 Re ipsa paria beneficia redditurum. 5 Satisfacere, *assequi merita*, cp. 4. l. 1. 6 Hæc Ciceronis epistola desideratur. 7 Judicaturus. 8 Re ipsa satisfacere. 9 Beneficia in me collata, i. quando habebo gratiam, ut memorem esse sit instar relationis be-

[10] dignitate esset [11] actum,[12] amabilius certe nihil facere potuisses. Primæ tuæ [13] sententiæ infinitis cum [14] muneribus, [15] posteriores [16] ad tempus arbitriumque amicorum meorum compositæ, [17] oratio [18] assidua et [19] perpetua [20] de me [21] jurgia cum [22] obtrectatoribus propter me, notissima mihi sunt: non mediocris adhibenda mihi est cura, ut Reip. me civem dignum tuis laudibus [23] præstem, in amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum est, [24] tuum munus [25] tuere, et me, si, quem esse voluisti, eum [26] exitu rebusque cognoscis, defende ac suscipe. Cum [27] Rhodanum copias trajecissem, fratremque [28] cum tribus millibus equitum præmisissem, ipse iter ad [29] Mutinam dirigerem, in itinere, de prælio [30] facto, Brutoque, et Mutina obsidione liberatis audivi. Animadverti, nullum alium [31] receptum Antonium, [32] reliquiasque, quæ cum eo essent, habere, nisi in [33] his partibus: duasque [34] ei spes esse propositas, unam [35] Lepidi ipsius, alteram [36] exercitus. Quod quædam pars exercitus non minus [37] furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt [38] equitatum revocavi. Ipse in [39] Allobrogibus [40] constiti, ut proinde ad omnia paratus essem, [41] ac [42] res moneret. Si [43] nudus [44] huc se Antonius conferet, facile mihi videor [45] per me [46] sustinere posse, remque publicam ex vestra [47] sententia administrare, quamvis ab exercitu Lepidi [48] recipiatur: si vero copiarum aliquid secum adducet, etsi [49] decima legio [50] veterana, quæ nostra [51] opera revocata cum [52] reliquis est, ad eundem [53] furorem redierit: tamen, ne quid [54] detrimenti [55] fiat, dabitur opera a me: idque me [56] præstitu-

neficii. 10 Sacerdotio Pontificum minorum. 11 Transactum, constitutum. 12 Carius mihi, quod ego magis amarem. 13 In senatu dictæ de me. 14 Officiis plurimis, quæ mihi decernebas. 15 Sententiæ tuæ. 16 Pro ratione temporis. 17 Tua. 18 Sermo quotidianus. 19 Continua. 20 Habita. 21 Tua. 22 Meis. 23 Exhibeam. 24 Quas in me tuendo atque ornando partes suscepisti. 25 Defende. 26 Ipsis factis me talem præstem, qualem tu me esse omnibus testatus es. Ovid. III. Metam. *Vana diu visa est vox auguris: exitus illam Resque probat.* 27 Qui fluvius est Galliæ Lugdunensis. 28 Ep. 9. *Equites mille* 29 Ubi D. Brutus obsidebatur. 30 Ab Hirtio et Pansa Coss. et Octavio Cæsare Propræt. 31 Refugii locum. 32 Copiarum. 33 In quibus essem. 34 Antonio. 35 Ad se trahendi. 36 Lepidi. Vide ep. 35. 37 Mala de Rep. sentiens, a Rep. desciscens. 38 Equitum exercitum. 39 Gallis circa Viennam et Lugdunum. 40 Mansi. 41 Ut. 42 Utilitas rei. 43 Inermis. 44 Ad hunc locum, ubi essem. 45 Sine auxilio. 46 Antonium. 47 Voluntate. 48 Antonius. 49 Quæ cum Cæsare in Gallia, non mediocri fortitudinis laude, militaverat; et quæ olim ab Antonio regi solita, tunc erat in exercitu Lepidi. 50 Veteranorum militum, quæ præcipuæ fortitudinis habebatur. 51 Quia volebat ad Antonium transire. 52 Legionibus. 53 Transeundi ad Antonium. 54 Detrimenti. 55 Fiat. 56 Exibiturum et effecturum.

rum spero,[57] dum[58] istinc[59] copiæ trajiciantur, conjunctæque nobiscum facilius[60] perditos opprimant. Hoc tibi spondeo, mi Cicero, neque animum, nec diligentiam mihi defuturum. Cupio mehercule nullam[61] residuam sollicitudinem esse: sed, si[62] fuerint, nec animo, nec benevolentiæ, nec[63] patientiæ cujusquam[64] pro vobis cedam. Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad[65] hujus rei societatem incitem: omniaque ei obsequia polliceor, si modo Rempubl. respicere volet. Utor in hac re adjutoribus[66] interpretibusque, fratre meo, et[67] Laterense, et Furnio nostro. Non me impedient[68] privatæ offensiones, quo minus pro Reipubl. salute etiam cum[69] inimicissimo consentiam. Quod[70] si nihil profecero, nihilominus maximo sum animo, et[71] majore fortasse cum mea gloria[72] vobis satisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

XII. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Etsi Reipubl. causa maxime gaudere debeo, tantum ei te[2] præsidii, tantum[3] opis attulisse[4] extremis pene temporibus: tamen ita te victorem[5] complectar, Repub. recuperata, ut magnam partem mihi lætitiæ tua[6] dignitas afferat[7] quam et esse jam, et futuram amplissimam intelligo. Cave enim putes, ullas literas unquam[8] graviores,[9] quam tuas, in senatu esse recitatas.[10] Idque contigit[11] tum[12] meritorum tuorum in rempublicam eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarumque gravitate. Quod mihi[13] quidem minime[14] novum, qui ét te nossem, et tuarum literarum, ad me missarum,[15] pro-

57 Dummodo. 58 Ex Gallia Cisalpina. 59 Novæ. 60 Milites, qui Remp. perdant. 61 Reliquam, i. volo penitus exstirpare inimicos Reip. nullas jam esse, victo ad Mutinam Antonio, belli reliquias. 62 Aliqua sollicitudo residua. 63 Perseverantiæ. 64 Derelictis vobis. 65 Opprimendi Antonii. 66 Interpretes frequenter sunt internuncii, qui, quæ alios scire volumus ad eos perferunt, et vicissim eorum responsa et sententiam nobis renuntiant. Inferius ep. 17. *Quo ego* interprete *novissimi ad Lepidum usus sum.* 67 M. Juventio Laterense, Lepidi legato. 68 Læsiones privatorum hominum, aut quas privatim fecero. 69 Lepido. 70 Si consequi non potero, ut Lepidus Remp. respiciat. 71 Quia socium et participem ejusdem gloriæ Lepidum non habebo. 72 Vestræ cupiditati.

1 Quam gratæ senatui fuerint ejus literæ de apparatu studioque defendendæ Reip. quidque ex ejus literis actum sit, exponit. Postremo ad recuperandam libertatem accurate cohortatur. Epistola est nunciatoria et hortatoria. 2 Protectionis et custodiæ. 3 Auxilii. 4 Cum in summo periculo versetur. 5 Precor ut detur mihi ita te victorem complecti. 6 Quam ex victoria consequeris. 7 Dignitatem tuam. 8 Majoris existimationis. 9 Octavas hujus libri. 10 Quod gratissimæ existimatæ sint. 11 Simul. 12 De quibus literæ tuæ loquebantur. 13 Certe. 14 Fuit, 15 Promiserat Plancus. Reip.

*

missa meminissem, et haberem a Furnio [16] nostro tua penitus consilia cognita. Sed senatui majora visa sunt, quam erant exspectata: non quod unquam de tua voluntate dubitasset: [17] sed nec, quantum facere posses, nec, [18] quo progredi velles, [19] exploratum satis habebat. Itaque cum [20] ad VII. Id. April. mane mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset, easque legissem, incredibili gaudio sum [21] elatus: cumque magna multitudo optimorum virorum et civium me de [22] domo [23] deduceret, [24] feci continuo omnes participes meæ voluptatis. Interim ad me venit [25] Munatius noster, ut consuerat: et ego ei literas tuas ostendi: nihil [26] dum enim sciebat: nam ad me primum [27] Varisidius: [28] idque sibi a te mandatum esse dicebat. Paulo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, et eas, [29] quas [30] publice. Placuit nobis, ut statim ad [31] Cornutum prætorem [32] urbis literas deferremus, [33] qui, quod consules aberant, [34] consulare munus sustinebat [35] more majorum, senatus est continuo [36] convocatus, frequensque convenit propter famam atque exspectationem tuarum literarum. Recitatis [37] literis, [38] oblata religio Cornuto est, [39] pullariorum [40] admonitu, [41] non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse; [42] idque a nostro [43] collegio comprobatum est. Itaque res dilata est [44] in posterum. [45] Eo autem die magna mihi fuit pro [46] tua dignitate contentio cum [47] Servilio, [48] qui cum [49] gratia effecisset, ut sua sententia prima pronunciaretur, [50] frequens eum senatus reliquit, [51] et in alia omnia discessit: meæque senten-

se non defuturum: ep. 4. 16 Communi amico. 17 Sc. *quod*. 18 Quo exercitum ducturus esses. 19 Cognitum, i. ignorabat Senatus. 20 Ad 6. diem aprilis. 21 Supra me raptus. 22 Privata. 23 In senatum, aut forum. 24 Judicavi omnibus tuum in Remp. studium, de quo æque gavisi sunt, ac ego. 25 T. Munatius. 26 Tunc adhuc. 27 Venerat. 28 Ut primum ad me veniret. 29 Miseras. 30 Recitandas in senatu. 31 M. Cornutum. 32 Romæ, i. qui jus dicebat inter cives. 33 Cornutus. 34 Officio consulari fungebatur. 35 Sicut apud majores et priscos Romanos Prætor urbanus fungebatur officio consulum absentium. 36 A Cornuto, ut ad rem novam: ep. 28. l. 12. 37 Tuis. 38 Religione, auspiciis impeditus fuit, ne in senatu quicquam ageretur. *Religio* est metus deorum, qui inhibet facere, quæ velis. Plautus Mercat. v. 2. Religionem *illic objecit, recipiam me illuc*, id est, ex observatione ominis metum incussit. 39 Eorum, qui pullos ad auguria et auspicia nutritos observabant. 40 Admonitus est a pullariis, qui de tripudio pullorum auspicabantur, nihil in Senatu eo die, salva religione, decerni posse. 41 Eum non satis auspicato venisse ad consultandum eo die de republica; auspicato enim senatus habebatur. 42 Non satis diligenter eum auspiciis operam dedisse. 43 Augurum. 44 In diem sequentem. 45 Postero. 46 Tuenda. 47 P. Servilio, Isaurici filio, qui cum Cæsare consulatum gesserat. 48 Servilius. 49 Favore, i. Cornuto Prætore ei favente. 50 Plurima pars senatus sententiam ejus non est secuta. 51 Et sententiam ejus improbavit.

tiæ, quæ secunda pronunciata erat, cum frequens assentiretur senatus, [52] rogatu Servilii [53] P. Titius, [54] intercessit. Res [55] in posterum dilata. Venit [56] paratus Servilius, [57] Jovi ipsi iniquus cujus in [58] templo res agebatur. [59] Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium [60] intercessorem abjecerim, ex [61] aliorum te literis malo cognoscere. [62] Unum hoc ex [63] meis: senatus gravior, constantior, [64] amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit. Nec vero tibi [65] senatus amicior, quam cuncta civitas. Mirabiliter enim populus R. universus, et omnium generum ordinumque consensus ad liberandam Remp. [66] conspiravit. Perge igitur, ut agis nomenque tuum commenda [67] immortalitati: atque hæc omnia, quæ habent [68] speciem gloriæ, collecta inanissimis [69] splendoris insignibus, contemne, [70] brevia, [71] fugacia, [72] caduca existima. [73] VERUM DECUS *in virtute* [74] *positum est,* [75] quæ maxime illustratur magnis in Rempub. meritis. [76] Eam facultatem habes maximam: [77] quam [78] quando complexus es, [79] tene, et perfice, [80] ut ne minus Resp. tibi, quam tu [81] Reip. debeas. Me tuæ dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. [82] Id tum Reipub. quæ mihi est mea vita carior, tum [83] nostræ necessitudini debere me judico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam et fidem, magis etiam perspexi in ejus incredibili erga te benevolentia et diligentia. III. Id. April. Vale.

52 Ob preces Servilii. 53 Tribunusplebis. 54 Se opposuit. 55 In diem rursus sequentem. 56 Ad resistendum sententiæ meæ. 57 Auctori Reip. Romanæ, non tibi tantum. 58 Capitolino. Senatus in templis habebatur. 59 Impetum hujus Servilii. 60 Repugnatorem sententiæ meæ. 61 Quam ex meis. 62 Volo te cognoscere, vel cognosce. 63 Literis. 64 Faventior. 65 Est. 66 Consensit. 67 Quia constituerat Plancus rempublicam aut cum sollicitudine liberare, aut pro ea mori. 68 Similitudinem, imaginem gloriæ, sed non veram gloriam, quæ in una virtute posita est. 69 Magistratus clari, i. ex honoribus sine virtute acquisitis. 70 Quia diu durare non possunt, cum brevis sit hominum vita. 71 Imbecilla, et facile e manibus avolantia. Atque ita ostendit, inanem gloriam ὀλιγοχρόνιον esse, et parvo tempore perdurare: etiamsi enim vita perduret, hominem destituere solent, et cito ad alium transfugere. 72 Quia per naturam suam sunt instabilia: splendor enim ille, qui in principio magistratuum est cito languescit. 73 Solidum ac perpetuum. 74 Situm. 75 Virtus. 76 Eam occasionem acquirendi verum decus, conferendo magna in Remp. merita. 77 Facultatem. 78 Quoniam aggressus es. 79 Al. *et tenes*. 80 Ut non. 81 Cui debes omnia. 82 Ut sim amplificator dignitatis tuæ. 83 A patre tuo primum contractæ.

XIII. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Ut primum potestas [2] data est augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermisi in te ornando, quod positum esset aut [3] in præmio virtutis, aut in honore verborum. [4] Id ex ipso [5] S.C. poteris cognoscere: ita enim [6] est perscriptum, ut a me [7] de scripto dicta sententia est: [8] quam [9] senatus frequens secutus est summo studio, magnoque consensu. Ego quanquam ex [10] tuis literis, quas mihi misisti, perspexeram, te magis judicio [11] bonorum, quam [12] insignibus gloriæ delectari: tamen considerandum nobis existimavi, etiamsi tu nihil postulares, quantum tibi a Repub. deberetur. [13] Tu contexes extrema cum primis. Qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum [14] confecerit. Itaque Homerus [15] non Ajacem, nec Achillem, sed [16] Ulyssem appellavit [17] πτολίπορθον. Vale.

XIV. M. T. C. PLANCO IMP. COS. DES. S. D.

[1] O gratam [2] famam biduo ante [3] victoriam, de subsidio tuo, de [4] studio, de celeritate, de copiis. [5] Atqui, etiam hostibus [6] fusis, spes omnis in te est: fugisse enim ex prælio [7] Mutinensi dicuntur [8] notissimi latronum duces. EST autem *non minus* [9] *gratum* [10] *extrema delere, prima depellere*. Equidem exspectabam jam tuas literas, [11] idque cum [12] multis: sperabamque etiam Lepidum, Reip. [13] temporibus admonitum, [14] tecum

1 Ubi primum. Scribit de S.C. in suam sententiam facto, ad augendam Planci dignitatem, hortaturque, ut belli Antoniani reliquias conficiat. Epistola familiaris et hortatoria. 2 Concessa et facta. 3 In honoribus tibi decernendis: infra vocat *insignia gloriæ*. 4 Quod ita fecerim. 5 Quod missum erat ad Plancum, et de Planco augendo. 6 Senatusconsultum. 7 De eo scribendo. 8 Sententiam. 9 Maxima senatorum pars. 10 Octavis hujus libri 11 Ut sunt Reip. fautores. 12 Honoribus a senatu decretis. 13 Bellum, a consulibus et Octavio magna jam ex parte profligatum, ipse penitus, oppresso Antonio, conficies. 14 Finiverit. 15 Utrumque Ulysse fortiorem. Achillem tamen interdum πτολίπορθον appellat Homerus. 16 Quia bello Trojano, astutia sua capto Ilio et incenso, finem fecit: q. d. consilio potius, quam viribus contra Antonium contendendum. 17 Urbis vastatorem, expugnatorem: ex nomine πτόλιεθρον, i. *urbs*, et verbo περθέω, i. *populor*, *oppugno*.

1 Laudat voluntatem Planci, hortaturque ut in eo proposito perseveret. Hortatoria est epistola et nunciatoria. 2 Sc. *sparsam*. 3 Apud Mutinam. 4 In Remp. 5 Al. *atque*, vel *itaque*. 6 A te in Gallia. 7 Apud Mutinam commisso. 8 Primum Antonii fratres duo, Cajus et Lucius; deinde alii, Philip. 11 nominati. 9 Utile et acceptum. 10 Belli. 11 Feci. 12 Quia etiam alii multi eas exspectabant. 13 Vel quia Remp. in summum discrimen adductam videat: vel quia, victo jam ad Mutinam Antonio, ejus malo doceatur, quid agendum sibi sit, præsenti periculo, quo boni cives ad opem patriæ ferendam impelluntur. 14 Sc. consentientem in tuenda republica, a tuis par-

et Reip. satis esse facturum. In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne qua[15] scintilla[16] teterrimi belli relinquatur, quod si erit[17] factum, et Remp.[18] divino beneficio[19] affeceris, et ipse æternam gloriam[20] consequere. III. Id.Maji. Vale.

XV. PLANCUS CICERONI IMP. S. D.

[1] His literis scriptis, quæ postea accidissent, scire te, ad Remp. putavi pertinere. Sedulitas mea, ut spero, et mihi et Reip.[2] tulit fructum. Namque assiduis internuntiis cum Lepido egi, ut, omissa omni contentione, reconciliataque[3] voluntate nostra, communi consilio Reipub. succurreret: [4] se [5] liberos,[6] Urbemque pluris, quam unum perditum,[7] abjectumque[8] latronem putaret, obsequioque meo, si ita faceret, ad omnes res[9] abuteretur. Profeci itaque per[10] Laterensem internuntium: [11] fidem mihi dedit, se Antonium, si[12] prohibere[13] sua provincia non potuisset, bello persecuturum: me, ut venirem,[14] copiasque conjungerem, rogavit,[15] eoque magis, quod et Antonius ab equitatu[16] firmus esse dicebatur, et Lepidus ne mediocrem quidem equitatum habebat. Nam etiam ex paucitate[17] ejus, non multis[18] ante diebus,[19] decem, qui optimi fuerant, ad me transierunt. Quibus rebus ego cognitis,[20] cunctatus non sum: [21] in cursu bonorum consiliorum[22] Lepidum adjuvandum putavi. Adventus meus quid[23] profecturus esset,[24] vidi: vel quod equitatu meo persequi atque opprimere equitatum[25] ejus possem: vel quod exercitus Lepidi[26] eam partem, quæ[27] corrupta est, et ab Republ. alienata, et corrigere et coercere præsentia mei exercitus possem. Itaque in Isara, flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte uno die facto exercitum ad IV. Id.Maii traduxit. Cum vero mihi nun-

tibus stantem. 15 Minima pars vel particula, quæ, ut scintilla, magnum possit incendium excitare. 16 Exsecrandi; quia contra Remp. cœpti. 17 Per te. 18 Æterno, vel incomparabili. 19 Afficiés. 20 Obtinebis.

1 Superioribus, sc. undecimis hujus libri. Quid egerit, quidque paret, ut opprimatur Antonius, exponit. Epistola est nunciatoria. 2 Attulit utilitatem. 3 Benevolentia inter nos. 4 Ipsum. 5 Suos. 6 Totam. 7 Quia jam ad Mutinam prælio victus erat. 8 M. Antonium. 9 Ad voluntatem suam non parcendo uteretur. 10 Lepidi legatum. 11 Nam sancte mihi promisit. 12 Arcere. 13 Hispania. 14 Meas cum suis. 15 Rogavit. 16 Firmiter munitus. 17 Quam ipse habebat. 18 Quam me rogaret. 19 Equites. 20 Immoratus non sum, sed summam celeritatem adhibui. 21 Tantisper dum Lepidus esset in cursu bonorum consiliorom, i. dum Lepidus bene animatus esset, dum bona ac Reip. utilia consilia animo versaret. 22 Putavi officium meum esse Lepidum adjuvare. 23 Utilitatis facturus. 24 Animadverti. 25 Antonii. 26 Ut veteranam decimam legionem. 27 Donis vel pollicitationibus Antonia-

tiatum esset, [28] L. Antonium, [29] præmissum cum equitibus et cohortibus, ad [30] Forum Julii venisse: [31] fratrem cum equitum quatuor millibus, ut [32] occurreret [33] ei, misi ad prid. Id. Maji: ipse maximis itineribus cum [34] quatuor legionibus expeditis, et reliquo equitatu subsequar. Si nos mediocris modo fortuna Reipub. adjuverit et audaciæ [35] perditorum, et nostræ sollicitudinis [36] hic finem reperiemus. Quod si [37] latro, præcognito nostro adventu, rursus in Italiam [38] se recipere cœperit [39] Bruti erit officium occurrere ei: [40] cui scio nec consilium, nec animum defuturum. Ego tamen, [41] si id acciderit [42] fratrem cum equitatu mittam, qui [43] sequatur, Italiam a [44] vastatione defendat. Fac valeas, meque mutuo diligas.

XVI. M. T. C. PLANCO S. D.

[1] Nihil [2] post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quam tuas, Plance, literas. Redditæ sunt enim, frequenti senatu, [3] Cornuto, cum [4] is [5] frigidas sane et [6] inconstantes recitasset literas Lepidi: [7] sub eas statim recitatæ sunt [8] tuæ, non sine magnis [9] quidem [10] clamoribus. [11] Cum rebus enim ipsis essent, et studiis, beneficiisque in Remp. gratissimæ, [12] tum erat gravissimis verbis [13] et sententiis. Flagitare senatus [14] institit Cornutum, ut [15] referret statim de tuis literis: ille se considerare

nis. 28 M. Antonii fratrem. 29 Ep. 34. 30 Oppidum Galliæ Narbonensis, non longe ab Alpibus. Lege Plin. l. 111. c. 4. 31 Meum. 32 Resisteret. 33 Antonio. 34 Quinque nominat ep. 8. 35 Hominum. 36 In hoc conflictu. 37 Antonius. 38 Redire tamquam in locum tutiorem. 39 Qui præerat Galliæ Cisalpinæ. 40 Bruto. 41 Si redierit in Italiam. 42 Meum. 43 Eum. 44 Quam Antonius esset facturus.

1 Gratissimas senatui fuisse Planci literas, et eam a se dictam sententiam, cui plane omnes assenserint, factumque S. C. significat: deinde suadet, ut in subitis rebus consilium senatus ne exspectet, ipse a se consilium capiat. Nunciatoria et hortatoria est epistola. 2 Post tantum temporis, quantum homines memoria complecti sive meminisse possunt. 3 A Cornuto, Prætore urbis, et consulis officio fungente. 4 Cornutus. 5 Frigide operam suam pollicentis. 6 Quia ambigue scriptas: nam modo Reip. partibus, modo Antonio favere videbatur: pacem enim suadebat: ep. 27. 35. 7 Post. 8 Literæ. 9 Certe. 10 Acclamationibus. 11 Vide eandem sententiam ep. 12. *et* 19. 12 Multo magis. 13 Al. *et sententiis plena*. 14 Cœpit. Terentius Hecyr. a. 111. sc. 3. *Hanc habere orationem mecum principio institit.* Sicut autem eleganti periphrasi *cœpi hoc facere* pro feci Græcis Latinisque dicitur ut apud Phædrum l. 1. 2.

Quoniam grave
Omnino insuetis onus, et cœpissent *queri*,

hoc est quererentur, sic et *flagitare institit* est flagitavit. 15 Consultatio-

[16] ait velle. Cum ei magnum convitium fieret [17] cuncto a senatu, quinque tribuni pl. [18] retulerunt. [19] Servilius [20] rogatus,[21] rem distulit. Ego eam sententiam dixi, cui [22] sunt assensi [23] ad unum: [24] ea quæ fuerit, ex [25] S. C. cognosces. Tu quanquam consilio non eges, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil [26] huc rejicias, ne-ve in rebus tam [27] subitis, tamque [28] angustis a Senatu consilium petendum putes: ipse tibi sis senatus: quocumque te ratio Reip. ducet, sequare: cures, ut ante factum aliquid a te egregium audiamus, quam futurum putarimus. Illud tibi promitto, quicquid erit a te factum, id senatum, non modo ut fideliter, sed etiam ut sapienter, factum comprobaturum. Vale.

XVII. PLANCUS IMP. CICERONI S. D.

[1] Antonius Idib. Maji ad [2] forum Julii cum [3] primis copiis venit. [4] Ventidius [5] bidui spatio [6] abest ab eo. Lepidus ad [7] forum Voconii castra habet qui locus a Foro Julii quatuor et viginti millia passuum abest: ibique me exspectare constituit, quemadmodum [8] ipse mihi scripsit. [9] Quod si omnia mihi integra et [10] ipse, et fortuna servaverit,[11] recipio vobis, celeriter me [12] negotium [13] ex sententia confecturum. Fratrem meum, assiduis laboribus [14] concursationibusque [15] confectum, [16] graviter se habuisse, [17] antea tibi scripsi: sed tamen, cum primum posse ingredi cœpit, non magis [18] sibi, quam [19] Reip. convaluisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Sed ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coegi [20] isto proficisci: quod et [21] illa [22] valetudine magis [23] conficere se, quam me juvare posset in castris: et quod acerbis-

nem faceret. 16 Respondit. 17 Simul toto. 18 In consultationem attulerunt, quid de literis tuis sentiendum esset. 19 Quia adversarius. 20 Sententiam. 21 Noluit tunc dicere. 22 Senatores. 23 Uno duntaxat Servilio excepto. 24 Sententia mea. 25 Ad te misso. 26 Ad nos ex humeris tuis excussum transferas. 27 Subito faciendis. 28 Modicum spatium ad deliberationem habentibus, vel tempus non concedentibus mittendi ad senatum.

1 Narrat Ciceroni, quomodo instituerit, Antonium victum persequi bello, ut finem tandem hisce malis imponat. Nunciatoria est epistola. 2 Urbem Galliæ Cisalpinæ, i. Italiæ. 3 Expeditissimis. 4 P. Ventidius tres legiones habens, humili loco natus, qui hoc anno Prætor cum esset, consul factus est in locum demortui Q. Pedii, suffecti in locum Hirtii ad Mutinam interfecti. 5 Itineris duorum dierum. 6 Conjunxit se cum Antonio. 7 Oppidum trans Alpes. 8 Lepidus. 9 Quod si nihil ab ipso peccatum sit. 10 Lepidus. 11 Polliceor. 12 Totum bellum. 13 Arbitrio nostro. 14 Ut qui turmis equitum præesset. 15 Debilitatum, defatigatum. 16 Multum ægrotasse. 17 Eæ tamen literæ non exstant. 18 Ad utilitatem suam. 19 Ad utilitatem reipublicæ. 20 Istuc, i. ad vos Romam. 21 Al. *quod ex illa*, al. *quod etiam illa*. 22 Tam adversa. 23 Interimere.

simo interitu [24] consulum Rempubl.[25] nudatam,[26] tali cive prætore in urbanis officiis indigere existimabam. [27] Quod si quis vestrum [28] non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non [29] illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tandem, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret quo obside [30] fide illius et societatis in Rep. administranda uterer. [31] Studium [32] in ea re suum mihi L. Gellius, [33] de tribus fratribus Sex. Gavinno [34] probavit: [35] quo [36] interprete [37] novissime ad Lepidum sum usus. Amicum [38] eum Reip. cognoscere videor: libenterque ei sum [39] testimonio, et omnibus ero, qui bene merentur. Fac valeas, meque mutuo diligas, dignitatemque meam, si merear, tuearis, sicut [40] adhuc singulari cum benevolentia fecisti. Vale.

XVIII. PLANCUS CICERONI S. D.

[1] Quid in animo habuerim, cum [2] Lævus Nervaque discesserunt a me, et ex literis, quas eis [3] dedi, et [4] ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus consiliisque meis interfuerunt. [5] Accidit mihi, quod homini [6] prudenti, et cupido satisfaciendi reipublicæ, bonisque omnibus accidere solet, ut consilium sequerer periculosum magis, [7] dum me probarem, quam [8] tutum, quod habere posset obtrectationem. Itaque, post discessum [9] legatorum, cum binis [10] continuis literis et Lepidus me, ut [11] venirem, rogaret, et [12] Laterensis multo etiam magis, prope implorans, [13] obtestaretur, non ullam rem aliam extimescens, quam eandem, quæ mihi quoque facit timorem, [14] varietatem atque infidelitatem exercitus [15] ejus: non dubitandum putavi, [16] quin [17] succurrerem, meque [18] communi periculo offerrem. Sciebam enim et [19] cautius illud erat consilium,

24 Hirtii et Pansæ, qui in conflictu cum Antonianis ceciderant. 25 Orbatam et spoliatam. 26 Tam fideli et prudenti. Prætor erat Planci frater, et ab urbe tamen aberat, senatu sc. concedente. 27 Consilium meum et factum fratris. 28 Non approbabit. 29 Fratri meo. 30 Fidei. Genitivus antiquus, ut *die* pro dici. 31 In Remp. 32 Ut sc. Lepidus Apellam ad me mitteret. 33 In trium fratrum negotio: hoc quale fuerit, ignoratur. 34 Ostendit. 35 L. Gellio. 36 Internuncio. 37 Ultimo. 38 L. Gellium. 39 Fidelitatis. 40 In hunc usque diem.

1 Narrat, quibus causis ad Lepidum proficiscatur. Nunciatoria epistola. 2 Hunc ep. 21. nominat Lævum Cispium. 3 Ad te. 4 Ex eorum relatione. 5 Deinde id. 6 Verecundo, infamiam timenti. 7 Dummodo probatum aut probum facerem et ostenderem me. 8 Consilium sine periculo. 9 Lævi Cispii et Nervæ. 10 Alteris super alteras missis. 11 Ad Lepidum. 12 Lepidi legatus. 13 Deos et fidem meam in testes adducens. 14 Variabilitatem, mutabilitatem. 15 Lepidi, qui pollicitationibus Antonii fere corruptus erat. 16 Quo minus. 17 Lepido. 18 Mihi et Lepido. 19 Hominis magis caute agen-

expectare me [20] ad [21] Isaram,[22] dum [23] Brutus [24] trajiceret exercitum, et cum [25] collega consentiente, sicut [26] milites [27] faciunt, hostibus obviam ire. Tamen, si quid Lepidus bene [28] sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut [29] timori videbam, si aut hominem [30] offensum mihi, [31] conjunctum cum Rep. non [32] sublevassem, aut ipse a certamine belli tam necessarii me removissem. Itaque potius [33] periclitari volui, [34] si posset mea præsentia et Lepidum [35] tueri, et [36] exercitum facere meliorem, quam [37] nimis cautus videri. [38] Solicitiorem certe hominem [39] non suis contractis neminem puto fuisse. Nam quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi [40] absit, ea nunc magnam affert solicitudinem, magnumque habet [41] casum. Mihi enim si contigisset, ut [42] prior occurrerem Antonio, non mehercule [43] horam [44] constitisset: tantum ego et [45] mihi confido, et sic [46] perculsas [47] illius copias. Ventidiique [48] mulionis [49] castra [50] despicio. Sed [51] non possum non exhorrescere,[52] si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quam sciri, [53] curarique possit. Sed certe, [54] nisi uno loco me tenerem,[55] magnum periculum ipse Lepidus, [56] magnum ea pars [57] exercitus adiret, [58] quæ bene de Rep. sentit. Magnam etiam [59] perditi hostes [60] accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent. [61] Quæ si adventus meus represserit, agam gratias for-

tis. 20 Juxta. 21 Flumen. 22 Donec. 23 Decius. 24 Alpes, vel Isaram. 25 Bruto. 26 Bruti et mei. 27 Consentiunt, dum sc. pari consensu in hostem feruntur. 28 De Rep. ut putabatur. 29 Meo. 30 Inimicum. 31 Licet esset conjnuctus cum Rep. 32 Adjuvissem in onere belli portando. 33 Experiri. 34 An. 35 Protegere. 36 Ejus. 37 Si nollem, vel non auderem me Lepido conjungere. 38 Magis solicitum, in majore solicitudine, quam me. Tac. l.20. *Nunquam apud vos verba feci, aut pro vobis* solicitior, *aut pro me securior*. 39 Aliena culpa, ob ea, quæ ipse non contraxerit, i. commiserit. 40 A Reip. præsidiis: quia tunc certum fuisset, quod Bruto conjungi deberet, aut Antonium oppngnaret. 41 Discrimen: quia incertum est, an Lepidus Antonio jungi velit. 42 Antequam Antonius cum Lepido conjungeretur. 43 Per spatium unius horæ. 44 Antonius. 45 Viribus meis. 46 Ex clade apud Mutinam accepta. 47 Antonii. 48 Quia victum comparandis mulis, farreque in castra convehendo, adolescens sibi comparaverat. Vide Plin. l. 7. cap. 43. 49 Exercitus, qui in castris Ventidii sunt. 50 Contemno, vilipendo. 51 Non possum quin exorrescam, i. cum horrore quodam formidem. 52 Si quid latet in Lepidi voluntate. Elegans Metaphora. Non bene sperat de Lepido. 53 Quia non potest sciri, nisi cum summo periculo. 54 Nisi consisterem uno eodemque in loco, in quo exercitum Lepidus haberet. 55 Ab Antonio. 56 Periculum: quia ab Antonio cum aliis non bene sentientibus oppugnaretur. 57 Lepidi. 58 Pars enim corrupta erat. 59 In quibus nihil est boni. 60 Magnum incrementum. 61 Dicta, i. periculum bo-

tunæ constantiæque meæ, quæ me ad hanc [61] experientiam excitavit. Itaque A d. XII. Kal. Jun. ab Isara castra movi: pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad [63] capita positis, præsidiaque ibi firma posui, ut venienti Bruto, exercituique ejus sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, [64] diebus octo, quibus has literas dabam, cum Lepidi copiis me conjungam. Vale.

XIX. M. T. C. PLANCO IMP. S. D.

[1] Quanquam [2] gratiarum actionem a te non desiderabam, cum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum: tamen (fatendum est enim) fuit [3] ea mihi perjucunda. Sic enim vidi, quasi ea, quæ [4] oculis [5] cernuntur, me a te amari. Dices, [6] quid antea? [7] Semper quidem, sed nunquam [8] illustrius. Literæ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cum [9] rebus ipsis, quæ erant gravissimæ, et maximæ, fortissimi animi, summique consilii, tum etiam gravitate sententiarum atque verborum. Sed, mi Plance [10] incumbe, ut belli extrema perficias: [11] in hoc erit summa et gratia, et gloria. Cupio [12] omnia Reip. causa: sed mehercule in [13] ea conservanda jam defatigatus, non multo plus faveo patriæ, quam tuæ gloriæ: [14] cujus maximam facultatem tibi Dii immortales, ut spero, dedere: quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium [15] oppresserit, is hoc [16] teterrimum bellum periculosissimumque [17] confecerit. Vale.

XX. M. T. C. PLANCO S. D.

[1] Ita erant omnia, quæ [2] istinc afferebantur, incerta, ut, quid ad te [3] scriberem, non occurreret. [4] Modo enim, [5] quæ vellemus, de Lepido, modo [6] contra nuntiabantur. De te tamen constans fama, nec [7] decipi posse, nec [8] vinci; [9] quorum [10] al-

norum et accessionem malorum. 62 Faciendam. 63 Extremas pontis partes. 64 Sc. *post illos.*

1 Nuntiat Planco, quam gratæ fuerint senatui literæ: deinde solita ratione hortatur ad Reip. studium. Epistola est nunciatoria et hortatoria. 2 Ep. 11. 3 Gratiarum actio. 4 Externis. 5 Transtulit ad animum. 6 Tibi visum est? 7 Idem visum est. 8 Clarius. 9 Propter res ipsas. 10 Enitere. 11 In hac re. 12 Prospera. 13 Republica. 14 Gloriæ. 15 Ep. 13. 16 Execrabilissimum, a sceleratis civibus excitatum. 17 Finierit.

1 Incertam esse de Lepidi fide ac voluntate opinionem significat: quod autem Plancus affirmaverit, id certum fore. Hortatur, ut Antonium opprimat quod si effecerit, majora in illum studia et graviora pollicetur. Petitoria est epistola et hortatoria. 2 A te, et ab exercitu tuo. 3 Scribere deberem. 4 Interdum. 5 Ab eo non recipi Antonium. 6 Contraria, atque quæ non vellemus. 7 Per insidias capi. 8 Per vim apertam. 9 Duorum. 10 Ejus

terius fortuna partem habet quandam: [11] alterum proprium est prudentiæ tuæ. Sed accepi literas a [12] collega tuo, datas Id. Maji, in quibus erat, te [13] ad se scripsisse, a Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris. Sed [14] minus audes fortasse propter inanem lætitiam [15] literarum superiorum. Verum, ut [16] errare id, Plance, potuisti: (quis enim [17] id effugerit?) sic, [18] decipi te non potuisse, quis non videt? Nunc vero etiam erroris [19] causa sublata est. Culpa enim illa, [20] BIS *ad eundem* vulgari reprehensa [21] proverbio est. Sin, ut scripsisti ad [22] collegam, [23] ita se res habet, omni cura liberati sumus: nec tamen [24] erimus prius, quam ita esse tu nos feceris certiores. Mea quidem ut ad te [25] sæpius scripsi, hæc sententia est: Qui reliquias hujus [26] belli oppresserit, eum totius belli [27] confectorem [28] fore: [29] quem te et [30] opto esse, et [31] confido futurum. Studia mea erga te, quibus certe nulla esse majora potuerunt, tibi tam grata esse, quam ego putavi fore, minime miror, vehementerque lætor. [32] Quæ quidem tu, si recte [33] istic erit, majora et graviora cognosces. IV. Kal. Jun.

XXI. PLANCUS CICERONI S. D.

[1] Puderet me [2] inconstantiæ mearum literarum, si non hæc ex [3] aliena [4] levitate penderent. Omnia feci, [5] quare Lepido [6] conjuncto ad Remp. defendendam, [7] minore sollicitudine vestra [8] perditis resisterem. Omnia [9] ei et petenti [10] recepi, et ultro pollicitus sum, [11] scripsique tibi biduo ante, confidere me [12] bono Lepido esse usurum, [13] communique consilio bellum

sc. quod est vinci non posse: quandam enim victoriæ partem sibi fortuna vendicat. 11 Decipi non posse. 12 D. Bruto, obsidione Mutinæ jam liberato. 13 Al. *adscripsisse*, al. *scripsisse*. 14 Non. 15 17. et 18, quibus scripsisti, Lepidum (ita enim credebas) bene sentire, teque brevi cum illo conjuncturum. 16 In eo, quod ea sperasti de Lepido, quæ vera esse cupiebas. 17 Aliquando errare. 18 Quod incauti est. 19 Cognito Lepidi consilio. 20 Scopulum navem impingere, ad eundem lapidem offendere, ad eundem insidiarum locum incidere. 21 Dicenti, non dandam veniam excusantibus eundem errorem. 22 D. Brutum. 23 A Lepido non recipi Antonium. 24 Securi, vel certiores. 25 Tribus, quæ exstant, epist. 13. 14. 19. 26 Cum Antonio, i. qui M. Antonium, victum jam et fugatum prælio Mutinensi, plane profligaverit. 27 Finitorem. 28 Confectorem. 29 Amore adductus. 30 Virtute cognita. 31 Futura esse. 32 Studia mea erga te. 33 Tecum et cum exercitu tuo.

1 Perfidiam Lepidi, conjunctionemque cum Antonio nunciat: novarum copiarum subsidium postulat: dignitatem suam commendat. Nunciatoria est epistola et hortatoria. 2 Qui de Lepido varie scripserim. 3 Lepidi. 4 Inconstantia. 5 Quamobrem. 6 Mihi. 7 Sc. *cum*. 8 Civibus, Antonio et ejus fautoribus. 9 Lepido. 10 Promisi. 11 Ep. 18. 12 Amico et favorabili. 13 Com-

administraturum. [14] Credidi chirographis ejus, affirmationi præsentis Laterensis, qui tum apud me erat, [15] reconciliaremque me Lepido, [16] fidemque haberem, orabat. [17] Non licuit diutius bene de [18] eo sperare: illud certe [19] cavi et [20] cavebo, ne mea [21] credulitate Reip. [22] summa fallatur. Cum in Isara flumine uno die ponte effecto exercitum traduxissem, pro magnitudine [23] rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas [24] ipse, ut maturarem venire: [25] præsto mihi fuit [26] stator ejus cum literis, quibus, ne [27] venirem, [28] denuntiabat, [29] se posse [30] conficere per se [31] negotium: [32] interea ad Isaram [33] exspectarem. Indicabo temerarium meum consilium tibi: [34] nihilominus [35] ire decreveram, existimans eum socium gloriæ [36] vitare. [37] Putabam posse me nec de laude [38] jejuni hominis [39] delibare quicquam, et [40] subesse tamen propinquis locis, ut, si durius aliquid [41] esset, succurrere celeriter possem. Ego [42] non malus homo hoc suspicabar. At Laterensis, vir [43] sanctissimus, [44] suo chirographo mittit mihi literas, in [45] eisque, desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensque [46] se destitutum, aperte denuntiat, [47] videam, ne fallar: [48] suam fidem solutam esse, Reip. [49] ne desim. Exemplar ejus [50] chirographi Titio [51] dedi. Ipsa [52] chirographa omnia, et quibus credidi, et ea quibus [53] fidem non habendam putavi, Lævo Cispio dabo [54] perferenda,

municato cum Lepido. 14 Fidem adhibui scriptis manu Lepidi. 15 Amicitia conjugerem: erant enim inter eos inimicitiæ. 16 Et confiderem. 17 Non est datum vel concessum. 18 Lepido. 19 Cavendo insidias effeci. 20 Deinceps. 21 Credendi facilitate. 22 Suprema salus. 23 Quæ id exigebat, utpote accessio Lepidi et exercitus ejus ad Remp. 24 Lepidus, caput rei. 25 Præsens. 26 Minister publicus a stando dictus, quod *stet* paratus ad eundum quo mittatur. 27 Ad ipsum. 28 Contrariæ sententiæ factus significabat. 29 Et denuntiabat, se, etc. 30 Absolvere. 31 Expugnationem Antonii, et liberationem Rep. 32 Sc. *et ut*. 33 Eum. 34 Quamvis mihi denuntiasset, ne irem. 35 Ad Lepidum. 36 Fugere, i. velle se solum habere laudem devicti Antonii. 37 Secundo loco. 38 Maligni, qui quicquid in alium laudis et gloriæ confertur, sibi decedere existimat. Sic supra lib. 11. epist. 17. *Illud vero pusilli animi et ipsa malevolentia* jejuni *atque inanis, quod Ariobarzanem, quia senatus per me regem appellavit, mihique commendavit iste in literis non regem, sed regis Ariobarzanis filium appellat*. 39 Detrahere, diminuere. Cic. de Divin. 11. *Nonne de sua gloria, cum pari præmio tales homines affici videant*, delibari *putent?* 40 Clam inesse. 41 Accideret, i. si forte succumberet Lepidus. 42 Minime astutus. 43 Integerrimæ fidei. 44 Scripto manus suæ. 45 Literis. 46 Derelictum a Lepido. 47 Sc. ut prospiciam. 48 Se jam promissis non teneri: obstrinxerat enim suam fidem Laterensis, promiseratque omnia de Lepido: mox, ubi recipi Antonium a Lepido vidit, scripsit Planco, se destitutum a Lepido, nec jam ea, quæ antea, polliceri. 49 Ut consulam Reip. 50 Manuscripti. 51 Al. *misi*. 52 Scripta manibus Lepidi, Laterensis, et aliorum. 53 Non credendum esse. 54 Ad senatum.

[55] qui omnibus his interfuit rebus.[56] Accessit eo, ut milites ejus, cum Lepidus [57] concionaretur, improbi [58] per se, corrupti etiam per eos, qui præsunt,[59] Canidios, Rufrenosque, et cæteros, quos, cum opus erit, scietis, conclamarint [60] viri boni, pacem se velle, neque esse cum [61] ullis pugnaturos, duobus jam [62] consulibus singularibus occisis, tot civibus pro patria amissis, hostibus denique [63] omnibus [64] judicatis, [65] bonisque publicatis. Neque hoc aut [66] vindicarat Lepidus, aut [67] sanarat. [68] Hoc me venire, et [69] duobus exercitibus conjunctis [70] objicere exercitum fidelissimum, maxima auxilia, principes [71] Galliæ, provinciam cunctam, summæ dementiæ et temeritatis esse vidi, mihique, si ita oppressus essem, Remque pub. mecum prodidissem, [72] mortuo non modo honorem, sed misericordiam quoque [73] defuturum. Itaque [74] rediturus sum, nec [75] tanta munera perditis hominibus [76] dari posse [77] sinam. Exercitum locis ut habeam opportunis, provinciam [78] tuear, etiamsi ille [79] exercitus [80] desciverit, omnia ut [81] integra servem, dabo operam, [82] quoad exercitus huc summittatis, [83] parique felicitate Remp. hic [84] vindicetis. Nec [85] depugnare, si occasio [86] tulerit: nec obsideri si necesse fuerit: nec mori, si casus inciderit, pro vobis [87] paratior fuerit quisquam. Quare hortor te, mi Cicero, exercitum [88] huc [89] trajiciendum quamprimum cures, et [90] matures prius, quam hostes magis corroborentur, et [91] nostri perturbentur: [92] in quo si celeritas erit adhibita, Resp. in possessione [93] victoriæ, deletis [94] sceleratis, permanebit. Fac, valeas, meque diligas. Fratrem meum tibi, fortissimum civem, et ad [95] omnia paratissimum, excusem [96] literis? [97] qui ex [98] labore in febriculam incidit assiduam, et satis molestam. Cum

55 Lævus Cispius. 56 Additum est ad eam Lepidi infidelitatem. 57 Orationem haberet ad milites suos. 58 Propria natura. 59 Legatos, vel Tribunos militum, aut Præfectos et Centuriones. 60 Sc. tanquam, ironia. 61 Antonii militibus. 62 Hirtio et Pansa. 63 M. Antonio, Ventidio, et eorum militibus. 64 A senatu. 65 Eorum. 66 Punierat. 67 Ad sanum consilium converterat, correxerat. 68 In hunc locum, in quo erant Lepidus et Antonius. Veteres enim *hoc* pro huc dixerunt. Virgil. Æneid. VIII. v. 114. Hoc *nunc ignipotens cœlo descendit, ab alto*. 69 Lepidi et Antonii. 70 Trucidandum. 71 Ulterioris. 72 Mihi. 73 Archaismus pro *defuturam*. 74 In provinciam. 75 Tam fidelem et bene instructum exercitum. 76 Objici. 77 Patiar. 78 Protegam. 79 Lepidi. 80 Defecerit a Repub. ad Antonium: jam enim cum Antonii exercitu conjunctus erat. 81 Neque fracta, neque imminuta, i. nihil ut damni patiar. 82 Donec. 83 Ut ad Mutinam. 84 Libertati restitutis. 85 Excidionalem pugnam obire. 86 Dederit. 87 Quam ego. 88 Ad nos. 89 Trans Alpes mittendum. 90 Acceleres. 91 Qui pauciores et debiliores sunt. 92 In qua re, i. in exercitus trajectione. 93 Apud Mutinam initæ. 94 Reliquis. 95 Mandata obeunda. 96 Mittendis ad senatum. 97 Frater. 98 Fa-

primum poterit [99] istuc recurrere, non dubitabit ne quo loco Reip. desit. Meam dignitatem [1] commendatam habeas, rogo. [2] Concupiscere me nihil oportet. [3] Habeo te et [4] amantissimum mei, et, quod optavi, [5] summæ auctoritatis.[6] Tu videris, quantum, et quando [7] tuum munus apud me velis esse. [8] Tantum te rogo, in Hirtii locum me [9] subdas, et ad tuum [10] amorem, et ad meam [11] observantiam. Vale.

XXII. M. T. C. PLANCO S. D.

[1] In te et in [2] collega omnis [3] spes est, Diis [4] approbantibus. Concordia vestra, quæ senatui [5] declarata literis vestris est, mirifice et senatus, et cuncta [6] civitas delectata est. Quod ad me scripseras [7] de re agraria: si [8] consultus senatus esset, ut quisque de te [9] honorificentissimam sententiam dixisset, eam secutus essem: [10] qua certe ego fuissem. Sed propter tarditatem sententiarum, moramque rerum, cum ea, [11] quæ consulebantur, [12] ad exitum non pervenirent, commodissimum mihi, Plancoque [13] fratri visum est, uti [14] eo, [15] quod ne [16] nostro arbitratu [17] componeretur, [18] quis [19] fuerit impedimento, arbitror te ex [20] Planci literis cognovisse. Sed sive in S.C. sive in cæteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade, tantam esse apud omnes [21] bonos [22] tui caritatem, ut nullum genus amplissimæ dignitatis [23] excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas vehementer expecto, et quidem tales, [24] quales maxime opto. Vale.

tigatione. 99 Ad vos. 1 Tibi, i. suscipias eam protegendam ab obtrectatoribus. 2 Sc. *sed*. 3 Sc. *nam*. 4 Qui velis me defendere. 5 Qui possis me defendere. 6 Tuum fuerit videre. 7 Me obire munus et partes tuas. Q. d. fuero semper et in omnibus paratus. 8 Duntaxat. 9 Sufficias, substituas, i. ut sim pro Hirtio consul. 10 Augendum in me. 11 Augendam in te observando, i. et amoris in me tui causa, et observantiæ in te meæ: *vel*, cum id et tuus in me amor, et observantia in te mea exigat.

1 Agris dividendis præfici Plancus cupiebat: ea de re Cicero respondet. Epistola est nunciatoria. 2 Tuo, sc. D. Bruto. 3 Reip. vel salutis: jam enim perierat uterque consul: Octavii autem qui esset in Cæsaris interfectores animus, i. in ipsam Remp. ignorabatur. 4 Vota nostra et vestra secundantibus. 5 Clare significata. 6 Romana. 7 De agris militibus tuis dividendis, ut bene de Rep. meritis. 8 Rogatus sententias. 9 Tibi. 10 Sententia honorificentissima tibi. Al. *qui*, i. pro mea natura, qualis ego sum. 11 De quibus fiebat consultatio, de quibus ad senatum referebatur. 12 Ad decretionem. 13 Tuo. 14 Senatusconsulto. 15 Decretum, quo usi sumus. 16 Secundum arbitratum et voluntatem nostram, i. Planci et meam. 17 Fieret et absolveretur. 18 Fortasse Servilius: epist. 12. 19 Impediverit. 20 Fratris tui. 21 Reip. amantes. 22 In te. 23 A te. 24 Quibus significas, te hostes delevisse, aut quid simile.

XXIII. PLANCUS CICERONI S. D.

[1] Nunquam mehercule, mi Cicero, me pœnitebit maxima pericula pro patria subire,[2] dum, si[3] quid acciderit mihi, a reprehensione temeritatis[4] absim. Confiterer imprudentia me lapsum, si unquam Lepido[5] ex animo credidissem. [6] CREDULITAS *enim error est magis, quam culpa;* et[7] quidem in optimi cujusque mentem facillime[8] irrepit. Sed ego non[9] hoc vitio pene sum deceptus: Lepidum enim[10] pulchre noram. [11] Quid ergo est?[12] Pudor me, qui in bello maxime est,[13] periculosus, hunc casum coegit subire. Nam,[14] si uno loco essem, verebar ne cui[15] obtrectatorum viderer et nimium pertinaciter Lepido[16] offensus, et mea[17] patientia etiam alere bellum. Itaque[18] copias prope in conspectum Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium passuum spatio[19] relicto,[20] consedi, eo consilio, ut vel celeriter[21] accedere, vel[22] salutariter[23] recipere me possem. [24] Adjunxi[25] hæc, in[26] loco eligendo, flumen[27] oppositum ut haberem, in[28] quo[29] mora transitus esset: [30] Vocontii[31] sub manu ut essent, per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus, desperato adventu meo, quem[32] non mediocriter[33] captabat, se cum Antonio conjunxit ad IV. Kal. Jun. eodemque die[34] ad me[35] castra[36] moverunt: viginti millia passuum cum abessent, res mihi nuntiata est. Dedi operam[37] Deum benignitate, ut et celeriter me[38] reciperem, et hic discessus nihil fugæ simile haberet: non miles ullus,

1 Excusat se, quod Lepido crediderit: suam diligentiam declarat in copiis tuto reducendis, audita Lepidi et Antonii conjunctione: quo in periculo subsidium postulat exercitus Octavii. Nunciatoria est epistola et hortatoria. 2 Dummodo. 3 Adversitatis. 4 Immunis absim. 5 Sincere et plene. 6 Facilitas in credendo. 7 Certe. 8 Tacite illabitur. 9 Credulitatis. 10 Hoc loquendi genere sæpins veteres utuntur. Phædrus lib. III. *Quæ genus utrumque* nosset *cum* pulcherrime. 11 Dices ergo, quid est quod errasti. 12 Responsio. 13 Quia audacem fortuna juvat. 14 Si manerem in provincia mea. 15 Invidorum, famæ meæ detrahentium. 16 Infensus, inimicus: ep. 18. 17 Quod pateret, hostem tam diu vivere, quem conjunctus cum Lepido possem statim opprimere. 18 Meas. 19 A castris Lepidi. 20 Castra metatus sum. Cæsar. l. III. de bell. Gall. c. 17. *Cum Viridovix contra eum duum millium spatio* consedisset. Et lib. v. c. 9. *Ubi ex captivis cognovit, quo in loco hostium copiæ* consedissent. 21 Ad Lepidum. 22 Al. *cum salute*, sc. mea et exercitus. 23 A conflictu eripere. 24 Adjunxi. 25 Quæ dicam, 26 Considendi. 27 Exercitui Lepidi. 28 Flumine. 29 In quo transeundo moram traheret Lepidi exercitus. 30 Populi Galliæ. 31 Ad manum. Sueton. Aug. c. 49. *Et quo celerius ac* sub manum *annunciari cognoscique posset*. 32 Imo ardenter. 33 Quamvis ante denuntiasset, ne venirem: ep. 21. 34 Procedendo. 35 Sua. 36 Ipsi conjuncti. 37 Deorum, qui eam mentem dederant. 38 In loca tuta retraherem.

non eques, non quidquam[39] impedimentorum amitteretur, aut ab illis[40] ferventibus latronibus[41] interciperetur. Itaque[42] pridie Non. Jun. omnes copias[43] Isaram trajeci, pontesque quos feceram, interrupi, ut et spatium[44] ad se colligendum[45] homines haberent, et ego me[46] interea cum[47] collega conjungerem, quem[48] triduo, cum has[49] dabam literas, expectabam. [50] Laterensis[51] nostri et fidem, et animum singularem[52] in Rempublicam semper[53] fatebor. Sed certe nimia ejus[54] indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perspicienda fecit eum minus[55] sagacem. [56] Qui[57] quidem cum in[58] fraudem se deductum videret,[59] manus, quas justius in Lepidi[60] perniciem armasset,[59] sibi afferre conatus est. In quo casu tamen[61] interpellatus, adhuc vivit, et[62] dicitur victurus. Sed tamen[63] de hoc mihi parum certum est: et magno cum dolore[64] parricidarum elapsus sum[65] his. Veniebant enim eodem furore in me,[66] quo in patriam, incitati. Iracundias autem[67] harum rerum recentes habebant, quod Lepidum[68] castigare non[69] destiteram, ut extingueret bellum: quod colloquia[70] facta[71] improbabam: quod[72] legatos,[73] fide Lepidi missos ad me, in[74] conspectum venire vetueram: quod C.[75] Catinium[76] Vestinum tribunum militum missum ab Antonio ad[77] eum cum literis,[78] ex-

39 Itineris, i. machinarum et sarcinarum bellicarum. 40 Ardentibus ad prædam, vel quasi incitatis adversus me. Metaphora. Al. *furentibus*. 41 Medio itinere per insidias caperetur. 42 Quarto die Junii. 43 Galliæ flumen. 44 Ad animum recipiendum, resumendum, et ad componendas res turbatas ex celeri profectione. 45 Milites mei. 46 Dum hostes pontes reficerent. 47 D. Bruto. 48 Intra tridnum affuturum. 49 Ad te. 50 Lepidi legati: ep. 18. 21. 51 Communis amici. 52 Erga. 53 Protestabor. 54 Immoderatus amor. 55 Providentem. 56 Laterensis. 57 Certe. 58 Deceptum se a Lepido. 59 Se ipsum interficere inferendo sibi manus. 60 Cædem et interitum. 61 Impeditus. 62 Non vixit tamen. 63 An victurus et convaliturus sit. 64 Antonii et Lepidi, patriam persequentium, et ejus defensores trucidantium. 65 Malis et insidiis, vel potius ipsis parricidis. Al. *bis*: ut se dicat Plancus periculum bis effugisse: semel, cum ad Lepidum non accessit, neque se unquam cum eo voluit conjungere: quod si fecisset, Ipse cum universo exercitu in Antonii potestatem, Lepido prodente, devenisset: iterum, cum, audito Lepidi Antoniique adventu, celeriter se recepit. 66 Ut me penitus opprimerent. 67 Ob has res. 68 Objurgando monere. 69 Desieram. 70 A Lepido cum Antonio, vel cum iis, quos ad eum Antonius miserat. 71 Al. *improbaram*. 72 Ab Antonio missos ad me. 73 Data eis fide a Lepido, nihil molestiæ a me passuris. 74 Meum. 75 Al. *Catium*. 76 Ex Vestinis, populis Italiæ ultra Picenum. 77 Lepidum. 78 Al. *interceperam*, i. in medio itinere ceperam. Virg. Bucol. Eclog. III. v. 17.

Nonne ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere *insidiis?*

ceperam. [79] In quo hanc capio voluptatem, quod certe, quo magis [80] me petiverunt, tanto majorem iis [81] frustratio dolorem attulit. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem [82] præsta, ut vigilanter [83] nervoseque nos, qui stamus [84] in acie, [85] subornes. Veniat [86] Cæsar cum copiis, quas habet [87] firmissimas: aut, si ipsum aliqua res [88] impedit, exercitus ejus mittatur: [89] cujus ipsius magnum periculum [90] agitur. Quicquid [91] aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc omne jam [92] convenit. Pro urbis vero salute cur non omnibus [93] facultatibus, quas habemus utamur? Quod si vos [94] istic non [95] defueritis, profecto [96] quod ad me attinet, omnibus rebus abunde Reipub. satisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies mehercule habeo cariorem: [97] sollicitudinesque meas quotidie magis tua [98] merita [99] exacuunt, nequid aut ex [1] amore, aut ex [2] judicio tuo perdam. Opto, ut mihi liceat jam præsenti [3] pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere [4] jucundiora. Vale VIII. Idus Jun. [5] Cularone, ex finibus Allobrogum.

XXIV. PLANCUS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

[1] Facere non possum, quin [2] in singulas res meritaque tibi gratias agam. Sed mehercule [3] facio cum pudore: neque enim tanta [4] necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, [5] desiderare videtur gratiarum actionem. Neque ego lubenter [6] pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor [7] orationis, et malo [8] præsens [9] observantia, [10] indulgentia, [11] assiduitate [12] memorem me tibi [13] probare. Quod si mihi vita contigerit,

79 Facto, vel in qua re. 80 Capere, vel occidere. 81 Irritus conatus. 82 Mihi. 83 Firmiter ac solide, sic, ut in eo nervos omnes intendas. 84 Pro patria contra hostes. 85 Per subsidia adjuves, instruas iis rebus, quæ ad bellum necessariæ sunt. 86 C. Octavius, ab avunculo C. Cæsare adoptatus, unde Cæsar postea dictus est: adolescens tum erat, et a Rep. stare visus, sed mox cum Antonio et Lepido conspiraturus. 87 Veteranos, et præterea duas legiones. 88 Eum, quo minus venire possit. 89 Cæsaris. 90 Impendet: fuderat enim Antonii copias apud Mutinam. 91 Quovis tempore. 92 Congregatum est. 93 Copiis et opibus. 94 Romæ, vel in ista re. 95 Reipublicæ. 96 Quantum. 97 Curas. 98 In me. 99 Excitant, augent. 1 Tuo in me. 2 De me. 3 Pia exhibitione, i. meis officiis, quæ pie præsto. 4 Tibi et mihi. 5 Cularo postea *Gratianopolis*, dicta ab Imperatore Gratiano, hodie *Grenoble*.

1 Pollicetur se memorem beneficiorum: suas copias narrat: subsidium aut Octavii Cæsaris copiarum, aut Africani exercitus postulat: Octavium quasi parum Reip. amantem carpit. Epistola est nunciatoria. 2 Ob. 3 Illud. 4 Necessaria conciliatio amicitiæ. 5 Poscere. 6 Agendo pro maximis beneficiis tuis gratias. 7 Verborum. 8 Quoniam ero præsens. 9 Veneratione et cultu. 10 Concessione obsequii ultra quam oporteat. 11 Beneficiorum. 12 Beneficiorum, i. gratum. 13 Ostendere.

omnes gratas amicitias, atque etiam [14] pias [15] propinquitates in [16] tua observantia, indulgentia, [17] assiduitate vincam. [18] Amor enim tuus, ac [19] judicium de me utrum mihi plus dignitatis [20] in perpetuum, an voluptatis [21] quotidie sit allaturum, non facile [22] dixerim. De [23] militum [24] commodis [25] fuit tibi curæ: [26] quos ego non [27] potentiæ meæ causa (nihil enim me [28] non salutariter cogitare scio) ornari volui a senatu: [29] sed primum, quod ita meritos judicabam: deinde, quod ad omnes casus conjunctiores Reip. esse volebam: [30] novissime, ut ab omni omnium [31] sollicitatione [32] aversos eos, tales vobis [33] præstare possem, [34] quales adhuc fuerunt. Nos adhuc [35] hic omnia integra sustinuimus. [36] Quod consilium nostrum, etsi quanta sit [37] aviditas hominum, [38] non sine causa [39] talis victoriæ, scio, tamen [40] vobis probari spero. [41] Non enim, si quid in [42] his exercitibus sit [43] offensum, [44] magna subsidia respublica habet [45] expedita, quibus subito [46] impetu ac latrocinio [47] parricidarum [48] resistat. Copias vero nostras notas tibi esse arbitror. In castris meis legiones sunt veteranæ tres, [49] tironum [50] vel [51] luculentissima ex omnibus [52] una: [53] in castris Bruti una [54] veterana legio, [55] altera [56] bima, [57] octo [58] tironum. Ita universus exercitus numero amplissimus est, [59] firmitate exiguus. Quantum autem in acie [60] troni sit committendum, nimium sæpe [61] ex-

14 Pietate obsequiosas in majores suos. 15 Consanguinitates sive conjunctiones sanguinis. 16 Quam, tibi impeusam a me, possidebis. Al. *tui*. 17 Quibus se memorem probare jam dixit. 18 Qui voluptatem affert. 19 Tuum quod dignitatem affert. 20 Quæ sit in perpetuum duratura. 21 Quæ quotidie renovabitur. 22 Dijudicaverim. 23 Plauci. 24 *Commoda* proprie dicuntur in re militari dona et præmia, quæ militibus præter stipendium tribuuntur. Ovid. 1. de Art. Amand. *Romule, militibus scisti dare* commoda *solus*. 25 Habuisti curam. 26 Milites. 27 Ut potentior evadam. 28 Quod non sit cum Reip. salute conjunctum. 29 Volui eos ornari. 30 Postremo loco. 31 Antonii et Lepidi. 32 Abhorrentes. 33 Exhibere, 34 Idest, Reip. fideles. 35 In provincia. 36 Salva et nulla imminuta, i. Remp. in discrimen nou adduximus, prælium vitavimus, nou pugnavimus. 37 Sustinendo omnia integra. 38 Quia ex ea tota Reip. salus pendebat. 39 Habendæ. 40 A vobis approbari. 41 Affert rationem, quare probabile putet cousilium suum, quod nondum commiserit pugnam. 42 Quos habemus. 43 Peccatum, erratum, i. si male esset a nobis pugnatum, si qua jactura fiat. 44 Nou magnas copias subsidio venturas. 45 Parata. 46 Pro *impetui*. Elegantissime ac probissime ex more veterum. Sic *manu* pro manui apud Proper. lib. 11. *Tantaleæ poterit tradere poma* manu, 47 Antonii, Lepidi, aliorumque patriam persequeutium. 48 Resistere possit. 49 Novitiorum militum. 50 Etiam. 51 Clarissima. 52 Legio. Quatuor igitur Plauci legiones. 53 Est. 54 Veteranorum militum, i. qui multos annos in militia exegerunt. 55 Adhuc uua. 56 Duorum annorum, i. eorum, qui biennium militaverunt. 57 Legiones. Decem igitur Bruti legiones. 58 Sunt. Al. octo millia tirouum. 59 Tirones enim multis partibus plures, quam veterani. 60 Novo militi. 61 Compertum cum malo no-

pertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituum, sive [62] Africanus exercitus, qui est veteranus, sive [63] Cæsaris [64] accessisset, [65] æquo animo [66] summam Remp. in [67] discrimen deduceremus. Aliquanto autem [68] propius esse, quod ad Cæsarem [69] attinet, [70] videbamus. [71] Nihil destiti eum literis hortari: neque [72] ille [73] intermisit affirmare, [74] se sine mora venire: cum interim [75] aversum [76] illum ab hac [77] cogitatione, [78] ad alia consilia video se contulisse. Ego tamen ad eum Furnium [79] nostrum cum mandatis [80] literisque misi, [81] siquid forte proficere posset. Scis tu, mi Cicero, [82] quod ad [83] Cæsaris amorem attinet, [84] societatem mihi esse tecum: vel quod in familiaritate [85] Cæsaris, [86] vivo illo, jam tueri eum, et [87] diligere [88] mihi fuit necesse, vel quod [89] ipse, [90] quoad ego [91] nosse potui, [92] moderatissimi atque humanissimi fuit sensus, vel quod [93] ex tam insigni amicitia mea, atque [94] Cæsaris, [95] hunc, filii loco, et [96] illius, et vestro [97] judicio [98] substitutum, non [99] proinde [1] habere, mihi turpe videtur. Sed, quicquid tibi scribo, [2] dolenter mehercule magis, quam [3] inimice facio. [4] Quod vivit Antonius hodie, quod Lepidus [5] una est, quod exercitus habent non contemnendos, quod [6] sperant, quod [7] audent, id omne [8] Cæ-

stro, i. experti sumus. Pharsalico maxime prælio. 62 Quem C. Cæsar, victo Scipione, Pompeji socero, in Africa reliquerat, præpositis T. Sextio, D. Lælio, et Q. Cornificio. 63 Octavii. 64 Additus fuisset. 65 Libenter congressi essemus cum hostibus, conflictu pernitioso. 66 Salutem. 67 Periculum. 68 Propiorem dicit esse exercitum Cæsaris, quam Africanum. 69 Spectat. 70 Considerabamus. 71 In nulla re, nullo modo prætermisi seu intermisi. 72 Cæsar sc. Octavius. 73 Interdum omisit. 74 Id est, ad singulas literas meas respondit, se venire. 75 Alienatum. 76 Cæsarem. 77 Favendæ reipublicæ. 78 Ad cogitationem triumphi et consulatus petionem. 79 Amicum. 80 Nostris. 81 Si in aliquo. 82 Quæ res, vel quatenus. 83 Octavii, quod a C. Cæsare Dictatore adoptatus erat. 84 Me habere in ea re te socium, in hoc Octavii amore. Attinet autem hoc, ut cum exercitu suo veniat, in tanto Reip. periculo. 85 Julii fuerim. 86 Dum ille viveret. 87 Post cædem ejus. 88 Si vir bonus et amicus fidelis haberi velim. 89 C. Cæsar. 90 Quatenus. 91 Novisse. 92 Quia non crudeliter, sed clementer dominatus est. 93 Post tam insignem amicitiam meam: ep. 3. 94 Julii. 95 Octavium. 96 Julii Cæsaris cæsi. 97 Cæsaris enim adoptionem, testamento factam, comprobastis. 98 Testamento Julii Cæsaris. 99 Ita ut substitutus est, i. ut filium Cæsaris, nobis, dum viveret, amicissimi. *Proinde* sæpe hoc sensu capitur. Cicero pro Mil. Proinde *quasi Appius ille Cæcus viam munierit*. Inf. epist. 34 *Et si omni tempore summa studia officii inter nos certatim constiterunt, pro nostra inter nos familiaritate, et* proinde *diligenter ab utroque conservata sunt*, i. perinde diligenter. 1 Æstimare et amplecti. 2 Quia dolet mihi, Cæsarem non recte sentire de republica. 3 Quasi sim inimicus Cæsaris. 4 Similis sententia aliis verbis exprimitur lib. VII. ep. 29. et lib. 1. ad Att. epist. 12. 5 Simul cum Antonio. 6 Victoriam. 7 Nos lacessere. 8 Fateri se accepisse ab Octavio, qui nec D. Bruto reconcilia-

sari acceptum referre possunt. Neque ego [9] superiora repetam: sed ex eo tempore, quo [10] ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset, aut [11] oppressum jam bellum esset, aut in [12] adversissimam [13] illi [14] Hispaniam cum detrimento [15] eorum maximo [16] extrusum; Quæ mens eum, aut quorum consilia [17] a tanta gloria, sibi vero etiam [18] necessaria ac salutari avocarint, et ad cogitationem [19] consulatus [20] bimestris, summo cum [21] terrore hominum, et [22] insulsa cum efflagitatione transtulerint, [23] expulare non possum. Multum [24] in hac re mihi videntur [25] necessarii ejus et Reipub. et [26] ipsius causa [27] proficere posse: plurium, ut puto, [28] tu quoque: cujus [29] ille [30] tanta merita habet, quanta [31] nemo præter me: nunquam enim obliviscar, [32] maxima ac plurima me tibi debere. [33] De his rebus, ut [34] exigeret cum [35] eo, [36] Furnio mandavi. Quodsi, quantam [37] debeo, habuero apud eum autoritatem, [38] plurimum ipsum juvero. Nos [39] interea duriori conditione bellum sustinemus, quod neque [40] expeditissimam [41] dimicationem putamus, neque tamen [42] refugiendo [43] commissuri sumus, ut majus detrimentum Resp. accipere possit. Quod si aut [44] Cæsar se respexerit, aut [45] africanæ legiones celeriter venerint, securos

ri voluit, nec Antonium fugientem persequi. 9 Quæ multum præcesserunt. 10 Cæsar. 11 Sopitum. 12 Propter Asinium Pollionem, qui ibi habet exercitum. 13 Bello gerendo. 14 Lepido ante decretam. 15 Antonii et Lepidi. 16 Vi ejectum ex Italia et Galliis in Hispanias. 17 A libertate patriæ. 18 Quia cum Antonio gerebat inimicitias. 19 Ut in Pansæ aut Hirtii locum surrogaretur. 20 Duos tantum menses duraturi. Al. *quinquemestris*, cum quinque menses, non duo, superessent ad exitum anni: vel *bimestris*, i. exigui temporis. 21 Petebat enim contra leges, quæ consulatum ante 43 ætatis annum vetabant: præterea quid non timendum ab adolescente consule, qui Cæsar vocaretur, et quem improbi multi, ad depravandum parati, sequerentur. 22 Insipienti. 23 Excogitare, comminisci. Al. *explicare*. 24 Ut a consulatu desistat, et Antonio non adhæreat. 25 Conjunctissimi amici et consanguinei, imprimis L. Marcius Philippus, vitricus, et C. Claudius Marcellus, ejus sororis vir. 26 Octavii, 27 Profectum facere. 28 Videris posse proficere. 29 Octavius. 30 Merita Ciceronis in Octavium vide Phil. 5. et. 14. 31 Habet. 32 A te suscepta beneficia. 33 Ut ad saniorem mentem redeat. 34 Ageret. Liv. l. xxii. c. 49. *Hæc exigentes prius turba fugientium civium, deinde hostes oppressere.* 35 Octavio. 36 Legato meo. 37 Habere, i. meritus sum de eo, ut habeam. 38 Quia ad saniora consilia reduxero: nam ipsius quoque periculum agitur. 39 Dum Furnius cum eo aget. 40 Utilissimam fore: a verbo *expedit*, i. utile est. 41 Præliationem contra duos Antonii et Lepidi exercitus. 42 Dimicationem. 43 Passuri sumus. 44 Octavius sibi consuluerit, suæque salutis rationem habuerit. Terent. Heaut. act. 1. Sc. 1.

Denique

Nullum remittis tempus, neque te respicis.

45 Quæ in Africa nunc sunt.

vos [46] ab hac parte reddemus. Tu, ut [47] instituisti, me diligas, rogo, [48] proprieque tuum [49] esse, tibi persuadeas. V. Kal. Sext. ex castris.

XXV. M. T. C. C. FURNIO S. D.

[1] Si [2] interest, id quod homines arbitrantur, Reip. te, ut [3] instituisti atque [4] fecisti, [5] navare operam, rebusque maximis, quæ ad exstinguendas reliquias [6] belli pertinent, interesse; nihil videris melius, neque laudabilius, neque [7] honestius facere posse: istamque operam tuam, [8] navitatem, [9] animum in Remp. [10] celeritati præturæ anteponendam censeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consecutus sis: mihi crede, [11] proximam [12] Planco, idque ipsius testimonio, præterea fama, [13] scientiaque omnium. Quamobrem, siquid operis tibi etiam [14] nunc restat, id maximopere censeo [15] persequendum. Quid enim honestius? aut quid honesto anteponendum? Sin autem satisfactum Reip. putas, celeriter ad [16] comitia, [17] quando [18] mature futura sunt, veniendum [19] censeo: dummodo ne hæc [20] ambitiosa festinatio aliquid imminuat ejus gloriæ, quam [21] consecuti sumus. Multi clarissimi viri, cum Reip. [22] darent operam, [23] annum petitionis suæ non [24] obierunt. [25] Quod eo facilius [26] nobis est, quod non est annus [27] hic tibi [28] destinatus [29] ut, [30] si Ædilis fuisses, [31] post biennium tuus annus esset. [32] Nunc [33] nihil prætermittere videbere usitati et quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem, [34] Planco consule,

46 Quam tuendam recepimus. 47 Data opera cœpisti. 48 Peculiariter: sicut non alterius. 49 Me.

1 Modeste reprehendit in Furnio præproperam adipiscendæ præturæ festinationem. Epistola est dissuasoria. 2 Erat enim Planci legatus: ep. 8. 3 Cœpisti, vel proposuisti. 4 Hactenus. 5 Abunde dare. 6 Contra Antonium suscepti. 7 Quam hoc. 8 Diligentiam. 9 Studium. 10 Furnius enim Romam ire cupiebat ad petendam præturam, cum Ædilis nondum fuisset, et nondum ipsius annus esset. 11 Consecutus es laudem. 12 Planci laudi. 13 Al. *sententiaque*. 14 Adhuc. 15 Perficiendum tibi. 16 Congregationes populi ad Prætores eligendos. 17 Quoniam. 18 Cito. 19 Judico. 20 Plena ambitionis et suspecta de ambitione. 21 Consecutus es. Conjungit utriusque laudem, ut ostendat amorem suum: amicorum enim omnia communia. 22 Foris, i. cum essent militiæ, aut in legatione, aut alio officio publico. 23 Quo poterant legitimo petere magistratum. Nam gradatim ad summos honores ascendebant. 24 Iniverunt, i. non venerunt ad petendum. 25 Non obire annum petionis nostræ. 26 Qui in castris agimus. 27 Præsens. 28 Addictus. 29 Quemadmodum. 30 Atqui non fuisti, sed Trib. pl. tantum, L. Paullo et C. Marcello Coss. 31 Ut Prætura Ædilitatem, sic Præturam consulatus post biennium sequebatur. 32 Quoniam non est annus tuus. 33 Si maneas in provincia, et ad comitia Prætoria non venias. 34 Si differres

etsi etiam sine [35] eo [36] rationes expeditas haberes, tamen [37] splendidiorem [38] petitionem tuam fore, [39] si modo [40] ista ex sententia [41] confecta essent. Omnino plura me scribere, [42] cum tuum tantum consilium judiciumque sit, non ita necesse arbitrabar. Sed tamen [43] sententiam meam tibi ignotam esse nolebam: [44] cujus est hæc [45] summa, ut omnia te [46] metiri dignitatem malim, quam [47] ambitione, majoremque fructum ponere [48] in perpetuitate laudis, quam in celeritate præturæ. [49] Hæc eadem locutus sum domi meæ, [50] adhibito Quinto fratre meo, et Cæcina et Calvisio, [51] studiosissimis tui, cum [52] Dardanus, libertus tuus, interesset. [53] Omnibus probari videbatur [54] oratio mea: sed tu [55] optime judicabis. Vale.

XXVI. M. T. C. FURNIO S. D.

[1] Lectis tuis literis, quibus declarabas, aut [2] omittendos [3] Narbonenses, aut cum periculo dimicandum, [4] illud magis timui, quod vitatum, non moleste fero. Quod [5] de Planci et Bruti concordia scribis, in eo [6] vel maximam spem pono victoriæ. De [7] Gallorum [8] studio nos aliquando [9] cognoscemus, ut scribis, cujus [10] id opera maxime excitatum sit. Sed jam, mihi crede, [11] cognovimus. Itaque jucundissimis tuis literis [12] stomachatus sum [13] in extremo. Scribis enim, si in [14] sextilem [15] comitia, [16] cito te: [17] si jam confecta, [18] citius, ne diutius cum [19] periculo fatuus sis. O mi Furni, quam tu causam tuam non

eam donec Plancus, Imperator tuus esse consul, i. anno sequenti. 35 Ejus auxilio et suffragio. 36 Vias et media impetrandæ Præturæ a nullo impedita, sed parata, i. etsi nihil impediret, quo minus Præturam assequaris. 37 Quia splendidum esset, legatum sic ab Imperatore suo commendari, ut dignus censeatur, qui magistratum obtineat. 38 Præturæ. 39 Dummodo. 40 Quæ nunc pro Rep. geritis. 41 Perfecta, absoluta. 42 Cum tu consilio judicioque tantum valeas. 43 Judicium meum de petitione tua. 44 Sententiæ. 45 Brevis expressio caput consilii complectens. 46 Æstimare secundum dignitatem. 47 Secundum ambitionem, i. te judicare id maxime utilo et expetendum tibi, quod ex dignitate tua sit, non quod ambitionem tuam expleat. 48 Perpetuam enim laudem, navata Reip. opera, consequeris. 49 Quæ scribo. 50 Adjuncto consilio meo. 51 Tibi summe faventibus. 52 In Dardania captus: unde nomen. 53 Ab omnibus. 54 Sententia. 55 Quia potuisti rem optime nosse.

1 Rursus dissnadet Furnio petitionem Præturæ: hortatur autem, ut Remp. quantum possit, adjuvare, pergat. Epistola est dissuasoria seu dehortatoria. 2 Al. *dimittendos*. 3 Gallos. 4 Dimicare cum periculo. 5 Epist. 22. 6 Etiam. 7 Eam Galliæ partem dicit, cui Plancus præerat, i. Transalpinam. 8 In nos et Remp. 9 Disquiremus. 10 Studinm Gallorum. 11 Tua opera excitatum: id enim Furnius modeste significaverat. 12 Indignatus, ira commotus sum. 13 In calce literarum tuarum. 14 Mensem, qui nunc Augustus dicitur. 15 Indicta sint. 16 Venturum Romam. 17 Comitia sint. 18 Te rediturum. 19 Tuo, i. ne diutius pericula pro Rep. subeas nullo tuo

nosti, qui [20] alienas tam facile discas! Tu nunc [21] candidatum te putas et [22] id cogitas, ut aut ad comitia curras, aut, [23] si jam confecta, domi tuæ sis, scilicet ne [24] cum maximo periculo, ut scribis stultissimus sis. Non arbitror te ita sentire: omnes enim tuos ad laudem impetus novi. Quod si, ut scribis, ita sentis, non magis te, quam de te [25] judicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi, si [26] ita [27] adipiscare, ut plerique, [28] præpropera festinatio abducet a tantis laudibus, quibus te omnes in cœlum jure et vere ferunt. [29] Scilicet [30] id agitur, utrum [31] hac petitione an [32] proxima prætor fias, [33] non ut ita de Rep. mereare [34] omni honore ut dignissimus judicere. Utrum nescis, quam [35] alte ascenderis? an pro nihilo id putas? [36] si nescis, [37] tibi ignosco: [38] nos in culpa sumus. Sin intelligis: ulla tibi est prætura vel [39] officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, [40] dulcior? [41] Hac de re et ego, et Calvisius, homo magni judicii, tuique amantissimus, te accusamus quotidie. Comitia tamen, [42] quando ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis Reipub. arbitramur [43] conducere, in Januarium mensem [44] protrudimus. [45] Vince igitur, et vale.

XXVII. M. T. C. M. LEPIDO S. D.

[1] Quod mihi, pro mea summa erga te benevolentia magnæ

fructu, quod dementis est. 20 Causas: patronus causarum solebat esse Furnius. *Docere causam* dicitur, qui pro se acturum patronum instruit, *discere*, qui defensurus est. Cic. II. de Oratore, *Nihil est negotii hujusmodi causam cognoscere. Recte igitur de* causa discenda *nihil præcipitur*. Et rursum. *Nisi forte existimatis a Manio Curio* causam didicisse *L. Crassum*. 21 Candida veste ad petitionem Præturæ indutum, i. putas, hunc esse tuum annum qui non est. 22 Solum id in animo habes. 23 Comitia sint. 24 Quia in bello periculosissimo. 25 Qui te aliter, quam scribis, arbitrer sentire, *vel*, quo te bonum civem et prudentem virum existimo. 26 Ambitioso et Reip. incommodo. 27 Obtineas eum. 28 Ante tempus properata. 29 Scio cur ita properes. Ironia. 30 In eo laboras. 31 Quæ nunc fiet. 32 In proximis comitiis. 33 Id agitur. 34 Non prætura tantum. 35 Quantam sis laudem assecutus? 36 Quam alte ascenderis. 37 Quia sciens non peccas, sed inopia judicii. 38 Peccamus nos, qui te, tuam causam ignorantem, rationibus conemur in provincia retinere. 39 Quod patriæ debet. 40 Q. d. certe nulla esse debet, quia melius est officium fecisse, aut gloriam meruisse sine Prætura, quam Præturam sine illis. 41 Ob hanc rem. 42 Quandoquidem hæc comitia spectas. hæc comitia tibi proposita sunt. 43 Utile esse: quo diutius alantur hac spe, qui Reip. operam dant. 44 Producimus, protrahimus. 45 Ambitionem tuam et hostes.

1 Lepidum objurgat, quod summis honoribus a senatu ornatus, gratiarum agendarum officium neglexerat: deinde, pacem inter Antonium, bonosque cives conciliare cupientem hortatur, ne se interponat. Epistola

curæ est, ut [2] quam amplissima dignitate sis, [3] moleste tuli, te senatui gratias non egisse, cum esses ab [4] eo ordine ornatus [5] summis honoribus. Pacis inter cives [6] conciliandæ te cupidum esse, lætor. Pacem eam si a servitute [7] sejungis, [8] consules et Reip. et dignitati tuæ: sin [9] ista pax [10] perditum hominem in [11] possessionem [12] impotentissimi dominatus restitutura est: hoc animo scito esse omnes sanos, [13] ut mortem servituti anteponant. Itaque sapientius, meo quidem judicio, facies, si te in istam pacificationem non interpones: quæ neque senatui, neque populo, neque cuiquam bono [14] probatur. Sed hæc audies ex aliis, aut certiores fies literis. [15] Tu pro tua prudentia, quod optimum [16] factu sit, [17] videbis.

XXVIII. M. T. C. C. [1] TREBONIO S. D.

[2] Quam vellem [3] ad illas pulcherrimas [4] epulas me [5] Idibus Mart. [6] invitasses! [7] reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum [8] his [9] tantum negotii est, ut [10] vestrum illud divinum in Remp. beneficium [11] nonnullam habeat [12] querelam. Quod vero a te viro [13] optimo, [14] seductus est, tuoque beneficio adhuc vivit hæc pestis; interdum, quod mihi vix [15] fas est, tibi subirascor. Mihi enim [16] negotii plus reliquisti uni, quam, præter me o-

est suasoria. 2 Habeas quam amplissimam dignitatem. 3 Sc. *ideo*. 4 Senatorio. 5 Supplicatione ei decreta, Phil. 3. post etiam triumpho, Phil. 13. et statua equestri inaurata in Rostris, Phil. 5. 6 Componendæ. De hac Lepidi voluntate Phil. 13. 7 Separas, i. si vis ut illi cum pace Remp. tractent, qui eam liberam esse velint. 8 Proderis. 9 Quam conciliare vis. 10 M. Antonium. 11 Unde prælio Mutinensi dejectus erat. 12 Superbissimæ tyrannidis, in qua nihil jure, et ordine, sed vi et scelere geruntur omnia: ep. 1. *impotentissimum hominem*. 13 Ut mori malint, quam illi servire. 14 Bona videtur. 15 Secundum prudentiam tuam. 16 Ut fiat. 17 Considerabis.

1 Viro consulari, Asiam regenti, post obitum Cæsaris: unus fuit ex iis, qui de Cæsare necando conjuraverunt: occidit eum postea Dolabella. 2 Dolet, se participem non fuisse conjurationis in Cæsarem; quod superstes Antonius exitium Reip. moliatur: deinde suum libertatis recuperandæ studium declarat. Nunciatoria est epistola. 3 Ad facinus illud egregium, cum Cæsarem Idibus Martiis occidistis. 4 Quibus Cæsarem absumpserunt conjurati. i. Cæsaris cædem: *cœnam* vocat ep. 4. l. 12. 5 Quibus Cæsar a conjuratis discerptus est. 6 Vocasses. Apto verbo ad inceptam translationem usus est. 7 Quia Antonium quoque interfecissemus, ut vos etiam primo constituistis, sed M. Brutus prohibuit. 8 Reliquiis, i. cum Antonio. 9 Tam multum laboris. i. ita nos exercent reliquiæ vestræ. 10 Particeps enim, ut dixi, conjurationis in Cæsarem Trebonius fuerat. 11 Aliquam. 12 Non consumationis, i. queruntur homines, Antonium servatum esse. 13 De Rep. optime sentiente. 14 Ab oculis conjuratorum abductus est Antonius: in bonam enim partem accipitur. 15 Licitum, permissum, i. quod mihi per nostram necessitudinem vix licet. 16 Curæ ac laboris.

mnibus. [17] Ut enim primum post [18] Antonii fœdissimum [19] discessum senatus haberi libere potuit, ad [20] illum animum meum [21] reverti pristinum, [22] quem tu cum cive [23] acerrimo, patre tuo, in ore et amore semper habuisti. Nam cum senatum ad XIII. Kal. Jan. [24] tribuni pl. vocavissent, deque alia re [25] referrent, totam Remp. sum complexus, [26] egique acerrime, senatumque jam languentem et defessum, ad pristinam virtutem consuetudinemque revocavi, magis [27] animi, quam ingenii viribus. Hic dies meaque [28] contentio atque [29] actio spem primum populo Rom. attulit libertatis recuperandæ. Nec vero ipse postea tempus ullum intermisi [30] de Rep. non cogitandi solum, sed etiam [31] agendi. Quod nisi res urbanas [32] actaque omnia ad te [33] perferri arbitrarer, ipse perscriberem: quanquam eram maximis occupationibus [34] impeditus. Sed illa cognosces ex aliis, a me [35] pauca, et [36] ea [37] summatim. Habemus fortem senatum, [38] consulares partim timidos, partim [39] male sentientes. Magnum damnum factum est in [40] Servio. L. Cæsar, optime sentit: sed, quod [41] avunculus est, non acerrimas dicit sententias. [42] Consules egregii: præclarus [43] D. Brutus: puer [44] egregius [45] Cæsar, de [46] quo spero equidem [47] reliqua. Hoc vero certum habeto, nisi [48] ille [49] veteranos celeriter [50] conscripsisset, [51] legionesque duæ de exercitu Antonii ad ejus se auctoritatem [52] contulisset, atque [53] is oppositus esset terror An-

17 Postquam. 18 M. Antonii. 19 Ex urbe in Galliam Cisalpinam. 20 Senatum. 21 Iterum converti. 22 Sanatum. 23 Maxime strenuo. 24 Novi. qui magistratum de more inierant quarto Idus Dec. 25 Senatum consulerent de consulum ineuntis jam anni, senatusque præsidio. 26 Pro Rep. contra Antonium. 27 Affectionis. 28 Pro Rep. 29 In Antonium. 30 De Reip. libertate tuenda. 31 In senatu. 32 In senatu et judicio. 33 Scripto. 34 Cum hæc scriberem. 35 Cognosces. 36 Cognosces. 37 Per summas, non per singulas particulas. 38 Qui aliquando consules fuerunt: ep. 3. l. 12. 39 Quia contra bonum publicum. 40 Servii Sulpitii morte. 41 M. Antonii, Juliæ frater. 42 Hirtius et Pansa, sc. *sunt*. 43 Est. 44 Adolescens: annum enim agebat nonum et decimum, cum hoc bellum susciperet contra Antonium. Indignissime tulit Octavius, se *puerum* appellari, et inter præcipuos prætextus bellorum civilium hic fuit, teste Dione l. XLVI. Hinc senatus decrevit, ne Octavius vocaretur *puer*, ut notavit Servius ad Virgil. Eclog. I. v. 44 Vid. Cic. Phil. XIII. c. 11. 45 Octavius. 46 Cæsare, 47 Fore sc. ut in Reip. amore perseveret. 48 Cæsar. 49 Milites, i. qui cum ejus adoptivo patre C. Cæsare militaverant: ep. 23. 50 In Campania privato consilio, suo sumptu, Antonio Brundusium tunc profecto. Vid. Cic. Philip. V. c. 8. et 16. Sueton Aug. cap. 10. Hæc legio *Evocatorum* fuit appellata, quod missi facti a militia rursus ad eam convocarentur. Dion. l. XLV. 51 Martia et Quarta. V. Cicer. Philip. V. c. II. et XI. c. 8. 52 Relicto M. Antonio, Brundusium revertente. 53 Cæsar.

tonio, nihil [54] Antonium sceleris, nihil crudelitatis [55] præteriturum fuisse. Hæc tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero. Vale.

XXIX. M. T. C. APPIO S. D.

[1] De meo studio erga [2] salutem et incolumitatem tuam credo te cognosse ex literis tuorum: quibus me [3] cumulentissime satisfecisse, certo scio: [4] nec iis concedo, quanquam sunt singulari in te benevolentia, ut [5] te salvum malint, quam ego. Illi mihi necesse est [6] concedant, ut tibi plus, quam ipsi, hoc tempore [7] prodesse possim: [8] quod [9] quidem nec destiti facere nec desistam, et jam [10] in maxima re feci, et [11] fundamenta jeci salutis tuæ. Tu fac bono animo magnoque sis, meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie Non. [12] Quin. Vale.

XXX. [1] GALBA CICERONI S. D.

[2] Decimo septimo Kal. Maji, quo die [3] Pansa in castris Hirtii erat futurus, cum [4] quo ego eram (nam ei [5] obviam processeram millia passum centum, [6] quo [7] maturius veniret) Antonius legiones [8] eduxit duas, secundam, et quintam trigesimam, et [9] cohortes prætorias duas, [10] unam suam, alteram [11] Silani, et [12] evocatorum partem. Ita obviam venit nobis, quod nos [13] qua-

54 Brundisium cum legionibus Macedonicis redeuntem. 55 Prætermissurum.

1 Scribit de suo studio erga salutem Appii exsulantis, bonamque spem habere illum jubet. Epistola est nunciatoria. 2 Exsulasse hunc Appium constat, et ejus causam D. Bruto diligenter a Cicerone commendatam. 3 Abundantissime, omni officio ac studio, erga salutem et incolumitatem tuam. 4 Et non fateor me ab iis vinci. 5 Esse. 6 Ut attribuant. 7 Erat enim Cæsaris familiarium amicissimus. 8 Tibi prodesse. 9 Certe. 10 Pro maxima parte. 11 Posui initia. Metaphora a fundamentis ædificiorum, quæ, quod in imo fiant, desuper jaci solent. Ep. 9. l. 1. *Nobis Consulibus, ea fundamenta jacta confirmandi senatus.* 12 Quæ postea Juliæ dictæ sunt.

1 Hic Cæsaris in Gallia fuit legatus, et postea in eum cum reliquis conjuravit. Epistola est nunciatoria. 2 In Aprili septendecim diebus ante primum diem Maji. Galba prælium exponit ad Mutinam factum, victoriamque de Antonio relatam. 3 Consul: qui, profecto Mutinam Hirtio collega. Romæ aliquandiu manserat, et delectus habendi gratia, et antiquandi etiam leges a consule Antonio latas. 4 Pansa. 5 Officii et honoris gratia. 6 Ut. 7 Citius. 8 E suis castris. 9 *Cohors prætoria* erat electa manus militum, qui circa ducem pugnabant. Olim autem tantum unam habebat Imperator, sed per bella civilia auctæ sunt hæ cohortes, et unus plures habebat. 10 Cohortem. 11 Cui præerat M. Silanus tribunus mil. qui a Lepido discesserat. 12 *Evocati* sunt veterani, qui expletis stipendiis in gratiam consulum aut Ducum militiam sumebant, et precibus, literis, ac nunciis evocabantur, non in delectu scribebantur. Ideo dicti sunt *evocati*. 13 Duas eduxit adversus Antonium, duas præsidio castris reliquit: quas

tuor legiones[14] tironum habere solum arbitrabatur. Sed[15] noctu, [16] quo tutius venire in castra possemus, [17] legionem Martiam, cui ego [18] præesse solebam, et [19] duas [20] cohortes prætorias miserat Hirtius nobis. Cum equites Antonii apparuissent, [21] contineri neque legio Martia, neque [22] cohortes prætoriæ potuerunt: [23] quas sequi cœpimus [24] coacti, [25] quando eas [26] retinere non poteramus. Antonius ad [27] forum gallorum suas copias continebat: neque [28] sciri volebat, se [29] legiones habere: tantum [30] equitatum, et [31] levem armaturam [32] ostendebat. Posteaquam vidit, se invito, [33] legionem [34] ire Pansa, sequi se duas legiones jussit tironum: posteaquam angustias paludis et silvarum transivimus, acies est instructa a nobis [35] duodecim cohortium. Nondum venerant [36] legiones duæ, cum repente Antonius in aciem suas copias de [37] vico produxit, et sine [38] mora [39] concurrit; [40] primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari. sed [41] dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiæ legionis cohortibus octo, impetu primo fugaverat legionem trigesimam quintam Antonii, [42] ut amplius passus [43] ultra aciem, quo loco [44] steterat, [45] processerit. Itaque cum equites [46] nostrum cornu circuire vellent, [47] recipere me cœpi, et [48] levem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne aversos nostros aggrederentur. Interim [49] video me esse inter Antonianos, Antoniumque post me esse aliquanto: repente [50] equum immisi ad eam legionem tironum, quæ veniebat ex [51] castris, scuto [52] rejecto. Antoniani me [53] insequi:

postea prælio victor Antonius oppugnavit: infra. 14 Novitiorum militum, ex Pansæ delectu. 15 Tempore nocturno. 16 Ideo ut. 17 Quæ, relicto Antonio, Octavio se adjunxerat. 18 Vivo Cæsare, cujus erat legatus, civili, ut opinor, bello Pompejano. 19 Unam ipsius Hirtii, alteram Cæsaris Octavii. 20 Quæ veteranorum erant. 21 Inhiberi, quin in hostes irruerent. 22 Ab Hirtio missæ. 23 Legiones. 24 Ne eas turpiter deseramus. 25 Quandoquidem. 26 Sub signis et in statione sua. 27 Quod Galli in ea regione condiderant; vicum olim, quem celebre reddiderunt bella civilia; hodie *Castel Franco*. 28 Ut sciretur. Est autem verbum impersonale. 29 Exercitum pedestrem. 30 Exercitum equestrem, vel equitum seu equo merentium. 31 Velites, qui equitatum comitabantur: quia, cum leviter essent armati, cum equis fugere et invadere poterant. 32 Nobis. 33 Martiam. 34 Proficisci in Antonium. 35 Decem legionis Martiæ, et duarum prætoriarum: quarum novem in dextro cornu, tres in sinistro collocatæ. 36 Tironum. 37 Fori Gallorum. 38 Dilatione. 39 Nobiscum. 40 Primo concursu. 41 Dextrum. 42 Ita ut. 43 Deficit in plerisque manuscriptis libris numerus passuum. 44 Prius. 45 Odio Antonii, qui centuriones ejus legionis Brundusii trucidaverat. 46 Quod persequendo hostem processerat longius. 47 Retrocedere. 48 Velites leviter armatos. 49 Agnosco. 50 Meum. 51 Pansæ. 52 Post tergum jacto, ne ferirer ab insequentibus Antonianis. 53 Cœperunt, vel *insequi*, i. insequebantur.

[54] nostri [55] pila conjicere velle. Ita nescio [56] quo fato sum servatus, quod [57] cito sum a nostris cognitus. In ipsa [58] Æmilia, ubi cohors [59] Cæsaris prætoria erat, diu pugnatum est. [60] Cornu sinisterius, [61] quod [62] erat infirmius, ubi Martiæ legionis duæ cohortes erant, et [63] cohors prætoria [64] pedem referre cœperunt, quod ab equitatu [65] circuibantur, quo [66] vel plurimum valet Antonius. Cum omnes se [67] recepissent nostri [68] ordines, recipere me [69] novissimus cœpi ad [70] castra. Antonius, tanquam [71] victor, castra putavit se posse capere. [72] Quo cum venit, complures ibi amisit, [73] nec egit quicquam. Audita re, Hirtius cum [74] cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit, copiasque omnes ejus delevit fugavitque eodem loco, ubi erat pugnatum, [75] ad forum gallorum. Antonius [76] cum equitibus hora noctis quarta se in castra sua [77] ad Mutinam recepit. Hirtius in ea castra rediit, [78] unde Pansa exierat, ubi [79] duas legiones [80] reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnatæ. Sic partem majorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum. Nec id tamen sine [81] aliqua jactura cohortium prætoriarum nostrarum, et legionis Martiæ fieri potuit. [82] Aquilæ duæ, [83] signa sexaginta sunt [84] relata Antonii. Res [85] bene gesta est. [86] Ad XII. Kalend. Maji, ex castris. Vale.

XXXI. [1] C. ASINIUS POLLIO CICERONI S. D.

[2] Minime mirum debet tibi videri nihil me scripsisse de Rep. posteaquam [3] itum est ad arma. Nam [4] saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros [5] tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrociniis [6] infestior factus est, tamen nequaquam tan-

54 Milites. 55 Tela sua oblonga simul jacere in me volebant. 56 Quia pettus tam a meis, quam ab hostibus. 57 Sum autem servatus, quia, etc. 58 Via, quam stravit in primo consulatu M. Æmilius. 59 Octavii. 60 Qui erant in cornu sinistro. 61 Cornu. 62 Id est, qui erant infirmiores. 63 Hirtii. 64 Retrocedere. 65 Concludebantur. 66 Etiam. 67 In castra. 68 Milites in ordines dispositi. 69 Ultimus. 70 Unde Pansa exierat. 71 Esset. 72 Ad quæ. 73 Et nihil cepit. 74 Duabus legionibus, quarta et septima; qui consularis erat exercitus. 75 Usque ad. 76 Omnis Antonii equitatus ex prælio integer discessit. 77 Apud. 78 E quibus. 79 Tironum. 80 Pansa. 81 Aliquo detrimento. 82 Duo vexilla magna. 83 Minora signa. 84 Ex conflictu. 85 Feliciter. 86 Dedimus has.

1 Hispaniæ a Julio Cæsare, adhuc vivo, præfectus. 2 Excusationem affert præteriti temporis, quod studium erga Remp. suum literis nondum declaraverit, seque libertatis cupidum ostendit. Epistola est conquestoria et nunciatoria. 3 Post Cæsaris mortem contra Antonium. 4 Locus sylvosus in Hispania juxta Castulonem, Oretanorum urbem maximam, sitam ad Bætis ripas, et Bæticæ finem versus Orientem, hodie *Caslona*. 5 Eos, qui ferunt tabellas, i. literas nostras. 6 Majorem vim inferens.

ta in [7] mora est, [8] quanta qui locis omnibus dispositi ab [9] utraque parte scrutantur tabellarios, et retinent. Itaque nisi [10] nave perlatæ literæ essent, omnino nescirem, quid [11] istic fieret. Nunc vero, nactus occasionem, posteaquam navigari cœptum est, cupidissime et quam creberrime potero, scribam ad te.[12] Ne movear [13] ejus sermonibus, quem tametsi nemo est qui videre velit, tamen nequaquam [14] perinde, ac dignus est, oderunt homines, [15] periculum non est. Adeo est enim [16] invisus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit. Natura autem mea, et [17] studia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem. Itaque illud initium [18] civilis belli sæpe deflevi. Cum vero non liceret mihi [19] nullius partis esse, quia utrobique magnos inimicos habebam, ea [20] castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidiis [21] inimici sciebam non futurum: compulsus [22] eo, quo minime volebam, [23] ne in extremis essem, plane pericula non dubitanter adii. [24] Cæsarem vero, quod me in tanta fortuna, [25] modo cognitum, vetustissimorum [26] familiarium [27] loco habuit, dilexi summa cum pietate et fide. Quæ [28] mea sententia gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maxime [29] probarit. Quod [30] jussus sum eo tempore, id ita feci, ut appareret, [31] invito imperatum esse. Cujus facti injustissima [32] invidia [33] erudire me potuit, quam jucunda libertas, et quam misera sub [34] dominatione vita esset. [35] Ita si id agitur, ut rursus in potestate omnia unius sint, quicunque is est, ei me [36] profiteor inimicum. Nec periculum est ullum, quod pro [37] libertate aut refugiam, aut [38] deprecer. Sed [39] Consules neque [40] S.C. neque literis suis præceperant mihi, quid facerem. Unas enim [41] post Idus Mart. demum a [42] Pansa literas ac-

7 Impedimento nostros remoranti. 8 Sunt ii. 9 Vel factionis, vel regionis. 10 Navigio. 11 Romæ, ubi tu es. 12 Al. *Ne moveare*. 13 Pessimi delatoris, sc. Balbi quæstoris ejus, si *moveare*; Antonii, vel Lepidi, si *movear*, legas. 14 Tantum, quantum. 15 Si eum oderint, aut si male de me loquatur. 16 Odio nunc habitus, quia Reip. partibus infensus, antea vero amicus: ep. 33. 17 Inclinationes naturales et exercitia mea. 18 Inter Cæsarem et Pompejum. 19 Neutrius. 20 Pompeji. 21 Fortasse Catonis, quem altero et vicesimo ætatis suæ accusavit. 22 In Cæsaris castra. 23 Ne deputarer cum abjectissimis et pessimis militibus. 24 Julium. 25 Paulo ante. 26 Suorum. 27 Æstimatione. 28 Ex arbitrio et judicio proprio. 29 Laudaverit. 30 Facere. 31 Q. d. Si quid hostile gessi, id coactus feci, et ita frigide feci, ut coactus viderer. 32 Odium injustissimum: quia, quod potuit, fecerat. 33 Docere. 34 Tyrannide. 35 Itaque. 36 Mox tamen se cum Antonio conjunxit. Vid. Vell. Paterc. II. 63. 37 Publica. 38 Precer, ne sit mihi obeundum. 39 Hirtius et Pansa. Alii Antonium et Dolabellam intelligi volunt, eo quod Asinius de toto tempore post Idus Martias, i. post Cæsaris necem loquatur. 40 Mittendo ad me senatusconsultum, i. decretum senatus. 41 Post Cæsaris mortem. 42 Consule, profecto ad Mutinam obsidione libe-

cepi, in quibus hortatur me, ut senatui scribam, me et [43] exercitum [44] in potestate ejus futurum. [45] Quod, cum Lepidus [46] concionaretur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Antonio, maxime [47] contrarium fuit. Nam quibus [48] commeatibus, invito illo, per [49] illius [50] provinciam legiones [51] ducerem? aut, si [52] cætera [53] transissem, num etiam Alpes poteram transvolare, quæ præsidio [54] illius tenentur? Adde [55] huc, quod perferri literæ nulla conditione potuerunt. [56] Sexcentis enim locis [57] excutiuntur: [58] deinde etiam [59] retinentur a Lepido tabellarii. Illud me [60] Cordubæ [61] pro concione dixisse [62] nemo vocabit in dubium, provinciam me nulli, nisi qui a [63] senatu missus venisset, traditurum. Nam de legione [64] trigesima [65] tradenda [66] quantas habuerim [67] conciones, [68] quid ego scribam. [69] Qua [70] tradita, quanto pro Repub. infirmior futurus fuerim, quis ignorat? Hac enim [71] legione noli acrius aut [72] pugnacius, quicquam putare. Quare me eum [73] existima esse, qui primum pacis cupidissimus sim: (omnes enim cives plane [74] studeo esse salvos) [75] deinde, qui et me, et Remp. [76] vindicare in libertatem paratus sim. Quod [77] familiarem meum tuorum numero habes, [78] opinione tua mihi gratius est. Invideo illi tamen, [79] quod ambulat, et jocatur tecum. Quæres, quanti [80] æstimem? si unquam [81] licuerit vivere in otio, experieris. Nullum enim vestigium abs te discessurus sum. Illud vehementer admiror, non scripsisse te mihi, manendo in [82] provincia, an ducendo exercitum in Italiam, Reip. magis satisfacere possim. Ego quidem, etsi mihi tutius, ac minus laboriosum est [83] marandam.

43 Meum. 44 Facturum quæcunque mihi imperarent, quæque vellent. Cic. 1. ad Att. ep. 11. *Ac ne illud mirere, cum ego antea significarem tibi per literas me sperare, illum* in *nostra* potestate fore. 45 Significasse, me et exercitum futurum in potestate senatus: *vel*, Lepidum consentire cum Antonio. 46 Verba ad milites suos faceret. 47 Noxium. Nam potius tegendum fuit consilium, ut Antonium et Lepidum fallerem. 48 Victualibus. 49 Lepidi. 50 Narbonensem Galliam, in qua tunc erat Lepidus. 51 Possem ducere. 52 Loca. 53 Lepidum vitans. 54 Lepidi. 55 Ad hanc rationem, vel excusationem. 56 Plurimis. 57 Investigantur et leguntur. 58 Insuper. 59 Ep. 33. 60 Quæ civitas est Hispaniæ Bœticæ: patria fuit utriusque Senecæ, et Lucani Poetæ. 61 Ante omnes ad concionem concitatos. 62 Nemo poterit asserere illud dubium. 63 Romano. 64 Sequenti epist. 65 Quod nolim cuiquam tradere. 66 Quam vehementer Lepidus et Antonius literis a me contenderint. 67 Vehementes literas, quales conciones ad populum, vel ad milites sunt. 68 Ad quid. 69 Legione. 70 Si fuisset alteri, ut Antonio, vel Lepido, tradita. 71 Trigesima. 72 Efficacius ad pugnam. 73 Judica. 74 Studiose cupio. 75 Sc. *eum*. 76 Asserere. 77 De quo scripserat Cicero. Cornelium Gallum significari volunt, quem in epist. seq. idem Asinius familiarem suum appellat. 78 Quam tu opinaris. 79 Hoc est, velim id mihi contingere. 80 Tecum ambulare et jocari. 81 Nobis. 82 Hispania. 83 In pro-

nere, tamen, quia video [84] tali tempore multo magis [85] legionibus [86] opus esse, quam provinciis, quæ [87] præsertim recuperari nullo negotio possunt: constitui, [88] ut nunc est, cum exercitu [89] proficisci. [90] Deinde ex literis, quas [91] Pansæ misi, cognosces [92] omnia: nam earum tibi exemplar misi XVII. Kalend. April. [93] Cordubæ. Vale.

XXXII. C. ASINIUS POLLIO CICERONI S. D.

[1] Balbus [2] Quæstor, magna [3] numerata pecunia, magno pondere auri, majore argenti [4] coacto, de [5] publicis exactionibus, ne [6] stipendio quidem militibus [6] reddito, [7] duxit se a [8] Gadibus, et [9] triduum tempestate retentus ad [10] Calpen, Kal. Jun. trajecit sese [11] in regnum [12] Bogudis, plane bene [13] peculiatus. His rumoribus utrum [14] Gadis referatur, an Romam, (ad singulos enim nuntios turpissime consilia mutat) nondum scio: sed, præter furta, et rapinas, et virgis cæsos socios, hæc quoque [15] fecit, ut ipse [16] gloriari solet, eadem, quæ [17] C. Cæsar: [18] Ludis, quos Gadibus fecit, [19] Herennium Gallum histrionem, [20] summo ludorum die [21] annulo aureo donatum, in [22] quatuordecim [23] sessum deduxit: [24] tot enim fecerat [25] ordines equestris

vincia. 84 Quo disceptatur pro libertate. 85 Quibus defendatur respublica. 86 Reipublicæ. 87 Iis provinciis. 88 Ut res se nunc habent, pro statu rerum. 89 Discedere hinc in Italiam. 90 Insuper. 91 Consuli, a quo literas acceperat. 92 Quæ facere decreverim. 93 Datum, aut scriptum.

1 Gaditanus, filius fratris L. Cornelii Balbi, pro quo exstat Ciceronis oratio. Balbus minor, ut distinguatur a patre, dicitur. Exponit primum Balbi, quæstoris sui, flagitia: deinde subjungit de suo in Remp. studio. Nunciatoria est epistola. 2 Receptor, accumulator pecuniæ publicæ in Hispania. 3 Monetata, ut ajunt, sc. *coacta*, i. coacervata. 4 Coacervato. 5 Quas publico nomine fecerat: quod quæstoris erat munus. 6 Mercede militari reddita. 7 Proripuit se. Sic Ter. in Hec. *Uxor ubi me ad filium ire sensit*, se duxit *foras*. 8 Ultima Hispaniarum parte. 9 Per tres dies. 10 Montem præaltum Hispano littori freti Gaditani adjacentem, cui opponitur in Africa Abyla, qui crediti sunt esse Herculis columnæ. V. Pomp. Mel. l. 11. c. 6. 11 In Mauritaniam. 12 Regis Mauritaniæ, quæ Bogudiana olim est dicta, quamdiu in ea rerum potiebatur Bogud, at illo pulso a Boccho Tingitanæ provinciæ nomen accepit. Extenditur a fluvio Mulucha usque ad Oceanum. 13 Multum nummatus, i. magno instructus peculio. 14 Insula Hispaniæ extra fretum, quod ab ea, *Gaditanum* et a columnis Herculis *Herculeum* dicitur; nunc *Estreco di Gilbraltar*. Insula vero *Gades* hodie appellatur *Cadix*. 15 Balbus Gadibus, in qua urbe natus erat. 16 Jactanter dicere. 17 Romæ fecerat. 18 Die ludorum. 19 Sicut Cæsar D. Laberium. 20 Ultimo. 21 Equitis insigni: quem qui non habebat, eques romanus non erat, nec in quatuordecim gradibus in theatro sedebat. 22 Equestria subsellia theatri, hoc est, equestri dignitate donavit. Ordines quatuordecim subselliorum in theatro assignati erant equestri ordini, quæ et *equestria* dicebantur. V. Sueton. Jul. c. 39. 23 Ut sederet. 24 Quatuordecim. 25 Gradus, in quibus habentes censum equestrem, i. quadra-

loci. [26] Quatuorviratum [27] sibi [28] prorogavit: [29] comitia [30] biennii [31] biduo habuit, hoc est, [32] renuntiavit, [33] quos ei visum est [34] exsules [35] reduxit, non [36] horum temporum, sed [37] illorum, quibus a seditiosis [38] senatus trucidatus, aut expulsus est Sex. Varo [39] Procos. [40] Illa vero jam ne Cæsaris quidem [41] exemplo, quod [42] ludis [43] prætextam [44] de suo itinere ad L. Lentulum Procos. solicitandum [45] posuit. Et [46] quidem, cum [47] ageretur, flevit, memoria rerum [48] gestarum commotus. [49] Gladiatoribus autem [50] Fadium quendam, [51] militem Pompejanum, quia, cum [52] depressus in ludum, bis [53] gratis [54] depugnasset, [55] auctor sese nolebat, et [56] ad populum [57] confugerat: primum [58] Gallos equites [59] immisit in populum, ([60] conjecti enim sunt lapides in [61] eum, cum [62] arriperetur Fadius) deinde [63] abstractum [64] defodit [65] in ludo, et vivum combussit, cum [66] quidem [67] pransus, [68] nu-

gies mille sestertium sedebant, lege lata ab Othone. 26 Magistratum, quem quatuor viri simul gerunt: qui summus in municipiis magistratus erat, ut Romæ consulatus. Interdum tamen erant *duumviri*, interdum *seviri*. Erat autem municipium Gades. 27 Propria auctoritate. Eodem igitur tempore et quæstor erat populi R. et quatuorvir in patria sua. 28 Prolongavit: Cæsaris exemplo, qui sibi dictaturam prorogaverat. 29 Gaditanorum magistratuum. 30 Duorum annorum: ut Cæsar in quinquennium ordinaverat, teste Appiano l. 11. Bel. civil. 31 Spatio duorum dierum. 32 Magistratus Gaditanos declaravit, sicut Romæ sequentis anni consules renunciabantur a consule. 33 Quos placitum est ei declarare. Et Cæsar consules in annos sequentes duos creaverat. Hirtium et Pansam, Plancum et D. Brutum. 34 Ut Cæsar, qui omnes fere, præter Milonem, restituit. 35 Restituit. 36 In quibus etiam boni viri exsulant. 37 Temporum. 38 Gaditanus. 39 Consulari potestate in Hispania fungente. 40 Quæ sequuntur, sc. *fecit*. 41 Ad exemplum. 42 Factis. 43 Fabulam sive comœdiam, in qua induceretur Lentulus prætextatus, i. magistratum gerens, quod proconsul esset. 44 Ne proferret iter suum, donec ludi essent peracti. Cornelius Balbus minor, cum L. Lentulum consulem in principio belli civilis convenire in Italia non potuisset, sequenti anno ad Dyrrachium hostium castra clam ingressus, illum jam Procos. ut cum Cæsare sentiret, solicitavit. Hac de re totam fabulam edidit. 45 Proposuit, agenda dedit. 46 Certe. 47 Illa fabula. 48 Ab ipso Cæsare. 49 Quo die gladiatores sunt commissi. Al. *E gladiatoribus*. 50 Nomine. 51 Pugnaverat igitur contra Cæsarem. Balbus autem Cæsarianarum erat partium: ex quo illi Pompejani omnes odio fuere: itaque Fadii vitæ non parcebat. 52 Fadius vi intrusus in arenam ab iis, qui ludicram gladiatorum pugnam animi causa spectabant. 53 Sine mercede, nulla mercede. 54 Ad finem usque, i. ad victoriam usque pugnasset, ludicra tamen pugna. 55 Inter gladiatorum paria nomen suum profiteri, i. pugnare amplius nolebat, cum bis ante gratis depugnasset, jubente ipso Balbo quæstore, ut depugnaret. 56 Ut ab eo defenderetur. 57 Fadius. 58 Ad recipiendum Fadium. 59 Balbus. 60 A populo. Al. *collecti*. 61 Balbum. 62 Ab eo. 63 Fadium per Gallos e populo. 64 Balbus in terra fodit, ut pars obrueretur humo, pars supra terram emineret. 65 In publico spectaculo. 66 Certe. 67 Balbus, et ita ebrius. 68 Contra morem romanum; calceis enim in publico, domi soleis utebantur.

dis pedibus, [69] tunica soluta, [70] manibus ad tergum rejectis, [71] inambularet; et illi [72] misero [73] quiritanti, [74] Civis romanus natus sum, responderet. Abi nunc, [75] populi fidem implora. [76] Bestiis vero cives Rom. [77] in his [78] circulatorem quendam auctionum, notissimum hominem [79] Hispali, quia deformis erat, objecit. Cum hujusmodi [80] portento [81] res mihi fuit. [82] Sed de illo plura [83] coram. Nunc, [84] quod præstat, quid me velitis facere, constituite. Tres legiones firmas habeo: quarum unam vigesimam octavam cum ad se initio belli [85] arcessisset Antonius hac pollicitatione, [86] quo die in castra [87] venisset, [88] denarios quingenos singulis militibus daturum: in victoria vero [89] eadem præmia, quæ suis legionibus: ([90] quorum quis ullum finem, aut [91] modum futurum putavit?) [92] incitatissimam retinui, [93] ægre mehercule: nec retinuissem, si uno loco [94] habuissem, utpote cum [95] singulæ quædam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non [96] destitit literis atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero [97] minus Lepidus [98] ursit me et suis et Antonii literis, ut [99] legionem trigesimam mitterem sibi. Itaque, quem exercitum neque vendere ullis præmiis volui, nec eorum periculorum metu, quæ, [1] victoribus illis, portendebantur, diminuere, debetis existimare [2] retentum et conservatum Reip. esse, [3] atque ita credere, quodcunque imperassetis, facturum [4] fuisse, si, quod jussistis, feci. Nam et provinciam in [5] otio, et exercitum in mea potestate tenui: finibus meæ provinciæ nusquam excessi; mi-

69 Habens tunicam solutam: quod inusitatum, ideoque lasciviæ cujusdam, superbiæve argumentum: cingi enim tunica solita erat. 70 Ut nullam hostiæ vim inferre putaretur. 71 Circa rogum, perinde ac sacrificium facturus. 72 Fadio. 73 Invocanti quiritium nomen, et opem imploranti ac dicenti. 74 Usitata vox opem implorantium civium romanorum, quibus, in externis præsertim locis, injuria fieret; præsertim si cives essent nati, quod majore scelere ei, qui civis romanus natus esset, manus afferretur, quam illi, qui factus. 75 Ut te a dimicando defendant, qui non possunt ab igne defendere. Fadius enim, cum pugnare nollet, ad populum confugerat. 76 Objecit. 77 Inter hos cives romanos. 78 *Circulator* hoc loco est *homo concionalis*, ut Ciceroni dicitur, qui in circulis et concionibus omnes rumorum auras captat, et turbas dat. 79 In eo oppido. Hispania ulteriore, quæ Bætica dicitur, cui præerat Asinius; et quod hodie *Sevilla* dicitur. 80 Monstro hominis. 81 Commercium: quia quæstorem eum sortitus erat. 82 Dicam. 83 Cum adero. 84 De quo utilius est loqui, quod pluris, quam de Balbo agere. 85 Allexisset, vocasset. 86 Eo die, quo, etc. 87 Legio illa. 88 Quot Octavius dedit veteranis. 89 Pollicitus est se daturum. 90 Militum sic sollicitatorum. 91 Moderamen. 92 Legionem maxime incitatam ad præmia illa. 93 Cum difficultate per Herculem. 94 Omnes legiones. 95 Sejunctæ ab aliis cohortibus ad cautelam. 96 Antonius. 97 Et æquo. 98 Urgenter sollicitavit. 99 Quæ firmissima erat. 1 Si forte fuerint victores. 2 A me. 3 Debetis. 4 Me. 5 Pacis.

*

litem non modo [6] legionarium, sed ne [7] auxiliarium quidem ullum, [8] quoquam misi, et, si quos equites [9] decedentes [10] nactus sum, supplicio [11] affeci. [12] Quarum rerum [13] fructum satis magnum, [14] Rep. salva, [15] tulisse me putabo: sed Resp. si [16] me satis novisset, et major pars senatus; majores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, cum [17] etiam nunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi: etiam [18] prætextam, si voles legere, [19] Gallum Cornelium, familiarem meum [20] poscito. VI. id. Jun. [21] Cordubæ. Vale.

XXXIII. POLLIO CICERONI S. D.

[1] Quo tardius [2] certior fierem de præliis apud [3] Mutinam factis, Lepidus effecit, [4] qui [5] meos tabellarios novem dies [6] retinuit: tametsi tantam calamitatem Reipub. quam tardissime audire, optandum est; [7] sed illis, qui prodesse nihil possunt, neque mederi. Atque utinam eodem S.C. quo Plancum, et Lepidum [8] in Italiam [9] arcessistis, me quoque jussissetis venire: profecto non accepisset Resp. hoc [10] vulnus: [11] quo [12] siqui lætantur [13] in præsentia, quia videntur et [14] duces et [15] veterani Cæsaris partium interiisse: tamen [16] postmodum necesse est doleant, cum [17] vastitatem tamen Italiæ respexerint. Nam et robur et [18] soboles militum interiit: [19] si quidem, quæ nuntiantur, ulla ex parte vera sunt. [20] Neque ego non videbam, quanto usui Reipubl. essem futurus, si ad Lepidum venissem: omnem enim [21] cunctationem ejus [22] discussissem, præsertim ad-

6 Ad legionem pertinentem, qui sub sacramento legitime militabat. 7 Auxilio missum. 8 Ad quemvis locum. 9 De provincia. 10 Deprehendi. 11 Eos. 12 Quorum in Remp. studiorum. 13 Utilitatem satis magnam. 14 Si Resp. fuerit salva. 15 Reportasse, accepisse. 16 Animum meum. 17 Adhuc. 18 Comœdiam agendam in prætexta, i. veste illa nobili, quia est de argumento romano, præsertim hominis nobilis, utpote Balbi, i. de Balbi insolentia in quæstura. 19 Poetam insignem, Virgilio summe dilectum. 20 Eam. 21 Scriptum.

1 Ut. Deplorat acceptam prælio Mutinensi Reip. calamitatem: venturum se in Italiam, ut cummuni succurrat incendio, significat. Nunci toria est epistola. 2 Cognoscerem. 3 *Mutina* est civitas Galliæ togatæ, hodie *Modena*. 4 Lepidus. 5 A me missos. 6 Epist. 31. 7 Non mihi, qui prodesse aliquid possum: itaque maturius audire voluissem. Al. *sed illis, qui prodesse nihil possunt. nequeo mederi*. 8 Ex Gallia. 9 Advocastis. 10 Detrimentum: vel quia, ipsius exercitu ad Reip. partes addito, facilior et minus calamitosa victoria fuisset: vel quia, bellum ut componeretur, operam dedisset. 11 Vulnere, i. strage tot civium. 12 Pompejanarum partium et Reip. studiosi. 13 Præsenti tempore. 14 Hirtius, Pansa, Aquila. 15 Nam duæ Hirtii legiones, quarta, et septima, et Martia, diu cum C. Cæsare meruerant. 16 Postea. 17 Solitudinem Italiæ, robore et sobole militum orbatæ. 18 Propagativa virtus, i. et qui fortes ipsi erant, et quibus gigni fortes possent. 19 Certo si. 20 Et ego bene cognoscebam. 21 Moram, vel dubitationem. 22 Amovissem, i. effecissem, ne Lepidus in suscipienda Reip.

jutore Planco. Sed [23] scribenti ad me ejusmodi literas, quas leges, et [24] concionibus videlicet, quas [25] Narbone habuisse dicitur, similes, [26] palparer plane necesse erat, si vellem [27] commeatum, per provinciam ejus iter faciens, habere. Præterea verebar, ne, si ante, quam ego [28] incepta perficerem, [29] prælium confectum esset, [30] pium meum consilium raperent [31] in contrariam partem obtrectatores mei propter amicitiam, quæ mihi cum Antonio, [32] non major tamen, quam Planco fuit. Itaque a [33] Gadibus mense aprili binos tabellarios [34] in duas naves imposui, et tibi, et consulibus, et [35] Octaviano scripsi, ut me faceretis certiorem, quonam modo plurimum possem prodesse Reip. Sed, [36] ut rationem ineo, quo die prælium [37] Pansa commisit, eodem a Gadibus naves profectæ sunt, nulla enim post hyemem fuit ante [38] eam diem [39] navigatio. Et hercule, longe remotus ab omni suspicione futuri civilis tumultus, [40] penitus in Lusitania legiones in [41] hibernis collocaram. Ita porro festinavit [42] uterque [43] confligere, tanquam nihil [44] pejus timerent, quam ne sine maximo Reipubl. detrimento bellum [45] componeretur: sed, si properandum fuit, nihil non summi ducis [46] consilio gessisse Hirtium video. Nam hæc mihi scribuntur [47] ex Gallia Lepidi, et nuntiantur Pansæ exercitum [48] concisum esse: Pansam ex vulneribus [49] mortuum: eodem prælio Martiam legionem interiisse, et L. [50] Fabatum, et C. Pæduceum, [51] D. [52] Carfulenum. [53] Hirtiano autem prælio, et quar-

cura cunctaretur. Sic locutus et Val. Max. l. 3. c. 2 Cunctatione *bonorum civium* discussa, *Gracchum*, *quas merebatur*, pœnas persolvere coegit. 23 Cum Lepidus scriberet. 24 Propter conciones. 25 *Narbo Martius* est caput provinciæ Galliæ Transalpinæ, urbs, quæ et *Narbona* dicitur, et etiam nunc eodem appellatur nomine. 26 Ut adularer. 27 Viaticum iter faciens. 28 Pertraherem Lepidum in partes nostras. 29 Mutinense. 30 In patriam. 31 Ad impietatem contra Remp., i. secus interpretarentur, meque dicerent in Italiam venisse, non ut Reip. sed ut oppugnanti Remp. Antonio opem ferrem. 32 Mecum, inquit, agatur iniquissime, si propter amicitiam, quæ mihi cum Antonio fuit, durius quidquam homines de me suspicentur: cum eumdem Antonium haud minus, quam ego, dilexerit Plancus: cui tamen vos confidere, cognovi, accersito simul cum Lepido in Italiam, ut Antonium bello persequerentur. 33 Ultima parte Hispaniarum. 34 In singulas naves duos. 35 Cæsari. 36 Ut conjectura consequor. 37 Ep. 30. 38 Id tempus. 39 Navigandi facultas. 40 Omnino intus. 41 Locis tutis, in quibus hyemem transigerent. 42 Et Pansa, et Antonius. 43 Pugnare. 44 Gravius. 45 Finiretur. 46 Quod non gesserit consilio summi ducis. 47 Ex Galliæ Cisalpinæ parte, i. ex Gallia Narbonensi, cui Lepidus præest. 48 Simul cæsum. 49 Mortuus est Bononiæ. 50 *Fabatus* Rosciæ gentis cognomen Lanuvio municipio oriundæ. 51 Interiisse. 52 Quem Hirtius et Octavius cum legione Martia Pansæ obviam miserant. 53 Quod Hirtius com-

tam [54] legionem, et [55] omnes [56] peræque Antonii cæsas: item Hirtii [57] quartam, cum castra quoque Antonii cepisset, a quinta [58] legione [59] concisam esse: [60] ibi Hirtium quoque [61] periisse, et [62] Pontium Aquilam: [63] dici etiam Octavianum cecidisse: quæ si (quod Dii prohibeant) vera sunt, non mediocriter doleo: [64] Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse, sed habere equitatum,[65] legiones [66] sub signis armatas tres, et [67] P. Bagieni [68] unam, [69] inermes [70] bene multos: Ventidium quoque se cum legione septima, octava, nona [71] conjunxisse: si nihil in [72] Lepido spei sit, [73] descensurum ad extrema, et non modo nationes, sed etiam servitia concitaturum: Parmam [74] direptam: [75] L. Antonium [76] Alpes occupasse. Quæ si vera sunt, nemini [77] nostrum cessandum est, neque exspectandum, quid decernat senatus. Res enim cogit huic tanto [78] incendio [79] succurrere omnes, qui aut imperium, [80] aut nomen denique populi Rom. salvum esse volunt. Brutum enim XVII. cohortes, et duas [81] non frequentes [82] tironum legiones, quas [83] conscripserat Antonius, habere audio. Neque tamen dubito, quin omnes qui supersint de Hirtii exercitu, [84] confluant ad [85] eum. Nam in [86] delectu non multum spei puto esse, præsertim cum nihil sit periculosius, quam spatium [87] confirmandi sese Antonio dari. Anni autem tempus libertatem majorem mihi dat: propterea quia [88] frumenta aut [89] in agris, aut in [90] villis sunt. Itaque proximis literis consilium meum [91] expedietur. Nam neque deesse, neque [92] superesse Reip. volo, maxime tamen doleo, adeo et longo et [93] infesto itinere ad me [94] veniri, ut die quadragesimo post, aut [95] ultra etiam, quam facta sunt, omnia nuntientur. Vale.

misit. 54 Hirtii. 55 Legiones, sc. duas reliquas, Quintam, et Trigesimam quintam. 56 Consimiliter. 57 Legionem. 58 Antonii. 59 Simul cæsam. 60 Et scribitur mihi, ibi, etc. 61 Incertum, ab hoste, an ab Octaviano interemptus. 62 Unum ex percussoribus Cæsaris, legatum D. Bruti. 63 Quod tamen verum non fuit. 64 Et scribitur. 65 Deest hic in manuscriptis libri equitum numerus. 66 Non passim, sed ordinatim. 67 Quam P. Bagienus duxerat. 68 Legionem. 69 Et milites. 70 Valde. 71 Antonio. 72 Attrahendo. 73 Ultimam fortunam tentaturum. 74 Esse a L. Antonio. 75 M. Antonii fratrem, qui Tribunus pl. fuerat anno superiore. 76 Ita ut Antonius per eas liberum habeat transitum. 77 Qui Reip. favemus. 78 Tumultui bellico, quo, ut ædificia incendio. Resp. sit subito peritura. 79 Ad exstinguendum. 80 Ne cum imperio nomen etiam ipsum exstinguatur. 81 Non plenas. 82 Novitiorum militum. 83 Sibi. 84 Translatio a conjunctis fluminibus. 85 Brutum. 86 Conscriptione novorum militum. 87 Corroborandi. 88 Ut triticum, hordeum, avena, siligo, et similia. 89 Matura et demessa. 90 Domibus in agro positis. 91 Explicabitur. 92 Superesse. i. vivere post interitum Reip. 93 Vim inferente, quia a latronibus obsesso. 94 Quod venitur. 95 Supra quadragesimum diem.

XXXIV. M. LEPIDUS [1] IMP. ITER. [2] PONT. MAX. CICERONI S. D.

[3] Si vales, [4] bene est: ego quoque valeo. Cum audissem, [5] Antonium cum [6] suis copiis, [7] præmisso [8] L. Antonio cum parte equitatus, [9] in provinciam meam venire, cum exercitu meo [10] ab confluente Rhodano castra movi: ac contra [11] eos venire [12] institui. Itaque continuis itineribus ad [13] Forum Vocontium veni, et [14] ultra [15] castra ad [16] flumen argenteum contra Antonianos feci. P. Ventidius suas [17] legiones tres conjunxit cum [18] eo, et [19] ultra me castra posuit. [20] Habebat [21] antea [22] legionem secundam, et ex [23] reliquis legionibus [24] magnam multitudinem, sed [25] inermorum. Equitatum habet magnum. Nam [26] omnis ex [27] prælio [28] integer discessit, ita ut sint [29] amplius equitum x. Itaque ad me complures [30] milites, et equites ab eo transierunt: et in dies singulos ejus copiæ minuuntur. [31] Silanus et [32] Culeo ab eo discesserunt. Nos, etsi graviter ab [33] his [34] læsi eramus, quod [35] contra nostram voluntatem ad Antonium ierant; tamen, nostræ humanitatis, et [36] necessitudinis causa, eorum salutis [37] rationem habuimus. Nec tamen [38] eo-

1 Bis igitur a militibus, ob duas victorias de hostibus relatas, Imperator appellatus erat: proptereaque senatus absenti triumphum decrevit. 2 In Cæsaris locum, Antonii consulis opera et studio, creatus. Epistola est narratoria et gratiarum actio. 3 Narrat, adveniente Antonio quid egerat: et agit gratias, quod iniquis de se rumoribus fidem non habuerit. 4 Bene se res habet, i. gaudeo. 5 Marcum. 6 Exercitu suo armato. 7 Ut iter exploraret, et quodammodo viam muniret. 8 Fratre. 9 In Galliam Narbonensem. 10 Ab eo loco, ubi confluere incipiunt. Araris et Rhodanus. *Confluens* enim est, quo duo flumina conveniunt. Liv. l. 1. *Ad* confluentes *collocat castra*. Ad illum confluentem sita Lugdunum, hodie *Lion*. 11 Antonios et Antonianos. 12 Proposui. 13 Quod circa Alpes est, aliter *Vasio* hodie *Vaison*. 14 Paulo ulterius. 15 Castrametatus sum. 16 Quod in provincia Narbonensi Plinius constituit: hodie *Argieux*; ad cujus ostium sita, *Forum Julii*, nunc *Friul*. 17 Ep. 33. 18 Antonio. 19 Ulterius, quam ego. 20 M. Antonius. 21 Ante adventum Ventidii. 22 Numero enim signabantur legiones: nam alia dicebatur prima, alia secunda, etc. alia etiam trigesima: interdum etiam virtute, ut Martia legio: et nonnullæ dignitate, ut legiones Prætorianæ, quæ ad prætoris, i. Imperatoris custodiam erant addictæ. 23 Duabus veteranis, quinta et trigesima. 24 Antonius habebat. 25 Non armatorum multitudinem habebat. 26 Equitatus Antonii. 27 Ad Mutinam commisso. 28 Non diminutus, nec mutilatus. 29 Sc. quam. In antiquis libris hic nullus est numerus. 30 Pedestres. 31 M. Silanus Tribunus mil. in exercitu Lepidi: ep. 30. 32 Quia a me ad Alpes custodiendas missus, ad Antonium transfugerat. 33 Silano et Culeone. 34 Offensi. 35 Imo ex ipsius voluntate: occulte enim Antonio favebat. 36 Quæ Imperatori solet esse cum suis militibus: nam Silanus et Culeo cum Lepido militaverant. 37 Respectum. 38 Qui transierunt ad nos.

rum opera utimur, neque in castris [39] habemus, neque ulli negotio præfecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec senatui nec Reip. [40] deerimus: quæ postea egerimus, faciam te [41] certiorem. Etsi omni tempore [42] summa studia officii mutuo inter nos certatim [43] constiterunt pro nostra inter nos familiaritate, et [44] proinde diligenter ab [45] utroque conservata sunt: tamen non dubito, in tanto et tam repentino motu Reip. quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrectatoribus, [46] me indigna, ad te delata sint, quæ tuum animum magnopere [47] moverent [48] pro tuo amore in Remp. Ea te [49] moderate accepisse, neque [50] temere [51] credendum judicasse, a meis procuratoribus [52] certior sum factus: [53] quæ mihi, ut debent, gratissima sunt. Memini autem et illa [54] superiora, quæ abs tua voluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam, et ornandam: quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. Abs te, mi Cicero, magnopere peto, si meam vitam, studium, diligentissime superioribus temporibus in Repub. administranda, quæ [55] Lepido digna sunt, [56] perspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore [57] exspectes: et [58] proinde tua auctoritate me [59] tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale XII. Kalend. Jun. ex castris, ex Ponte [60] Argenteo.

XXXV. LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. S. P. PL. Q. R. S. D.

[1] Si vos, liberique vestri valetis, bene est, ego quidem valeo. Deos hominesque [2] testor, P. C. qua mente, et quo animo semper in Remp. fuerim, et [3] quam nihil [4] antiquius communi salute ac libertate judicarim: quod vobis brevi [5] probassem, nisi mihi fortuna [6] proprium consilium [7] extorsisset. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in civibus [8] observandis, [9] communique pace, [10] seditione facta, [11] retinuit: meque

39 Eos. 40 Utrique semper auxilio erimus. 41 Eorum. 42 Officiis inter nos pari studio certavimus. 43 Apparuerunt. 44 Perinde, æque. 45 Nostrum. 46 Mea fide et integritate. 47 Perturbare possent. 48 Juxta vehementiam amoris tui. 49 Temperate. 50 Inconsiderate et leviter. 51 Esse. 52 Intellexi. 53 Facta tua. 54 Cum mihi statuam equestrem inauratam in Rostris ponendam censuisti. Vide Phil. 5. 55 Emphasis est in nomine, propter antiquam familiæ dignitatem. 56 Cognita. 57 Sc. *ut*. 58 Propterea. 59 Protegendum. 60 Qui est super Argenteum fluvium exstructus.

1 Recepti Antonii causam in suos milites confert, dissensionem civium inique ferentes: Nunciatoria est epistola. 2 Testes invoco. 3 Quantopere. 4 Charius et observabilius. 5 Re ipsa demonstrassem. 6 Quod meapte natura et propria sponte secutus fuissem. 7 Vi eripuisset. 8 Ne civium cædes fieret. *Observare* videtur hic positum pro simplici *servare*. 9 Servanda. 10 Inter cives. 11 Lælio quodam, et Clodio meretricio habitu emissis,

[11] tantæ multitudinis civium romanorum salutis atque incolumitatis causam suscipere, [13] ut vere dicam, [14] coegit. In qua re ego vos, P.C. oro atque [15] obsecro, ut, privatis [16] offensionibus omissis, [17] summæ Reipubl. [18] consulatis, ne misericordiam nostram, exercitusque nostri [19] civili in dissensione [20] sceleris loco ponatis. Quod si salutis omnium ac dignitatis [21] rationem habueritis, melius et vobis et Reipub. consuletis. Data IV. Kal. [22] Jun. a Ponte Argenteo. Valete.

LIBER UNDECIMUS.

I. [1] D. BRUTUS BRUTO SUO ET C. CASSIO S. D.

[2] Quo in statu [3] simus, cognoscite. Heri vesperi apud me Hirtius fuit: qua mente [4] esset Antonius, demonstravit; pessima scilicet et infidelissima. Nam se neque mihi [5] provinciam dare posse [6] ajebat, neque arbitrari, [7] tuto in [8] urbe esse quenquam [9] nostrum: adeo esse [10] militum [11] concitatos animos, et plebis. [12] Quorum utrumque esse falsum, puto vos animadvertere, atque illud esse verum, quod Hirtius demonstrabat, timere [13] eum ne, si mediocre auxilium [14] dignitatis nostræ [15] habuissemus, [16] nullæ partes [17] iis in Repub. relinquerentur. Cum in [18] his angustiis versarer, placitum est mihi ut postularem legationem [19] liberam mihi [20] reliquisque nostris, ut ali-

qui juberent Antonium mea castra oppugnare, nisi reciperetur, quoniam intus multi essent parati illum recipere: et me, si ille juberet, trucidare. Plut. in Antonio. 12 Quæ esset tantæ multitudinis. 13 Ut fatear quod verum est. 14 Non enim exercitui, ita volenti, repugnare potui. Hoc et Dio et Vellejus et alii prodiderunt. Hostis tamen Lepidus est judicatus. 15 Ob sacra precor. 16 Quibus aliqui vestrum ab Antonio forte offensi sunt, et Antonius ab ipsis. 17 Maximæ et supremæ saluti. 18 Prospiciatis, et opem feratis. 19 Qua usi sumus non in hostes externos, sed in concives licet dissentientes. 20 Reputetis uti scelus. 21 Respectum. 22 Al. *Quintilis.*

1 Decius vel decimus Brutus Albinus. 2 Nuntiat M. Bruto, et Cassio Decius, qua mente sit in eos Antonius, et quam spem habere debeant obtinendæ Reip. Postremo suadet, ut ex Italia discedant. Epistola est nunciatoria et suasoria. 3 Nos percussores Cæsaris. 4 In nos. 5 Galliam Cisalpinam, a Cæsare ipso, dum viveret, D. Bruto assignatam, mox, Cæsare mortuo, a Senatu confirmatam. 6 Antonius: quippe cum eam ipse appeteret, suis consilis aptam, quia post Cæsaris necem excitare bellum civile cupiebat. 7 Sine periculo. 8 Roma. 9 Qui in Cæsarem conjuravimus, cumque occidimus. 10 Veteranorum, quos Cæsar beneficiis affecerat. 11 Commotos. 12 Quarum narrationum. 13 Antonium. 14 Protegendæ. 15 In senatu. 16 Nulla officia. 17 Cæsarianis. 18 Hujusmodi. 19 Ut cum aliqua dignitate exire quolibet possem. 20 Cæsaris interfectoribus, ut Trebonio, Tullio Cim-

qua causa [21] proficiscendi honesta [22] quæreretur. [23] Hoc se impetraturum [24] pollicitus est: nec tamen [25] impetraturum confido: tanta est [26] hominum [27] insolentia, et nostri [28] insectatio. Ac si [29] dederint, [30] quod petimus, tamen paulo post futurum puto, ut [31] hostes judicemur, aut [32] aqua et igni interdicamur. Quid ergo est, inquis, [33] tui consilii? [34] Dandus est locus fortunæ: cedendum ex Italia, migrandum [35] Rhodum, aut [36] aliquo terrarum arbitror. Si melior casus fuerit, revertemur Romam; si mediocris, in exilio vivemus si pessimus, ad novissima [37] auxilia descendemus. [38] Succurret fortasse [39] hoc loco alicui vestrum, cur [40] novissimum tempus exspectemus potius, quam nunc aliquid [41] moliamur. Quia, ubi consistamus, non habemus, præter [42] Sex. Pompejum, et [43] Bassum Cæcilium: qui mihi videntur, hoc nuntio [44] de Cæsare allato, [45] firmiores futuri. Satis [46] tempore ad eos accedemus, ubi, quid valeant, scierimus. Pro Cassio et [46] te, siquid velitis me [47] recipere, [48] recipiam. Postulat enim [49] hoc Hirtius, ut faciam. Rogo vos, quamprimum mihi rescribatis: nam non dubito, quin de his rebus ante [50] horam quartam Hirtius me certiorem sit facturus: quem in locum convenire possimus, quo me velitis venire rescribite. [51] Post novissimum Hirtii sermonem, placitum est mihi [52] postulare, ut liceret nobis esse Romæ [53] publico præsidio, quod illos nobis concessuros non puto: magnam enim [54] invidiam [55] iis faceremus: Nihil tamen non postulandum putavi, quod [56] æquum esse statuerem. Valete.

bro, etc. 21 Discedendi ab urbe. 22 Acquireretur nobis. 23 Postulatum meum. 24 Hirtius. 25 Eum esse. 26 Antonii, et aliorum per Antonium incitatorum. 27 Superbia, et immoderata cupiditas ulciscendi. 28 Persecutio. 29 Antonius et fautores ejus. 30 Liberam sc. legationem. 31 Populi romani. 32 Ne quis nobiscum communicet, aut nobis commodet usum aquæ et ignis, sine quibus vita constare non potest. 33 Quod est consilium tuum? 34 Cedendum est. Responsio. 35 Liberam civitatem. 36 Alio. 37 Contra sævitiam inimicorum, i. morituri in media arma ruemus. Ep. 33. l. 10. *si nihil in Lepido spei sit*, descensurum ad extrema, *et non modo nationes, sed etiam servitia concitaturum*. 38 In mentem veniet. 39 Cum hæc leget. 40 Quo nihil amplius possimus. 41 Ad nos liberandos. 42 Magni filium, qui erat in ulteriore Hispania. 43 Qui erat in Syria. ep. 11. l. 12. 44 De cæde sive morte Cæsaris. 45 Fortiores in servanda Repub. 46 Ellipsis pro *in tempore*, frequens, præsertim apud Comicos. Plau. Asin *Ut* tempore *opportuneque obtulit is*. 47 Polliceri. 48 Pollicebor. 49 Ut recipiam aliquid pro vobis. 50 Diei sequentis, i. post ortum Solis. 51 Cum Hirtius a me discederet. 52 Ab Hirtio. 53 Sub custodia et protectione publica. 54 Molestiam, odium. 55 Cæsarianis: quia grave fuerit eis nos videre publico præsidio munitos. 56 Justum.

II. M. BRUTUS, ET CASSIUS PRÆTT. M. ANTONIO COS. S. D.

[1] De tua [2] fide et [3] benevolentia in nos nisi persuasum esset nobis, non [4] scripsissemus hæc tibi: [5] quæ profecto, [6] quando [7] istum animum habes, in optimam partem accipies. Scribitur nobis, magnam [8] veteranorum multitudinem Romam convenisse jam, et [9] a.d. [10] Kal.Jun. futuram multo majorem.De te si dubitemus aut vereamur, simus [11] nostri dissimiles. Sed certe, cum ipsi [12] in tua potestate fuerimus, tuoque adducti consilio dimiserimus, ex [13] municipiis [14] nostros necessarios, neque solum [15] edicto, sed etiam [16] literis id fecerimus: digni sumus, quos habeas [17] tui consilii participes, in ea præsertim re, quæ ad nos pertinet. Quare petimus a te, facias nos certiores tuæ voluntatis [18] in nos, putes ne nos tutos fore in tanta frequentia [19] veteranorum: quos etiam de [20] reponenda ara cogitare audimus: [21] quod velle et [22] probare, vix quisquam posse videtur, qui [23] nos salvos et honestos velit. Nos [24] ab initio [25] spectasse otium, nec quicquam aliud [26] libertate communi quæsisse, exitus declarat. Fallere nemo nos potest, nisi tu: [27] quod certe abest virtute tua et fide: sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos, tibi enim uni credidimus, et credituri sumus. Maximo de [28] nobis timore afficiuntur amici nostri: quibus etsi tua [29] fides explorata est, tamen illud in mentem venit, multitudinem veteranorum facilius [30] impelli ab aliis quolibet, quam a te retineri posse. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Nam illud valde leve est ac nugatorium, [31] ea de re [32] denuntiatum esse veteranis, quod de commodis eorum

1 Petunt ab Antonio consule Brutus et Cassius Prætores, an ipsos putet, in urbe, magna veteranorum militum frequentia, tutos fore. Nunciatoria et petitoria epistola. 2 Ut promissa serves. 3 Ut velis. 4 Simul scripsissemus. 5 Scripta nostra. 6 Quoniam. 7 Tam benevolum, cui confidimus adducti fide et benevolentia in nos tua. 8 Militum, qui sub Cæsare meruerant. 9 Circiter. 10 In quem diem senatum Antonius edixerat. 11 Facientes contra naturam nostram, quæ bona est, et omnibus bonis confidit. 12 Fecerimus, quæ tibi placebant, quæ suadebas; ut ad lib. x. ep. 31. notatum. 13 Oppidis Italiæ municipalibus. 14 Familiares et propinquos, qui, ut iis præsidio essent, in urbem convenerant. 15 Publico mandato. 16 Tuis privatis. 17 Quid sentiret de veteranis, nosse cupiebant. 18 Erga. 19 Militum. 20 Cæsari mortuo tanquam Deo, quam tamen Dolabella prohibuerat. 21 Reponere aram Cæsari. 22 Approbare. 23 Vivere. 24 Conjurationis. 25 Prætendisse, quæsivisse pacem communem, aut vitam privatam in otio. 26 Quam libertatem communem. Genus loquendi sumptum a Græcis. Phædrus præfat. lib. III. *Quod si accusator* alius *Sejano foret*. 27 Fallere. 28 Amicis nostris. 29 Fidelitas. 30 In nos. 31 Propterea. 32 Ut in urbem frequentes convenirent. *Denunciare* Latinis eleganter est arcessere, jubere, rogare præsto esse. Lib. XIII. ep. 77. *Ut hoc tui necessarii sciant, hoc*

[33] mense Junio [34] laturus esses. Quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis certum sit, nos quieturos? Non debemus [35] cuiquam videri nimium vitæ cupidi, cum accidere nobis [36] nihil possit sine pernicie et confusione omnium rerum. Vale.

III. BRUTUS, ET CASSIUS PRÆT. ANTONIO COS. S. D.

[1] S. V. B. E. Literas tuas legimus, simillimas [2] edicti tui, contumeliosas, minaces, dignas, quæ a te nobis mitterentur. Nos, Antoni, te nulla [3] lacessivimus injuria, neque, [4] miraturum credidimus, si [5] prætores, et [6] ea dignitate homines, aliquid [7] edicto [8] postulassemus a consule, quod si indignaris, ausos esse id facere; concede nobis, ut doleamus, ne [9] hoc quidem abs te [10] Bruto et Cassio tribui. Nam de delectibus [11] habitis, et pecuniis imperatis, exercitibus solicitatis, et nunciis [12] trans mare [13] missis, quod te [14] questum esse negas: nos quidem tibi credimus, optimo animo [15] te fecisse; sed tamen neque [16] agnoscimus quicquam eorum, et te miramur, [17] cum hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis [18] de morte Cæsaris [19] objiceres. Illud vero quemadmodum ferendum sit, tute cogita, [20] non licere prætoribus [21] concordiæ ac libertatis causa [22] per edictum [23] de suo jure decidere, quin consul [24] arma minetur. [25] Quorum fiducia nihil est quod

me animo erga te esse, velim facias eos certiores, ut si quid tibi opus sit, ne dubitent mihi jure suo denunciare. Sic hoc loco *denunciare veteranis*, est eos accire in urbem. 33 Proximo. 34 Legem aliquam. 35 Ut fortasse tibi videmur, quia consulimus te de salute nostra. 36 Perniciosum.

1 Expostulatio ad contumeliosas et minaces Antonii literas. 2 Quo idem supplicium minabatur optimis civibus, quod Cicero de sceleratissimis sumpsisset. Phil: 3. 3 Injuriose provocavimus. 4 Te. 5 Nos. 7 Qua nos sumus. 7 Publica postulatione a nobis proposita. 8 Nos in exilio libenter victuros, dum P. R. constaret concordia. 9 Edicto aliquid postulare. 10 Amicis tuis. 11 A nobis, i. de acquisitione militum. 12 Præsertim in Asiam ad Treboninm, et in Bithyniam ad Tullium Cimbrum. 13 A nobis, ad sollicitandos exercitus, præsertim sex legiones Macedonicas, quibus uti Cæsar in Parthico bello cogitaverat. 14 Querelam fecisse. 15 Quod questus non sis, licet audires ea de nobis. 16 Fatemur fecisse. 17 Cum de his, i. de delectibus habitis, aliisque rebus, in nos falso rumore collatis, questus non sis. 18 De cæde. 19 In literis. 20 Quod dixisti non licere. 21 Ideo enim abesse cupiebant, ne qua in urbe seditio propter Cæsaris mortem concitaretur: timebant autem potissimum veteranos: ep. 2. 22 Edicto proposito significaverant, velle se abesse concordia ac libertatis causa. 23 Quod nos a te, prætores a Cos. nostro edicto petebamus, ut illis liceret cum senatu de suo jure *decidere*, hoc est, transigere, pacisci, ut legibus solverentur, et concordiæ causa illis liceret abesse. Nam hoc est *decidere*. Cic. Orat. pro Q. Roscio. *De re tota* decidisti. *Ergo huc universa causa deducitur, Utrum Roscius cum Flavio de sua parte, an de tota societate fecerit pactionem*. 24 Ut minatus erat iis literis, quæ contumeliose minacesque dictæ sunt. 25 Armorum.

nos terreas. Neque enim decet, aut convenit [26] nobis periculo ulli [27] submittere animum nostrum: neque [28] est Antonio postulandum, ut iis imperet, quorum opera liber est. Nos si alia hortarentur, ut bellum civile [29] suscitare vellemus, [30] literæ tuæ nihil proficerent. [31] NULLA *enim minantis auctoritas apud liberos est*. Sed [32] pulchre intelligis, non posse nos [33] quoquam impelli: et fortassis [34] ea re minaciter agis, ut [35] judicium nostrum [36] metus videatur. Nos in hac sententia sumus, ut te cupiamus etiam in libera Rep. magnum atque [37] honestum esse: [38] vocemus te ad nullas inimicitias: sed tamen pluris nostram libertatem, quam tuam amicitiam, æstimemus. Tu [39] etiam atque etiam vide, quid [40] suscipias, quid [41] sustinere possis: neque quam diu vixerit Cæsar, sed [42] quam non diu regnarit, fac cogites. Deos quæsumus, consilia tua Reip. salutaria sint, ac tibi. [43] Si minus, ut, salva atque honesta republica, tibi quam minimum noceat, optamus. Pridie Non. [44] Sext.

IV. D. BRUTUS [1] IMP. [2] COS. DES. CICERONI S. D.

[3] Si de tua [4] in me [5] voluntate dubitarem, multis a te verbis peterem, ut dignitatem meam [6] tuerere: sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad [7] Inalpinos cum exercitu, non tam nomen [8] captans [9] imperatorium, quam cupiens militibus satisfacere, firmosque eos ad tuendas nostras res efficere: [10] quod mihi videor [11] consecutus. Nam et [12] liberalitatem nostram, et [13] animum [14] sunt experti. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi, multa castella cepi, multa vastavi: non sine causa ad senatum literas misi. [15] Adjuva nos tua sententia, quod cum facies, [16] ex magna parte communi commodo inservietis. Vale.

26 Qui tyrannum occidimus, ut patriam servitute liberaremus. 27 Subjicere. 28 Antonius non debet postulare. 29 Excitare. 30 Tam minaces, quibus arma minatus eras. 31 Nullius momenti. 32 Evidenter. 33 Ad ullam rerum novitatem. 34 Propter eam rem. 35 Fugiendi belli. 36 Ut, quod certo judicio facimus, metu facere videamur. Judicio enim nostro: non armorum tuorum timore, nihil novi cogitamus. 37 Honoratum, honoribus decoratum. Ep. 15. l. 2. *Cæsarem* honestum *esse cupio*. 38 Et ut provocemus. 39 Iterum atque iterum considera. 40 Faciendum. 41 Pati, efficere. 42 Quam parum, sc. quatuor annos. 43 Si non sint salutaria. 44 Ejus mensis, qui nunc Augustus dicitur.

1 Appellatus a militibus ob rem bene gestam. 2 Cum L. Planco. 3 Res a se gestas exponit: pro quibus, Ciceronem rogat, ut sibi sua sententia supplicationes decernat. Epistola est petitoria et nunciatoria. 4 Erga. 5 Benevolentia. 6 Defenderes. 7 Populos, i. Alpium incolas: cum quibus et Metellus Celer bellum gesserat. 8 Affectans. 9 Ut ex re bene gesta Imperator appellarer. 10 Quam rem. 11 Obtinuisse. 12 Qua milites multum devinciuntur Imperatori. 13 Animositatem adversus hostes. 14 Milites re ipsa cognoverunt. 15 Ut supplicationes impetrem. 16 Pro.

V. M. T. C. P. BRUTO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Lupus, familiaris noster, cum a te venisset, cumque Romæ quosdam dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus [2] maxime me [3] tuto esse arbitrabar. [4] Eo factum est, ut ad te Lupus sine meis literis rediret, cum tamen curasset [5] tuas ad me perferendas. [6] Romam autem veni ad v. Id. Dec. nec habui quicquam [7] antiquius, quam ut [8] Pansam statim [9] convenirem: ex quo ea de te cognovi, [10] quæ maxime optabam. Quare hortatione tu quidem non eges, si ne illa quidem [11] in re, quæ a te gesta est, post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti. Illud tamen breviter significandum videtur, populum Rom. omnia a te exspectare, atque in te [12] aliquando recuperandæ libertatis omnem spem [13] ponere. Tu, si dies noctesque memineris (quod te facere certo scio) quantam rem gesseris, non obliviscere profecto, [14] quantæ tibi etiam nunc gerendæ sint. Si enim [15] iste [16] provinciam nactus erit, cui quidem ego semper amicus fui, antequam illum intellexi non modo [17] aperte, sed etiam libenter, [18] cum Repub. bellum gerere, spem [19] reliquam nullam video salutis. Quamobrem te obsecro iisdem precibus quibus senatus populusque Rom. ut in perpetuum rempublicam [20] dominatu regio liberes, ut [21] principiis [22] consentiant [23] exitus. Tuum est hoc munus, [24] tuæ partes: a te hoc [25] civitas, vel omnes potius [26] gentes non spectant solum, sed etiam [27] postulant Quanquam, cum hortatione non egeas, ut [28] supra scripsi, non utar [29] ea pluribus verbis: faciam illud, quod [30] meum est, ut tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes, pollicear, quæ ad tuam laudem et gloriam pertinebunt. Quamobrem velim tibi ita persuadeas,

1 Excusat se, quod Bruti literis non responderit: hortatur ad libertatem recuperandam: sua studia officiaque pollicetur. Nunciatoria est epistola et hortatoria. 2 Præcipue. 3 Sine periculo: timebat Antonium consulem. 4 Per id factum est. 5 Literas. 6 Ex Leucopetra rediens. 7 Charius; eo quod antiquissimos quosque amicos charissimos habere solemus. 8 Consulem designatum. 9 Colloquendi gratia adirem. 10 Te se. Antonio provinciam nolle tradere, optimeque erga Remp. animatum esse. 11 In Cæsare occidendo. 12 Tandem. 13 Collocare. 14 Res. 15 M. Antonius, homo contemptibilis. 16 Galliam Cisalpinam, cui tu præfectus es. 17 Manifeste. 18 Contra Remp. eam oppugnando. 19 Relictam. 20 Tyrannide: Antonio tuæ provinciæ finibus excludendo: in quo sita videtur salus reipublicæ. 21 Quibus unum Regem sustulisti, i. ut, quemadmodum nos Rege, ita nos dominatu regio liberes. 22 Concordent. 23 Fines. 24 Hæc sunt officia tibi a Rep. assignata. 25 Romana. 26 Nationes. 27 Quasi debitum exigunt. 28 Paulo ante in hac epistola. 29 Hortatione. 30 Officii mei.

me [31] tum reipublicæ causa, quæ mihi vita mea carior est, tum quod tibi ipse faveam, tuamque dignitatem amplificari velim [32] tuis optimis consiliis, amplitudini, gloriæ, [33] nullo loco defuturum. Vale.

VI. M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Lupus noster cum Romam [2] sexto die [3] Mutina venisset postridie me mane convenit, tuaque mihi mandata diligentissime exposuit, et literas reddidit. Quod mihi tuam dignitatem commendas, [4] eodem tempore existimo te mihi meam dignitatem commendare, [5] quam mehercule non habeo [6] tua cariorem. Quare mihi gratissimum facies, si [7] exploratum habebis, tuis laudibus nullo loco nec consilium nec studium meum defuturum. Cum [8] tribuni pleb. [9] edixissent, senatus adesset ad XIII. Kal.Jan. haberentque in animo [10] de præsidio [11] consulum designatorum [12] referre: quanquam statueram in senatum [13] ante Kal.Jan. non venire: tamen, cum eo de ipso [14] edictum tuum propositum esset, nefas esse [15] duxi, aut ita haberi senatum, ut de tuis divinis in Remp. meritis sileretur, ([16] quod factum esset, nisi ego venissem) aut, etiam siquid honorifice de te diceretur, me non adesse. Itaque in senatum veni mane. Quod cum esset animadversum, frequentissimi senatores convenerunt. Quæ de te [17] in senatu egerim, quæ in [18] concione maxima dixerim, [19] aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi persuadeas velim, me omnia quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est [20] per se amplissima, summo semper studio suscepturum et defensurum. Quod quanquam intelligo me cum multis esse facturum, tamen [21] appetam hujus rei principatum. Vale.

31 Pariter. 32 Quæ spectant ad communem libertatem. 33 Omni loco auxilio futurum.

1 Suam dignitatem Brutus commendaverat. Respondet Cicero, sibi eam etiam atque etiam curæ fore, idque jam in senatu declaratum. Epistola est responsoria ac commendatoria. 2 Spatio sex dierum. 3 Italiæ urbe. 4 Eadem opera. 5 Dignitatem meam. 6 Quam tuam. 7 Certum. 8 Qui potestatem habebant vocandi senatus. 9 Publice denunciassent. 10 Quod præsidium illis addiceretur. 11 Hirtii et Pansæ. 12 Consulere senatum. 13 Antequam consulatum inivissent Hirtius et Pansa. 14 Quo pollicebaris; te provinciam Galliam retenturus in S. P. Q. R. potestate. 15 Existimavi. 16 Tacitum fuisset de te. 17 Significat ea, quæ scripta sunt in Phil. 3. 18 Congregatione hominum. Vide Phil. 4. 19 Quam meis. 20 Absque alicujus suffragio. 21 Conabor habere in hac re primum locum.

VII. M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Cum [2] adhibuisset domi meæ Lupus me, et Libonem et Servium, consobrinum tuum, quæ mea fuerit sententia, cognosse te ex [3] M. Sejo arbitror, qui nostro sermoni interfuit. Reliqua, quanquam statim [4] Sejum Græcejus est subsecutus, tamen ex Græcejo poteris cognoscere. [5] Caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere et meminisse [6] volam, ut ne in libertate et salute populi romani conservanda auctoritatem senatus exspectes [7] nondum liberi: ne [8] et [9] tuum factum condemnes, (nullo enim publico consilio Rempub. liberasti: [10] quo est etiam [11] res illa major et [12] clarior) et adolescentem, vel [13] puerum potius [14] Cæsarem judices [15] temere fecisse, qui [16] tantam causam publicam [17] privato consilio susceperit: [18] denique homines rusticos, sed fortissimos viros, civesque optimos, dementes fuisse judices, primum milites veteranos [19] commilitones tuos, deinde legionem Martiam, legionem Quartam, quæ [20] suum consulem [21] hostem [22] judicaverunt, seque ad salutem Reip. defendendam contulerunt. [23] Voluntas senatus pro auctoritate haberi debet, [24] cum auctoritas impeditur metu. Postremo suscepta [25] tibi causa jam bis est ut non [26] sit [27] integrum: [28] primum [29] Idib. Mart. deinde proxime, [30] exercitu novo, et copiis comparatis. Quamobrem ad omnia ita paratus atque animatus esse debes, non, ut nihil facias, nisi jussus, sed ut ea geras, quæ ab omnibus summa cum admiratione laudentur. Vale.

1 Suadet Bruto, ne in salute populi R. conservanda senatus auctoritatem exspectet, sed voluntatem senatus pro ejus auctoritate habeat. Nunciatoria est epistola. 2 In consilium vocasset, admisisset et recepisset. 3 Qui ad Brutum iverat, 4 Nondum profecto a nobis Sejo. 5 Principalis conclusio. 6 Antique pro *Velim*. Sic et Cicero ad Attic. Volam *illum scire ex te, me id fecisse*. 7 Propter consulares: erant enim in senatu qui Antonio faverent, imprimisque Q. Fusius Calenus. 8 Simul. 9 Cum tyrannum liberasti. 10 Per quod. 11 Quam egisti, sc. *est*. 12 Illustrior, quam si alterius auctoritate eam suscepisses. 13 Annum agentem 19. 14 Octavium. 15 Inconsiderate. 16 Quantam peregerat. 17 Veteranis contra M. Antonium conscriptis. 18 Judices. 19 Simul enim sub Cæsare in Gallia meruerant. 20 M. Antonium. 21 Popoli romani. 22 Illum relinquentes, et Octavium sequentes. 23 Sed non est ita judicandum, quia voluntas senatus, etc. Publica approbatio. 25 A te. 26 Tibi. 27 Mere liberum, i. non licet utrumvis, arbitrii tui jam non est, Reip. curam vel suscipere, vel omittere: bis enim de libertatis defensionem professus es. 28 Suscepta est tibi. 29 Quibus Cæsarem occidisti. 30 Ut Antonium Cisalpina Gallia excluderet.

VIII. M. T. C. BRUTO IMP. S. D.

[1] Eo tempore [2] Polla tua [3] misit, ut ad te, si quid [4] vellem, darem literarum, [5] cum, quid scriberem, non habebam: omnia enim erant suspensa propter exspectationem [6] legatorum: [7] qui quid [8] egissent, [9] nihil dum nuntiabatur. Hæc tamen scribenda existimavi: primum senatum populumque Rom. de te laborare non solum salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ. Admirabilis est enim quædam tui nominis caritas, amorque in te singularis omnium civium. Ita enim sperant, atque confidunt, [10] ut antea [11] rege, sic hoc tempore [12] regno te, rempublicam liberaturum. Romæ [13] delectus [14] habetur, [15] totaque Italia, si [16] hic delectus appellandus est, cum ultro se offerunt omnes: tantus ardor animos hominum [17] occupavit desiderio libertatis, odiove diutinæ servitutis. De reliquis rebus a te jam exspectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster [18] Hirtius, quid Cæsar [19] meus: quos spero brevi tempore societate victoriæ tecum copulatos fore. Reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum literis et spero et malo cognoscere, me neque deesse ulla in re, neque unquam defuturum dignitati tuæ. Fac valeas.

IX. BRUTUS CICERONI S. D.

[1] Pansa [2] amisso, quantum detrimenti Respub. acceperit, [3] non te præterit. Nunc auctoritate et prudentia tua prospicias oportet, ne [4] inimici nostri, [5] consulibus [6] sublatis, sperent se [7] convalescere posse. Ego, ne [8] consistere possit in Italia Antonius, dabo operam. Sequar [9] eum [10] confestim. Utrumque me [11] præ-

1 Scribit de legatis ad Antonium de pace missis, quæque sit omnium de Bruto exspectatio consensioque ad libertatem recuperandam. Epistola est nunciatoria. 2 Valeria Paulla tua uxor. *Polla* autem et *Paulla* dicebant veteres, ut *caupo, copo, plaustrum plostrum*. 3 Notum fecit, certiorem reddidit. 4 Dare ad te. 5 Quo. 6 L. Calphurnii Pisonis, L. Marcii Philippi, et Servii Sulpitii, qui ad Antonium missi erant, ut ab obsidione desisteret. 7 Legati. 8 Apud Antonium. 9 Nihil adhuc. 10 Liberasti Remp. 11 Tyranno, vel dominatu regio. 12 Ut nullus deinceps se Regem profiteri audiat. 13 Conscriptio militum, quæ de multis legitur. 14 A Pansa consule, Hirtio jam cum Octavio ad Mutinam profecto. 15 Al. *totaque in Italia*. 16 Hujusmodi conscriptio. 17 Invasit. 18 Agat. 19 Singularis amicus, sc. *agat*.

1 Consule. Rogat Ciceronem, prospiciat, ne, utroque consule ad Mutinam amisso, hostes Reip. convalescant; monetque, quid agendum judicet. Hortatoria est epistola et petitoria. 2 Quia occiso. 3 Scientiam tuam non fugit, i. bene scis. 4 Antoniani. 5 Pansa et Hirtio. 6 E medio viventium. 7 Fieri validiores. 8 Sedem figere. 9 Antonium. 10 Cum festinatione. 11 Effe-

staturum spero, ne aut Ventidius [12] elabatur, aut [13] Antonius in Italia moretur. In primis rogo te, ad hominem [14] ventosissimum Lepidum mittas, ne nobis bellum redintegrare possit, Antonio sibi conjuncto. Nam de [15] Pollione Asinio, [16] puto te respicere, quid sit facturus. [17] Multæ, et bonæ et firmæ sunt legiones Lepidi et Asinii. Neque hæc idcirco tibi scribo, quod te non eadem animadvertere sciam, sed quod mihi [18] persuasissimum est, Lepidum [19] recte facturum nunquam, si forte vobis id de [20] hoc dubium est. [21] Plancum quoque confirmetis, oro: quem spero, pulso Antonio, Reip. non defuturum. Si se Alpes Antonius trajecerit, [22] constitui [23] præsidium in Alpibus collocare, et te de omni re facere certiorem. IV. Kal. Maji. ex castris [24] Regii.

X. BRUTUS CICERONI S. D.

[1] Non mihi [2] Remp. plus debere arbitror, quam me tibi [3] gratiorem me esse in te [4] posse, quam isti [5] perversi sint [6] in me, [7] exploratum habes: [8] si tamen hoc [9] temporis videtur dici causa, [10] malle me tuum [11] judicium, quam [12] ex altera parte [13] omnium istorum: tu enim a [14] certo sensu et [15] vero judicas de nobis: quod [16] isti ne faciant, summa malevolentia et [17] livore impediuntur. [18] Interpellent me, [19] quo minus honoratus sim, [20] dum ne interpellent, [21] quo minus Respub. a me

cturum. 12 Ex Piceno, tres legiones ducens. Elapsus tamen est, itinere facto difficillimo. 13 Qui jam elapsus erat. 14 Levissimum, inconstantissimum. 15 Qui longius aberat, quam Lepidus: præerat enim Hispaniæ citeriori. 16 Propter amicitiam: q. d. non dubito, quin ille tibi suum sensum patefaciat. 17 Quatuor Lepidi, Asinii duæ. 18 Omnino creditum. 19 Pro republica. 20 Lepido. 21 Consulem designatum. 22 Proposui. 23 Militum custodiam, qui transitum prohibeant, ne redire in Italiam possit. 24 Quæ sunt Regii, quod oppidum est Galliæ Cispadanæ, ante *Forum Lepidi* appellatum, unde et Ciceroni *Regium Lepidi* dicitur, hodie *Regio*.

1 Queritur de quorundam malevolentia; et Reip. periculum exponit. Epistola est nunciatoria. 2 Quæ tamen mihi, ob tyrannum a me cæsum, plurimum debet. 3 Magis memorem beneficii. 4 Aliquando posse: cum nunc non possim. 5 Qui ob liberatam Remp. pro qua immortales gratias mihi debent, ut hostem patriæ persequuntur. 6 Erga. 7 Perspectum et cognitum. 8 Quod si hæc a me ideo dici videntur, ut gratiam a te ineam, cujus opera studioque indigeam. 9 Adhuc dubio et incerto de exitu belli. 10 Pluris æstimare. 11 Solius de me. 12 Si judicium tuum ponatur ex una parte quasi bilancis, et judicia omnium perversorum in altera parte, ego pluris faciam tuum solius judicium, quam omnium istorum. 13 Perversorum. 14 Qui non errat, sed, quale quidque est, tale judicat. 15 Non ficto, nec pro tempore assumpto. 16 Perversi. 17 Invidia, quæ hominem lividum facit, i. plumblei coloris, qualis fit ex morsu non aperta cute, aut ex congressu violento. 18 Concedo, ut impediant. 19 Ut non. 20 Dum non impediant. 21 Ut non.

commode administrari possit. [22] Quæ quanto sit in periculo, quam potero brevissime [23] exponam. Primum omnium, quantam perturbationem rerum [24] urbanarum afferat [25] obitus [26] consulum, quantamque [27] cupiditatem hominibus injiciat [28] vacivitas, non [29] te fugit. Satis me multa scripsisse, quæ literis [30] commendari possint, arbitror: scio enim [31] cui scribam. Revertor nunc ad Antonium: qui [32] ex fuga cum parvulam manum militum haberet inermium, [33] ergastula solvendo, [34] omneque genus hominum arripiendo, satis magnum [35] numerum videtur effecisse. [36] Huc accessit manus Ventidii: [37] quæ, trans [38] Apenninum itinere facto difficillimo, ad [39] Vada pervenit, atque se ibi cum Antonio conjunxit. Est numerus veteranorum, et [40] armatorum satis [41] frequens cum Ventidio. Consilia Antonii hæc sint, necesse est, aut ad Lepidum ut se [42] conferat, si [43] recipitur, aut [44] Apennino [45] Alpibusque se teneat, et decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, in quæ incurrerit, aut [46] rursus se in Etruriam referat, quod ea pars Italiæ sine exercitu est. Quod si me [47] Cæsar audisset, atque [48] Apenninum transisset, in tantas angustias Antonium compulissem, ut [49] inopia potius, quam ferro, [50] conficeretur. Sed neque Cæsari [51] imperari potest: nec [52] Cæsar exercitui suo: quod utrumque pessimum est. Cum hæc [53] talia sint, [54] quo minus, quod [55] ad me pertinebit, homines [56] interpellent, ut [57] supra scripsi, [58] non impedio.

22 Respublica. 23 Declarabo. 24 Urbis Romæ. 25 Interitus et cædes. 26 Hirtii et Pansæ in bello occisorum. 27 Rerum novarum. 28 Vacua Consulibus respublica, spoliatam esse Remp. consulibus: nondum enim novi creati erant. *Vacivitas* antique pro *vacuitas*. Plaut. Curcul. *Ita cibi* vacivitate *venio laxis lactibus*. Ita *ædes vacivæ* et *aures vacivæ*. 29 Scientiam tuam, i. bene scis. 30 Tuto credi. 31 Quia amatori Reip. et homini sapientissimo. 32 Peditum. *Milites* sæpe pedites per excellentiam notant. Supra l. x. ep. 34. *Itaque ad me complures* milites *et equites ab eo transierunt*. 33 Carcerem servorum aperiendo. 34 Ut sunt latrones, sicarii, exules, parricidæ. 35 Militum, i. speciem exercitus effecit. 36 Ad hoc malum, vel ad hanc vim militum additus est Ventidii exercitus, sc. tres legiones. 37 Manus. 38 Montem. 39 Scilicet *Sabatia*. *Sabata* erat oppidum maritimum in ora Genuensi præcipuum, non longe savona distans, cui adjacent campi palustres, qui Vada dicuntur et Vada Sabatorum seu Sabatia. Ibi etiam portus fuit *Vadorum Sabatiorum*, cujus meminit Plinius III. 5. hodie *Vadi*, sive contracte *Vai*, vulgo *Ve*. Qui locus jacet inter Alpes et Apenninum, impeditissimus ad iter faciendum. 40 Militum, cum prius paucos habuisset. 41 In exercitu Antonii post adventum Ventidii. 42 Antonius. 43 A Lepido. 44 Monte. 45 In Liguria inter Apenninum et Alpes. 46 In Italia. 47 Octavius. 48 Præclusurus iter Ventidio. 49 Commeatus. 50 Consumeretur, periret. 51 A me, quippe qui ne mecum quidem colloqui voluerit. 52 Potest imperare. 53 Tam periculosa. 54 Ut non, 55 Ad honorem meum, 56 Disturbent. 57 In eadem epistola. 58 Non

[59] Hæc quemadmodum[60] explicari possint, aut a te cum explicabuntur, ne impediantur, [61] timeo. Alere jam milites non possum. Cum ad rempublicam liberandam accessi, H.S. cccc mihi fuit pecuniæ[62] amplius. Tantum abest, ut meæ rei familiaris,[63] liberum sit quicquam, ut meos jam omnes amicos [64] ære alienа obstrinxerim. [65] Septenum numerum nunc legionum alo: [66] qua difficultate, tu [67] arbitrare. Non, si [68] Varronis thesauros haberem, sustinere [69] sumptum possem. Cum primum de Antonio exploratum [70] habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris. III. Non. Maji, ex castris, [71] Dertona. Vale.

XI. D. BRUTUS IMP. COS. DES. M. CICERONI S. D.

[1] Eodem exemplo literæ [2] a te mihi redditæ sunt, quo [3] pueri mei [4] attulerunt. Tantum me tibi debere [5] existimo, quantum [6] persolvere difficile est. Scripsi tibi, quæ hic gererentur: in itinere est [7] Antonius, [8] ad Lepidum proficiscitur: ne [9] de Planco quidem [10] spem adhuc abjecit, ut ex [11] libellis suis animadverti, qui [12] in me inciderunt. In [13] quibus, [14] quos ad [15] Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. Ego tamen non habui [16] ambiguum, et statim ad Plan-

obsto. 59 Quæ impendent mala. 60 Extricari, absolvi. 61 Non inveniri; vel, *timeo*, i. dubito. 62 Sestertinm quadringenties, hoc est, decies centies mille coronati seu Philippæi, decem tonnæ, ut vulgo loquuntur, seu milla coronatorum. 63 Non obligatum ære alieno. 64 Debito quo se pro me obligaverunt. 65 Forte leg. *Septem nunc numeros legionum. Numeri* sunt cohortes, uti sæpe apud Tacitum. Ovid. Epist. Hermion.

Nec tu mille rates sinuosaque vela parares;
Nec numeros *Danai militis; ipse veni.*

Legiones septem numero, in quibus sunt ultra quadraginta millia militum. 66 Sc. maxima. 67 Existima. 68 Nequam hominis et dissoluti. 69 Par esse sumptui, ita quasi fortem me præbere his sumptibus, ut eos regam, nec eorum pressu corruam. 70 Aliquid. 71 Urbe inter Genuam et Placentiam, sc. *datum*, aut *scriptum*, quæ, colonia Romanorum, Antiquitus *Julia Dertona* dicebatur, hodie *Tortona.*

1 Eadem forma scribendi et eodem argomento. Merita Ciceronis erga se attingit: Antonii profectionem ad Lepidum, dubiam Planci fidem, suum in Remp. studium significat. Nunciatoria est epistola. 2 Missæ. 3 Servi. 4 Annunciaverunt mihi verbis, i. id, quod pueri mihi annunciaverant de te, perspexi in literis tuis, quæ fuerunt consonæ verbis eorum. 5 Judico. 6 Parem gratiam referre, assequi merita. 7 Prælio victus ad Mutinam. 8 Cujus exercitu sperant bellum se posse renovare. 9 In partes suas vocando. 10 Ob amicitiam, quæ inter eos fuit. 11 Epistolis ejus. Promiscue antiquitus *suus* et *ejus* ponebantur si ambiguitas non obesset. 12 In manus meas aut meorum. 13 Libellis. 14 Nuncios, vel solicitatores. 15 Pollionem in Hispaniam. 16 Dubium.

cum misi, et [17] biduo ab [18] allobrogibus, et [19] totius Galliæ legatos exspecto, [20] quos [21] confirmatos [22] domum [23] remittam. Tu, quæ [24] istic opus erunt administrari, [25] prospicies, ut ex tua voluntate reique publ. commodo fiant. Malevolentiæ hominum in me, si poteris, [26] occurres: si non poteris, [27] hoc te consolabere, quod me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Pridie Non. Maji ex castris, [28] finibus Statiellensium.

XII. **M. T. C. BRUTO IMP. COS. DES. S. D.**

[1] Tres uno die a te accepi epistolas: unam brevem, quam Flacco Volumnio [2] dederas, duas [3] pleniores, [4] quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit, alteram ad me misit Lupus. [5] Ex tuis literis, et ex Græceji oratione, non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis [6] nactus sit Antonius, [7] omnia illa tua præclara in Remp. merita, [8] ad nihilum esse ventura. Ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus cum [9] paucis inermibus, perterritis metu, [10] fracto animo fugisse Antonium. [11] Qui si ita se habet, ut quemadmodum audiebam [12] de Græcejo, [13] confligi cum eo sine periculo non possit: non [14] ille mihi fugisse a Mutina videtur, sed locum belli gerendi mutasse. [15] Itaque [16] homines [17] alii facti sunt: nonnulli etiam queruntur, quod [18] persecuti non sitis, [19] opprimi potuisse, si [20] celeritas adhibita esset, existimant. *Omnino* [21] EST [22] ***hoc populi, maxi-***

17 Intra biduum. 18 Galliæ populis, inter Alpes et Rhodanum, qui erant in provincia Bruti, hodie Genevenses et pars Sabaudorum. 19 Cisalpinæ. 20 Legatos. 21 In fide Reip. Romanæ. 22 Suam. 23 Ubi venerint. 24 Romæ. 25 Vides enim, quam non desint, qui causam Reip. tuentibus obsistant. 26 Resistes, obviam ibis. Translatio ab iis, qui occurrentes progredi aliquem non sinunt. 27 Hac re. 28 In agro Statiellensium. *Aquæ Statiellæ* seu *Aquæ Statiellonum* urbs Liguriæ, inter Dertonam et Vada Sabatia, cujus cives *Statiellenses*, tota vero gens *Statiellates* dicebantur, posterioribus scriptoribus *Aquenses*. Urbs hodie vulgari vocabulo dicitur *Aqui*.

1 Ita queritur, bellum ab Antonio renovatum, ut in eo nonnullam Bruti culpam videatur agnoscere. Nunciatoria est epistola. 2 Perferendam. 3 Plenius rem declarantes, quia prolixiores. Duarum. 5 Ut sonant literæ tuæ. 6 Acquisiverit. 7 Tria potissimum, necem Cæsaris, copias Reip. causa comparatas, Mutinensem victoriam. 8 Partam antea gloriam amittes. 9 Habens fractum animum. 10 Militibus. 11 Antonius. 12 Ex, vel a. 13 Conflictus fieri, i. pugnari. 14 Antonius. 15 Et ita. 16 Cives Romani. 17 Non iidem sunt, qui erant, i. mutati sunt. 18 Eos fugientes, tantisper dum erant trepidi et inermes. 19 Occidi. 20 Persequendi eos. 21 Proprium. 22 Quod dicet.

meque [23] *nostri* [24] *in eo* [25] *potissimum* [26] *abuti libertate*, [27] *per quem* [28] *eam consecutus sit*. Sed [29] tamen providendum est, ne qua justa querela esse possit. [30] Res sic se habet. [31] Is bellum [32] confecerit, qui Antonium oppresserit. [33] Hoc quam habeat [34] vim, [35] existimare malo, quam me [36] apertius scribere. Vale.

XIII. D. BRUTUS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

[1] Jam non ago tibi gratias. Cui enim re vix [2] referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. [3] Attendere te volo, quæ [4] in manibus sunt. [5] Qua enim prudentia es, nihil te [6] fugiet, si meas literas diligenter legeris. Sequi [7] confestim Antonium [8] his de causis, Cicero, non potui. [9] Eram sine equitibus, sine jumentis: [10] Hirtium perisse nesciebam: [11] Cæsari non credebam prius, quam [12] convenissem, et [13] collocutus essem. [14] Hic dies hoc modo [15] abiit. [16] Postridie [17] mane a [18] Pansa [19] accersitus [20] Bononiam. Cum in itinere essem, nuntiatum mihi est, [21] eum [22] mortuum esse. Recurri ad meas [23] copiolas: [24] sic enim vere eas appellare possum. Sunt [25] extenuatissimæ, et inopia omnium rerum [26] pessime acceptæ. [27] Biduo me Antonius antecessit, itinera [28] fecit multo majora fugiens, quam ego sequens, [29] ille enim [30] iit passim,

23 Nobis faventis. 24 In te. 25 Precipue. 26 Nimis libere loqui. 27 Per ipsum Brutum libertatem civitas recuperaverat, Cæsare interfecto. 28 Libertatem. 29 Tametsi forte populus id inique fecerit. 30 Negotium hoc, 31 Sc. *ut*. 32 Finierit. Idem ep. 13. 19. 20, l. 13. 33 Consilium aut dictum. 34 Efficiam, i. plus tibi Resp. debebit, quam reliquis liberatoribus suis. 35 Judicare. 36 Ne, si scribam apertius, lædam alios de Rep. bene meritos.

1 Jam non possum tibi satis verbis dicere gratias. Tarditatem suam excusat in Antonio persequendo: quo res in statu sit, exponit. Epistola est nunciatoria. 2 Tantundem ferre atque acceperim, re ipsa reddendo rem aut operam æquivalentem. 3 Animadvertere. 4 Parata sunt, et proxime fient. 5 Nam secundum eam prudentiam, qua polles. 6 Præteribit, latebit, i. rem omnem intelliges. 7 Cum festinatione statim post cladem apud Mutinam ab ea acceptam. 8 Propter has causas. 9 Cum non haberem equites, ut ille, et deessent equi, qui impedimenta nostra ferrent. Equi enim per excellentiam *jumenta* sæpe dicuntur. 10 Consulem. 11 Octavio non confidebam, ut inimico, quia patrem ejus, i. Cæsarem, occideram. 12 Eum, Conveniri noluit, Appianus l. 3. 13 Cum eo. 14 Quo fugit Antonius. 15 Transactus est. 16 Ejus diei, i. die proxime sequenti. 17 Cum prima luce. 18 Consule. 19 Vocatus. 20 In eam urbem, quo ex urbe fugerat. 21 Pansam. 22 ex vulnere accepto. 23 Modicas copias, i. vires exercitus mei. 24 Per diminutionem *copiolas*, non *copias*. 25 Maxime extenuatæ et imminutæ. 26 Incommodissime affectæ, sc. diuturna Mutinæ obsidione. 27 Spatio duorum dierum. 28 Multo longiores vias confecit, quia fugientibus semper comes est celeritas. Unde Virg. *Pedibus timor addidit alas*. 29 Antonius. 30 Iter fecit, processit expanso in latum agmine.

[31] ego [32] ordinatim. [33] Quacunque ivit, [34] ergastula [35] solvit, [36] homines arripuit, [37] constitit nusquam prius, quam ad [38] Vada venit: quem locum volo tibi esse notum. Jacet inter Apenninum, et Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Cum abessem ab [39] eo millia passuum triginta, et se jam Ventidio [40] conjunxisset, [41] concio ejus ad me est [42] allata, in [43] qua petere [44] cœpit a militibus, ut se trans Alpes sequerentur: sibi cum M. Lepido [45] convenire. [46] Succlamatum est, et [47] frequenter a militibus [48] Ventidianis; (nam [49] suos [50] valde quam paucos habet) [51] sibi aut in Italia pereundum esse, aut [52] vincendum: etiam orare [53] cœperunt, ut [54] Pollentiam iter facerent. Cum sustinere [55] eos non [56] posset, in [57] posterum diem iter suum contulit. Hac re mihi nuntiata, statim quinque cohortes [58] Pollentiam præmisi, meumque iter eo contuli: [59] hora ante [60] præsidium meum Pollentiam venit, [61] quam [62] Trebellius, cum [63] equitibus. [64] Sane quam sum gavisus: [65] in hoc enim victoriam puto consistere. In [66] spem [67] venerant, quod neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum trajici posse credebant: [68] quos ipsi adhuc satis [69] arroganter [70] allobroges, equitatusque omnis qui eo præmissus erat a nobis, sustinebant, nostroque adventu sustineri facilius [71] posse confidimus. Tamen, si [72] quo etiam casu [73] Isaram se [74] trajecerint, nequid detrimenti Reip. [75] injungant, summa a nobis dabitur opera. [76] Vos magnum animum optimamque spem de [77] summa Repub. habere volumus, cum et [78] nos et exercitus nostros singulari concordia conjun-

31 Ivi. 32 Agmine in ordinem instructo, pilatim densato et stricto. 33 Per quemcunque locum. 34 Carcerem servorum, ad opus faciendum in ergastulis catenis vinctorum. 35 Ep. 10. 36 Prius vinctos. vel alios se sibi jungentes. 37 Mansit. 38 Ep. 10. 39 Antonio, vel a loco jam descripto. 40 Antonius: ep. 10. 41 Oratio, quam ad milites suos habuit. 42 Per occultos exploratores, aut per transfugas. 43 Concione. 44 Antonius cœperat. 45 Quia dixit, concordiam esse sibi. 46 Statim post concionem clamatum est. 47 Etiam. 48 Quos Ventidius adduxerat. 49 Quos ipse ex fuga eduxerat, præter equites. 50 Perquam. 51 Militibus. 52 In Italia. 53 Milites. 54 Ad eam urbem Liguriæ. 55 Impetum eorum, quin irent quo vellent. 56 Antonius. 57 Proxime secuturum. 58 Oppidum Liguriæ supra Albam, nunc exiguus vicus, vulgo *Polenza*. 59 Spatio unius horæ. 60 Præmissum ad custodiam urbis illius. 61 Antequam. 62 Venit. 63 Antonianis. 64 Vehementer, summopere sum gavisus. Lib. VIII, ep. 1. Sane quam *sermones eos repressit qui de eo tum fuerant*. 65 In occupatione Pollentiæ. 66 Trajiciendi in Galliam ulteriorem. 67 Postquam Pollentiam capere non potuerant. 68 Antonianos. 69 Jactanter, nullo modo dimissis animis. 70 Galliæ populi. 71 Eos. 72 Aliquo. 73 Fluvium, ubi erat Plancus. 74 Hostes. 75 Inferant. Sic *injuriam, contumeliam injungere* apud Livium. 76 Qui in urbe estis. 77 Præcipua salute. 78 Me,

ctos, [79] ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, [80] dareque operam, ut quam paratissimi ab exercitu reliquisque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium confligamus:[81] qui [82] quidem eas copias, quas diu simulatione [83] Reip. comparabant, subito ad patriæ periculum converterunt.

XIV. M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Mirabiliter, mi Brute, lætor, mea consilia, measque sententias a te [2] probari [3] de Decemviris, de adornando [4] adolescente. Sed quid refert? mihi crede homini [5] non glorioso, [6] plane jam, Brute, [7] frigeo: [8] ὄργανον enim erat meum senatus: id jam est [9] dissolutum. Tantam spem [10] attulerat [11] exploratæ victoriæ tuæ præclara [12] Mutina eruptio, fuga Antonii, [13] conciso exercitu, ut omnium animi relaxati sint, meæque illæ vehementes [14] contentiones tamquam [15] σκιαμαχίαι [16] esse videantur. Sed, ut ad [17] rem redeam, legionem Martiam, et quartam negant, qui illas norunt, ulla conditione [18] ad te posse perduci. Pecuniæ, quam desideras, [19] ratio potest haberi, eaque habebitur. De [20] Bruto [21] accersendo, Cæsareque ad Italiæ [22] præsidium tenendo, valde tibi assentior. Sed, ut scribis, habes obtrectatores: quos equidem facillime [23] sustineo; sed impediunt tamen. Ex Africa legiones exspectantur: sed bellum [24] istic renatum homines mirantur. [25] Nihil tam præter spem unquam. Nam, [26] die tuo natali victoria nuntiata, in multa secu-

et Plancum, qui trans Alpes erat. 79 Subeunda. 80 Et debetis. 81 Hostes. 82 Certe. 83 Juvandæ.

1 Respondet Bruti literis de decemviris creandis, de Octavio ornando, de legionibus Martia et Quarta, de pecunia. Addit hominum admirationem propter bellum renatum: cujus exitus ne timeatur, ad ipsum Brutum pertinere dicit. Nunciatoria est epistola. 2 Approbari. 3 Aut creatis, aut creandis, qui consulatus, ab Antonio gesti, rationem reposcerent. 4 Cæsare Octavio. 5 Non affectanti gloriam, qui me jactare non soleo, nihil ad veritatem addo. 6 Omnino. 7 In otio sum, i. languidiores factæ sunt actiones meæ. 8 Instrumentum, quo utebar: quo dissoluto, quid agere possum? itaque plane jam frigeo. 9 Non amplius tensum. 10 Nobis. 11 Manifestæ. 12 Ubi obsessus obsidentes in fugam vertisti. 13 Simul cæso. 14 Actiones. 15 Umbratiles pugnæ, i. in cubiculo aut scholis excogitatæ: σκιὰ est *umbra*, σκιαμαχέω, *pugno cum umbra*. Nam μάχη *pugna* dicitur. 16 Illo priore animi mei impetu, atque ardore hac victoriæ spe remisso. 17 Principale institutum. 18 Illæ enim legiones, et milites veterani fere omnes, interfectores Cæsaris oderant. 19 Inventio vel supputatio, i. curari tibi pecunia potest: ep. 10. 20 Marco, qui cum Cassio mare transierat, copiasque comparaverat. 21 In Italiam. 22 Custodiam, ut Decius Antonium persequeretur, Cæsar Italiæ præsidio esset. 23 Perfero. 24 Cum Antonio. 25 Accidit. 26 Qui celebrabatur ab iis, qui bene meriti erant de pa-

la videbamus Rempub. liberatam. Novi timores [27] retexunt [28] superiora. Scripsisti autem ad me [29] iis, quas Idibus Majis dedisti, [30] modo te accepisse a Planco literas, [31] non recipi a Lepido Antonium Id si ita est, [32] omnia faciliora: sin [33] aliter, magnum [34] negotium: cujus [35] exitum ne extimescam, [36] tuæ partes sunt. Ego plus, quam feci, [37] facere non possum. Te tamen, id quod spero, [38] omnium maximum et clarissimum videre cupio. Vale.

XV. M. T. C. D. BRUTO IMP. COS. DES. S. D.

[1] Etsi mihi tuæ literæ jucundissimæ sunt, tamen jucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco [2] collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusaret: quod fecit [3] ille diligenter. Mihi autem [4] nihil amabilius officio tuo et [5] diligentia. Conjunctio tua [6] cum collega concordiaque vestra, quæ literis omnibus declarata est, senatui populoque Rom. gratissima accidit. Quod [7] superest, perge, mi Brute, et jam non cum [8] aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, præsertim ad te, quo magistro brevitatis uti [9] cogito. Literas tuas vehementer exspecto, et [10] quidem [11] tales, quales maxime opto.

XVI. M. T. C. BRUTO IMP. S. D.

[1] Permagni [2] interest, quo tibi hæc tempore epistola reddita sit; utrum, cum solicitudinis aliquid haberes, an cum ab omni molestia vacuus esses. Itaque ei præcepi, quem ad te misi, ut [3] tempus observaret epistolæ tibi reddendæ. Nam quemadmodum [4] coram, qui ad nos [5] intempestive adeunt, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt, non [6] loco redditæ. Si autem, ut spero, nihil te perturbat, nihil impedit, et ille, cui mandavi, satis scite et commode tempus ad te cepit adeundi: confido,

tria. 27 Irrita faciunt et vana. Cic. 11. Veri. *Omnia erant Metelli ejusmodi, ut totam illius præturam* retexere *viderentur*, hoc est, illius acta rescindere. 28 Gaudia. 29 Literis. 30 Paulo ante. 31 Quæ dicebant, Antonium non recipi a Lepido. 32 Erunt. 33 Sit. 34 Erit, i. difficile bellum. 35 Finem. 36 Ad tuum officium pertinet. 37 Nihil enim omisit, ut Antonium perderet, infensum libertati. 38 Mortalium.

1 Laudat officium et diligentiam Bruti: magnamque ex illius et Planci conjunctione lætitiam senatus et populi R. significat: hortatur, ut in tuenda Rep. se ipsum vincat. Narratoria est epistola. 2 Tuo. Jam se Plancus Bruto conjunxerat. 3 Plancus. 4 Est. 5 In vindicanda Reip. libertate. 6 Cum Imperatore Planco. 7 Restat. 8 Quos superasti. 9 Propono. 10 Certe. 11 Victoriæ tuæ indices.

1 Commendat L. Ælium Lamiam in petitione Præturæ. Epistola est commendatoria. 2 Refert. 3 Opportunitatem custodiret. 4 Cum sint in præsentia. 5 Non suo tempore. 6 Suo, i. non opportune. Ter. in Heaut. In loco;

me, [7] quod velim, a te facile impetraturum. L. Lamia præturam petit: hoc ego utor [8] uno omnium [9] plurimum. Magna [10] vetustas, et magna [11] consuetudo [12] intercedit: quodque plurimum [13] valet, nihil mihi ejus est familiaritate jucundius. Magno prætcrea beneficio ejus magnoque merito sum obligatus. Nam [14] Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps [15] esset, [16] proque mea salute acerrime propugnaret, a [17] Gabinio COS. [18] relegatus est: quod ante id tempus civi romano contigit nemini. [19] Hoc cum populus Rom. meminerit, me ipsum non meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi, mi Brute, [20] me petere præturam. Quamquam enim Lamia summo splendore, [21] summa gratia est [22] usus magnificentissimo munere ædilitio: tamen, quasi [23] ea ita non essent, ego [24] suscepi totum negotium. Nunc, si me tanti [25] facis, quanti certe facis, [26] quando equitum centurias [27] tenes, [28] in quibus regnas, [29] mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias [30] conficiat. Non tenebo te [31] pluribus: ponam [32] in extremo, quod sentio. Nihil est, Brute, cum omnia a te [33] exspectem, quod mihi gratius facere possis. Vale.

XVII. M. T. C. D. BRUTO IMP. S. D.

[1] Lamia [2] uno omnium familiarissime utor. Magna ejus in me, non dico, [3] officia, sed [4] merita, eaque sunt populo Rom. notissima. Is, magnificentissimo munere ædilitatis [5] perfunctus, petit præturam: omnesque intelligunt, nec dignitatem ei deesse, nec gratiam. Sed [6] is ambitus [7] exstare videtur, ut

ego vero laudo. 7 Posse impetrare. 8 Viro. 9 Familiarissime. 10 Amicitiæ. 11 Conversatio. 12 Inter nos communis est. 13 Ad amorem et gratiam. 14 Cum persequeretur me Clodius. 15 Lamia. 16 Ne ego in exilium mitterer. 17 Cum L. Pisone. 18 In alienam provinciam legatus est. 19 Ipsum fecisse. 20 Ac si peterem pro me. 21 Apud populum qui maximo muneribus ædilitiis conciliabatur. 22 Functus est. Fuerat autem Ædilis Lamia biennio ante. 23 Jam dicta, i. splendor, gratia, munus ædilitium. 24 Ad me cepi. 25 Æstimas. 26 Quoniam. 27 In potestate habes. 28 Quia Imperator es. 29 Significa Lupo nostro. 30 Impetret, ut nobis suffragentur, sive suis suffragiis Lamiam prætorem designent. Cic. de petit. Cons. *Magistratus; ex quibus maxime consules, deinde tribuni plebis, ad* conficiendas *centurias homines excellenti gratia.* 31 Precibus occupatum. 32 In fine epistolarum. 33 Sperem.

1 Lucio. Commendat eundem Lamiam. Epistola est commendatoria. 2 Solo. 3 Quæ sunt quasi debita. 4 Beneficia gratis impensa. 5 Sub Cæsaris victoriam, contra Pompeji filios. 6 Ea corruptio suffragiorum per munera aut preces. 7 Eminere. 8 Pro amico.

ego omnia [8] pertimescam, totamque petitionem Lamiæ [9] mihi sustinendam putem. In ea re quantum me possis adjuvare, facile perspicio: nec vero, quantum mea causa velis, dubito. Velim igitur, mi Brute, tibi persuadeas, nihil me majore studio a te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quam si omnibus tuis [10] opibus, omni [11] studio, Lamiam in [12] petitione juveris. Quod ut facias, vehementer te rogo. Vale.

XVIII. M. T. C. BRUTO IMP. S. D.

[1] Etsi ex mandatis, quæ [2] Galbæ [3] Volumnioque [4] ad senatum dedisti, quid timendum [5] suspicandumque putares, suspicabamur: tamen [6] timidiora mandata videbantur, quam erat dignum tua, populique R. [7] victoria. Senatus autem, mi Brute, fortis est, et habet [8] fortes duces. [9] Itaque moleste ferebat, se a te, quem omnium, quicumque fuissent, fortissimum judicaret, timidum atque ignavum judicari. Etenim cum, te [10] incluso, spem maximam omnes habuissent, in tua virtute, florente Antonio: quis erat, qui quicquam timeret, [11] profligato illo, te liberato? Nec vero Lepidum timebamus. Quis enim esset, qui [12] illum tam furiosum arbitraretur, ut, qui [13] in [14] maximo bello pacem velle se [15] dixisset, is in optatissima pace bellum Reip. [16] indiceret: Nec dubito, [17] quin tu plus provideas. Sed tamen, [18] tam recenti [19] gratulatione, quam [20] tuo nomine ad omnia Deorum templa [21] fecimus, renovatio timoris magnam molestiam afferebat. Quare velim equidem, id quod spero, ut plane abjectus et fractus sit Antonius: sin aliquid virium forte collegerit, sentiet, nec senatui consilium, nec populo Rom. [22] virtutem deesse, nec Reip. [23] te vivo, Imperatorem. XIV. Kal. Jun. Vale.

9 Tanquam meam juvandam. 10 Facultatibus, i. quantum valebis. 11 Tuo. 12 Præturæ.

1 Reprehendit in Bruto nonnullam timoris significationem. Epistola objurgatoria. 2 Sergio Galbæ: ep. 30. l. 10. 3 Flacco. 4 Recitanda Senatui. 5 Pro suspicioso habendum, vel ut suspiciosum timendum. 6 Magis timida. 7 Mutinensi, i. habita de Antonio. 8 Quorum auctoritate et consilio regitur. 9 Et ita. 10 Mutinæ. 11 Decusso et pulso Antonio. 12 Lepidum. 13 Durante. 14 Florente Antonio, ante Mutinense prælium. 15 Ep. 27. l. 10. 16 Denuntiaret. 17 Quam ut hoc non plus, quam nos, qui Romæ sumus, perspicias: cum tu ab Antonio et Lepido non longe absis. 18 Tam paulo ante habita. 19 Gratiarum actione. Est proprium in hac re verbum, cum in supplicationibus Diis gratias agunt. Cic. Philipp. XIV. *Supplicationes decernitis, hostem non appellatis. Gratæ vero vestræ diis immortalibus* gratulationes *erunt, gratæ victimæ, cum interfecta sit civium multitudo.* Sic et *gratulari* pro diis gratias agere Cicero V. Ver. dixit. 20 Quod esses obsidione liberatus. 21 Per supplicationes indictas. 22 Bellicam, i. animositatem et fortitudinem. 23 Tantisper dum tu vives.

XIX. BRUTUS CICERONI S. D.

[1] Ad senatum quas literas [2] misi, velim prius perlegas: et, siqua tibi [3] videbuntur, commutes: necessario me scripsisse, ipse animadvertes. Nam cum putarem Quartam et Martiam legiones [4] mecum futuras, ut [5] Druso [6] Pauloque placuerat, [7] vobis assentientibus, minus de [8] reliquis rebus [9] laborandum existimavi. [10] Nunc vero cum sim cum [11] tironibus [12] egentissimis, valde et meam et vestram [13] vicem timeam necesse est [14] Vicetini me et [15] M. Brutum præcipue [16] observant. His ne quam patiare injuriam fieri in senatu, [17] vernarum causa, a te peto. Causam [18] habent optimam, officium [19] in Rempub. summum, genus hominum adversariorum [20] seditiosum, et [21] inertissimum. XII. Kal. Jun. Vercellis.

XX. D. BRUTUS IMP. COS. DES. CICERONI S. D.

[1] Quod pro me non facio, id pro te facere meus in te amor, tuaque [2] officia cogunt, ut timeam. Sæpe enim mihi cum esset dictum, neque a me [3] contemtum, [4] novissime Labèo Segulius, [5] homo sui simillimus, narravit mihi, apud [6] Cæsarem se fuisse, multumque sermonem de te habitum esse: ipsum Cæsarem nihil [7] sane de te questum, nisi [8] dictum, quod diceret te dixisse, laudandum [9] adolescentem, ornandum, [10] tollendum; [11] se non esse [12] commissurum, ut [13] tolli possit. [14] Hoc ego La-

1 Reip. vicem timet: Vicetinos commendat. Epistola est petitoria. 2 Ut reddantur Senatui, 3 Commutanda. 4 Post mortem consulum: vide ep. 14. 5 Senatori. 6 Æmilio Paulo, qui consul fuerat cum M. Marcello. 7 Reliquo senatu. 8 Quas, cum peterem, non impetrabam. 9 Anxie agendum et curandum. 10 Quando legiones illæ ad me perduci noluerunt: ep. 14. 11 Novitiis in re militari. 12 Armorum. commeatus et stipendii. 13 Sortem vel periculum, quod per vices obitur, i. ne quid mihi et vobis accidat adversi. 14 Incolæ urbis *Vincentiæ*, quod est mediterraneum in Venetorum finibus, hodie *Vicenza*. Hi modo *Vicentini*, modo *Vicetini* dicuntur. 15 Fratrem. 16 Colunt et honorant. 17 Quia læserunt vernas, i. servos ex ancillis alterius familiæ potentis natos. Vernis comparat Vicetionorum adversarios, ut homines nequam abjectosque significet. 18 Judicio Bruti. 19 Erga. 20 Factiosum. 21 Minime industrium.

1 Timere se ait Ciceronis causa: eumque monet, ut veteranorum animos sibi reconciliet. Nunciatoria et suasoria est epistola. 2 In me et in Rempub. 3 Neque pro nihilo habitum, sed magni a me æstimatum. 4 Ultimo tempore. 5 Idem, qui solet esse, nempe perfidus. 6 Octavium. 7 Omnino. 8 Ob dicterium, vel acutam et brevem sententiam. Phædrus lib. II. præfat. *Sed si libuerit interponere aliquid* dictorum. Sueton. Jul. 5. *Unde emanasse Sullæ* dictum, *optimates sæpe admonentis, ut male præcinctum puerum caverent.* 9 Cæsarem. 10 Ambiguum verbum: potest enim accipi vel in bonam pro extollendum, vel in malam pro e medio auferendum. 11 Cæsarem. 12 Passurum. 13 Auferri de hoc mundo. 14 A te dictum esse.

beonem credo [15] illi [16] retulisse, aut finxisse [17] dictum, non ab [18] adolescente prolatum. [19] Veteranos vero pessime [20] loqui, volebat Labeo, [21] me credere, et tibi ab iis [22] instare periculum, [23] maximeque indignari, quod [24] in decemviris neque Cæsar neque ego habiti essemus, atque omnia ad [25] vestrum arbitrium essent [26] collata. Hæc cum audissem, et jam [27] in itinere essem, [28] committendum non putavi, prius ut Alpes transgrederer, quam, quid [29] istic ageretur, scirem. Nam [30] de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum, et denuntiatione [31] periculi sperare [32] eos, [33] te pertimefacto, [34] adolescente impulso, posse magna [35] consequi præmia, et [36] totam istam cantilenam ex hoc [37] pendere, ut quamplurimum [38] lucri faciant. * Neque tamen non te cautum esse volo, et insidias vitantem: nihil enim tua mihi vita potest esse jucundius, neque carius. Illud [39] vide, ne [40] timendo, magis timere cogare: et, quibus rebus potest [41] occurri veteranis, [42] occurras primum, [43] quod desiderant de decemviris, [44] facias: deinde, [45] de præmiis si tibi [46] videtur, agros militum eorum, qui cum Antonio veterani fuerunt, [47] his dandos censeas [48] ab utrisque nostrum: [49] de nummis, [50] lente, ac [51] ratione habita [52] pecuniæ. Senatum de ea re [53] constituturum. [54] Quatuor legionibus iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris [55] Silani, et [56] agro Campano. Æqualiter, aut forte agros legionibus assignari puto oportere. Hæc me tibi scribere non prudentia mea

15 Cæsari. 16 Narrasse. 17 Esse a Cæsare. 18 Cæsare. 19 Milites. 20 De te. 21 Ut crederem. 22 Imminere. 23 Et eos præcipue ægre ferre. 24 Inter Decemviros ideo creatos, nt ab Antonio gesti consulatus rationem reposcerent. 25 Qui estis in urbe, nobis neglectis, qui pro Rep. pugnamus. Erat antem Cicero in Decemviris: cp. seq. 26 Redacta. 27 Proficiscerer: persequebatur enim Antoninm. 28 Quod deberem pati. 29 Romæ. 30 Quibus innuant, te versari in magno periculo. 31 In quo verseris. 32 Veteranos. 33 Si fueris perterrefactus. Lucret. poem. lib. II. *His tibi cum rebus timefactæ religiones.* 34 Cæsare. 35 Per eos in vos Decem-viros. 36 Totum hoc quod isti jactant, atque in te conferunt, i. totam istam fictionem indignationis Cæsaris. 37 Ortam esse. 38 Lucrentur. Petierunt enim, agros sibi dividi. * Et tamen volo, etc. 39 Considera et cave. 40 Si percipiaris timere. 41 Resisti, ut iratos mitiges. 42 Resistas omnibus rebus, quibus, etc. 43 Ut ego et Cæsar in Decem-viris simus. 44 Et ut facias. 45 Quod attinet ad præmia. 46 Utile. 47 Veteranis nostris. 48 A me et Cæsare. Al. *ab utrisque* nobis. 49 Quos veterani appetunt. 50 Tarde, sc. agas. 51 Consideratione. 52 Publicæ, quæ minima est. 53 Censeas vel dicas. 54 Opinor significari Martiam, Quartam et Septimam, quæ cum Hirtio et Pansa contra Antonium pugnaverant, et unam prætcrea Bruti. 55 Quos forte Silanus Lepidi Legatus habuerat qui ad Antonium ierat. 56 Ea sc. parte, quam C. Cæsar primo suo consulatu non diviserat. Vide ep: 9. l. 1. et ep. 10. l. 8.

hortatur, sed amor in te, et cupiditas[57] otii,[58] quod sine te[59] consistere non potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam: legiones armo, paro: spero me[60] non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus, et impetus hominum. De exercitu, quem Pansa habuit,[61] legionem mihi Cæsar[62] non remittit. Ad has literas statim mihi rescribe, tuorumque aliquem mitte, si quid[63] reconditum magis erit,[64] meque scire opus esse putaris. Vale. VIII. Kal. Jun.[65] Eporedia.

XXI. M. T. C. D. BRUTO IMP. S. D.

[1] Dii[2] isti[3] Segulio[4] male faciant, homini nequissimo omnium,[5] qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt.[6] Quid? tu[7] illum tecum solum, aut cum[8] Cæsare, qui neminem prætermiserit, quicum loqui potuerit; cui non eadem ista dixerit? Re[9] tamen, mi Brute, sic amo, ut debeo, quod istud, quicquid esset, nugarum me scire voluisti: signum enim magnum amoris[10] dedisti. Nam quod idem Segulius ait, veteranos queri, quod tu, et Cæsar in[11] decemviris non essetis, utinam ne ego quidem essem! Quid enim[12] molestius? sed tamen, cum ego sensissèm,[13] de iis, qui exercitus haberent, sententiam[14] ferri oportere: iidem illi, qui solent, reclamarunt: Itaque[15] excepti etiam estis, me vehementer repugnante. Quocirca Segulium[16] negligamus, qui[17] res novas quærit: non quo[18] veterem[19] commederit ([20] nullam enim habuit) sed[21] hanc ipsam,[22] recentem, novam devoravit. Quod autem[23] scribis,[24] te, quod pro te ipso non facias, id pro me, ut de me timeas aliquid: omni te, vir optime, mihique carissime Brute,[25] de me metu libero. Ego enim, quæ provideri potuerunt, non fallar in iis:[26] quæ cautionem non habebunt,[27] de iis non ita valde laboro. Sim etenim[28] impudens, si plus postulem, quam homini a rerum

57 Cessationis a bello. 58 Otium. 59 Firmum et stabile esse. 60 Satis utilem. 61 Tironem. 62 Quia jam tum Cæsar sperare cœperat ad defectionem militum. 63 Occultum. 64 Ut ego sciam. 65 Oppido in Gallia Cisalpina, in faucibus Salassorum vallis, hodie *Ivrea* et *Invrea*.

1 Respondet superiori epistolæ. 2 Contemptibili et pernicioso. 3 Labeoni. 4 Ep. 11. l. 5. Dalmatis Dii malefaciant. 5 Hyperbole. 6 Sc. *putas?* 7 Locutum. 8 Octavio. 9 Licet ille futilis et contemnendus sit. 10 Hoc faciendo. 11 Numero Decemvirorum. 12 Quam cum magistratum nunc quærere. 13 Quales erant Brutus et Cæsar. 14 Ut Decemviri crearentur. 15 E Decemviratu. 16 Contemnamus. 17 Immutationem statuum. Ex ambiguo dictum. 18 Rem, i. substantiam suam. 19 Absumpserit. 20 Rem veterem. 21 Modicam, quam habuit, vel hæreditate acceptam, vel a C. Cæsare, cum viveret, donatam: nam Octavii amicus erat. 22 Recenter a patre per mortem ejus acceptam, et ita non permisit eam fieri veterem. 23 In principio epistolæ. 24 Qui de te nihil timeas. 25 Nolo quicquam de me metuas. 26 Quæ nullo humano consilio caveri potuerunt. 27 Si decipiar in iis. 28 Invere-

[29] natura tribui potest. Quod mihi præcipis, ut caveam, ne timendo magis timere cogar; et sapienter, et amicissime [30] præcipis. Sed velim tibi persuadeas, cum te constet excellere hoc genere virtutis, ut nunquam extimescas, nunquam perturbere, [31] me huic tuæ virtuti proxime accedere. Quamobrem neque metuam quicquam, et cavebo [32] omnia. Sed vide, ne tua jam, mi Brute, [33] culpa futura sit, si ego quicquam timeam: tuis enim, [34] opibus, et [35] consulatu tuo, etiamsi [36] timidi essemus, tamen omnem timorem abjiceremus, præsertim cum persuasum omnibus esset, mihique maxime, nos a te [37] unice diligi. Consiliis tuis, quæ scribis, de quatuor legionibus, deque agris assignandis, ab [38] utrisque vestrum, vehementer assentior. Itaque, cum quidam [39] de collegis nostris [40] agrariam curationem [41] ligurirent, disturbavi rem, totamque vobis integram [42] reservavi. Siquid erit occultius, et, ut scribis, reconditum, meorum aliquem mittam, [43] quo fidelius ad te literæ perferantur. Vale. Pridie Non. Jun.

XXII. M. T. C. D. BRUTO IMP. S. D.

[1] Cum Ap. Claudio [2] C. F. summa mihi [3] necessitudo est, multis ejus officiis, et meis mutuis [4] constituta. Peto a te [5] majorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, ut eum auctoritate tua, quæ plurimum valet, [6] conservatum velis. Volo te, cum [7] fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum [8] existimari. Magno tibi erit ornamento, nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse [9] salvum: [10] Cujus quidem causa [11] hoc melior debet esse, quod, [12] pietate adductus, propter [13] patris [14] restitutionem [15] se cum Antonio conjunxit. Quare etsi [16] minus veram causam habebis, tamen [17] vel probabilem ali-

eundus in petendo. 29 Quæ unicuique limites constituit. 30 Mones. 31 Me non multo minus imperterritum esse, quam te. 32 Metuenda. 33 Quia persecutus Antonium non erat. 34 Potentiis: sc. *freti*. 35 Sequentis anni. 36 A natura. 37 Singulariter, mirifice. Suetonio *unicus Imperator* est summus, maximus, præstantissimus omnium. 38 Te et Cæsare. 39 Decemviris, in quibus erat Cicero. 40 Agrorum distribuendorum curam, ut ipsi agros assignarent. 41 Ambirent, vehementer appeterent, jam quasi rem dulcem fingerent et degustarent, sperantes ex ea re lucrum, aut favorem sese capturos. 42 Eam. 43 Ut.

1 Commendat Appium Claudium Bruto. Epistola est commendatoria. 2 Caji Claudii filio. Patris prænomen addidit, ut ab aliis, qui eodem prænomine et nomine uterentur, eum distingueret. 3 Conjunctio amicitiæ. 4 Inita et comparata. 5 Obnixe. 6 Salvum esse. 7 In Cæsaris nece, et Mutinensi eruptione. 8 Judicari. 9 Conservatum. 10 Adolescentis. 11 Propter hoc. 12 In patrem. 13 Sui. 14 Videtur pater ejus, cum exularet, ab Antonio consule in patriam restitutus. 15 Al. *me*. 16 Non satis æquam, justam. 17 Sal-

quam [18] poteris inducere.[19] Nutus tuus potest hominem, [20] summo loco natum, summo ingenio, summa virtute; [21] officiosissimum [22] præterea, et [23] gratissimum, incolumem in civitate retinere. [24] Quod ut facias, ita a te peto, ut majore studio magisve ex [25] animo petere non possim. Vale.

XXIII. BRUTUS CICERONI S. D.

[1] Nos hic valemus recte, et, [2] quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus [3] commode [4] de nobis sentire videtur. Omni timore deposito, debemus libere Reip. consulere. Quod si omnia essent [5] aliena, tamen [6] tribus tantis exercitibus propriis Reip. valentibus, magnum animum habere debebas, [7] quem [8] et semper habuisti, et nunc, fortuna [9] adjuvante, augere potes. Quæ tibi [10] superioribus literis mea manu scripsi, [11] terrendi tui causa [12] homines loquuntur. [13] Si frenum momorderis, peream, si te omnes, quotquot sunt, [14] conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi ut antea scripsi, [15] dum mihi a te literæ veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. Kal. Jun. Eporedia.

XXIV. M. T. C. BRUTO S. D.

[1] Narro tibi: antea [2] subirascebar brevitati tuarum literarum: nunc mihi loquax esse videor: te igitur [3] imitabor. [4] Quam multa, quam paucis; [5] te recte valere, operamque dare, ut quotidie melius: Lepidum [6] commode sentire: [7] tribus exercitibus

tem. 18 Ut eum literis commendes ad amicos missis, vel etiam ad Senatum. 19 Solum judicium voluntatis. 20 Clarissimis natalibus. 21 In conferendis beneficiis. 22 Præter eas dotes. 23 In reddendis beneficiis. 24 Ut incolumem retineas. 25 Sententia mea.

1 Hortatur Brutus Ciceronem ad bene de Rep. sperandum: et se literas ejus exspectare dicit. Hortatoria est epistola. 2 Ut. 3 Bene et utiliter. 4 De republica. 5 Apud Lepidum, i. si vel Lepidus se cum Antonio conjungant. 6 Cum tres tanti exercitus Reip. proprii sint valentes, sc. Cæsaris Octavii, Planci et meus. 7 Animum. 8 Simul. 9 Favente, aspirante, profligato jam Antonio pugna Mutinensi. 10 Eodem die scriptis, i. 13 Kal. Jul. quarum initium est: *Quod pro me non facio.* 11 Ut te terreant. 12 Maxime Labeo Segulius: ep. 20. 13 Si eos contempseris, si te ferocem ostenderis, si pertinaci animo omnibus terriculamentis restiteris: ut, Virg. Æn. IV. *Stat sonipes, et frena ferox spumantia mandit.* Metaphora ab equis: qui dum equitibus obtemperare nolunt, frenum mordent, et dentibus tenent 14 Nedum loquentem. 15 Donec.

1 Si quid antea timoris fuerat, ademptum ait superioribus Bruti literis: addit, quid agendum ei sit, et de pecunia decreta. Epistola est responsoria ad præcedentem. 2 Succensebam parum. Eadem complexione non semel ad Atticum usus. Lib. XV. *Narro tibi, hæc loca venusta sunt.* Et secundo: Narro tibi: plane relegatus mihi videor. 3 Breviter respondendo ad ea, quæ breviter scripsisti. 4 Quam multas res, quam paucis verbis scripsisti superiore epistola? 5 Scripsisti enim, te, etc. 6 Utiliter. 7 Bruti, Plan-

[8] quidvis nos oportere confidere. Si timidus essem, tamen ista epistola mihi omnem metum abstersisset. Sed, ut mones, [9] frenum momordi: etenim, qui, te incluso, omnem spem habuerim in te, quid nunc [10] putas? cupio jam [11] vigiliam meam, Brute, tibi tradere: [12] sed ita, ut ne desim [13] costantiæ meæ. Quod scribis, in Italia te moraturum, [14] dum tibi literæ meæ [15] veniant: [16] si per hostem licet, non erratis: [17] multa enim Romæ: sin [18] adventu tuo bellum [19] confici potest, nihil sit [20] antiquius. Pecunia, [21] expeditissima quæ erat, tibi decreta est. Habes [22] amantissimum [23] Servium: nos non [24] desumus. Vale. VIII. Id. Jun.

XXV. M. T. C. BRUTO IMP. S. D.

[1] Exspectanti mihi tuas quotidie literas, Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem si quid vellem. Ego autem etsi quid scriberem, non habebam, ([2] acta enim ad te mitti sciebam: inanem [3] autem sermonem literarum tibi injucundum esse audiebam) brevitatem secutus sum [4] te magistro. Scito igitur in te et in [5] collega spem omnem esse. De [6] Bruto autem [7] nihil adhuc certi: quem ego, quemadmodum præcipis, [8] privatis [9] literis ad bellum commune vocare non desino: qui utinam jam adesset! [10] intestinum [11] urbis malum quod est non mediocre, [12] minus timeremus. Sed quid ago? [13] non imitor [14] λακωνισμὸν tuum: alteram jam [15] pagella [16] procedit. [17] Vince et vale. XIV. Kal. Quintiles.

ci et Lepidi. 8 Qnodlibet bonnm. 9 Contra impetum vires assumpsi, sicut equus, recalcitrare volens contra sessorem, ne freno o'ediat, frenum mordicus tenet. 10 Facere, vel quam spem habere me. 11 Solicitutidem et curam pro Rep. q. d. non opus est, ut ipse vigilem, dum tu pro Rep. excubabis. Translatio ergo ab excubantibns militibus, qui snccedunt per vigilias: nox autem in quatuor, vigilias distributa. 12 Cupio tradere. 13 Est enim inconstantis, deserere suum munus. 14 Donec. 15 Afferantur tibi. 16 Si hostis quoque in ira permanserit. 17 Multa enim dicuntur ant fiunt Romæ ejusmodi, ut in Italia dintius morandum tibi non esse videatur. 18 Statim cum ad hostem perveneris. 19 Finiri. 20 Charius. 21 Paratissima. 22 Tui. 23 De Servio ep. 7. hujus libri. 24 Tibi.

1 Exspectari a se Bruti literas: sibi nihil esse, quod scriberet: Reip. spem in ipso, et in ejus collega Planco omnem esse: de M. Bruto nihil certi. Nunciatoria est epistola. 2 Publica. 3 Minime necessarinm. 4 Qui id re ipsa docuisti: ep. 15. 5 L. Planco. 6 Marco Bruto. 7 Habeo vel audivi. 8 Mea auctoritate non publica, scriptis. 9 Meis. 10 Internum, quod est inter cives, qui sunt sub unis mœnibus, ut intestina sub una pelle. 11 Senatorum dissensionem. 12 Quam nunc timemus. 13 Ut costitueram. 14 Formam scribendi brevitate Laconica, Laconicam, qua tu soles uti brevitatem. 15 Codicillorum. 16 Occupatur scriptura. 17 Hostes.

XXVI. BRUTUS IMP. CICERONI S. D.

[1] Maximo meo dolore hoc solatio utor, quod intelligunt homines, non sine causa me timuisse [2] ista quæ acciderunt. [3] Deliberent, utrum [4] trajiciant legiones ex Africa, [5] nec ne; et ex Sardinia Brutum [6] arcessant, nec ne: et mihi stipendium dent, an non, [7] decernant. Ad senatum literas misi. Crede mihi, [8] nisi ista omnia ita fiunt, quemadmodum scribo, [9] magnum nos omnes adituros periculum. Rogo te, [10] videte quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant: et [11] fide opus est et celeritate. Vale. III. Non. Jun. ex castris.

XXVII. M. T. C. MATIO [1] S. D.

[2] Nondum satis [3] constitui, [4] molestiæ-ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster, homo cum [5] plenus officii, tum [6] utriusque nostrum amantissimus. Nam cum [7] in Tusculanum vesperi venissem, postridie ille ad me [8] nondum satis firmo corpore cum esset, mane venit. Quem cum objurgarem quod [9] parum valetudini parceret: tum [10] ille, [11] nihil sibi fuisse longius, quam ut [12] me videret. [13] Nunquidnam, inquam, novi? [14] detulit ad me querelam tuam: de qua prius quam respondeo, pauca præponam. [15] Quantum memoria repetere præ-

1 Sollicitus ob Antonii cum Lepido conjunctionem, postulat, ut legiones quamprimum sibi stipendiumque mittatur. Monitoria est epistola ac petitoria. 2 Conjunctionem Lepidi cum M. Antonio. 3 Ironia cum stomacho. 4 Transmittant in Italiam. 5 An non. 6 Vocent ad se M. Brutum, qui erat in Macedonia. 7 Dandum. 8 Nisi legiones arcessantur, et stipendium decernatur mihi. 9 Verissimum augurium. Nam, Novembri mense inita inter Lepidum, Antonium, Octavium societate, et omnes, et omnia periere. 10 Attendite. 11. Fidelitate.

1 Doctissimo viro. ep. 15. l. 7. 2 Questus erat Matius, accusari se a Cicerone, tum quod in lege quadam Cæsaris suffragium tulisset tum etiam quod ludos Cæsari mortuo ab Octaviano datos, curasset. Cicero ita se purgat, ut alterum negari a se dicat, alterum defendi. Est autem purgatio in primis accurata, et ab exquisito quodam artificio deprompta: nam voluntatis in Matium suæ argumenta Cicero sumit a vetustate, a mutua benevolentia, a veteribus Matii beneficiis, a familiaritate, a recentibus officiis, præterea ab ejusdem fide, consilio, gravitate, constantia, lepore, humanitate, literis: deinde ad Matii querelam respondet. Epistola excusatoria et confutatoria. 3 Liquido declarare possum. 4 Doloris, tristitiæ. 5 Humanissimus, officiosus. 6 Tui et mei. 7 In villam meam Tusculanam. 8 Adhuc aliquantulum infirmo ex priori morbo. 9 Non satis curaret dubiam valetudinem. 10 Sc. *respondebat*. 11 Nihil se magis desiderasse. 12 Salvum et incolumem salutaret. 13 Ajo tunc illi, num quidnam novi, sc. afferret? 14 Narravit te conqueri, quod accusareris quasi libertatis inimicus. 15 Idem aliis verbis in Oratione pro Archia: Quoad longis-

terita possum, [16] nemo est mihi te amicus antiquior, sed [17] VETUSTAS *habet aliquid commune cum multis*, *amor non habet*, dilexi te, quo die cognovi, meque a te diligi [18] judicavi, tuus deinde [19] discessus, isque diuturnus, [20] ambitio nostra, et [21] vitæ dissimilitudo [22] non est passa [23] voluntates nostras [24] consuetudine [25] conglutinari. Tuum tamen erga me animum agnovi multis annis ante [26] bellum civile, cum Cæsar [27] esset in Gallia: quod enim [28] vehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in [29] suis. Multa prætereo, quæ [30] temporibus illis inter nos familiarissime dicta, scripta, [31] communicata sunt. [32] Graviora enim sunt consecuta. Et initio belli civilis, cum [33] Brundisium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me in [34] Formianum primum, [35] hoc ipsum [36] quanti, præsertim temporibus [37] illis? deinde, oblitum me putas consilii, sermonis, humanitatis tuæ? [38] quibus rebus interesse memini [39] Trebatium. Nec vero oblitus sum literarum tuarum, quas ad me misisti, cum Cæsari obviam venissem in agro, * ut arbitror, [40] Trebulano. Secutum illud tempus est, cum me ad Pompejum [41] proficisci sive [42] pudor meus coegit, sive [43] officium, sive [44] fortuna, quod officium tuum, quod studium vel in absentem me, vel in [45] præsentes meos defuit? quem [46] porro omnes

sime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. 16 Neminem habeo antiquiorem inter amicos et chariorem te. Nam utrumque significat *antiquum*. 17 Significat Cicero intercedere quidem inter quosdam notitiam non nuperam, non tamen continuo tantum ardorem benevolentiæ, quantus inter illos. 18 Existimavi, credidi. 19 In Galliam cum Cæsare, ut patet ex l. VII. ep. 15. 20 Æmulatio in obtinendis honoribus, quæ consuetudinem tollit. 21 Matius enim militarem vitam agebat, Cicero civilem. 22 Non permisit. 23 Animos. 24 Familiari conversatione. 25 Arcte consolidari et conjungi. 26 Inter Pompejum et Cæsarem. 27 Proconsulari potestate. 28 Valde. 29 Amicis ac familiaribus. 30 Inter bellum civile. 31 Hinc inde. 32 Turbidiora sc. *negotia* vel *tempora*. 33 Cum Cæsar e Gallia veniens ad hanc urbem sex legionibus castra metaretur. 34 Villam Formianam, in quam se Cicero receperat. 35 Adventus tuus in Formianum, cujus meminit Cicero. l. IX. ad Att. ep. 11. 36 Quanti æstimari debet. 37 Tam turbulentis, tam dubiis et suspectis cum armis de jure publico disceptaretur. 38 Adventui, consilio, sermoni, humanitati, quæ cum laude commemorat. l. IX. ad Att. epist. 11. 39 Jurisconsultum, cujus supra meminit, quem una cum Matio abeuntem pueris suis prosecutus est. v. l. IX. ad Att. ep. 15. * Si recte recordor. 40 *Trebula* est oppidum in Campanis, sive, ut alii, in Sabinis. Hujus autem occursus sui mentionem facit Cicero. l. IX. ad Att. ep. 18. 41 In Græciam, in quam Pompejus, relicta Italia, profugerat. 42 Ne partes optimatium, quibus semel adhæseram, desererem. 43 Quo semper prosequebar Pompejum. 44 Mala, iniqua, in qua turpe fuisset deficere ab amico. 45 Amicos et propinquos meos, qui Romæ et in Italia remanserant. 46 Præ-

[47] mei et mihi et sibi te amiciorem judicaverunt? veni [48] Brundisium: oblitumne me putas, qua celeritate, [49] ut primum audieris, ad me [50] Tarento [51] advolaris? quæ tua fuerit assessio, [52] oratio, [53] confirmatio animi mei [54] fracti [55] communium miseriarum metu? Tandem aliquando Romæ [56] esse cœpimus: quid defuit nostræ familiaritati? in maximis rebus quonam modo me gererem adversus Cæsarem, [57] usus tuo consilio sum. In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, ut domum [58] ventitares, horasque multas sæpe [59] suavissimo sermone consumeres? tum cum etiam, si meministi, ut hæc [60] φιλοσοφούμενα scriberem, ut me [61] impulisti. Post [62] Cæsaris reditum [63] quid tibi [64] majori curæ fuit, quam ut essem ego [65] illi quam [66] familiarissimus? quod effeceras. [67] Quorsum igitur hæc [68] oratio [69] longior, quam putaram? [70] Quia sum admiratus, te, qui [71] hæc [72] nosse deberes, quicquam a me commissum, quod [73] esset alienum nostra amicitia, credidisse. Nam præter [74] hæc, quæ [75] commemoravi, quæ [76] testata sunt et [77] illustria, habeo multa [78] occultiora, quæ vix [79] verbis exequi possum. Omnia me tua delectant, sed maxime maxima cum [80] fides in amicitia, [81] consilium, gravitas, constantia, tum [82] lepos, humanitas, [83] literæ: quapropter [84] redeo nunc ad [85] querelam. Ego te [86] suffragium tulisse in illa lege primum non credidi: deinde, si credidissem, nunquam id sine aliqua justa causa existimarem te fecisse. [87] Dignitas tua facit, ut [88] animadvertatur, quicquid facias: [89] malevolentia autem hominum, ut [90] nonnulla [91] durius quam a te facta sint, proferantur. [92] Ea

terea. 47 Necessarii et familiares mei. 48 Oppidum hoc situm fuit in Calabria, unde commodus erat trajectus in Græciam, hodie vocatur Brindisi. 49 Sc. me adesse. 50 Tarentum est oppidum in Calabria, hodie Taranto. 51 Citissime ad me properaveris. 52 Sermo. 53 Erectio, consolatio. 54 Desperantis et despondentis. 55 Bellorum civilium. 56 Vivere, post discessum Ciceronis a Pompejo. 57 Tuum adhibui consilium et secutus sum. 58 Sæpe et assidue venires. 59 Gratissimis colloquiis. 60 Libros philosophicos de finibus, Tusculanas Questiones, et alia, quæ scripsit afflicta re publica. 61 Auctor fuisti, suasisti. 62 Confectis bellis civilibus. 63 Quæ res. 64 Majore diligentia curabatur. 65 Cæsari. 66 Amicissimus, notissimus. 67 In quem finem? 68 Series epistolæ. 69 Sc. *est*. 70 Nim. *rogabis*. 71 Amicitiam et familiaritatem nostram, et tua in me beneficia. 72 Scire. 73 Repugnaret nostræ necessitudini, aut abhorroret ab ea. 74 Testimonia nostræ familiaritatis. 75 Narravi. 76 A multis testibus comperta. 77 In oculis hominum gesta et cognita. 78 Secreta et minus nota. 79 Verbis exprimere et narrare. 80 Fidelitas. 81 Prudentia in consiliis. 82 Gratia et suavitas morum. 83 Excellens eruditio. 84 Venio. 85 Qua conquerebaris te accusari quasi inimicum libertatis. 86 Assensisse, ut lex illa ferretur. 87 In qua fuisti constitutus apud Cæsarem. 88 Diligenter consideretur. 89 Invidia et odium. 90 Aliqua. 91 In Pejorem partem. 92 Malos rumores, qui de te spar-

si tu non audis, quid dicam nescio. Equidem, si quando audio, tam [93] defendo, quam me scio a te contra [94] iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex; [95] alia sunt quæ [96] liquido negare soleam, ut de isto ipso [97] suffragio: alia quæ [98] defendam a te pie fieri et humane, ut de curatione [99] ludorum. Sed te hominem [1] doctissimum non [2] fugit, si Cæsar [3] rex fuerit, quod mihi quidem videtur, in utramque partem de tuo [4] officio disputari posse; vel in eam, qua ego uti [5] soleo, laudandam esse fidem et humanitatem tuam, qui [6] amicum etiam mortuum diligas: vel in eam, qua [7] nonnulli utuntur, libertatem patriæ vitæ amici [8] anteponendam. Ex his [9] sermonibus utinam essent delatæ ad te [10] disputationes meæ. Illa vero duo, [11] quæ maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentius quam ego commemorat, aut sæpius, te et non [12] suscipiendi belli civilis gravissimum [13] auctorem fuisse, et [14] moderandæ victoriæ? In quo, qui mihi non assentiretur, inveni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio [15] familiari nostro, qui mihi dedit [16] causam harum literarum. [17] Quibus nisi credideris, me omnis [18] officii et humanitatis [19] expertem judicaris. [20] Quo nec mihi [21] gravius quicquam potest esse, nec a te [22] alienius. Vale.

XXVIII. MATIUS CICERONI S. D.

[1] Magnam voluptatem ex tuis literis [2] cepi, quod, quam speraram atque optaram, habere te de me opinionem [3] cognovi: de qua etsi non dubitabam, tamen, quia [4] maximi existimabam, ut [5] incorrupta maneret; [6] laborabam. Conscius autem mihi eram, nihil a me [7] commissum esse, quod [8] boni cujusquam [9] offenderet animum, eo minus credebam [10] plurimis at-

guntur. 93 Te. 94 Sc. de me censores, qui mihi detrahunt. 95 Quæ de te dicuntur. 96 Sine ullo metu, aut salva, ut dicitur, conscientia, et clare. 97 Legis ferendæ, cujus supra meminit. 98 Afferam inter defensionem tui. 99 Sc. funebrium in mortem Cæsaris, quos Cæsar Octavianus edidit, ut patet epistola sequenti. 1 Sic vocatur Matius a Cicerone lib. VII. ep. 15. 2 Latet, occultum est. 3 Tyrannus. 4 In illum exhibito. 5 In defensione tui. 6 Cæsarem. 7 Inimici tui. 8 Præferendam esse. 9 Qui in utramque partem disputantur de te. 10 Quas ego de te habeo. 11 Præcipua capita tuarum laudum. 12 Inchoandi aut gerendi. 13 Suasorem. 14 Modeste habendæ, ut civibus victis parceretur a Cæsare. 15 Amico utriusque nostrum. 16 Occasionem, ut has literas scriberem. 17 Literis. 18 Grati animi et amicitiæ. 19 Nescium et plane rudem. 20 Judicio. 21 Ingratius aut molestius. 22 Magis abhorrens, aut quod te minus decet.

1 Excusat in hac responsione Matius se ipsum contra calumniatores. Purgatoria est epistola. 2 Accepi. 3 Intellexi. 4 Multum putabam in eo situm esse. 5 Indelibata et intacta. 6 Sollicitus eram. 7 Factum. 8 Sc. viri. 9 Læderet aut turbaret. 10 Erat enim Cicero instructissimus sapientiæ et

que optimis artibus ornato tibi [11] temere quicquam [12] persuaderi potuisse, præsertim [13] in quem mea [14] propensa et [15] perpetua [16] fuisset atque esset benevolentia. Quod [17] quando, ut [18] volui, scio esse, respondebo [19] criminibus, quibus tu pro me, [20] ut par erat, tua singulari [21] bonitate et amicitia nostra sæpe restitisti. [22] Nota enim mihi sunt, [23] quæ [24] in me post [25] Cæsaris mortem [26] contulerint. [27] Vitio mihi dant, quod mortem [28] hominis necessarii [29] graviter fero, atque [30] eum, quem dilexi, [31] periisse [32] indignor. [33] Ajunt enim [34] patriæ amicitiam præponendam esse: perinde [35] ac si jam vicerint, obitum [36] ejus Reip. fuisse utilem. Sed non agam [37] astute. Fateor me ad istum gradum sapientiæ non pervenisse. Neque enim Cæsarem in dissensione civili [38] sum secutus: sed amicum, quanquam [39] re offendebat, tamen non deserui: neque bellum unquam civile aut etiam causam dissensionis [40] probavi, quam etiam [41] nascentem [42] extingui [43] summe studui. Itaque in victoria hominis necessarii, neque [44] honoris, neque pecuniæ dulcedine sum [45] captus: quibus [46] præmiis reliqui, [47] minus apud eum quam ego, cum possent, [48] immoderate sunt abusi. Atque etiam [49] res familiaris mea, [50] lege Cæsaris [51] diminuta est: cujus beneficio plerique, qui Cæsaris morte lætantur, remanserunt in [52] civitate. [53] Civibus victis ut parceretur, æque, ac pro mea [54] salute, [55] laboravi. [56] Possum igitur, qui omnes [57] voluerim incolumes, [58] eum, a quo [59] id impetratum est, periisse, non [60] indignari? cum præsertim iidem homines [61] illi [62] invidiæ et exitio fuerint. [63] Plecteris ergo, inquiunt, [64] quan-

eloquentiæ dotibus. 11 Sine ulla rationis specie. 12 Ut nim. crederes. 13 Erga. 14 Bene affecta et inclinata. 15 Non intermissa, 16 Erat enim inter primos amicorum Ciceronis. 17 Quoniam, quandoquidem. 18 Optavi. 19 Criminationibus. 20 Uti æquum erat. 21 Benevolentia. 22 Manifesta. 23 Quæ crimina. 24 Contra me. 25 C. Julii Cæsaris. 26 Fabricaverint, excogitaverint, sc. obtrectatores. 27 Crimini mihi vertunt. 28 Amici valde familiaris. 29 Tristis sum et doleo. 30 Cæsarem. 31 Interfectum esse. 32 Indignanter patior. 33 Inimici mei. 34 Amorem patriæ præferendum esse amicitiæ defuncti Cæsaris. 35 Quasi jam probaverint, atque omnes concesserint. 36 Sc. Cæsaris. 37 Sine dolo malo. 38 Sc. eo animo, ut foverem discordiam civilem. 39 Discordiam. 40 Approbavi. 41 In principio. 42 Ut exstingueretur. 43 Maximopere laboravi. 44 Civilium dignitatum. 45 Delectatus. 46 Honorum aut pecuniæ. 47 Cum in tanta gratia non essent apud eum quam ego. 48 Intemperanter et cum àvaritia quadam. 49 Bona mea, meæ facultates. 50 Per Cæsarem lata, de qua vide ipsum Cæsarem lib. III. bell. Civil. 51 Accisa. 52 Romæ. 53 Auctor erat moderandæ victoriæ. 54 Vita. 55 Operam dedi. 56 Nonne mihi igitur licet? 57 Laboraverim pro incolumitate et salute omnium. 58 Cæsarem. 59 Incolumitas civium. 60 Ægre et graviter ferre. 61 Cæsari. 62 Causa invidiæ et exitii. 63 Pœnas dabis. 64 Quando-

do factum nostrum [65] improbare audes. O superbiam inauditam! alios in [66] facinore gloriari, aliis ne dolere quidem [67] impune licere! At hæc etiam servis semper [68] libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerent, suo potius quam alterius [69] arbitrio. Quæ nunc, ut quidem [70] isti dictitant, [71] libertatis auctores metu nobis [72] extorquere conantur. Sed [73] nihil agunt nullius unquam periculi terroribus ab [74] officio, aut ab humanitate [75] desciscam. NUNQUAM enim honestam mortem fugiendam, sæpe etiam [76] appetendam, putavi. Sed quid mihi [77] succensent, si id opto, ut pœniteat eos sui facti? [78] cupio enim Cæsaris mortem omnibus esse acerbam. [79] At debeo [80] pro civili parte [81] Rempub. velle salvam. [82] Id quidem me cupere, nisi et anteacta vita et reliqua mea spes, [83] tacente me, [84] probat: [85] dicendo vincere non postulo. Quare [86] majorem in modum te rogo, ut [87] rem [88] potiorem oratione ducas: mihique, si [89] sentis expedire recte fieri, credas nullam communionem cum [90] improbis esse posse. An quod adolescens præstiti, cum etiam [91] errare cum [92] excusatione possem, id nunc ætate [93] præcipitata, commutem, ac [94] me ipse retexam? non faciam, neque, quod displiceat, committam, præterquam quod hominis mihi [95] conjunctissimi ac viri [96] amplissimi doleo [97] gravem casum. Quod si aliter essem [98] animatus, nunquam, quod facerem, negarem ne et in peccando improbus, et in dissimulando timidus ac vanus existimarer. [99] At [1] ludos, quos Cæsaris victoriæ [2] Cæsar adolescens [3] fecit, curavi. [4] At [5] id ad [6] privatum officium, non ad statum Reipub. pertinebat. Quod tamen munus et [7] hominis amicissimi memoriæ, ac [8] honoribus præstare etiam mortui debui, et optimæ spei adolescen-

quidem. 65 Vituperare. 66 Scelerato facto. 67 Sine metu pœnæ. 68 Licita. 69 Judicio et voluntate. 70 Malevoli et inimici frequenter dicunt. 71 Libertatis amissæ recuperatores. 72 Violentia eripere. 73 In cassum laborant. 74 Quod Cæsari debeo. 75 Deficiam. 76 Desiderandam, expetendam. 77 Offensi sunt. 78 Cupio enim, ut omnes judicent Cæsarem immature obiisse, ideoque debere ejus obitum lugeri ab omnibus. 79 Objectio, quam sibi ponit ex sententia inimicorum. 80 Quia civis sum. 81 Optare reipub. salutem. 82 Me quidem velle remp. salvam. 83 Etiamsi ego taceam. 84 Comprobat. 85 Verbis. 86 Obnixe a te peto. 87 Sc. vitam anteactam et reliquam spem. 88 Existimes plus valere verbis. 89 Extimes utile esse, ut omnia recte fiant. 90 Intelligit occisores Cæsaris. 91 Peccare. 92 Ætatis, quia ei aliquid conceditur. 93 Vergente ad senium. 94 Pœnitentiam agam priorum meorum factorum. *Similitudo est a textoribus sumpta, qui, si quid male textum fuerit, telam omnem retexunt.* 95 Necessarii. 96 In amplissima dignitate constituti. 97 Indignam cædem. 98 Affectus. 99 Objectio. 1 Funebres &c. 2 Cæsar Octavianus, qui tum erat XVIII. annorum circiter adolescens. 3 Edidit. 4 Confutatio. 5 Curatio ludorum. 6 Ad officium, quod amicis debetur. 7 Cæsaris. 8 In honorem mortuorum enim munera seu spectacula po-

ti, ac [9] dignissimo Cæsare, petenti negare non potui. [10] Veni etiam consulis [11] Antonii sæpe domum [12] salutandi causa: ad quem, qui me [13] parum patriæ amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi causa [14] frequentes ventitasse [15] reperies. [16] Sed quæ hæc est arrogantia, quod Cæsar nunquam [17] interpellavit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ipse non diligebat, tamen [18] iis uterer; eos, qui mihi amicum eripuerunt, [19] carpendo me, efficere conari, ne quos velim diligam? Sed non vereor, ne aut meæ vitæ [20] modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores, aut etiam ii, qui me non amant propter meam in Cæsarem constantiam, non malint [21] mei quam [22] sui similes amicos habere. Mihi quidem si [23] optata contingent, quod reliquum est vitæ, in otio [24] Rhodi [25] degam: sin casus aliquis [26] interpellarit, ita [27] ero Romæ, ut [28] recte fieri semper cupiam. Trebatio nostro magnas gratias ago, quod tuum erga me animum, [29] simplicem atque amicum, aperuit, et quod [30] eum, quem semper dilexi lubenter, quo magis jure [31] colere atque observare deberem, fecit. Bene vale, et me dilige.

XXIX. [1] M. T. C. M. OPPIO S. D.

[2] Dubitanti mihi, quod scit [3] Atticus noster, de hoc toto consilio profectionis, [4] quod [5] in utramque partem in mentem multa veniebant, [6] magnum pondus accessit ad tollendum dubitationem, [7] judicium et consilium tuum: nam et [8] scripsisti aperte, quid tibi videretur: et Atticus ad me [9] sermonem tuum pertulit. Semper judicavi [10] in te et in capiendo consilio pru-

pulo solebant dari. 9 Qui dignissimus est ut in hæreditatem et familiam Cæsaris succedat. 10 Objectio. 11 M. Antonii, qui consul erat cum Cæsare. 12 Solebant quippe clientes mane patronos in ædibus suis salutare. 13 Inimicum esse libertati patriæ. 14 Magno numero et crebro venisse. 15 Cognosces. 16 A minori hic procedit ad majus. Cæsar permisit ut uterer inimicis suis; percussores Cæsaris nolunt, ut diligam, quos lubeat. 17 Prohibuit. 18 Conversarer cum iis. 19 Increpando. 20 Incorrupta et temperans vitæ ratio. 21 Constantes et fidos. 22 Inconstantes et desultores. 23 Si e voto succedant omnia. 24 Rhodus insula est et civitas ex adverso Cariæ; sed libera est civitas. Vid. l. iv. ep. 7. 25 Transigam. 26 Impediverit. 27 Vivam. 28 Benè agi omnia. 29 Sincerum et infucatum. 30 Ciceronem intelligit. 31 Venerari et revereri.

1 Antequam Cicero in Græciam proficiscatur, res suas commendat Oppio, commemoratis meritis, quibus Oppius eum ante devinxerat. Epistola est narratoria. 2 Dum dubito et ambigo num abiturus sim in Græciam. 3 T. Pomponius Atticus, quem sæpe de hac profectione consulueral. 4 Quia. 5 Ne abirem suadentia alia, alia hortantia ut proficiscerer. 6 Magnum fuit momentum amoliendæ dubitationi. 7 Arbitrium. 8 Ad me. 9 Quem habuisti cum ipso. 10 Te esse prudentissimum in capessendis consiliis, et fide-

dentiam summam esse et in dando fidem: maximeque sum expertus, cum initio [11] civilis belli per literas [12] te consuluissem, quid mihi faciendum esse [13] censeres; eundumne ad [14] Pompejum, an manendum in Italia? suasisti, ut [15] consulerem dignitati meæ, ex quo, quid sentires, intellexi: et sum admiratus fidem tuam et in consilio dando [16] religionem, quod cum aliud malle [17] amicissimum tuum putares, [18] antiquius tibi [19] officium meum, quam illius voluntas fuit. Equidem et [20] ante hoc tempus te dilexi: et semper me a te diligi, sensi: et cum [21] abessem atque [22] in magnis periculis essem, et me absentem et [23] meos præsentes a te [24] cultos et defensos esse memini: et post meum [25] reditum quam familiariter mecum vixeris, quæque ego de te et senserim et prædicarim, omnes, [26] qui solent hæc animadvertere, testes habemus. [27] Gravissimum vero judicium de mea fide et de constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum judicium nisi mea summa [28] benevolentia erga te omnibusque [29] meritis [30] comprobaro, ipse [31] me hominem non putabo. Tu, mi Oppi, [32] conservabis amorem tuum, (etsi [33] more magis hoc quidem scribo, quam [34] quo te admonendum putem) [35] meaque omnia tuebere: quæ [36] tibi ne ignota essent, Attico mandavi. A me autem, [37] cum paulum otii nacti erimus, [38] uberiores literas expectato. [39] Da operam, ut valeas. [40] Hoc mihi gratius facere nihil potes.

lissimum in dandis. 11 Inter Pompejum et Cæsarem. 12 Consilium tuum quæsivissem. 13 Existimares. 14 Postquam Brundisio prufugerat. 15 Curam gererem dignitatis meæ. 16 Pietatem. 17 Cæsarem quem Oppius fuit secutus in bello civili. 18 Potius. 19 Quo Pompejum sequi debebam. 20 Ante tempus belli civilis. 21 In exilio. 22 Erat enim Ciceroni aqua et igui interdictum. 23 Propinquos meos, qui Romæ remanserant. 24 In amicitiam et tutelam tuam susceptos. 25 In urbem. 26 Qui talia notant et observant. 27 Gravissime autem judicavisti de fide et constantia in amore tui, licet diversas partes in civili dissensione essemus secuti. 28 Amore. 29 Beneficiis. 30 Comprobavero. 31 Umani omne a me alienum putabo. 32 Constans eris in amore tuo. 33 More solito. Vid. lib. xii. ep. 17. 34 Ut. 35 Rerum mearum curam geres. 36 Ut scires. 37 Cum majorem scribendi occasionem habebimus a negotiis. 38 Copiosiores, prolixiores. 39 Cura. 40 Hac re.

LIBER DUODECIMUS.

I. [1] M. T. C. C. CASSIO S. D.

[2] Finem nullam facio, mihi crede, Cassi, de te, et de Bruto [3] nostro, id est, de tota Repub. cogitandi, [4] cujus omnis spes in [5] vobis est, et in D. Bruto: [6] quam quidem jam habeo ipse meliorem, Rep. a Dolabella [7] meo præclarissime [8] gesta. [9] Manabat enim illud [10] malum urbanum, et ita [11] corroborabatur quotidie, ut ego quidem et [12] urbi et [13] otio diffiderem urbano: sed ita [14] compressa est, ut mihi videamur omne jam ad tempus, ab illo duntaxat [15] sordidissimo periculo, tuti futuri. [16] Reliqua magna sunt et multa, sed [17] posita omnia sunt in vobis: quanquam [18] primum quidque [19] explicemus. Nam, [20] ut adhuc quidem actum est, non [21] regno, sed [22] rege liberati videmur; interfecto enim [23] rege, [24] regios omnes nutus tuemur. Neque vero id solum, sed etiam, quæ [25] ipse ille, si viveret, non faceret, ea nos, quasi [26] cogitata ab illo, [27] probamus. Nec ejus quidem rei finem video! [28] Tabulæ figuntur, [29] immunitates dantur: pecuniæ maximæ [30] describuntur: [31] exules [32] reducuntur; S. C. falsa [33] referuntur: ut tantummodo odium illud hominis [34] impuri, et servitutis dolor depulsus esse videatur, Resp. jacet in his perturbationibus, in quas eam ille conjecit. Hæc omnia vobis sunt [35] expedienda, nec hoc [36] co-

1 Laudat Dolabellæ præclarum facinus; Cassium hortatur, ut una cum M. Bruto rem publicam omni pertubatione liberet, postquam etiam narravit Cassio quam immania ab inimicis rei publicæ perpetrentur. Narratoria, lamentatoria et adhortatoria est epistola. 2 Nunquam desisto. 3 M. Bruto, utriusque nostrum familiarissimo. 4 Reipublicæ. 5 Te et M. Bruto. 6 Spem. 7 Genero meo. 8 Administrata. Vid. ep. 14. l. IX. 9 Extendebatur. 10 Scilicet seditio per urbem mota ab Antonio, qui veteranos in ultionem mortis Cæsaris concitaverat. 11 Vires acquirebat. 12 Saluti urbis. 13 Tranquillitati in urbe deinceps futuræ. 14 Seditio sc. in urbe excitata ita sedata et sopita est. 15 A servis imminente, quos Antonius concitavit. 16 Quæ restant ultra ea, quæ Dolabella fecit. 17 In potestate vestra sunt. 18 Quodcunque se tempore primum opportunum obtulerit. 19 Declaremus, expediamus. 20 Narratio continens enumerationem periculorum publicorum, in quibus respublica versabatur secundum quod actum est adhuc. 21 Tyrannide; quia Respublica nondum est libera. 22 Scil. Cæsare. 23 Cæsare. 24 Quæ Antonios ex commentariis refert, tanquam acta Cæsaris probamus, defendimus. 25 C. Julius Cæsar. 26 Præmeditata. 27 Comprobamus. 28 Legum novarum tabulæ affiguntur. 29 Militibus Cæsaris mortem ulturis. 30 Assignantur, definiuntur solvendæ. 31 Ut Sex. Clodius, P. F. 32. In urbem. 33 Ad populum, ut velit, jubeat esse rata. 34 Scilicet Cæsaris, Rempublicam et patriam opprimentis. 35 Extricanda. 36 Sc. est.

gitandum, [37] satis jam habere Rempub. a vobis. Habet illa quidem tantum, [38] quantum nunquam mihi in mentem venit optare, sed contenta non est, et pro magnitudine et animi et beneficii vestri a vobis magna [39] desiderat. Adhuc ulta suas injurias est per vos [40] interitu tyranni: nihil amplius. [41] Ornamenta vero sua quæ recuperavit? [42] An, quod ei mortuo [43] paret, quem vivum [44] ferre non poterat? Cujus [45] æra refigere debebamus, ejus etiam [46] chirographa defendimus? [47] At enim ita decrevimus. [48] Fecimus id quidem [49] temporibus cedentes, quæ valent in Repub. plurimum: sed immoderate [50] quidam et ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum [51] hæc propediem et multa alia [52] coram. Interim velim [53] sic tibi persuadeas, mihi cum Reipub. [54] quam semper habui carissimam, tum amoris [55] nostri causa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. [56] Da operam, ut valeas.

II. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Vehementer lætor [2] tibi [3] probari sententiam et [4] orationem meam, [5] qua si sæpius uti liceret, [6] nihil esset negotii, libertatem et Rempubl. recuperare, sed homo [7] amens et perditus, multoque [8] nequior quam [9] ille ipse, quem tu [10] nequissimum occisum esse dixisti, [11] cædis initium quærit: [12] nullamque aliam ob causam me auctorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, nisi ut in me [13] veterani incitentur, quod ego periculum non extimesco, [14] modo [15] facti vestri gloriam cum mea laude communicet. Ita nec Pisoni, qui in [16] eum primus invectus est, nullo assentiente, nec mihi, [17] qui idem tri-

37 Scil. officiorum. 38 Quantum ego nunquam fui ausus optare. 39 Expetit, exspectat. 40 Cæde. 41 Quænam ornamentorum suorum. 42 Hoc ornamentum. 43 Obediens est. 44 Tolerare. 45 Leges, æri incisas, obrogare, antiquare Cic. Philipp. XII. *Nunc figentur rursus eæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis?* Virgil. Æneid. VI. 622. *Fixit leges pretio atque refixit. Aera* sunt leges tabulis æneis ex more incisæ, proprie ipsæ tabulæ, quibus leges inscriptæ sunt, quæ, si evellebantur ex columnis, ad quas publice erant propositæ, dicebantur *refigi*. 46 Manuscripta. 47 Occupatio. Decrevimus acta Cæsaris servanda. 48 Responsio. 49 Iniquitati temporum, ne seditio major nasceretur. 50 Antonius et ejus sequaces. 51 Supple, *dicemus*. 52 Cum una erimus. 53 Sup. ut. 54 Quæ mihi semper fuit charissima. 55 Sc. mutui, aut mei erga te. 56 Cura.

1 Invehitur in Antonii immoderatam potentiam, et reipubicæ statum describit. Nunciatoria est epistola. 2 A te. 3 Laudari et approbari. 4 Philippicam secundam. 5 Oratione. 6 Facillimum esset. 7 Antonius, homo sine mente et ratione, et desperatæ salutis. 8 Pejor. 9 Cæsar. 10 Eo quod nequissimus esset. 11 In me perpetrandæ. 12 Non ob ullam aliam causam. 13 Scil. milites, qui sub Cæsare militaverant. 14 Dummodo. 15 Tirannicidii, quod me nesciente commisistis. 16 Antonium. 17 Qui etiam in Antonium

cesimo post die feci, nec P. Servilio, qui [18] me est consequutus, [19] tuto in Senatum venire licet; cædem enim [20] gladiator [21] quærit, [22] ejusque initium a.d. XIII.Kal.Octob. a me se facturum putavit. At quam paratus venerat, quum in [23] villa Metelli [24] complures dies [25] commentatus esset: quæ autem in [26] lustris et in vino [27] commentatio potuit esse? itaque omnibus est visus, ut ad te antea scripsi, [28] suo more vomere, non dicere. Quare quod scribis te confidere, auctoritate et eloquentia nostra aliquid profici posse: [29] nonnihil, [30] ut in tantis malis, est [31] profectum, intelligit enim populus Rom. [32] tres esse [33] consulares, qui, quia, quæ de Republ. bene senserint, libere loquuti sunt, [34] tuto in senatum venire non possint. Nec est præterea quod quicquam [35] expectes. Tuus enim [36] necessarius [37] affinitate nova delectatur: itaque [38] jam non est studiosus ludorum, [39] infinitoque fratris tui plausu [40] dirumpitur. Alter item affinis novis [41] commentariis Cæsaris [42] delinitus est. Sed hæc [43] tolerabilia: illud non ferendum, quod est, qui [44] vestro anno consulem filium suum futurum putet, ob eamque causam se huic [45] latroni deservire [46] præ se ferat. Nam L. Cotta, familiaris meus, fatali quadam [47] desperatione, ut ait, [48] minus in senatum venit. L. Cæsar, [49] optimus et fortissimus civis, [50] valetudine [51] impeditur. Ser. Sulpicius, et summa auctoritate, et optime [52] sentiens, non [53] adest: reliquos, exceptis [54] designatis, ignosce mihi [55] si non numero consulares. Habes

sum invectus. 18 Idem dicendo sententiam meam sequutus est. 19 Sine periculo. 20 Antonius, quem ex contemptu gladiatorem appellat. 21 Sc. facere. 22 Nempe, cædis. 23 Tiburtino C. Metelli Scipionis quam Antonius occupaverat. 24 Multos. 25 Excogitavisset modum mei interficiendi. 26 Lupanaribus. 27 Subtilis meditatio. 28 Quia olim Narbonæ etiam in hospitum mensas vomuit. 29 Aliquid. 30 Ut fieri potuit in tantis malis. 31 Utilitatis factum. 32 Pisonem nempe, Servilium, et me. 33 Qui consulatum gesserunt. 34 Sine periculo. 35 A consularibus cæteris. 36 M. Lepidus, qui sororem M. Bruti unam habebat in matrimonio, uti C. Cassius alteram. 37 M. Antonii, cujus filiam Lepidi filius duxerat uxorem. 38 Jam non amat amplius ludos. 39 Propter infinitum plausum fratri tuo L. Cassio datum. V. Epist. ad Attic. 2. lib. XIV. 40 Sc. invidia et dolore. 41 Tabulis testamentariis ab Antonio nuper prolatis. 42 Oblectatus, inescatus, irretitus. 43 Sc. sunt. Venustus transitus ad aliam sententiam. Sic Philip. 11. *Sed hæc vetera, illud vero recens Cæsarem meo consilio interfectum.* 44 Anno vobis destinato, post biennium: nam hoc anno præturam gerebant Brutus et Cassius: et præturam consulatus interposito biennio, sequebatur. 45 Sc. Antonio. 46 Indiciis apertis ostendat. 47 Qua putat in fatis esse, ut respublica romana a tyrannis occupetur. 48 Non frequenter. 49 Amantissimus Reipubl. et fortissimus animo. 50 Ægritudine et infirmitate corporis. 51 In senatum venire. 52 Sc. de republica. 53 Non est in urbe. 54 Consulibus, Hirtio et Pansa. 55 Si non existimo dignos qui inter consulares referan-

[56] auctores consilii publici, qui numerus etiam [57] bonis rebus exiguus esset: quid censes, [58] perditis? Quare spes est omnis in vobis, qui si idcirco abestis, ut sitis [59] in tuto, [60] ne in vobis quidem: [61] sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis; velim, [62] salvis nobis: [63] sin id minus, res tamen publica per vos brevi tempore jus suum recuperabit. Ego [64] tuis neque [65] desum, neque deero; qui [66] si ne ad me referent, mea tibi [67] tamen benevolentia fidesque præstabitur. Vale.

III. M. T. C. C. CASSIO S. D.

[1] Auget tuus [2] amicus furorem in dies. Primum in statua, quam [3] posuit in Rostris, inscripsit, [4] PARENTI OPTIME [5] MERITO: ut non modo [6] sicarii, sed jam etiam [7] parricidæ judicemini, quid dico judicemini? judicemur potius: vestri enim [8] pulcherrimi facti ille [9] furiosus me [10] principem dicit fuisse. Utinam quidem fuissem! [11] molestus nobis non esset. [12] Sed hoc [13] vestrum fuit: quod [14] quando [15] præteriit, utinam haberem, quid [16] darem vobis consilii! Sed [17] ne mihi quidem ipsi reperio, quid faciendum sit. QUID *enim est, quod contra vim sine vi fieri possit?* Consilium autem omne hoc est [18] illorum, ut [19] mortem Cæsaris persequantur. Itaque [20] diem VI. Non. Oct. [21] productus in [22] concionem a [23] Canutio, [24] turpissime [25] ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conservatoribus patriæ, quæ dici deberent de [26] proditoribus: de me quidem [27] non dubitanter, quin omnia [28] de meo consilio et vos fecissetis, et Canutius faceret. Cætera cujusmodi sint, [29] ex hoc ju-

tur. Habet vim *consularium* nomen. 56 Quorum auctoritate et consilio respubl. nititur. 57 Florente republica. 58 Sc. rebus, seu intereunte reipublicæ statu. 59 Extra pericula. 60 Non etiam in vobis spes est. 61 Sed si. 62 Antequam opprimamur ab inimicis. 63 Si vero id non fiet nobis salvis. 64 Necessariis tuis. 65 Auxilio et officio. 66 Et si non referent ad me. 67 Nihilo minus.

1 In Antonium ejusque sectam graviter invehitur ejus facinora Cassio explicans. Epistola est nunciatoria. 2 Antonius, qui te Capitolio descendentem hospitio excepit. 3 Sc. Cæsari. 4 Sc. patriæ. 5 Sc. de patria. 6 Dolosi homicidæ, qui *sica*, i. pugione utuntur. 7 Percussores parentis patriæ. 8 Cædes Julii Cæsaris. 9 Antonius. 10 Præcipuum auctorem. 11 Ipse, sc. 12 Correctio. 13 Sc. interficere Antonium. 14 Quandoquidem. 15 Negligentia vestra. 16 Dare possem. 17 Non etiam reperio, quid mihi ipsi sit faciendum. 18 Antonii et amicorum. 19 Ulciscantur interfectores Cæsaris. Persequi pro *ultione persequi*, et mortem pro *mortis auctores*. Metonymia effecti pro caussa. 20 Secundo die Octobris. 21 Antonius. 22 Conventum populi Romani ad audiendam ejus orationem congregati. 23 Tribuno plebis, quem postea Octavianus necavit. 24 Vexatus a Tiberino Canutio. 25 Antonius. 26 Patriæ sc. 27 Audacter, pro certo et explorato. 28 Ex. 29 Quod dicturus sum.

dica, quod [30] legato tuo [31] viaticum eripuerunt. Quid [32] eos [33] interpretari putas, cum [34] hoc faciunt? ad hostem [35] scilicet portari. O rem miseram! [36] dominum ferre non potuimus, [37] conservo servimus. Et tamen, me quidem [38] favente magis, quam [39] sperante, etiam nunc [40] residet spes in [41] virtute tua. [42] Sed ubi sunt copiæ? [43] De reliquo malo [44] teipsum loqui tecum, quam dicta nostra cognoscere. Vale.

IV. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Vellem [2] idibus Mart. me ad [3] cœnam invitasses: [4] reliquiarum nihil fuisset: nunc me [5] reliquiæ vestræ [6] exercent, et quidem [7] præter cæteros me quanquam egregios [8] consules habemus, sed turpissimos [9] consulares; senatum fortem, sed [10] infimo quemque honore fortissimum: populo vero [11] nihil fortius, nihil melius, Italiaque universa. Nihil autem [12] fœdius [13] Philippo, et [14] Pisone [15] legatis, nihil [16] flagitiosius: qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus [17] sententia [18] certas res renunciarent, cum ille earum [19] rerum nulli [20] paruisset, [21] ultro ab illo ad nos [22] intolerabilia postulata retulerunt. Itaque ad nos [23] concurritur, factique jam in re [24] salutari [25] populares sumus. Sed tu quid ageres, quid [26] acturus, ubi denique esses, nesciebam. Fama nuntiabat te esse in [27] Syria: [28] auctor erat nemo. De [29] Bruto, [30] quo propius est, [31] eo [32] firmiora videntur esse, quæ nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur

30 Erat enim Cassius Syriæ proconsul. 31 De publico dari solitum, ad viam faciendam. 32 Antonium cum sociis. 33 Innuere. 34 Viaticum eripiunt. 35 Interpretantur scilicet viaticum portari ad hostem. 36 Cæsarem. 37 Antonio, qui nobiscum sub Cæsare servierat. 38 Optante. 39 Quia non vero simile malum hoc posse expugnari. 40 Posita est. 41 Fortitudine. 42 Q. d. nusquam. 43 Quod reliquum attinet. 44 Te consilium capere a teipso, l. 2. ep. 7. Tecum loquere, *te adhibe in consilium*.

1 Varia complectitur hæc epistola, de Cæsaris interitu, de Antonii nequitia, de senatu, populo, legatis ad Antonium missis, deque ipso Cassio. Epistola est nunciatoria. 2 Decimo quinto die Martii. 3 Cædem Cæsaris. Vid. l. 10. ep. 28. 4 Simul enim Antonium occidissemus. 5 Antonius, quem vos omisistis interficere. 6 Afficiunt me cura et solicitudine. 7 Plus quam omnes alios. 8 Hirtium et Pansam. 9 Viros consulatu functos. 10 Infimos quosque honore, qui gerunt minores magistratus, ædiles, prætores. 11 Sc. habemus. 12 Turpius. 13 L. Martio Philippo, Octaviani vitrico. 14 L. Calpurnio Pisone qui socer C. Cæsaris fuerat. 15 Ad Antonium concordiæ faciendæ caussa missis. 16 Scelestius. 17 Voluntate et jussu. 18 Quas in mandatis habebant, præsertim ut Antonius e Gallia discederet, Mutina abstineret, exercitum dimitteret. 19 Quas ex senatus sententia denuntiabant. 20 Obediens fuisset. 21 Insuper et sponte sua. 22 Quæ cognoscuntur ex Philippica VIII. c. 8. 9. 23 Ab omnibus. 24 Quæ ad salutem publicam spectat. 25 Fautores populi. 26 Supple, esses. 27 Asiæ provincia. 28 Certus assertor. 29 M. Bruto, qui in Macedonia erat. 30 Quanto. 31 Tanto. 32 Cer-

ab hominibus non [33] insulsis, quod tibi tam cito succederet, cum tu [34] vix dum triginta dies in Syria fuisses. Itaque [35] constabat, eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus et tua et Bruti est, quod exercitum præter [36] spem existimamini [37] comparasse. Scriberem plura, si rem causamque [38] nossem. Nunc quæ scribo, scribo ex opinione hominum atque [39] fama. Tuas literas avide expecto. Vale.

V. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Hyemem credo adhuc prohibuisse [2] quo minus de te certum haberemus, quid ageres, [3] maximeque ubi esses. Loquebantur omnes [4] tamen, credo quod [5] volebant, in Syria te esse, [6] habere [7] copias. Id autem eo facilius credebatur, quia simile vero videbatur. [8] Brutus [9] quidem noster egregiam laudem est consequutus. [10] Res enim tantas gessit, tamque inopinatas, ut [11] eæ cum per se [12] gratæ essent, tum [13] ornatiores propter celeritatem. Quod si tu ea tenes, quæ putamus: magnis [14] subsidiis [15] fulta Respub. est. A prima enim [16] ora Græciæ usque ad Ægyptum optimorum civium [17] imperiis muniti erimus et [18] copiis. Quanquam, nisi me [19] fallebat, res sic se habebat, ut totius belli omne [20] discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, ut sperabamus, [21] erupuisset [22] Mutina, nihil belli reliquum fore videbatur. Parvis omnino jam copiis obsidebatur, [23] quod magno [24] præsidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem [25] Claternæ noster [26] Hirtius, ad [27] Forum Cornelium [28] Cæsar, uterque cum firmo exercitu: magnasque Romæ [29] Pansa copias ex delectu Italiæ comparat: hyems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi [30] crebris literis significat, acturus videbatur. Præter Bononiam, [31]

tiora. 33 Imprudentibus. 34 Vix adhuc. 35 Constans opinio erat, aut manifestum erat. 36 Sc. omnium. 37 Acquisivisse. 38 Cognoscerem. 39 Rumore.

1 Hac epistola, quæ est nunciatoria, laudat M. Brutum, ut ad ejus imitationem Cassium accendat, addit de Mutinensi bello, de statu reipublicæ. 2 Ut non. 3 Præcipue. 4 Tametsi nihil certi haberemus. 5 Optabant aut opinabantur. 6 Supple, et. 7 Militares. 8 M. Brutus. 9 Certe. 10 Macedoniam, Illyricum, Græciam, legiones, exercitus, equitatum in consulum, S. P. Q. R. potestate retinuit. Vide Philipp. x. 11. Sc. res. 12 Utiles et acceptæ. 13 Pulcriores. 14 Auxiliis. 15 Sustentata et munita. 16 Extremitate. 17 Magistratibus, proconsulatibus, propræturis. 18 Sc. militaribus. 19 Res aut opinio. 20 Periculum. 21 Vi impetum in hostes fecisset. 22 Ex ea urbe. 23 Quia. 24 Multitudine militum ad custodiam urbis impositorum. 25 *Glaterna* oppidum Lingonum in Gallia Cispadana, nunc *Quaderna*. 26 Sc. Consul. 27 Oppidum in Lingonibus, quod postea *Imola* est dictum. 28 Sc. Octavius. 29 Alter consul. 30 Frequentibus. 31 Oppidum Bojorum in Gallia Cispadana, hodie *reggio* dictum.

Regium Lepidi, Parmam, totam [32] Galliam tenebamus [33] studiosissimam Reip. Tuos etiam [34] clientes Transpadanos mirifice conjunctos cum [35] causa habebamus. Erat [36] firmissimus senatus, exceptis [37] consularibus: ex quibus unus L. Cæsar firmus est, et [38] rectus. Ser. Sulpitii [39] morte magnum [40] præsidium amisimus. Reliqui partim [41] inertes, partim [42] improbi, [43] nonnulli invident eorum laudi, quos in Repub. probari vident. Populi vero Rom. totiusque Italiæ mira consensio est. Hæc erant [44] fere, quæ tibi nota esse vellem. Nunc autem opta, ut ab istis [45] orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. Vale.

VI. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Qui status rerum fuerit [2] tum, [3] cum has literas [4] dedi, scire poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono et optime de Repub. sentiente. Nam [5] quid dicam, cupidissimo tui, qui domo et [6] fortunis relictis, ad te potissimum profectus sit? Itaque eum tibi [7] ne commendo quidem. Adventus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim sic [8] existimes, tibique persuadeas, omne [9] perfugium bonorum in te et [10] Bruto esse positum, si, quod [11] nolim, adversi [12] quid [13] evenerit. Res, [14] cum hæc scribebam erat in [15] extremum deducta [16] discrimen. Brutus enim Mutinæ vix jam [17] sustinebat. [18] Qui si conservatus erit, vicimus: [19] sin, (quod Dii omen avertant) omnis [20] omnium cursus est ad vos. [21] Proinde fac tantum animum [22] habeas, tantumque apparatum, quanto opus [23] est ad universam Remp. recuperandam. Vale.

VII. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Quanto studio [2] dignitatem tuam et in senatu et [3] ad po-

32 Sc. Cisalpinam. 33 Faventissimam. 34 Tuo patrocinio, dum Romæ agebas, utentes. 35 Sc. quam fovemus, defensione reipublicæ. 36 Fortissimus. 37 Iis, qui consulatum gesserant. 38 Probus. 39 Per mortem. 40 Protectorem et custodem salutis nostræ. 41 Sine arte et industria sc. sunt. 42 Pessimi et improbandi. 43 Aliqui. 44 Sc. Omnia. 45 Unde sol oriens totum nostrum illuminat hemispherium. Pulchre ergo ad solem alludit, cum in Syriæ parte orientali esset Cassius.

1 Tidium Strabonem commendat quasi aliud agens, et omnem spem in Cassio et Bruto esse sitam adjicit, si res ad Mutinam male geratur. Epistola est nunciatoria et commendaticia. 2 Tunc. 3 Quando. 4 Sc. ad te. 5 Propter quid. 6 Divitiis omnibus. 7 Non. 8 Supple, ut. 9 Spem se per fugam servandi. 10 Marco. 11 Sc. evenire. 12 Aliquid. 13 Sc. bonis, Reip. fautoribus. 14 Sc. bellica. 15 Summum. 16 Periculum. 17 Sc. vim obsidentium. 18 Brutus. 19 Si non. 20 Bonorum. 21 Ideo. 22 Sc. Ut. 23 Sc. habere.

1 Quanta animi alacritate et propensione. Hac epistola, narratoria et adhortatoria, Cicero nititur Cassio probare suam diligentiam in defendendo Cassio, ejusque dignitate. 2 Honorem et existimationem. 3 In ora-

palum defenderim, ex [4] tuis te malo quam ex mei cognoscere. Quæ mea [5] sententia in senatu facile [6] valuisset, nisi Pansa vehementer obstitisset. [7] Ea sententia dicta, productus sum in [8] concionem a tribuno pleb. M. Servilio. Dixi de te, quæ potui, [9] tanta contentione, quantum [10] forum est, tanto clamore consensuque populi, ut nihil unquam simile viderim. [11] Id velim mihi [12] ignoscas, [13] quod invita [14] socru tua fecerim. [15] Mulier timida verebatur, ne Pansæ animus offenderetur. [16] In concione quidem Pansa dixit, matrem quoque tuam, et fratrem illam a me sententiam noluisse dici, sed me [17] hæc non movebant: alia malebam: favebam [18] et reipublicæ, cui semper favi, et dignitati ac gloriæ tuæ. Quod autem et in senatu pluribus verbis disserui, et dixi in concione, in eo velim [19] fidem meam liberes; promisi enim et prope [20] confirmavi, te non exspectasse, nec expectaturum decreta nostra, sed [21] teipsum [22] tuo more rempublicam defensurum; et quanquam nihil [23] dum audieramus, nec ubi esses, nec quas copias haberes: tamen sic [24] statuebam, omnes, quæ in istis [25] partibus essent, opes copiasque [26] tuas esse: per teque Asiam provinciam confidebam jam reipublicæ recuperatam. [27] Tu fac in augenda [28] gloria teipsum vincas. Vale.

VIII. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Scelus affinis tui Lepidi, summamque [2] levitatem et inconstantiam, ex [3] actis, quæ ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror. Itaque nos, [4] confecto bello, ut [5] arbitrabamur, renovatum bellum gerimus, spemque omnem in D. Bruto et Planco habemus: [6] si verum quæris in te et in [7] meo Bruto non solum et [8] præsens perfugium, si, quod nolim, adversi quid [9] acciderit, sed etiam ad [10] confirmationem perpetuæ libertatis.

tione ad populum. 4 Domesticis sc. vel necessariis. 5 Scil. de te. 6 Fuisset adprobata. 7 Postquam esset dicta ea sententia. 8 Conventum populi. 9 Tanta animi vocisque intensione. 10 In quod populus convenit. 11 Quod scil. tanta contentione caussam tuam egerim. 12 Condones. 13 Propterea quod. 14 Uxoris tuæ matre. 15 Socrus tua servilia. 16 Coram populo. 17 Quæ Socrus tua et Pansa objecerunt. 18 Pariter. 19 Facias et præstes, ut ego pollicitus sum te esse facturum. 20 Asserui. 21 Proprio judicio et auctoritate. 22 Ut soles. 23 Tunc. 24 In animum inducebam. 25 Regionibus. 26 A tuis partibus stare. 27 Plus facias, quam hactenus fecisti, in quibus tamen alios vicisti. 28 Sc. tua.

1 Conqueritur de Lepidi perfidia, et quomodo ejus levitas rempublicam in novas turbas conjecerit. Epistola est narratoria, et adhortatoria. 2 Mutabilitatem in fide. 3 Scriptis publicis. 4 Postquam bellum esset finitum. 5 Existimabamus. 6 Ut, quod verum est dicam. 7 Supple familiarissimo, Marco nim. 8 In præsentia, hoc tempore. 9 Sc. nobis et reipublicæ. 10 Sta-

Nos hic de Dolabella audiebamus, [11] quæ vellemus: sed [12] certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem et [13] præsenti judicio et [14] reliqui temporis expectatione scito esse. [15] Hoc tibi proposito, fac ut ad [16] summa [17] contendas. Nihil est [18] tantum, quod non populus Rom. a te perfici atque obtineri posse judicet. Vale.

IX. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Brevitas tuarum literarum me [2] quoque breviorem in scribendo facit: et, vere ut dicam, non satis occurrit, quod scribam. Nostras enim res in [3] actis perferri ad te certo scio, [4] tuas autem ignoramus. Tanquam [5] enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem [6] constantes, sed adhuc sine [7] autore. [8] Nos confectum bellum cum putaremus, repente a Lepido [9] tuo in [10] summam sollicitudinem adducti sumus. Itaque persuade tibi, maximam Reipubl. spem in te et in tuis copiis esse. Firmos omnino [11] exercitus habemus: sed tamen, ut omnia (ut spero) prospere procedant, [12] multum interest te [13] venire. Exigua est enim spes Reipub. Nam [14] nullam non libet dicere: sed, quæcunque est, ea [15] despondetur anno [16] consulatus [17] tui. Vale.

X. M. T. C. CASSIO S. D.

[1] Lepidus, tuus affinis, meus familiaris, pridie kalend. [2] Quint. sententiis omnibus hostis a senatu judicatus est, cæterique qui [3] una cum illo a Republ. defecerunt: quibus tamen ad [4] sanitatem redeundi ante Kalend. Sept. potestas [5] facta est. Fortis sane [6] senatus, sed maxime spe subsidii tui. Bellum quidem, cum hæc scribebam, [7] sane magnum erat, [8] scelere et

bilitionem. 11 Videlicet, quod a republica staret, vel potius, quod esset oppressus. 12 Veraces. 13 Quod jam fertur de te ob res peractas, 14 Ob ea, quæ homines sperant te gesturum esse. 15 Sc. præmio. 16 Consummationem rei, aut summas res. 17 Toto conatu eas. 18 Tam magnum.

1 Rursus ob perfidiam Lepidi conqueritur Cicero, et in Cassio omnem spem recuperandæ salutis esse sitam ostendit. Epistola est narratoria et hortatoria. 2 Etiam. 3 Istrumentis de actis publicis. 4 Sc. res. 5 Quia nihil perfertur ad nos. 6 Continuatos. 7 Certo assertore. 8 Finitum. 9 Sc. affine. 10 Maximam. 11 Bruti et Planci. 12 Multæ utilitatis est. 13 In Italiam. 14 Supple, spem reipublicæ esse. 15 Promittitur. 16 Qui sequi solet præturam. 17 Et M. Bruti, eodem enim anno consules futuri erant.

1 Postquam narravit Lepidum esse hostem judicatum a Senatu, hortatur Cassium, ut propere cum exercitu in Italiam veniat. Epistola tota est narratoria et hortatoria. 2 Julii mensis. 3 Pariter. 4 Meliorem mentem et saniora consilia. 5 Permissa a Senatu. 6 Supple, est. 7 Valde. 8 Perfidia.

[9] levitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, [10] quæ volumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine [11] auctore, rumore [12] nuntio. Quod [13] cum ita esset, tamen [14] literis tuis, quas nonis Maji ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat civitati, ut illum jam oppressum omnes arbitraremur, te autem in Italiam venire cum exercitu: ut, si hæc ex [15] sententia [16] confecta essent, consilio, atque autoritate tua, [17] sin quid forte [18] titubatum esset, ut [19] fit in bello, exercitu tuo [20] niteremur. Quem quidem ego [21] exercitum quibuscunque potero rebus ornabo. [22] Cujus rei tum tempus erit, cum, quid [23] opis Reip. laturus exercitus sit, aut quid jam tulerit, [24] notum esse cœperit. Nam adhuc tantum [25] conatus audiuntur, optimi illi quidem et præclarissimi, sed [26] gesta res expectatur: [27] quam [28] quidem aut jam esse aliquam, aut [29] appropinquare confido. Tua virtute et magnitudine animi nihil est [30] nobilius. Itaque optamus, ut quamprimum te in Italia videamus. Rempub. nos habere arbitrabimur, si [31] vos habebimus. Præclare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Itaque nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. [32] Ille enim ex turbulenta Repub. [33] hic [34] ex pace et victoria bellum excitavit. [35] Huic oppositos [36] consules designatos habemus: in [37] quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus præliorum. Persuade tibi igitur, in te et in [38] Bruto tuo esse omnia, vos expectari, Brutum quidem [39] jam jamque. Quod si, ut spero, victis hostibus nostris veneritis: tamen autoritate vestra respublica [40] exsurget, et in aliquo statu tolerabili [41] consistet. Sunt enim permulta, [42] quibus erit medendum, etiamsi Resp. satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

9 Inconstantia. 10 Eum oppressum esse. 11 Certo assertore. 12 Nuntiante. 13 Quamvis. 14 Duodecimi hujus libri. 15 Voluntate. 16 Absoluta. 17 Sed si. 18 Vacillatum. 19 Fieri solet. 20 Fulciremur. 21 Sc. tuum. 22 Sc. exercitus ornandi. 23 Auxilii. 24 Constare. 25 Non effectus. 26 Dolabella oppressus. 27 Sc. rem gestam. 28 Certe. 29 Proxime futuram. 30 Illustrius. 31 Te et Brutum. 32 Antonius. 33 Lepidus. 34 Ubi pacem habuisset Respublica propter victoriam. 35 Lepido cum Antonio. 36 D. Brutum et L. Plancum, 37 Sc. consulibus designatis. 38 Sc. Marco. 39 In singula momenta. 40 Extolletur. 41 Stabilietur et durabit. Translatum est verbum, ut antea, *exsurget*. 42 Quibus remedia erunt adhibenda. Domestica vitia notat, et intestinum malum.

XI. CASSIUS [1] PROCOS. CICERONI S. D.

[2] Si vales, bene est: ego quidem valeo. In Syriam me profectum esse scito ad [3] L.Murcum, et [4] Q.Crispum imperatores. [5] Viri fortes optimique cives, posteaquam audierunt, quæ Romæ gererentur, [6] exercitus mihi tradiderunt, ipsique mecum una fortissimo animo Remp.administrant. Item legionem, quam [7] Q.Cæcilius Bassus habuit, ad me venisse scito. Quatuorque legiones, quas [8] A.Allienus ex Ægypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. [9] Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos absentes remque publicam, quantum opus est, defendas. Scire te volo, firma præsidia vobis senatuique non deesse, ut optima [10] spe et [11] maximo animo Rempub. defendas. [12] Reliqua tecum [13] aget L.Cartejus, familiaris meus. Vale. Data [14] Non. Mart. ex [15] castris Taricheis.

XII. CASSIUS PROCOS. CICERONI S. D.

[1] Si vales, bene est: ego quidem valeo. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognovi. Videbaris enim non solum favere nobis, [2] id quod et [3] nostra et reipublicæ causa semper fecisti, sed etiam gravem curam suscepisse, [4] vehementerque esse de nobis solicitus. Itaque, [5] quod te primum existimare putabam, nos [6] oppressa Rep. quiescere non posse: deinde, cum [7] suspicarere, nos [8] moliri, [9] quod te solitum esse et de salute nostra et de rerum eventu putabam: [10] si-

1 Syriæ nempe, quæ erat provincia consularis, quamvis Cassius, qui eam obtinebat, non fuerit consul, sed solummodo Prætor, cum hæc ei destinaretur. 2 Scribit Cassius Ciceroni, a quibus copias militares acceperat, seque et rempublicam commendat. Est nunciatoria et hortatoria hæc epistola. 3 L. Statium Murcum, qui tres legiones habebat. 4 Q. Martium Crispum, Bithyniæ præfectum. 5 Sc. L. Murcus et Q. Crispus. 6 Quos secum habebant. 7 Qui præerat ei legioni, a Cæsare traditæ, cum de Parthico bello cogitaret. 8 Legatus Dolabellæ, qui eum in Ægyptum miserat, ut legiones illas, ad se adduceret. 9 Postquam reipublicæ studemus. 10 Victoriæ. 11 Sc. ad resistendum inimicis. 12 Cætera, sc. ea, quæ essent scribenda, si ille non diceret ea. 13 Disseret et loquetur, aut tractabit. 14 Anno fere revoluto post cædem Cæsaris, 15 Positis ad Taricheam, quæ est oppidum Judææ munitissimum.

1 Epistola hac nuntiatoria et petitoria postquam exaggeravit Cassius benevolentiam Ciceronis erga se, commendat ei suam dignitatem, suosque duces ac milites. In extremo significat se iturum in Ciliciam contra Dolabellam. 2 Quia semper favisti nobis. 3 Tam ob privatum bonum, quam ob publicum. 4 Valde. 5 Quia. 6 Si respublica sit oppressa. 7 Suspicareris. 8 Aliquid magnum conari. *Moliri* absolute ponitur interdum Terentius Heaut. *moliuntur, dum comuntur, annus est.* 9 Quia. 10 Eodem tempore,

mul ac [11] legiones accepi, quas A. Allienus eduxerat ex Ægypto, [12] scripsi ad te, [13] tabellariosque [14] complures Romam misi. Scripsi etiam ad senatum literas, [15] quas reddi vetui prius quam tibi [16] recitatæ essent, si forte [17] mei [18] obtemperare mihi voluerunt. Quod si literæ perlatæ non sunt, non dubito quin Dolabella, qui, [19] nefarie [20] Trebonio [21] occiso, Asiam occupavit, tabellarios meos [22] deprehenderit, literasque interceperit. Exercitus omnes, qui in Syria fuere, teneo. Habui paullulum [23] moræ, dum [24] promissa militibus persolvo. [25] Nunc jam sum expeditus. A te peto, ut dignitatem meam tibi commendatam habeas, si me intelligis nullum neque periculum neque laborem patriæ denegasse: si contra [26] importunissimos latrones arma cœpi, te hortante et [27] autore: si non solum exercitum ad rempublicam libertatemque defendendam [28] comparavi, sed etiam [29] crudelissimis tyrannis eripui. [30] Quem si [31] occupasset Dolabella, non solum [32] adventu, sed etiam opinione et expectatione exercitus sui Antonium [33] confirmasset: quas ob res milites [34] tuere, si eos [35] mirifice de Republ. meritos esse animadvertis: et effice ne [36] quem pœniteat, Rempub. quam spem prædæ et rapinarum, sequi maluisse. Item Murci, et Crispi [37] Impp. dignitatem, [38] quantum est in te, [39] tuere. Nam Bassus [40] misere noluit mihi legionem tradere. Quod nisi me milites invito eo legatos [41] ad me misissent, clausam [42] Apameam tenuisset, [43] quod [44] vi esset expugnata. Hæc a te peto non solum Reipubl. quæ tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitiæ nostræ nomine, [45] quam confido apud te plurimum [46] posse.

quo. 11 Sc. quatuor. 12 Superiores literas significat. 13 Nuncios, qui tabellas, i. literas in tabellis scriptas more antiquo perferrent. 14 Ideo complures, ut saltem unus ex illis literas perferret. 15 Sc. literas. 16 Lectæ. 17 Sc. tabellarii, qui ex meis, utpote, servis aut libertis erant. 18 Obedire. 19 Per nefas. 20 Qui Asiæ præerat. 21 Smyrnæ, quæstione primum tormentis habita pecuniæ publicæ, deinde cervicibus fractis, abscisso capite, quod affixum gestari in pilo, reliquum corpus trahi atque laceratum in mare abjici Dolabella jussit. Vide Philip. 2. 22 In itinere comprehenderit. 23 Difficultatis aut dilationis. 24 Quæ promiseram, ut in verba mea reipublicæ jurarent. 25 Pleonasmus. 26 Antonium et Dolabellam, qui tunc rempublicam oppugnare ceperunt, cum esset ab illis defendenda. *Importunissimus* est scelestissimus. Sic supra epist. 5. lib. IV. et epist. 21. lib. IX. 27 Suasore. 28 Conquisivi. 29 Antonio et Dolabellæ. 30 Sc. Exercitum. 31 Sc. priusquam Cassius sibi assumpsisset. 32 Sc. suo. 33 Quia animosiores sumus dum auxilia propediem affutura speramus. 34 Defende et protege. 35 Mira faciendo. 36 Aliquem. 37 Qui Cassio statim exercitum tradiderat. 38 Quantum fieri potest per te. 39 Protege. 40 Misere et affectanter resistendo. 41 Sc. de reconciliatione ipsorum. 42 Urbem in Syria, quam ipse Bassus multo ante munierat. 43 Donec. 44 Quia nunquam se aut suos tradidisset. 45 Sc. amicitiam. 46 Valere.

se. Crede mihi, hunc exercitum, quem habeo, [47] senatus atque [48] optimi cujusque esse, maximeque tuum: de cujus [49] voluntate assidue [50] audiendo, mirifice te diligit carumque habet. [51] Qui si intellexerit commoda sua curæ tibi esse; debere etiam se tibi omnia putabit. [52] Literis scriptis, audivi Dolabellam in Ciliciam venisse cum suis copiis. Proficiscar in Ciliciam. Quid egerim, celeriter ut scias, dabo operam. Ac velim, ut [53] mereamur de Repub. sic felices [54] simus. Fac valeas, meque ames. Nonis Maii, ex castris.

XIII. CASSIUS Q. M. CICERONI S. D.

[1] Si vales, bene est: ego quidem valeo. Cum Reipubl. vel salute, vel [2] victoria gaudemus, tum in [3] instauratione tuarum laudum, quod maximus [4] consularis maximum consulem te ipse [5] vicisti, et lætamur, et mirari satis non possumus. [6] Fatale nescio quid tuæ [7] virtuti [8] datum: idque jam sæpe experti sumus. Est enim tua [9] toga omnium [10] armis felicior: quæ nunc quoque nobis pene victam Rempubl. ex manibus [11] hostium eripuit, ac [12] reddidit. Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis, et mihi carissime, id quod maxime Reip. [13] tenebris [14] comperisti, nunc te habemus testem nostri et in te et in conjunctissimam tibi Remp. amoris: et, quæ sæpe pollicitus es te et [15] taciturum, dum [16] serviremus, et dicturum de me tum, cum [17] profutura essent, nunc illa non ego quidem dici tantopere desiderabo, quam sentiri a te ipso. Neque enim [18] omnium judicio malim me a te commendari, quam [19] ipse tuo judicio digne, [20] ac mereor, commendatus esse: ut hæc [21] no-

47 Militaturum pro senatu, et optimo quoque et maxime pro te. 48 Omnis boni. 48 Benevolentia, sc. tua. 50 Sc. a te. 51 Sc. exercitus. 52 Postquam has literas scripsissem. 53 Sc. bene. 54 Supple, *ut*.

1 Scripsit hanc epistolam non Cassius idem, qui duas superiores, sed ejus, ut videtur, quæstor. Epistola est gratulatoria, de Mutinensi victoria, et narratoria de rebus a se gestis. 2 Apud Mutinam. 3 Renovatione, restitutione in pristinum statum. Nam XII. kal. Maii a toto pene populo Cicero in Capitolium erat deductus, maximoque clamore et plausu in rostris collocatus. 4 *Consularis* dicitur, qui consolatum gessit, consulari honore præditus. 5 Majora enim sunt, quæ consularis, quam quæ consul effecisti, quum tamen maxima consul gesseris. Ep. 7. *fac in augenda gloria* te ipsum vincas. 6 A fatis dependens. 7 Fortitudini. 8 Concessum, sc. est. 9 Togatus enim Cicero reipublicæ sæpe profuit. Epist. 4. lib. 15. 10 Rebus in bello gestis. 11 Antonii et aliorum. 12 Restituit. 13 Nimirum Cæsare dominante, luce libertatis exstincta. 14 Ob mea in te officia, et quia tum tibi sensus meos patefeci. 15 De meo in Cæsarem odio: et in rempublicam studio. 16 Sc. sub Cæsare. 17 Sc. mihi. 18 Et non tuo. 19 Egomet. 20 Sicut. 21 Cum Cæsarem occidimus, et arma pro republica cepimus.

vissima nostra facta non [22] subita, nec [23] inconvenientia, sed similia [24] illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse judices, meque ad optimam spem patriæ non [25] minimum tibi ipse [26] producendum putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi propinquique digni quidem te, et merito tibi carissimi : esse etiam debent in Repub. proxime hos cari, qui [27] studiorum tuorum sunt [28] æmuli, [29] quorum esse cupio tibi [30] copiam. Sed tamen non [31] maxima me turba puto excludi, [32] quo minus tibi [33] vacet me [34] excipere, et ad omnia, quæ velis et probes, [35] producere, animum tibi nostrum fortasse [36] probavimus: ingenium certe diutina [37] servitus [38] qualecunque est, minus tamen, quam erat, passa est videri. Nos ex [39] ora [40] maritima Asiæ provinciæ, et ex insulis, quas potuimus, naves [41] deduximus [42] delectum remigum, [43] magna contumacia civitatum, [44] tamen satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem Dolabellæ, [45] cui Lucilius præerat: qui spem sæpe [46] transitionis præbendo, [47] neque unquam non decedendo, [48] novissime [49] Corycum se contulit, et [50] clauso portu se tenere cœpit. Nos [51] illa relicta, [52] quod et in castra pervenire [53] satius esse putabamus, et sequebatur classis altera, quam anno [54] priore in [55] Bithynia [56] Tillius Cimber [57] compararat, [58] cui Turulius quæstor præerat, [59] Cyprum petivimus. Ibi, quæ cognovimus, scribere ad vos, quam celerrime voluimus. Dolabellam ut [60] Tarsenses pessimi [61] socii, ita [62] Laodiceni multo [63] amentiores [64] ultro [65] arcessierunt: ex quibus utrisque civitatibus, græcorum militum [66] numero [67] speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laodiceam posita, et partem muri [68] de-

22 Ex inopinato concepta. 23 Dissona cæteris factis aut cogitatis meis. 24 De republica liberanda. 25 Minime. 26 Evehendum. *Produci* dicuntur, qui evehuntur ad dignitates, commendantur. 27 Erga rempublicam. 28 Sectatores, imitatores. 29 Æmulorum. 30 Abundantiam. 31 Ob copiam. 32 Ut. 33 Liceat, aut satis temporis aut ocii tibi fit. 34 Amplecti, recipere. 35 Evehere. 36 Demonstravimus, in occidendo Cæsare. 37 In qua vivebatur sub Cæsare. 38 Licet fortasse tenue aut rude sit. 39 Regione. 40 Ad mare jacente. 41 Naves *deduci* dicuntur, cum ex portibus in altum provehuntur. Ovid. 6 Metam. *Jubet illa carinas in freta* deduci. Contrarium est *subducere*. Virg. 1. Æneid. *Urbem quam statuo, vestra est*, subducite *naves*. 42 Electionem. 43 In contumaci recusatione. 44 Licet acriter resisterent. 45 Sc. classi. 46 Ad nos aut ad aliam regionem. 47 Et semper. 48 Ultimo loco. 49 Oppidum Ciliciæ. 50 Ne quisquam ingredi posset. 51 Classe Dolabellæ. 52 Quia etiam. 53 Utilius. 54 Superiore. 55 Provincia Asiæ, Cimbro a senatu attributa. 56 Unus ex percussoribus Cæsaris. 57 Construxerat. 58 Sc. Classi. 59 Insulam ex adverso Ciliciæ. 60 *Tarsus* Onetropolis civitas Ciliciæ. 61 Sc. populi Romani. 62 *Laodicea* est urbs Cœles Syriæ. 63 Stolidiores. 64 Non rogati. 65 Ad se vocaverunt. 66 Sc. justo. 67 Imaginem et similitudinem. 68 Destruxit.

molitus est, et castra oppido conjunxit. [69] Cassius noster cum decem legionibus, et cohortibus viginti [70] auxiliariis et quatuor millibus equitum, [71] a millibus passuum viginti, castra habet posita [72] Παλτοῖ: et existimat se sine prælio posse [73] vincere. Nam jam [74] ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam [75] est. Nisi quid navibus Laodicenorum [76] supportarit, cito fame [77] pereat, necesse est: ne supportare possit, et Cassii classis [78] bene magna, cui præest Sextilius Rufus, et [79] tres, quas nos adduximus, ego, Turulius, et [80] Patiscus, facile [81] præstabunt. Et volo vos bene sperare et Remp ut et vos istic [82] expediistis, ita pro nostra parte celeriter [83] nobis [84] expediri posse, confidere. Vale. Data idib. Jun. Cypro, a [85] Crediomynacride.

XIV. LENTULUS CICERONI SUO S. D.

[1] Cum [2] Brutum nostrum [3] convenissem, eumque tardius in Asiam venturum [4] animadverterem, in Asiam redii, ut reliquias mei [5] laboris colligerem, et pecuniam [6] quam primum Romam mitterem. Interim cognovi in Lycia esse classem Dolabellæ amplius quam centum naves [7] onerarias, in [8] quas exercitus ejus imponi posset, [9] idque Dolabellam ea mente comparasse, ut, si [10] Syriæ spes eum [11] frustrata esset, conscenderet in naves, et [12] Italiam peteret, seque cum [13] Antoniis et reliquis latronibus conjungeret. Cujus rei tanto in timore fui, ut omnibus rebus relictis, cum paucioribus et minoribus navibus ad [14] illas ire conatus sim. Quæ res, si a Rhodiis non essem [15] interpellatus, fortasse tota sublata esset: [16] tamen magna ex parte [17] pro-

69 C. Cassius, Cæsaris interfector. 70 Eorum, qui auxilio venerant. 71 Viginti millibus passuum a castris Dolabellæ. 72 Ad Palton, Syriæ oppidum. 73 Expugnare, sc. Dolabellam. 74 Duodecim drachmis, seu denariis, qui schellingis Batavorum respondent. 75 Venditur. Cic. tertio in Verrem: *Quum in Sicilia sestertiis binis tritici modius* est. Et mox: *Ut sibi pro frumento quanti frumentum* est, *dare liceret*. 76 Occulte importarit. 77 Supple, *ut*. 78 Satis. 79 Nempe, classes. 80 Cilix, proquæstor Lentuli. V. ep. 15. ep. 11. l. 2. ep. 6. l. 8. 81 Efficient. 82 Liberastis devicto ad Mutinam Antonio. 83 A nobis. 84 Opprimendo Dolabellam. 85 Promontorio Cypri e regione Anemurii, promontorii Ciliciæ.

1 Lentulus Spintheris filius, et Asiæ proquæstor, Ciceroni exponit res a se gestas, accusat Rhodios, petit procurationem Asiæ, commemorat merita sua in rempublicam. Epistola est nunciatoria. 2 Sc. Marcum. 3 Adissem colloquendi gratia. 4 Ex verbis ejus cognoscerem. 5 Quæsturæ. 6 Valde cito. 7 Onera negotiatorum ferre solitas. 8 Sc. naves. 9 Eam classem. 10 Potiundæ. 11 Fefellisset. 12 In Italiam navigaret. 13 Duobus Fratribus, Marco et Lucio Antoniis. 14 Sc. centum naves onerarias. 15 Impeditus. 16 Nihilo minus, Licet Rhodii interpellarent. 17 Absoluta et ad finem deducta *Profligare* eleganter dicitur pro absolvere, perficere. Cic. v. Tusc.

fligata est. Cum quidem classis [18] dissipata est, adventus nostri timore milites ducesque [19] effugerunt [20] onerariæ omnes ad unam a nobis sunt [21] exceptæ. Certe, quod maxime timui, videor esse consequutus, ut non possit Dolabella in Italiam pervenire, nec [22] sociis suis [23] firmatis, [24] durius vobis efficere [25] negotium, Rhodii nos, et [26] Rempub. [27] quam valde desperaverint, ex literis, quas [28] publice misi, cognosces: et quidem multo [29] parcius scripsi. Mirari noli: mira est [30] eorum amentia. Nec me meæ ullæ [31] privatim injuriæ moverunt unquam: [32] malus animus eorum in nostra salute, [33] cupiditas [34] partium aliarum, perseverantia in [35] contentione optimi [36] cujusque [37] ferenda mihi non fuit. Nec tamen [38] omnes [39] perditos esse puto. Sed iidem illi, qui [40] tum [41] fugientem [42] patrem meum, qui [43] L. Lentulum, qui [44] Pompejum, qui cæteros viros [45] clarissimos non [46] receperunt, iidem, tanquam aliquo [47] fato, et nunc aut magistratum [48] gerunt, aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. Itaque eadem superbia in pravitate utuntur. Quorum improbitatem aliquando [49] retundi, et non pati [50] impunitate augeri, non solum utile est Reipubl. nostræ, sed etiam necessarium. De nostra dignitate velim tibi ut semper curæ sit, et quocunque tempore occasionem habueris, et in senatu, et in cæteris rebus laudi nostræ [51] suffragere. Cum [52] consulibus [53] decreta est [54] Asia, et permissum est iis ut, [55] dum ipsi venirent, [56] darent negotium, [57] qui Asiam obtineant: rogo te, petas ab iis, ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, et mihi dent negotium, ut Asiam obtineam, [58] dum ipsorum alteruter venit. Nam, quod huc properent in [59] magistratu venire, aut exercitum mittere, causam non habent. Dolabella enim in Syria est, et, ut tu divina tua mente perspexisti et [60] prædicasti, [61] dum [62] isti venient, Cassius eum oppri-

Quæst. *Atqui si ita est*, profligata *jam hæc atque in exitum adducta quæstio est.* 18 Dispersa. 19 Ex navibus fugerunt. Supple, naves, 21 Captæ. 22 Sc. Antonio et Lepido. 23 Firmioribus factis. 24 Difficilius. 25 Sc. bellicum. 26 Salutem reipublicæ. 27 Quantum. 28 Ad senatum. 29 Sc. quam res se habet. 30 Rhodiorum. 31 Mihi illatæ nomine privato. 32 Perversus. 33 Nimium studium. 34 Erga partes adversas. 35 Despecto. 36 Sc. ex nostris. 37 Toleranda. 38 Sc. Rhodios. 39 Improbos perversæ mentis. 40 Tempore belli civilis. 41 Ex prælio Pharsalico. 42 P. Lentulum Spintherem. 43 Præterito anno consulem cum C. Marcello. 44 Sc. Magnum. 45 Senatorii ordinis. 46 Vid. Cæsar. l. III. de bello Civili. 47 Reipublicæ nostræ inimico. 48 Sc. Rhodi. 49 Frangi, repelli. 50 Libertate a pœna. 51 Suffragia et favorem præbeas. 52 Hirtio et Pansæ. 53 Decreto addicta. 54 Sc. minor, cui post mortem Trebonii nullus fuerat præfectus. 55 Donec. 56 Committerent negotium. 57 Supple, iis, 58 Donec. 59 Consulatu, quo defuncti alii in provincias Procoss. ire solent. 60 Laudasti. Vid. Philipp. XI. 61 Donec. 62 Con-

met. Exclusus enim ab [63] Antiochia Dolabella, et in [64] oppugnando [65] male acceptus, [66] nulla confisus [67] urbe, Laodiceam, quæ est in Syria ad mare, se contulit. Ibi spero celeriter eum [68] pœnas daturum. Nam neque, quo refugiat, [69] habet: neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii. [70] sustinere. Spero etiam [71] confectum esse jam et oppressum. Quare non puto Pansam et Hirtium [72] in consulatu properaturos in provincias [73] exire, sed Romæ acturos consulatu. Itaque, si ab his petieris, ut interea nobis procurationem Asiæ dent, spero te posse [74] impetrare. Præterea mihi promiserunt Pansa et Hirtius [75] coram, et absenti mihi scripserunt, Verrioque [76] nostro Pansa affirmavit, se daturum operam [77] ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego [78] porro non [79] medius fidius cupiditate [80] provinciæ [81] produci longius [82] spatium mihi volo. Nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, [83] detrimenti. [84] Quæ ego ne [85] frustra [86] subierim, neve prius quam reliquias meæ diligentiæ [87] consequar, decedere cogar, valde [88] laboro. Nam, si potuissem, quam [89] exegeram, pecuniam universam mittere, postularem, ut mihi succederetur. Nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonii morte [90] amisimus, quod [91] etiam [92] credulitate Dolabellæ, aut perfidia eorum, qui mihi fidem Reique pub. non [93] præstiterunt, id consequi et [94] reficere [95] volo. Quod aliter non potest fieri, nisi [96] spatium habuero. [97] Id ut per te [98] consequar, velim, ut [99] solet, tibi curæ sit. Ego me de Republ. puto esse meritum, ut non [1] provinciæ istius [2] beneficium expectare debeam, sed tantum, quantum Cassius et [3] Bruti, non solum [4] illius facti periculique societate, sed etiam [5] hujus temporis studio et virtute. Primus enim ego [6] leges Antonianas

sules. 63 Syriæ urbe. 64 Sc. Antiochiam. 65 Ab iis, qui custodiebant urbem. Vid. epist, seq. 66 Non ulla alia. 67 Quæ eum reciperet. 68 Perfidiæ suæ in patriam. 69 Supple, locum. 70 Tolerare resistendo impetui ejus. 71 Rara est locutio, cui vix similem invenias. Terentius dixit, conficere *virginem*, i. superare. Eunuch. Act. 5. Sc. 4. 6. Cicero de Arusp. resp. 1. *Statim in ipso facto a gravissimo viro P. Servilio* confectus *ac trucidatus*, i. devictus. 72 Cum erunt consules. 73 Sc. ex Italia. 74 Ab eis. 75 Cum essem præsens. 76 Communi amico. 77 Ut permaneam in magistratu meo, durante suo consulatu. 78 Præterea. 79 Est jurandi formula per Herculem, Jovis, Διοσ filium, aut Deum fidium. 80 Sc. regendæ. 81 Extendi. 82 Sc. tuendæ provinciæ. 83 Damni. 84 Sc. laborem, periculum, detrimentum. 85 Sine aliquo fructu. 86 Passus sim. 87 Adispicar. 88 Contendo, solicitus sum. 89 Sc. a provincialibus. 90 Sc. qui Rempubl. tuentur. 91 Sc. amisimus. 92 Per vel propter credulitatem. 93 Exhibuerunt. 94 Reparare, rursus conficere. 95 Operam do. 96 Temporis, 97 Sc. spatium. 98 Impetrem. 99 Sc. res mea tibi curæ esse. 1 Prorogandæ. 2 Sc. solum. 3 Marcus et Decimus. 4 Cædis Cæsaris. 5 Studio, quo utor hoc tempore reipublicæ periculosissimo. 6 Quas

[7] fregi: primus equitatum [8] Dolabellæ ad Rempub. traduxi Cassioque tradidi: primus [9] delectus habui pro salute [10] omnium contra conjurationem sceleratissimam: solus Cassio et Reip. Syriam, exercitusque, qui [11] ibi erant, conjunxi. Nam, nisi ego tantam pecuniam tantaque præsidia, et tam celeriter Cassio dedissem, [12] ne ausus [13] quidem esset ire in Syriam, et nunc non minora pericula Reip. a Dolabella instarent, quam [14] ab Antonio. Atque hæc omnia is feci, qui et [15] sodalis et familiarissimus Dolabellæ eram, [16] conjunctissimus sanguine Antoniis: [17] provinciam quoque [19] illorum beneficio habebam, sed [19] πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, omnibus [20] meis bellum primus indixi. [21] Hæc [22] etsi adhuc non [23] magnopere mihi tulisse [24] fructum animadverto: tamen non despero, nec [25] defatigabor permanere non solum in studio libertatis: sed etiam in labore et [26] periculis. Attamen si etiam aliqua gloria justa et [27] merita provocabimur, senatus et optimi cujusque [28] officiis, majore cum autoritate apud cæteros erimus, et eo plus prodesse Reip. poterimus. Filium tuum, ad [29] Brutum [30] cum veni, videre non potui, ideo quod jam in [31] hiberna cum equitibus erat profectus. Sed [32] mediusfidius, ea esse eum [33] opinione, et [34] tua, et [35] ipsius, et [36] in primis mea causa gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus [37] teque dignus est. Vale. Data IV. Kal. Jun. [38] Pergæ.

XV. LENTULUS [1] P. F. PRO QUÆS. PROPRÆ. COS. PRÆT. TRIB. PL. SENATUI, POPULO PLEBIQUE ROMANÆ S.D.

[2] Si valetis, liberique vestri valent, bene est: ego quoque valeo. [3] Scelere Dolabellæ [4] oppressa Asia in proximam provinciam Macedoniam, præsidiaque Reipubl. quæ M. Brutus,

tulit Antonius consul. 7 Quia primus contra eas facere ausus est. 8 Qui alter consul erat. 9 Sc. militares. 10 Sc. bonorum. 11 In Syria. 12 Non. 13 Saltem. 14 Sc. instant. 15 Convictor. 16 Arcta consanguinitate devinctus. 17 Sc. Ciliciam. 18 Dolabellæ et Antonii. 19 Patriam meam magis amans. 20 Dolabellæ et Antoniis, et necessariis, Antonio faventibus. 21 Mea studia in rempublicam. 22 Quanquam. 23 Abundanter. 24 Utilitatem. 25 Desistam præ fatigatione. 26 Pro ea obeundis. 27 Sc. a nobis. 28 Debita exhibitione. 29 Sc. Marcum. 30 Quando. 31 Sc. castra. 32 Jurandi formula. 33 Æstimatione hominum, aut proposito juvandæ reipublicæ. 34 Qui pater ejus es. 35 Sc. filii tui, qui laudem inde consequatur. 36 Præcipue. 37 Sc. patrè. 38 *Pergæ* oppidum Pamphyliæ. V. Plin. v. 27. et Mel. 1. 14.

1 Publii Lentuli Spintheris, qui Ciceronem restituit, filius. 2 De Dolabellæ improbitate rebusque a se gestis hac quoque epistola agit Lentulus, ut in superiore. Epistola est nunciatoria et perpetua narratio. 3 Perfidia, nam alienam provinciam hostili more invaserat, et Trebonium, cum quo familiarissime collocutus erat, violata fide occiderat. 4 Cum esset op-

[5] V.C. tenebat, me contuli, et id [6] egi, ut per quos celerrime [7] posset, Asia provincia vectigaliaque in vestram potestatem redigerentur. Quod cum [8] pertimuisset Dolabella, vastata provincia, correptis [9] vectigalibus, præcipue civibus Rom. omnibus crudelissime denudatis ac divenditis, celeriusque Asia excessisset, quam eo præsidium [10] adduci potuisset: diutius morari, aut expectare præsidium [11] non necesse habui, et [12] quamprimum [13] ad meum officium revertendum mihi esse existimavi: ut [14] et reliqua [15] vectigalia exigerem, et, quam deposui, pecuniam colligerem; quicquid ex [16] ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem [17] quamprimum, et vos de omni re facerem certiores. Interim, cum per insulas in Asiam naviganti mihi nunciatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiosque naves complures instructas et paratas [18] in aqua habere; cum iis navibus, quas aut mecum adduxeram, aut [19] comparaverat Patiscus [20] proquæstor, homo mihi cum familiaritate, tum etiam [21] sensibus in Republ. conjunctissimus, Rhodum reverti, confisus auctoritate vestra, senatusque consulto, quo hostem Dolabellam [22] judicaratis, fœdere quoque, quod cum [23] iis M.Marcello, Ser.Sulpitio renovatum erat, quo [24] juraverant Rhodii, eosdem hostes se habituros, quos senatus populusque Rom. Quæ res nos vehementer fefellit. Tantum enim abfuit, ut [25] illorum præsidio nostram firmaremus classem, ut etiam, a Rhodiis [26] urbe, [27] portu, [28] statione, quæ extra urbem est, [29] commeatu, [30] aqua denique prohiberentur nostri milites, [31] nos vix ipsi singulis cum [32] navigiolis [33] reciperemur. Quam [34] indignitatem diminutionemque majestatis non solum juris nostri, sed etiam imperii, populique R. idcirco [35] tulimus, [36] quod [37] interceptis literis, [38] cognoramus Dolabellam, si desperasset de Syria, [39] Ægypto-

pressa, Smyrna capta. 5 Vir clarissimus. 6 Effeci. 7 Sc. redigi. 8 Valde timuisset me facturum. 9 Pensionibus publicis simul raptis. 10 A me. 11 Non opus fuit. 12 Quam citissime. 13 Quod sequentibus verbis explanatur. 14 Simul. 15 Pecuniæ cura ad quæstorem, qualis hic erat Lentulus, pertinebat. 16 Sc. pecunia deposita. 17 Valde cito. 18 Super aquam. 19 Acquisiverat. 20 Ipsius Lentuli, post obitum Trebonii. 21 Consensu. 22 Post C. Trebonii cædem. 23 Sc.Rhodiis. 24 Hoc in omnibus fœderibus est observatum. 25 Rhodiorum. 26 Ingressu in urbem. 27 Sc. diuturno. 28 Loco, ubi ad tempus naves possent stare in anchoris. *Portus et statio* differunt; nam *portus* tutior, quam *statio*. Virgil. 2. Æneid. *Nunc tantum sinus, et* statio *male fida carinis*. 29 Victu, cibariis. 30 Sc. dulci, sive aquatione, sive omni communione. Aquarum enim usus communis est. 31 Sc. duces. 32 Parvis navigiis. 33 Admitteremur in urbem. 34 Indecentiam, contemptum. 35 Toleravimus. 36 Quia. 37 Per literas, a Dolabella missas et a nostris interceptas. 38 Cognoveramus. 39 Sc. retinendis.

que, quod necesse erat fieri, in naves cum omnibus suis latronibus atque omni [40] pecunia conscendere esse paratum, Italiamque petere: idcirco etiam naves [41] onerarias, quarum minor nulla erat [42] duum millium amphorum, contractas in Lycia a classe ejus obsideri. [43] Hujus rei timore, P. C. [44] percitus injurias perpeti, et cum contumelia etiam nostra omnia prius [45] expetiri malui. Itaque ad [46] illorum voluntatem introductus in [47] urbem, et in senatum eorum, quam diligentissime potui, causam Reip. egi, periculumque omne, quod instaret, si ille [48] latro cum omnibus suis naves conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta in [49] pravitate animadverti, ut [50] omnes [51] firmiores putarent, quam [52] bonos, ut hanc concordiam et [53] conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem [54] propense non crederent esse factam, ut [55] patientiam senatus et [56] optimi cujusque manere [57] etiam nunc confiderent, nec potuisse audere quenquam Dolabellam hostem judicare: ut denique omnia, quæ improbi fingebant, magis [58] vera existimarent, quam quæ vere facta erant, et a nobis [59] docebantur. Qua [60] mente etiam ante nostrum adventum, post [61] Trebonii indignissimam cædem, cæteraque tot tamque nefaria facinora, binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum et [62] quidem [63] novo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus iis, qui tum [64] magistratus gerebant. Hæc sive timore (ut dictitant) [65] de agris, quos in [66] continenti habent, sive [67] furore, sive potentia paucorum (qui et antea pari [68] contumelia [69] viros clarissimos affecerant, et nunc maximos magistratus [70] gerentes) nullo exemplo, neque [71] nostra ex parte, neque nostro [72] præsentium, neque imminenti Italiæ [73] urbique nostræ periculo, si ille [74] parricida cum suis latronibus, navibus, ex Asia, Syriaque expulsus, Italiam petiisset, [75] mederi, cum facile possent, noluerunt. Nonnullis etiam ipsi [76] ma-

40 Sc. surrepta. 41 Quæ onera vehunt. 42 Quam quæ capiebat bis mille amphoras. *Amphorum*, dicitur more Græco pro *amphorarum*, idque cum additur numerus; uti *amphorarum* dicitur per se. 43 Sc. ne in Italiam trajiceret. 44 Percussus, nimis incitatus. 45 Tentare. 46 Rhodiorum. 47 Rhodum. 48 Sc. Dolabella. 49 Perversitate. 50 Sc. alios. 51 In causa sua defendenda. 52 Reipublicæ fautores. 53 Unanimitatem. 54 Propensis animis. 55 Tolerantiam. 56 Omnium, qui Reipublicæ student. 57 Etiam in hunc diem. 58 Sc. esse. 59 Explanabantur. 60 Affectu et voluntate. 61 A Dolabella occisi. 62 Certe. 63 Insolito. 64 Sc. Rhodios. 65 Propter agros, quos Dolabellam vastaturum timebant. 66 Terra firma, quæ non est insula. 67 Quo correpti nesciunt, quid faciant. 68 Sc. qua nos nunc afficiunt. 69 Patrem Lentuli, L. Lentulum, et Pompejum, aliosque. Vid. ep. superiorem. 70 Ut nos, proconsules romanos. 71 E re nostra, quod nostris partibus erat proficuum. 72 Qui præsentes sumus. 73 Romæ. 74 Sc. Dolabella. 75 Remedium facere. 76 Sc.

gistratus veniebant in suspicionem, detinuisse nos, et demorati esse, [77] dum classis Dolabellæ certior fieret de adventu nostro. Quam suspicionem [78] cousecutæ res aliquot auxerunt, maximeque quod subito ex Lycia Sext. Marius et C. Titius, legati Dolabellæ, a classe discesserunt, navique [79] longa profugerunt, [80] onerariis relictis, in [81] quibus colligendis [82] non minimum tempo is laborisque consumserunt. Itaque cum Rhodo, cum iis, quas habueramus, navibus in Lyciam venissemus, naves onerarias recepimus, [83] dominisque restituimus: idemque, quod maxime verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desiimus: [84] classem fugientem persequuti sumus usque [85] Sidam, quæ [86] extrema regio est [87] provinciæ meæ. Ibi cognovi partem navium Dolabellæ diffugisse: reliquas Syriam, Cyprumque [88] petiisse. Quibus disjectis, cum scirem C. Cassi, [89] singularis civis, et ducis, classem maximam fore [90] præsto in [91] Syriam, ad meum [92] officium [93] reverti: [94] daboque operam, ut meum studium, diligentiam vobis [95] P.C. et Reip. præstem, pecuniamque quam maximam potero, et quam [96] celerrime, [97] cogam, omnibusque cum [98] rationibus ad vos mittam. Si [99] percurrero provinciam et cognovero, qui nobis et Reip. fidem præstiterunt in conservanda pecunia a me deposita, [1] quique [2] scelere [3] ultro [4] deferentes pecuniam [5] publicam, hoc [6] munere [7] societatem facinorum cum Dolabella [8] inierunt; faciam vos certiores. De quibus, si vobis [9] videbitur, si, ut meriti sunt, [10] graviter [11] constitueritis, nosque vestra autoritate [12] firmaveritis; facilius [13] et [14] reliqua exigere vectigalia, et exacta [15] servare poterimus. Interea, [16] quo commodius [17] vectigalia [18] tueri, provinciamque ab injuria defendere possim, præsidium necessarium, [19] voluntariumque

Rhodii, qui videbantur in aliis favere nobis. 77 Donec. 78 Quæ secutæ sunt. 79 Bellica, quæ non solum velis incitabatur, sed etiam remis agebatur, profugerunt, adventus nostri timore. 80 Sc. navibus. 81 Sc. onerariis navibus. 82 Plurimum. 83 A quibus illas abstulerant. 84 Sc. Dolabellæ. 85 Pamphiliæ urbem, et regionem maritimam. Sup. l. III. ep. 5. 86 Ultra non licuit, nam provinciæ fines præterire leges vetabant. 87 Asiæ, ad cujus imperium Pamphylia pertinebat. 88 Sc. consilio. 89 Excellentis. 90 Paratam. 91 *Accusativus* pro *ablativo*. 92 Sc. tuendæ provinciæ. 93 Redii. 94 Et omni ope annitar. 95 Patres conscripti. 96 Supple, *potero*. 97 Corradam. 98 Sc. acceptæ et expensæ pecuniæ in provincia mea; quas ad ærarium Quæstores et Imperatores exercituum referre cogebantur. 99 Propere peragravero. 1 Et qui. 2 Per scelus. 3 Sponte. 4 Sc. ad Dolabellam. 5 Reipublicæ. 6 Dono pecuniæ publicæ. 7 Participationem. 8 Contraxerunt. 9 Utile. 10 Acerbe sc. animadvertendum. 11 Judicaveritis. 12 Corroboraveritis. 13 Simul. 14 Nondum recepta. 15 Sc. ne alteri dentur, quam a republica misso. 16 Ut. 17 Sc. publica. 18 Conservare. 19 Quia sponte se obtu-

[20] comparavi.[21] His literis scriptis, milites circiter XXX. quos Dolabella ex Asia conscripserat, e Syria fugientes in Pamphiliam venerunt, hi nuntiaverunt, Dolabellam [22] Antiocheam, quæ [23] in Syria est, venisse: non [24] receptum, conatum esse aliquoties [25] vi introire: repulsum semper esse cum magno suo [26] detrimento: itaque [27] centum circiter amissis, ægrisque compluribus relictis, noctu Antiochea profugisse Laodiceam versus: [28] ea nocte omnes fere asiaticos milites ab eo discessisse: ex [29] his ad octingentos Antiocheam rediisse, et se iis tradidisse, qui a Cassio relicti, [30] urbi illi præerant: cæteros per [31] Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex [32] numero se quoque esse dicebant: Cassium [33] autem cum suis omnibus copiis, [34] nuntiatum esse, [35] quatridui iter a Laodicea abfuisse, tum, cum Dolabella [36] eo tenderet. Quamobrem [37] opinione celerius, confido, [38] sceleratissimum latronem pœnas [39] daturum. [40] IV. Non. Jun. Pergæ.

XVI. C. TREBONIUS CICERONI S. D.

[1] Si vales, bene est. [2] Athenas veni a. d. XI. Kal. Jun. atque ibi, quod maxime optabam, vidi [3] filium tuum, deditum optimis studiis, [4] summaque [5] modestiæ fama. Qua ex re quantam voluptatem ceperim, scire potes, etiam me tacente. [6] Non enim nescis, quanti te [7] faciam, et [8] quam [9] pro nostro [10] veterrimo, verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, [11] non modo tanto bono gaudeam. Noli putare, mi Cicero, [12] me hoc auribus tuis dare: nihil adolescente tuo, atque [13] adeo [14] nostro (nihil enim mihi a te potest esse [15] sejunctum) aut ama-

lerunt. 20 Acquisivi. 21 Postquam hæ literæ erant scriptæ, et nondum signatæ. 22 Urbem. 23 Plures enim fuerunt hujus nominis urbes in illa Orientali plaga. 24 Sc. in eam urbem. 25 Per vim ac violentiam. 26 Damno, quia semper multos e copiis suis amisit. 27 Sc. militibus. 28 Sc. qua aufugit. 29 Sc. Asiaticis. 30 Antiocheæ. 31 Montem, qui Ciliciam et Syriam percurrit. 32 Ceterorum. 33 Sc. dicebant. 34 Sc. ab aliis. 35 Per spatium itineris, quod quatuor diebus fieri solet. 36 Ad eam urbem. 37 Celerius, quam opinari quis potest. 38 Sc. Dolabellam. 39 Scelerum suorum. 40 Supple, *data* aut *scripta*.

1 Gratulatur Trebonius Ciceroni de filii Athenis philosophantis sub Cratippo indole ad virtutem: mittit in fine epistolæ versus in civem improbum a se conscriptos, more Lucilii. Epistola est nunciatoria. 2 Post Cæsaris mortem, cum proconsulari imperio in Asiam provinciam. 3 Marcum Ciceronem. 4 Habentem summam famam. 5 Moderatæ vitæ. 6 Quia bene scis. 7 Aestimem. 8 Quantum. 9 Propter. 10 Vetustissimo. *Vetus* enim olim dicebatur *veter*, unde *vetera veterrimus*. 11 Nedum tanto bono, quantum est habere talem filium. Ubi notandum nos etiam alienis gaudere bonis, præsertim dum ea nostra censemus. 12 Tibi blandiri, dicendo, quod te libenter auditurum credam. 13 Omnino. 14 Nobis communi. 15 Divisum, quia a-

bilius omnibus iis, qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium, quas tu maxime amas, hoc est, optimarum. Itaque tibi, quod vere facere possum, libenter quoque gratulor, nec minus etiam [16] nobis; quod [17] eum, quem necesse erat diligere, [18] qualiscumque esset, talem habemus, ut libenter quoque diligamus. Qui cum mihi [19] in sermone injecisset, se velle Asiam visere, non modo invitatus, sed etiam [20] rogatus est a me, ut id potissimum, [21] nobis obtinentibus [22] provinciam, faceret. Cui nos et caritate, et amore [23] tuum officium præstaturos non debes dubitare. Illud quoque erit nobis curæ, ut [24] Cratippus [25] una cum eo sit, ne putes in Asia [26] feriatum illum ab iis studiis, [27] in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Nam illum paratum, ut video, et [28] ingressum [29] pleno gradu, cohortari non intermittemus, [30] quo in dies longius, discendo, exercendoque se, procedat. Vos quid ageretis in Rep. cum has literas dabam non sciebam. Audiebam quædam turbulenta: quæ scilicet cupio esse falsa, ut [31] aliquando [32] otiosa libertate fruamur: quod [33] vel minime adhuc mihi contigit. Ego tamen nactus [34] in navigatione nostra [35] pusillum [36] laxamenti, [37] concinnavi [38] tibi [39] munusculum ex [40] instituto meo, et [41] dictum cum magno nostro honore a te [42] dictum, [43] conclusi, et tibi [44] infra [45] subscripsi: in quibus versiculis si tibi quibusdam verbis [46] εὐθυρρημονέστερος videbor, turpitudo personæ ejus, in quam [47] liberius invehimur, [48] vindicabit. Ignosces etiam iracundiæ nostræ, quæ justa est in ejusmodi et homines, et cives. Deinde, [49] qui magis hoc [50] Lucilio licuerit assumere [51] libertatis, quam nobis? cum [52] etiamsi odio [53] par fuerit in eos, quos læsit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos [54] tanta libertate verborum incurreret. Tu, sicut mihi

micorum omnia sunt communia. 16 Ambobus, sc. gratulor. 17 Sc. filium tuum. 18 Qualis qualis, sive bonus, sive malus. 19 Inter loquendum. 20 Plus est *rogare*, i. orare, quam *invitare*. 21 Me. Enallage numeri pluralis pro singulari. 22 Sc. Asiam. 23 Paternum. 24 Illius præceptor; quem philosophorum ætatis principem Cicero l. 1. Off. appellat. Vid. et epist. 21. lib. XVI. 25 Simul. 26 Otiosum. 27 Ad. 28 Ad dicta studia. 29 Qui tam multum processit aut profecit. 30 Ut. 31 Tandem. 32 Sine negotio belli. 33 Etiam. 34 Dum essem in navi. 35 Modicum. 36 Recreationis et relaxationis. 37 Composui. 38 Ad honorem tuum. 39 Parvum munus literarium. 40 More et studio meo. 41 Elegans verbum. 42 Pronunciatum. 43 In fine posui. 44 Ab inferiori parte. 45 Assensum præbui. 46 Aliquantulum in verbis liberior, et rem ipsam nulla circumscriptione quasi rectis verbis describens. 47 Nimis liber. 48 Scilicet a reprehensione digna. 49 Quomodo. 50 Scilicet satirico. 51 Ut aperte vitiosos taxet. 52 Quamvis 53 Æqualis mihi. 54 Quam ego.

pollicitus es, adjunges me [55] quamprimum [56] ad tuos sermones. Namque illud non dubito, quin, si quid de interitu Cæsaris scribas, non patiaris me minimam partem et [57] rei, et amoris tui ferre. Vale, et matrem, [58] meosque tibi commendatos habe. D. VIII. Kal. Jun. Athenis.

XVII. M. T. C. Q. [1] CORNIFICIO [2] COLLEGÆ S. D.

[3] Grata mihi vehementer est memoria [4] nostri tua, [5] quam significasti literis: quam ut conserves, non [6] quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis [7] tumultuosiora quædam nuntiata sunt: quæ, quia tibi sunt [8] propiora, quam nobis, tua me causa magis [9] movent, quam mea. Romæ summum otium est, sed ita, ut [10] malis [11] salubre aliquod, et honestum negotium: quod spero, [12] fore, quia [13] video id curæ esse [14] Cæsari. Me scito, [15] dum tu [16] absis, quasi occasionem quandam et licentiam nactum, scribere [17] audacius, [18] cætera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes: sed [19] proxime scripsi de [20] optimo genere dicendi: [21] in quo sæpe suspicatus sum te a judicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem a non indocto, paullulum [22] dissidere. Huic tu libro [23] maxime velim [24] ex animo, [25] si minus, [26] gratiæ causa [27] suffragere. Dicam [28] tuis, ut [29] eum, si velint, [30] describant, [31] ad teque mittant. Puto enim, [32] etiamsi [33] rem [34] minus probabis, tamen, in ista solitudine, quicquid a me [35] profectum sit, [36] jucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam dignitatemque commendas: [37] facis tu quidem [38] omnium

55 Valde cito. 56 Ad tua scripta. 57 Facti, videlicet, cædis Cæsaris. 58 Scilicet domesticos.

1 Africæ prætori, a Cæsare præfecto. 2 In Auguratu. Epist. XXII. hujus libri. 3 Exponit Cornificio, quid Cæsar, quidque ipse in ocio agat petitque, ut edito commendario de optimo genere dicendi faveat. Epistola est nunciatoria. 4 Quam habes de nobis. 5 Scil. memoriam. 6 Quia. 7 Scilicet, quam velimus, aut aliquantulum tumultuosa, de Q. Cæcilio Basso et Sexto Julio inter se dissidentibus, et bello ex ea re excitato. Nisi forte famam de bello Parthico intelligere malimus. 8 Viciniora. 9 Timore afficiunt. 10 Magis velis. 11 Sc. patriæ. 12 Futurum brevi. 13 Animadverto. 14 Sc. Julio. 15 Interea dum. 16 Sc. ab urbe. 17 Quam sc. si adesses. Unde innuit se eum vereri: docuerat enim Cornificius publice literas, et sunt, qui ejus putent ad Herennium libros Rhetoricorum, qui ascribuntur Ciceroni. 18 Philosophica. 19 Novissime. 20 Optimo genere Oratorum; nisi forte magis placet oratorem intelligere. 21 Sc. opere. 22 Diversum esse et dissentire. 23 Præcipue. 24 Vero judicio. 25 Si non, sc. possis id facere. 26 Benevolentiæ tuæ in me. 27 Ut faveas et adspires. 28 Sc. ministris et servis. 29 Sc. librum. 30 De meo scribant. 31 Et mittant sc. eum ad te. 32 tanquam. 33 Opus ipsum. 34 Non satis. 35 Ortum. 36 Gratum. 37 Sc, id. Sc. qui absunt a patria.

more: sed [39] velim sic [40] existimes; me cum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimum [41] tribuam, tum de summo [42] ingenio, et de optimis tuis studiis, et de spe amplissimæ [43] dignitatis ita judicare, ut neminem tibi anteponam, [44] comparem paucos. Vale.

XVIII. M. T. C. CORNIFICIO COLLEGÆ S. D.

[1] Quod extremum fuit in epistola, quam a te proxime accepi, ad id primum respondebo. Animadverti enim hoc vos magnos oratores [2] facere [3] nonnunquam. [4] Epistolas [5] requiris meas: ego autem [6] nunquam, cum mihi denuntiatum esset [7] a tuis [8] ire aliquem, non dedi. Quod mihi videor ex tuis literis intelligere, te nihil [9] commissurum esse [10] temere, nec ante quam [11] scisses [12] quo iste, nescio qui Cæcilius Bassus [13] erumperet, quicquam [14] certi constituturum: id ego [15] et [16] speraram prudentia tua [17] fretus, et [18] ut confiderem, fecerunt tuæ gravissimæ literæ, idque ut facias quam [19] sæpissime, ut, [20] et quid tu agas, et quid [21] agatur, scire possim, et etiam quid acturus sis, valde te rogo. [22] Etsi periniquo patiebar animo te a me digredi: tamen eo tempore me consolabar, quod et in summum otium te ire arbitrabar, et ab [23] impendentibus magnis negotiis discedere. Utrumque [24] contra accidit. [25] Istic enim bellum est exortum, hic pax consequuta: sed ejusmodi pax, in qua si adesses, multa te non delectarent: ea [26] tamen, quæ [27] ne [28] ipsum Cæsarem quidem delectent: BELLORUM [29] enim civilium [30] hi semper exitus sunt, ut non ea solum fiant, quæ velit victor, sed etiam ut iis [31] mos gerendus sit, quibus adjutoribus [32] parta sit victoria; [33] Equidem sic jam [34] obdu-

39 Sc. ut. 40 Æstimes. 41 Ita sit quod tribuam. 42 Sc. tuo. 43 Sc. quam consecuturum speramus. 44 Comparandos et similes quodam modo putem.

1 Excusat se primo, quod Cornificius literas a se non acceperit, quum nullum, qui eas ferret, prætermiserit: damnat otium urbis, ut quod putat contra dignitatem suam, mallet enim in republica florere; optatque ipsum Cornificium adesse, quicum ridere possit, quæ in urbe fiant. 2 Sc. respondere primum extremo loco dictis aut objectis. 3 Interdum. 4 Sc. meas. 5 Accusas, quod non scripserim ad te. 6 Semper dedi. 7 Tuorum. 8 Proficisci, sc. a me ad te. 9 Facturum. 10 Inconsiderate. 11 Scivisses. 12 In quam partem. 13 Diu celatum ac tectum consilium vi revelaret. 14 Firmi propositi. 15 Simul. 16 Sc. te esse facturum. 17 Confisus et adjutus prudentia tua. 18 Sc. te id facturum. 19 Frequentissime. 20 Simul. 21 Sc. ab aliis. 22 Quanquam. 23 Imminentibus. 24 Sc. opinionem meam. 25 Ubi tu es. 26 Sed. 27 Non saltem. 28 Caput rei bellorum. 29 Quis. 30 Hujusmodi. 31 Obsequendum sit. 32 Acquisita. 33 Ego quidem. 34 Patiens sum factus, et velut callum et duritiem quandam in animo contraxi.

rui, ut ludis [35] Cæsaris nostri æquissimo animo [36] viderim T. [37] Plancum, audirem Laberii, et [38] Publii poemata. Nihil tam deesse scito, [39] quam [40] qui cum hæc familiariter, [41] docteque rideam. [42] Is tu eris, si [43] quam primum veneris. Quod ut facias, [44] non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.

XIX. M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[1] Libentissime legi tuas literas: in quibus jucundissimum mihi fuit, quod cognovi [2] meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses, [3] verebar, ut redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamque provinciam tibi tributam esse a Cæsare, ex tuis literis cognovi. [4] Eandem rem tibi [5] volo bene, et feliciter evenire. Quod ita [6] fore confido, [7] fretus et industria, et prudentia tua. Sed de Parthici [8] belli suspicione quod scribis, [9] sane me commovit. Quantum [10] copiarum haberes, cum [11] ipse [12] conjectura [13] consequi poteram, [14] tum ex tuis literis cognovi. Itaque opto, [15] ne se [16] illa gens moveat, hoc tempore, [17] dum ad te regiones eæ perducantur, quas audio duci. Quod si [18] pares copias ad [19] confligendum non habebis, [20] non te fugiet uti cousilio M. Bibuli, qui se [21] oppido munitissimo et copiosissimo tam diu [22] tenuit, quam diu in provincia Parthi fuerunt. Sed [23] hæc melius [24] ex re et [25] ex tempore constitues. Mihi [26] quidem [27] usque curæ erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Literas ad te nunquam [28] habui cui darem, quin dederim. A te, ut [29] idem facias, peto, [30] in primisque, ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciant esse. Vale.

---

35 Quos Cæsar victor agendo curat. 36 Sc. agentem. 37 Sc. histrionem. 38 Qui sunt mimographi. 39 Supple, aliquem. 40 Cum quo. 41 Judicio arguto. 42 Sc. quicum ridebo. 43 Valde cito. 44 In re esse non solum mea, sed etiam tua.

1 Quum Cæsar præfecisset Cornificium Syriæ, et in ea bellum timeretur, aut jam esset, optat Cicero rem illi feliciter evenire: postea vero contra bellum Parthicum monet quomodo agere debeat: ostenditque se cupere scire, quid illic hactenus egerit. Epistola est gratulatoria et petitoria. 2 Sc. literas. 3 Formidabam, ne redderentur, sc. tibi. 4 Sc. belli et provinciæ administrationem. 5 Opto. 6 Esse futurum. 7 Confisus. 8 A Cæcilo, Basso commoti. 9 Multum. 10 Sc. Militarium. 11 Ego per me ipsum. 12 Per conjecturam. 13 Cognoscere. 14 Multo apertius. 15 Ut non. 16 Sc. Parthica. 17 Donec. 18 Satis magnas. 19 Sc. Prælio. 20 Memineris. 21 Sc. Antiochia. 22 Quo tempore ego Ciliciæ præeram. 23 Quid de hoc sit statuendum. 24 Ex dispositione negotii. 25 Ex qualitate temporis. 26 Certe. 27 Sc. illud tempus. 28 Sc. tabellarium. 29 Simile. 30 Supple, peto.

*

XX. M. T. C. CORNIFICIO COLLEGÆ S. D.

[1] Gratæ mihi tuæ literæ, nisi quod [2] Sinuessanum diversoriolum contemsisti. Quam quidem contumeliam [3] villa [4] pusilla [5] iniquo animo feret, nisi in Cumano, et Pompejano reddideris [6] πάντα περὶ πάντων. Sic igitur facies meque amabis, et scripto aliquo [7] lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quam provocare. Quod si, [8] ut es, cessabis: lacessam: nec [9] tua ignavia etiam inertiam afferet. [10] Plura otiosus: hæc, cum essem in senatu, [11] exaravi. Vale.

XXI. M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[1] Canicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum [2] suorum caussa legatus est in Africam legatione [3] libera: eum, velim, rebus omnibus adjuves, operamque des, ut quam commodissime sua negotia [4] conficiat. Inprimisque, quod ei carissimum est, [5] dignitatem ejus tibi commendo: idque a te peto, quod [6] ipse in provincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus [7] senatoribus, [8] lictores darem: quod [9] idem [10] acceperam, et cognoveram, a summis viris [11] factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies: cæterisque rebus omnibus ejus dignitati reique, si me amas, [12] consules. Id erit mihi gratissimum. Da operam, ut valeas.

XXII. M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[1] Nos hic cum [2] homine gladiatore omnium nequissimo, col-

1 Jocatur, quod in villam suam non diverterit, et ad scribendum invitat. Jocosa et hortatoria epistola. 2 Quod habeo Sinuessæ. 3 Domus mea rustica. 4 Exigua. 5 Alludit ad pauperes, qui se contemni ægre ferunt. 6 Omnia de omnibus. Ubi quid est prætermissum, plena compensatio describitur his verbis. 7 Provocabis. 8 Sc. tardus ad scribendum. 9 Tua negligentia agendi inscientiam afferet. 10 Supple, scribam, 11 Raptim scripsi. Vid. ep. 26. lib. IX.

1 Commendat Cornificio Africæ præfecto C. Anitium familiarem suum, ejusque dignitatem et negotia. Epistola est commendatoria. 2 Non publicorum. 3 Quæ honoris fere caussa senatoribus, ad sua negotia proficiscentibus, a senatu concedi solebat, ne sc. senatores in provinciis prorsus privati essent. Vid. epist. 1. lib. XI. 4 Perficiat. 5 Sc. eam esse commendatam. 6 Ego. 7 Senatorii ordinis viris. 8 Ministros publicos cum fascibus. 9 Beneficium. 10 Sc. ab aliis. 11 Frequenter factum. 12 Providebis et proderis.

1 Scribit se post cædem Cæsaris habere magnum bellum cum Antonio, sed se agere verbis, illum armis; queriturque rempublicam desolatam, cum Brutus et Cassius absint. Deinde scribit de decreto senatus. Unde videtur hæc epistola scripta paulo post necem Cæsaris, superiores ante eam. Epistola est nunciatoria et petitoria. 2 Sanguinario, et in hominum

lega vestro, Antonio bellum gerimus, sed[3] non pari conditione, contra arma verbis. At etiam de te[4] concionatur: [5] nec impune: [6] nam sentiet, quos lacesserit. Ego autem acta ad te omnia [7] arbitror perscribi ab aliis, a me futura debes cognoscere: [8] quorum quidem non est difficilis conjectura. Oppressa omnia sunt: nec habent ducem [9] boni: nostrique [10] τυραννοκτόνοι [11] longe gentium absunt. Pansa et sentit bene, et loquitur fortiter. Hirtius noster tardius [12] convalescit. Quid futurum sit, plane nescio. Spes tamen una est, [13] aliquando populum Rom. [14] majorum similem fore. Ego certe Reip. non deero: et, quicquid acciderit, a quo mea culpa absit, animo forti [15] feram. Illud profecto, quoad potero, tuam famam, et dignitatem tuebor. A. d. XIII. Kal. Jan. senatus [16] frequens mihi est assensus, cum de ceteris rebus magnis, et necessariis, tum de provinciis ab iis, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, nisi qui ex senatus consulto successisset. Hoc ego, cum Reip. causa [17] censui, tum mehercule in primis [18] retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te amoris nostri causa rogo [19] atque Reip. causa hortor, ut omnia in tua provincia esse patiare ut ne [20] cui quicquam juris referas ad [21] dignitatem, [22] qua nihil potest esse præstantius. [23] Vere tecum agam, ut necessitudo nostra postulat. In [24] Sempronio, si meis literis obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus esses. Sed illud et præteriit, et [25] levius est. Hæc magna res est. Fac ut provinciam retineas in potestate Reip. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. Itaque Cherippo [26] nostro me velim [27] excuses.

XXIII. M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[1] Omnem conditionem imperii tui, statumque [2] provinciæ mihi

cædem, more gladiatorum, exercitato. 3 Impari. 4 Verba ad populum facit. 5 Non sine punitione futura. 6 Hoc dicit, ut Cornificium ad ultionem stimulet. 7 Existimo. 8 Sc. futurorum. 9 Optimates, et qui eorum partes sequuntur. 10 Tyrannicidæ, ut Brutus et Cassius. 11 In longinquis regionibus; Brutus nempe in Græcia, et Cassius in Syria. 12 Sc. ex ægritudine; antequam enim iniret consulatum, ægrotabat, et populus romanus pro ejus salute vota faciebat. 13 Tandem. 14 Sc. suorum, id est, libertatis vindicem. 15 Patiar. 16 Magno numero senatorum. 17 Dicendo sententiam judicavi. 18 Contra C. Calvisium tuam provinciam petentem, et quam ei Antonius sine senatusconsulto tradiderat. 19 Et. 20 Alicui. 21 Non ad utilitatem. 22 Sc. dignitate. 23 Ex animo et aperte. 24 Eo, quod mandavi de Sempronio. 25 Modici momenti. 26 Fuerat enim cum Q. Cicerone in Asia. 27 Quod ei non rescripsi.

1 Dicit ex Stratorio se omnia intellexisse, quæ intolerabilia quidem sunt, sed quæ speret ab eo ulciscenda. Epistola est narratoria. 2 Sc. tuæ.

demonstravit[3] Stratorius. [4] O multa intolerabilia locis omnibus! Sed quo tua major dignitas, eo, [5] quæ tibi acciderunt, minus ferenda. Neque enim, quæ tu propter magnitudinem et animi, et ingenii moderate fers, a te non ulciscenda sunt, etiamsi non sint dolenda. Sed hæc [6] posterius. Rerum urbanarum acta tibi mitti [7] certe scio, quod [8] ni ita [9] putarem, [10] ipse [11] perscriberem, [12] inprimisque Cæsaris [13] Octaviani [14] conatum: de quo multitudini fictum ab Antonio [15] crimen videtur, ut in [16] pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes [17] autem, et boni viri et credunt [18] factum, et [19] probant. [20] Quid quæris? magna spes est in [21] eo. Nihil est, quod non existimetur laudis, et gloriæ causa facturus. Antonius autem, [22] noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut quum [23] interfectores suos [24] domi comprehenderit, rem [25] proferre non audeat. A. d. VII. Id. Octob. Brundisium erat [26] profectus obviam legionibus Macedonicis quatuor: quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easque ad [27] urbem adducere, et in cervicibus nostris [28] collocare. [29] Habes formam Reip. si in castris potest esse Resp. in [30] qua tuam [31] vicem sæpe doleo, quod [32] nullam partem [33] per ætatem sanæ et salvæ Reip. gustare potuisti. Atque [34] antehac quidem [35] sperare [36] saltem licebat, nunc etiam [37] illud ereptum est. Quæ enim spes est, cum in [38] concione dicere ausus sit Antonius, [39] Canutium apud [40] eos locum sibi quærere, quibus, [41] se salvo, locus in civitate esse non posset? [42] Equidem et hæc, et omnia quæ homini accidere possunt, sic fero, ut magnam habeam philosophiæ gratiam, quæ me non [43] modo a solitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus armat: tibique idem censeo faciundum, nec, a quo culpa absit, quicquam in [44] malis numerandum. Sed hæc tu [45] me-

3 Sc. amicus tuus. 4 Exclamandi particula. 5 A. T. Sexto altero Africæ prætore, qui postea etiam bellum cum illo gessit. 6 Supple, scribam. 7 Ut certum. 8 Nisi. 9 Miro subjungit, *putarem*, cum se certo scire præmiserit. 10 Egomet. 11 Supple, ea. 12 Supple, scriberem. 13 Octavii filii. 14 Vid. Epist. 28. lib. x. 15 Insidias a Cæsare Antonio ipsi factas. 16 Derelictam ei testamento a Cæsare, unde Antonius magnam vim sustulit. 17 Sed. 18 A Cæsare ex animo. 19 Commendant. 20 Sc. ut multa scribam. 21 Sc. Cæsare. 22 Ironia est. 23 Ad se interficiendum a Cæsare immissos. 24 Sc. Suæ. 25 Divulgare. 26 Egressus. 27 Romam. 28 Ut nobis sint gravamini. 29 Intelligis. 30 Sc. re. 31 Sortem. 32 Non ullam. 33 Quia, cum respublica vigeret, nimis juvenis eras, et postquam vir esse cœpisti, respublica oppressa fuit. 34 Ante hoc tempus. 35 Gustare aliquando partem reipublicæ salvæ et sanæ. 36 Ad minimum. 37 Sc. sperare talia. 38 Sermone ad populum convocatum. 39 Vid. Epist. 3. hujus libri. 40 Perditos homines. 41 Donec fuerit salvus. 42 Ego quidem. 43 Solum. 44 Quæ vera censenda sunt mala. 45 Nosti, aut diceres.

lius. Stratorium[46] nostrum[47] cum semper probassem, tum maxime in tuis rebus summam ejus fidem, diligentiam, prudentiamque cognovi. Da operam, ut valeas: [48] Hoc mihi gratius facere nihil potes.

XXIV. M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[1] Ego[2] nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi[3] quidem. Sed mea studia erga te, et officio malo tibi ex[4] tuorum literis, quam ex[5] meis, esse nota. Te tamen hortor, ut omni cura in[6] Rempub.[7] incumbas.[8] Hoc est[9] animi, hoc est ingenii tui,[10] hoc ejus spei, quam habere debes amplificandæ dignitatis tuæ.[11] Sed hac de re[12] alias ad te[13] pluribus. Cum enim hæc scribebam, in exspectatione erant omnia, nondum[14] legati redierant, quos senatus non ad pacem[15] deprecandam, sed ad bellum denuntiandum miserat,[16] nisi legatorum[17] nuntio paruisset. Ego tamen, ut primum[18] occasio data est, meo[19] pristino more Remp. defendi: me principem senatui, populoque R. professus sum: nec, posteaquam suscepi causam[20] libertatis, minimum tempus amisi tuendæ salutis, libertatisque communis. Sed hæc[21] quoque[22] te ex aliis malo. T. Pinarium familiarissimum meum, tanto tibi[23] studio commendo, ut[24] majore non[25] possim. Cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter[26] studia communia sum amicissimus. Is[27] procurat rationes, negotiaque Dionysii[28] nostri, quem[29] et tu multum amas, et ego omnium[30] plurimum.[31] Ea tibi ego non debeo commendare, sed commendo tamen. Facies igitur, ut ex Pinarii, gratissimi hominis, literis tuum[32] et erga[33] illum[34] erga[35] Dionysium[36] studium[37] perspiciamus. Vale.

46 Sc. communem amicum. 47 Sc. ita sit, quod approbassem. 48 Sc. ut valeas. Id autem amanter dictum est, quo addito, frustra imo inepte adderetur *Vale:* nam ejus loco ponitur, habetque quandam vim accuratiorem.

1 Scripta hæc epistola, quo tempore M. Antonius obsidebat Mutinæ D. Brutum, in qua dicit se tueri dignitatem Cornificii. Hortatur, ut in rempublicam incumbat: dicit nihil certi esse Romæ, cum legati ad Antonium missi, ut desisteret, nondum redierint, ac demum commendat ei T. Pinarium. Epistola est hortatoria. 2 Non ullum. 3 Quod magis liceret. 4 Sc. amicorum et familiarium. 5 Sc. literis. 6 Sc. juvandam. 7 Propensus sis. 8 Incumbere in rempublicam. 9 Sc. officium. 10 Pertinet ad eam spem. 11 Supple, scribemus aut loquemur. 12 Alio tempore. 13 Sc. verbis. 14 Ad Antonium missi. 15 Precibus impetrandam. 16 Sc. Antonius. 17 Mandato. 18 Sc. libere loquendi. 19 In priori statu consueto. 20 Sc. tuendæ. 21 Etiam. 22 Sc. cognoscere. 23 Molimine. 24 Sc. studio. 25 Sc. eum commendare. 26 Sc. in Rempublicam. 27 Id est, quod dicunt, sollicitat. 28 Sc. communis amici. 29 Simul. 30 Abundandissime. 31 Quæ tantopere sunt cordi. 32 Simul. 33 Pinarium. 34 Simul. 35 Communem amicum. 36 Favorem diligentem. 37 Evidentor cognoscamus.

XXV. [1] M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[2] Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi [3] Cornificius [4] altero vicesimo die, ut dicebat, reddidit. [5] Eo die non [6] fuit senatus, neque [7] postero. [8] Quinquatribus, [9] frequenti senatu, causam tuam egi [10] non invita Minerva. Etenim eo ipso die senatus decrevit, ut [11] Minerva nostra, custos urbis, quam [12] turbo [13] dejecerat, [14] restitueretur. Pansa tuas literas recitavit. Magna senatus approbatio consecuta est cum summo gaudio, et [15] offensione Minotauri, id est, Calvisi et Tauri. [16] Factum de te S. C. honorificum. [17] Postulabatur, ut etiam [18] illi [19] notarentur: sed [20] Pansa [21] clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primum in spem [22] libertatis ingressus sum, et, [23] cunctantibus cæteris, a. d. XIII. Kalend. Jun. [24] fundamenta Reipubl. jeci, eo ipso die [25] providi multum, atque habui rationem dignitatis tuæ. Mihi enim est assensus senatus de [26] obtinendis provinciis. Nec vero postea destiti [27] labefactare [28] eum, qui summa cum tua injuria, contumeliaque Reipub. [29] Provinciam [30] absens obtinebat. Itaque crebras, vel potius quotidianas [31] compellationes meas non [32] tulit, seque in urbem recepit [33] in-

1 Narrat ut diligenter egerit caussam Cornificii, et nt literæ ejus commendatæ fuerint, cnm eas Pansæ recitarit, deinde dicit decretum esse de provinciis retinendis. Admittit excusationem de Sempronio, pollicetur se reipublicæ non defuturum, ac demum inquirit de rumoribus Minutianis. Epistola est nunciatoria et petitoria. 2 Festo Liberalium die, qui est XV. kal. Apr. 3 Tuus sc. filius. 4 Vicesimo secundo. 5 Sc. Liberalium. 6 *Habitus* aut collectus. 7 Proxime sequenti. 8 Festis Minervæ, quæ quinto quoque anno celebrabantur a.d. XIII. kal. April. 9 Cum multi adessent senatores. 10 Naturali ingenio adstipulante. 11 Simulacrum Minervæ, quod olim, ereptis rebus nostris, violari ab impiis passi non sumus, idque ex nostra domo, in ipsius Patris domum detulimus, et urbis custodem, in exilium euntes, inscripsimus. 12 Ventorum vis. 13 Non multo post Cæsaris cædem, quod portendisse Ciceronis mortem creditum est. 14 Pristino suo loco. 15 Quod valde doluit Calvisio, qui tuam provinciam sibi desponderat, et ejus individuo sodali Statilio Tauro. Sed priusquam eos nominet, junctum ambos vocat. Minotaurum, id est, portentum, quod Pasiphae Minois uxor edidisse ferebatur, et confecisse in Labyrintho Theseus, significans hos duos non minus malum et portentum esse in Rep. quam Minotaurus in Creta insula. 16 Sc. est. 17 Sc. a me, aut ab iis qui caussam tuam agebant. 18 Calvisius et Taurus. 19 Sc. Infamia. 20 Sc. fuit. 21 Nimis clemens. 22 Sc. publicæ. 23 Hæsitantibus et immorantibus, nt dubiis, qnid essent acturi. 24 24 Incepi facere, quæ pertinebant ad statum reipublicæ, 25 Prospexi. 26 Ab iisdem qui obtinerent. 27 Debilitare et frangere. 28 Calvisium. 29 Sc. Africam. 30 Per legatos duos, Uticæ relictos, ipse ad urbem profectus cum imperio, reversus autem in urbem deposito imperio. 31 Appellationes vehementioribus verbis. 32 Potuit perferre. 33 Deposito tandem imperio.

vitus, neque solum spe, sed certa re jam, et [34] possessione [35] deturbatus est. Meo justissimo [36] honestissimoque [37] convicio te tuam dignitatem summa tua [38] virtute tenuisse, provinciæque honoribus amplissimis [39] affectum, vehementer gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas, [40] accipio [41] excusationem: fuit enim illud quoddam [42] cæcum tempus servitutis. Ego tuorum consiliorum [43] autor dignitatisque fautor, iratus [44] temporibus, in Græciam, desperata libertate, rapiebar, cum me [45] Etesiæ, [46] quasi boni cives, relinquentem rempubl. [47] prosequi noluerunt: [48] Austerque [49] adversus maximo flatu me ad [50] tribules tuos [51] regium retulit: atque inde [52] ventis remisque in patriam omni festinatione properavi; [53] postridieque in summa [54] reliquorum servitute liber [55] unus fui, [56] sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemque suum [57] vinolentum furorem in me [58] unum [59] effunderet, meque cum [60] elicere vellet [61] ad cædis causam, tum [62] tentaret [63] insidiis: quem ego ructantem, et nauseantem conjeci in Cæsaris [64] Octaviani [65] plagas. [66] Puer enim egregius [67] præsidium sibi primum, et nobis, deinde [68] summæ Reipub. comparavit: [69] qui nisi fuisset, Antonii reditus a Brundisio [70] pestis patriæ fuisset. Quæ deinceps acta sint, scire te arbitror, sed redeamus ad illud, unde [71] divertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio. Neque enim [72] statuti [73] quid in tanta perturbatione habere potuisti. Nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores postulat, ut ait [74] Terentius. Quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, et quidem ad [75] puppim. Una navis est jam bonorum omnium, [76] quam quidem, nos damus operam, ut re-

34 Sc. provinciæ, quam jam tenebat. 35 Dejectus. 36. Sc. mihi facienti. 37 Quotidiana compellatione. 38 Per virtutem. 39 Sc. esse. 40 Approbo. 41 Sc. tuam. 42 Omnia erant obscura, ut homines tecta non viderent, sed facile tanquam in tenebris errarent, et laberentur. 43 Approbator, vel suasor, ut optime de Republ. sentires. 44 Qualitati temporum. 45 Venti, a tergo euntibus in Greciam ab Italia flantes. 46 Tanquam essent boni cives. 47 A tergo flare noluerunt. 48 Sc. ventus. 49 Contrarius. 50 Eos, qui tecum ejusdem sunt tribus. 51 Hodie *Reggio* ad fretum Siculum. 52 Quando aliquid plena opera et summa properatione facimus, pulchre *ventis et remis navigare* dicimur. 53 Die sequente ingressum meum. 54 Præsertim consularium. 55 Solus. 56 Tam vehementer Antonium criminatus sum. 57 Contractum ex ebrietate, cui sæpissime indulgebat. 58 Solum. 59 Scil. oratione, contra Ciceronem habita. 60 Foras attrahere. 61 Ut me interficeret, si in senatum irem. 62 Circumveniret. 63 Sc. si in senatum non irem. 64 Octavii filii et a Julio Cæsare adoptati. 65 Retia tanquam feræ tensa. 66 Nondum novendecim annorum. 67 Custodiam militarem. 68 Ultimæ saluti reipuplicæ. 69 Sc. Cæsar. 70 Exitium. 71 Digressi sumus. 72 Firmi propositi. 73 Aliquid. 74 Simo Terentianus in Andria. 75 Summa gubernacula. 76 Sc. navem.

etiam teneamus, utinam [77] prospero cursu! Sed [78] quicunque venti erunt, ars nostra certe non aberit. Quid enim præstare [79] aliud virtus potest? Tu fac, ut animo magno sis et excelso, cogitesque omnem dignitatem tuam cum Rep. conjunctam esse debere. P. Luccejum mihi [80] meum commendas, quem quibuscunque rebus potero, diligenter [81] tuebor. Hirtium quidem, et Pansam, [82] collegas nostros, homines in [83] consulatu Reipub. salutares, [84] alieno sane tempore amisimus, Repub. Antoniano quidem latrocinio [85] liberata, sed nondum omnino [86] explicata: [87] quam nos, [88] si licebit, more nostro tuebimur: quamquam admodum sumus jam [89] defatigati: sed NULLA *lassitudo impedire officium, et* [90] *fidem debet*. Verum hæc hactenus. Ab aliis te de me, quam a meipso, malo cognoscere. [91] De te audiebamus ea, [92] quæ maxime vellemus. De Cn. [93] Minutio, quem tu quibusdam literis, ad cœlum [94] laudibus extulisti, rumores [95] duriores erant. Id quale sit, omninoque quid [96] istic agatur, [97] facias me velim certiorem. Vale.

XXVI. M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[1] Q. Turius, qui in Africa [2] negotiatus est, vir bonus, et honestus, hæredes fecit [3] similes sui Cn. Saturninum, Sex. Aufidium, C. Annejum, Q. Concidium Gallum, L. Servilium Postumum, C. Rubellium. Ex eorum [4] oratione intellexi, [5] gratiarum actione eos magis egere, quam commendatione. Tanta enim [6] liberalitate se tua usos prædicabant, ut iis plus a te tributum intelligerem, quam ego auderem te rogare. [7] Audebo tamen: scio enim quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Quare a te peto, ut ad eam liberalitatem, qua sine meis literis usus es, [8] quam maximus [9] his literis cumulus accedat. [10] Caput autem est meæ commendationis, ne patiare [11] Erotem

77 Supple, in. 78 Sive prosperi, sive adversi. 79 Sc. quam obniti adversis et decenter uti prosperis. 80 Sc. summum amicum. 81 Protegam. 82 Sc. in auguratu. 83 Sc. suo. 84 Importuno multum. 85 Victo sc. Antonio apud Mutinam. 86 Expedita curis et sollicitudinibus; quia fugerant ex prælio Mutinensi notissimi latronum duces. 87 Sc. Rempub. 88 Si aberit vis. 89 Ad extremam potentiam usque fatigati. 90 Sc. in Remp. 91 Sc. cum has scriberem. 92 Optima. 93 Vel Cornificii legato, vel finitimam ei regionem administranti. 94 Laudando eum. 95 Non satis boni aut benevoli. 96 Ubi sc. tu es. 97 Supple, ut.

1 Commendat amicos suos, qui habebant negotia in Africa. Epistola est commendatoria. 2 Mercatus. 3 Viros bonos et honestos quod ad familiam. 4 Verbis. 5 Tibi sc. agendarum. 6 Humanitate potius, quam largitione: ut ep. 7. l. 1. *Tua præstanti in eum liberalitate*. 7 Sc. te rogare. 8 Summum incrementum. 9 Propter vel per has literas. 10 Precipuum. 11 Eros

Turium, Q. Turii libertum, ut [12] adhuc fecit, hæreditatem [13] Turianam [14] avertere: [15] cæterisque omnibus rebus habeas eos a me commendatissimos. Magnam ex eorum [16] splendore, et [17] observantia capies voluptatem. Quod ut velis, te vehementer [18] etiam atque etiam rogo. Vale.

XXVII. M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[1] Sex. Aufidius [2] et [3] observantia, qua me colit, accedit ad [4] proximos: et [5] splendore equiti romano nemini [6] cedit. Est autem ita temperatis, mederatisque moribus, ut summa [7] severitas, summa cum [8] humanitate jungatur. Cujus tibi [9] negotia, quæ sunt in Africa, ita commendo, ut majore studio magisve ex animo [10] commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, meas apud te literas [11] maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo. Vale.

XXVIII. [1] M. T. C. CORNIFICIO S. D.

[2] Assentior tibi eos, quos scribis [3] Lilybæo minari, [4] istic pœnas dare debuisse: sed metuisti, ut ais, ne nimis [5] liber in ulciscendo viderere. Metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis [6] te dignus viderere. Quod societatem Reipubl. conservandæ, tibi mecum a [7] patre [8] acceptam, renovas, gratum est: quæ societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit. Gratum etiam [9] illud, quod mihi [10] tuo nomine gratias agendas non putas. [11] Nec enim id inter nos facere debemus.

Græcum nomen servi, quod in liberto remansit, ἔρως, id est, *amor*. 12 Ad hoc usque tempus. 13 Quam Q. Turius reliquit. 14 A veris hæredibus ad se trahere. 15 Supple, in. 16 Specie quadam ex rei familiaris copia, et ex liberalis animi significatione. 17 Cultu, quo te observabunt et colent. 18 Iterum atque iterum.

1 Commendat Cornificio Sexto Aufidium pro hæreditate Turii obtinenda pro qua etiam eum commendavit præcedenti epistola, cum aliis cohæredibus. 2 Pariter. 3 Veneratione. 4 Sanguine conjunctissimos. 5 Ingenuo et magnifico vitæ cultu. Vid. epist. præcedentem. 6 Partem dat. 7 Gravitas et rigor. 8 Clementia. 9 Præsertim Turianam hæreditatem. 10 Supple, ea. 11 Plurimum valuisse.

1 Ceperat Cornificius quosdam Siculos e Lilybæo: quos cum romanos intellexisset, eos a romanis puniendos misit. Quod factum ejus pusillanimitati adscribit Cicero, ostendens se cum libenter recipere socium in Rep. conservanda. De pecuniis autem, quas a senatu petierat, dicit se nihil posse. Consulit autem alicunde mutuo accipiat. Epistola est familiaris. 2 Sentio tecum. 3 Oppido et promontorio Siciliæ. 4 Ubi tu es. 5 Asper. 6 Facere, quæ te digna sunt. 7 Sc. tuo. 8 Derelictam tibi. 9 Supple, fuit in epistolis tuis. 10 Pro beneficiis abs te acceptis. 11 Sic officiosi debemus esse alter in alterum, ut non necesse sit gratias agere.

Senatus sæpius [12] pro dignitate tua [13] appellaretur, si [14] absentibus consulibus [15] unquam nisi ad rem novam, [16] cogeretur. Itaque nec de H. S. XX. nec de H. S. [17] DCC. quicquam agi nunc per senatum potest. [18] Tibi autem ex S. C. [19] imperandum, mutuumque [20] sumendum censeo. In Republ. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere, qui ad te [21] acta debent perscribere. Ego sum [22] spe bona: consilio, cura, labore non [23] desum: omnibus inimicis Reipub. esse me acerrimum hostem [24] præ me fero. Res neque nunc [26] difficili loco mihi videtur esse: et fuisset facillimo, si culpa a [27] quibusdam abfuisset. Vale.

XXIX. [1] M. T. C. CORNIFICIO S. D.

Non [2] modo te, cui omnia [3] nostra notissima sunt, sed neminem in populo Rom. arbitror esse, cui [4] ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia est. [5] Etenim [6] magno theatro spectata est [7] tum, [8] cum est ab A. Gabinio Cos. [9] relegatus, quod libere, et fortiter salutem meam defendisset. Nec ex [10] eo amor inter nos natus est: sed quod [11] erat vetus et magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitavit. Ad hæc [12] officia, vel merita potius, jucundissima consuetudo [13] accedit, ut [14] nullo prorsus [15] plus homine delecter. Non puto te [16] jam expectare, quibus eum tibi verbis commendarem. Causas enim tanti amoris intelligis. Quæ verba desideret, iis me [17] omnibus usum putato. [18] Tantum velim existimes, si negotia Lamiæ, procuratores, libertos, [19] familiam quibuscunque rebus opus erit, defenderis, [20] gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin sine mea commendatione, [21] quod tuum est ju-

12 Sc. tuenda. 13 Conveniretur sc. a me. 14 Tantisper dum consules absunt. 15 Aliquo tempore. 16 Congregaretur. 17 Sc. a te petitis. 18 A te. 19 Sc. Provincialibus tuis. 20 Sc. publico nomine. 21 Sc. publica. 22 Sc. de republica. 23 Sc. reipublicæ. 24 Palam ostendo. 25 Negotium, quod agitur de libertate publica. 26 Videtur facile posse transigi. 27 Ut a Lepido et a Ventidio.

1 Commendat Cicero Cornificio L. Lamiam, amicissimum, quem etiam lib. x. commendavit D. Bruto, et purgat suspicionem, quam habuerat Cornificius, quod Lamia interfuisset senatus consulto contra dignitatem suam decreto. Epistola est commendatoria. 2 Solum. 3 Acta. 4 Sit. 5 Quia certe. 6 In conspectu totius populi. 7 Tunc. 8 Quando. 9 In exsilium missus. 10 Facto ejus. 11 Amor. 12 Officia sunt, quæ ex debito fiunt; Merita, quæ ex liberalitate, quæ debitorem faciunt, 13 Additur. 14 Non ullo. 15 Sc. quam Lamia. 16 Sc. postquam docui, quam charus mihi sit. 17 Sc. verbis, 18 Duntaxat. 19 Servos, 20 Sc. id. 21 Quale.

dicium de hominibus, [22] ipsius Lamiæ causa [23] studiose omnia facturus sis: quanquam erat nobis dictum, te existimare, alicui S.C. quod contra dignitatem tuam fieret, [24] scribendo Lamiam affuisse: [25] qui [26] omnino [27] consulibus illis nunquam affuit scribendo. [28] Deinde omnia [29] tum [30] falsa S.C. [31] deferebantur. Nisi forte etiam illi [32] Semproniano S. C. me censes affuisse, qui ne Romæ [33] quidem tum fui, ut de eo ad te scripsi, [34] re recenti. Sed hæc [35] hactenus. Te mi, Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Lamiæ negotia, mea putes esse curesque, ut intelligat [36] hanc commendationem [37] maximo sibi usui fuisse. [38] Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura ut valeas.

XXX. [1] M. T. C. CORNIFICIO S. D.

Itane præter [2] litigatores nemo [3] ad te meas literas? Multæ [4] istæ [5] quidem: tu enim [6] perfecisti, ut nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret. Sed quis unquam tuorum mihi dixit [7] esse, cui [8] darem, quin dederim? Aut quid mihi [9] jucundius, quam, cum [10] coram tecum loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere literas? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla [11] detur. Non [12] enim te epistolis, sed [13] voluminibus [14] lacesserem, [15] quibus [16] quidem me a te provocari [17] oporteret. Quamvis enim occupatus sis, otii tamen [18] plus habes: aut, si ne [19] tu quidem [20] vacas, noli [21] impudens esse, [22] nec mihi molestiam [23] exhibere et a me literas crebriores, cum tu mihi [24] raras mittas, flagitare. Nam cum antea distinebar maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis rempublicam mihi tuendam putabam, tum hoc

22 Quia sc. vir dignus tibi videbitur. 23 Diligenter. 24 Dum scriberetur. 25 Sc. Lamia. 26 Plane. 27 Dum illi essent consules: 28 Secundo loco. 29 Tunc. 30 Aut falso. 31 Nunciabantur. 32 Quod sub Sempronio, aut Sempronio referente factum est. 33 Etiam tunc. 34 Quum senatusconsultum recentius esset factum. 35 Supple, dicta sint. 36 Meam. 37 Summæ utilitati. 38 Quam hoc.

1 Primum excusat se Cicero, quod a Cornificio fuerat accusatus, quod nullas misisset epistolas; nisi commendatitias, docens se etiam alias scripsisse: deinde ad varia epistolæ Cornificii capita respondet. Epistola est excusatoria et responsoria. 2 Qui pro lite sua commendari volunt. 3 Sc. adfert. 4 Sc. Literæ commendatitiæ litigatorum. 5 Sc. sunt. 6 Te facilem præbendo effecisti. 7 Sc. aliquem. 8 Dare possem. 9 Sc. contingere potest. 10 Ore ad os. 11 Sc. mihi. 12 Sc. si facultas daretur. 13 Integris libris. 14 Provocarem. 15 Sc. voluminibus. 16 Certe. 17 Deceret. 18 Quam ego. 19 Qui magis videris posse vacare. 20 Cessas et liber es a negotiis. 21 Sc. exigendo quod præstare nequeas. 22 Supple, velis. 23 Sc. exigendo literas. 24 Raro.

tempore multo distineor [25] vehementius. Ut enim gravius ægrotant ii, qui cum levati morbo viderentur, in eum de [26] integro inciderunt: sic vehementius nos laboramus, qui, [27] profligato bello, ac pene sublato, [28] renovatum bellum gerere conamur. Sed hæc hactenus. Tu tibi, mi Cornifici, fac, ut persuadeas, non esse me tam [29] imbecillo animo, ne dicam [30] inhumano, ut a te vinci possim aut officiis, aut amore. Non [31] dubitabam [32] equidem: verumtamen multo mihi [33] notiorem amorem tuum effecit [34] Cherippus. [35] O hominem semper illum quidem [36] mihi aptum, nunc vero etiam suavem! Vultus mehercule tuos mihi [37] expressit omnes, [38] non solum animum, ac verba pertulit. Itaque noli vereri, ne tibi [39] succensuerim, [40] quod [41] eodem exemplo ad me, quo ad cæteros. Requisivi quidem proprias ad me unum a te literas, sed [42] neque [43] vehementer, et [44] amanter. De sumptu, quem te in rem militarem facere et fecisse dicis, nihil [45] sane possum tibi [46] opitulari: propterea quod et [47] orbus senatus, [48] consulibus [49] amissis, et [50] incredibiles angustiæ pecuniæ [51] publicæ: quæ conquiritur undique, ut optime [52] meritis militibus promissa solvantur; quod quidem fieri sine [53] tributo posse non arbitror. De Attio Dionysio [54] nihil puto esse, quoniam mihi nihil [55] dixit Stratorius. De P. Lucejo, nihil tibi concedo, [56] quo studiosior [57] ejus sis, quam ego sum. Est enim nobis [58] necessarius. Sed a [59] magistris, cum [60] contenderem de [61] proferendo die, [62] probaverunt mihi, sese, [63] quominus id facerent, et compromisso, et jurejurando impediri. Quare [64] veniendum arbitror Luccejo. Quanquam, si meis literis obtemperavit, cum tu [65] hæc leges, illum Romæ esse oportebit. Cæteris de rebus maximeque de [66] pecunia, cum [67] Pansæ mortem ignorares, [68] scripsisti quæ [69] per nos ab eo consequi te posse arbitrarere. Quæ te non fefellissent, si viveret, [70] nam te diligebat. Post

25 Quam antea. 26 Novo. 27 Bonam partem ad exitum perducto. 28 A Lepido. 29 Debili. 30 Duro. 31 Sc. de amore tuo. 32 Ego certe. 33 Quam prius erat. 34 Sc. qui a te venit. 35 Exclamat lætitiæ caussa. 36 Naturæ meæ accommodatum. 37 Effinxit. 38 Nedum. 39 Subiratus fuerim. 40 Sc. misisti literas. 41 Eadem forma scriptas. 42 Supple, requisivi. 43 Ut vehemens exactor. 44 Ut earum amator. 45 Omnino. 46 Opis adferre. 47 Parentibus quasi privatus. 48 Hirtio et Pansa. 49 Per cædem. 50 Supple, sunt. 51 Ad rempublicam pertinentis. 52 Sc. in bello Mutinensi. 53 Sc. per tribus datô. 54 Eorum, quæ agebamus. 55 Non taciturus tamen, si aliquid fuisset. 56 Ut. 57 Commodi illius. 58 Familiaritate aut necessitudine aliqua conjunctus. 59 Auctionum. 60 Obnixe peterem. 61 Prolongando auctionum die. 62 Ostenderunt. 63 Ut non. 64 Sc. esse. 65 Sc. scripta. 66 Tibi mittenda. 67 Sc. consulis. 68 Supple, ea. 69 Per nostram intercessionem. 70 Sc.

mortem autem [71] ejus [72] quid fieri posset, non videbamus. [73] De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimium [74] probo, quod scribis, [75] quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis [76] lictores ademisse. [77] Honore enim cum ignominia [78] dignis non erant comparandi: [79] eosque ex S.C. si non [80] decedunt, cogendos, ut decedant, existimo. Hæc [81] fere ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem. Vale.

LIBER DECIMUS TERTIUS.

I. M. T. C. [1] C. MEMMIO S. D.

[2] Etsi non satis mihi [3] constiterat, cum aliquane animi mei molestia, an potius libenter te [4] Athenis visurus essem, [5] quod [6] injuria, quam accepisti, dolore me afficeret, sapientia tua, qua fers injuriam, [6] lætitia: tamen vidisse te mallem. Nam [8] quod est [9] molestiæ, non sane multo levius est, cum te non video: [10] quod esse potuit voluptatis, certe si vidissem te, plus fuisset. Itaque non dubitabo dare operam, ut te [11] videam, cum id satis commode facere potero. Interea quod per literas et agi tecum, et ut arbitror [12] confici potest, agam nunc. Ac te illud primum rogabo, nequid [13] invitus mea causa facias, sed id, quod [14] mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse, ita mihi des, si tibi, ut id libenter facias, ante [15] persuaseris. Cum Patrone Epicureo mihi omnia [16] sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo [17] dissentio. Sed et [18] initio Ro-

ipse. 71 Sc. Pansæ. 72 Supple, de pecunia, quam postulasti. 73 Supple, quæ scripsisti. 74 Laudo. 75 Ut. 76 Ministros publicos cum insignibus. 77 Supple, digni, sc. legati a republica stantes. 78 Sc. Venuleio, Latino, Horatio. 79 Sc. jam dictos. 80 Obtemperantes Senatus consulto. 81 Supple, sunt responsa.

1 Exsulabat C. Memmius de ambitu biennio ante damnatus, accusante Q. Curtio, quod ex epist. 2. lib. III. ad Q. Fratrem cognoscitur. Eum Cicero ad Ciliciæ administrationem proficiscens, cum Athenis non reperisset (nam pridie Mitilenas profectus erat) petiit ab eo per literas, ut rediret in gratiam cum Patrone Epicureo, eique locum, ubi habitaverat Epicurus, concederet. Epistola est commendatoria, uti omnes hujus libri. 2 Quanquam. 3 Evidens fuerat. 4 Quo postridie, quum in Mitylenas es profectus, veni. 5 Quia. 6 Damnatio injusta. 7 Supple, afficeret. 8 Supple, id. 9 Sc. ob illatam tibi injuriam. 10 Supple, id. 11 In Ciliciam proficiscens. 12 Absolvi et perfici. 13 Contra placitum tuum. 14 Mihi utile esse. 15 Te ad hoc adduxeris. 16 Sc. communia. 17 Ut academicus ab Epicureo. 18 Sc.

mæ, cum te quoque et tuos omnes observabat, me coluit [19] inprimis: et [20] nuper cum ea, quæ voluit, de suis commodis et præmiis consecutus est, me habuit suorum defensorum et amicorum fere [21] principem: et [22] jam [23] a Phædro, qui nobis, cum pueri essemus, antequam [24] Philonem [25] cognovimus, valde, ut philosophus, postea tamen, ut vir bonus et suavis et officiosus, probabatur, [26] traditus mihi commendatusque est. Is igitur Patro cum ad me Romam literas misisset, [27] uti te sibi [28] placarem, [29] peteremque, ut [30] nescio quid [31] illud Epicuri [32] parietinarum sibi concederes: nihil scripsi ad te ob eam rem, quod ædificationis tuæ consilium mea commendatione nolebam impediri. [33] Idem, [34] ut veni Athenas, cum [35] idem ut ad te scriberem, rogasset? ob eam causam [36] impetravit, quod te [37] abjecisse illam [38] ædificationem [39] constabat inter omnes amicos tuos. Quod si ita est; et [40] si jam plane tua nihil interest; velim, [41] si qua offensiuncula facta est animi tui, [42] perversitate aliquorum (novi enim gentem [43] illam) [44] des te ad [45] lenitatem, vel propter tuam summam humanitatem, vel etiam [46] honoris mei causa. Equidem, si, quid [47] ipse sentiam, quæris, nec cur ille tantopere [48] contendat video, nec cur tu repugnes: [49] nisi tamen multo minus [50] tibi concedi potest, quam [51] illi, laborare sine causa. Quanquam Patronis et orationem et [52] causam tibi cognitam esse certo scio, [53] honorem, [54] officium [55] testamentorum jus, Epicuri [56] authoritatem, Phædri

conjunctionis nostræ. 19 Præcipue. 20 Nunc parum est temporis. 21 Præcipuum. 22 His diebus. 23 Epicureo, quem cum Attico frequenter audivi. 24 Academicum. Epist. 8. lib. IX. 25 Romæ, cum Mithridatico bello cum Atheniensium optimatibus domo profugisset, Romamque venisset. 26 In fidem et clientelam. 27 Ut. 28 Reconciliarem et placatum facerem. 29 Sc. a te. 30 Minimam rem a se peti ostendit, quo facilius impetret. 31 Quod ad Epicurum philosophum olim pertinuerat. 32 Parietum vetustorum et confidentium. 33 Patro. 34 Postquam. 35 Eandem rem, sc. ut te sibi placarem, et de Epicuri parietinis concedentis rogarem. 36 Sc. petitum suum a me. 37 Rejecisse. 38 Ædificandi consilium. Infra, *ædificationem deposuisse.* Sic epist. 15. lib. IX. *Domum Sullanam non abjeci*, pro, consilium emendi domum Sullanam non abjeci. 39 Notum erat. 40 Si quidem ædificandi consilium abjecisti. 41 Si aliqua re leviter offensus est animus tuus. 42 Pravis actionibus. 43 Epicureorum, seu Græcam, sc. mendacem et ad seminandas discordias proclivem. 44 Componas. 45 Placabilitatem et mansuetudinem. 46 Ne videar frustra a te petiisse. 47 Ego. 48 Instet. 49 Sed tamen. Epist. 73. *De re nihil possum judicare:* nisi *illud mihi certe persuadeo, te, talem virum, nihil temere fecisse.* 50 Qui vir prudens haberis. 51 Homini Epicureo. 52 Qua adducitur, ut tantopere contendat. 53 Quod ibi abitaverit Epicurus. 54 Suum, debitum Epicuri ædibus. 55 Epicurus enim hortos suos, in quibus habitare et docere solebat, Metrodoro moriens testamento reliquerat, eo jure, ut post ejus obitum ad alios Epicureæ sectæ principes perveniret. 56 Quæ minuitur, si, quibus in locis

[57] obtestationem, [58] sedem, [59] domicilium, [60] vestigia summorum hominum sibi [61] tuenda esse dicit. Totam hominis [62] vitam, [63] rationemque quam sequitur in philosophia, derideamus licet, si hanc ejus [64] contentionem volumus reprehendere. Sed mehercule [65] quando illi cæterisque, quos [66] illa delectant, [67] non valde inimici sumus, nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat: in [68] quo etiam si peccat, magis [69] ineptiis, quam [70] improbitate peccat. Sed, ne [71] plura: ([72] dicendum enim aliquando est) Pomponium Atticum sic amo, ut alterum fratrem; nihil est illo mihi nec carius nec jucundius. Is, non [73] quo sit ex istis, (est enim omni [74] liberali doctrina [75] politissimus: sed valde diligit [76] Patronem, valde [77] Phædrum amavit) sic a me hoc [78] contendit, homo minime ambitiosus, minime in [79] rogitando molestus, ut nihil unquam [80] magis. Nec dubitat, quin ego a te [81] nutu hoc [82] consequi possim, etiam si ædificaturus esses: Nunc vero, si audierit te [83] ædificationem deposuisse, neque tamen me a te [84] impetrasse, non te in me [85] illiberalem, sed me in se negligentem putabit. Quamobrem peto a te, ut scribas ad tuos, posse tua [86] voluntate decretum illud [87] Areopagitarum, quem [88] ὑπομνηματισμὸν [89] illi vocant, tolli. Sed redeo ad [90] prima. [91] Prius velim [92] tibi persuadeas, ut hoc mea causa libenter facias, quam ut [93] facias. [94] Sic tamen habeto, si feceris, quod [95] rogo, [96] fore mihi gratissimum. Vale.

habitavit, ea deserantur. 57 Obtestatus erat Phædrus, cum viveret, ne hortos Epicuri negligerent, neve occupari a quoquam sinerent. 58 Possessionem antiquam. 59 Habitationem. 60 Solum ipsum, vestigiis impressum. 61 Protegenda. 62 Ex Epicuri instituto traductam. 63 Sententiam. 64 Petitionem. 65 Quoniam. 66 Epicurea. 67 Aliquantulum favemus. 68 Sc. studio. 69 Nugas agendo. 70 Malitia. 71 Supple, dicam. 72 Tandem finiendum est. 73 Jocans tamen Cicero sæpe illum Epicureum vocat. 74 Quæ decet hominem liberaliter educatum. 75 Perquam politus. Frequens hæc apud Ciceronem locutio. Politus *e schola*, in Pisonem; perpolitus *non solum philosophia, sed etiam literis*, ibidem. Politus *artibus*. lib. I. de fin. 76 Qui Epicuri ædes desiderat. 77 Qui pro eo rogavit. 78 Instanter petit. 79 Sæpius rogando. 80 Instantius sc. contenderit. 81 Sc. solo. 82 Impetrare. 83 Consilium ædificandi. 84 Sc. quod Patro petit. 85 Durum et tenacem. 86 Invito enim Memmio impetrari non poterat ab Areopagitis, ut decretum illud colerent. Policharmo prætore factum, quo Memmio concessum ut ædes Epicuri veteres commodi sui gratia exædificare posset. 87 Senatorum qui in Aereum Pagum, sive collem Martis Athenis convenire solebant. 88 Decretum, ad rei memoriam literis mandatum. 89 Areopagitæ. 90 Quæ in principio epistolæ scripta. 91 Potius. 92 In animum tuum inducat. 93 Sc. non libenter. 94 Judicat suam cupiditatem. 95 Plus quam peto. 96 Futurum.

II. M. T. C. [1] MEMMIO S. D.

[2] Caviano Evandro, qui habitat in tuo [3] sacrario, et ipso [4] multum utor, et [5] patrono ejus M. Æmilio familiarissime. Peto igitur a te [6] majorem in modum, quod sine tua molestia fiat, ut [7] ei de habitatione accommodes. Nam propter opera [8] instituta multa multorum, [9] subitum est ei [10] remigrare [11] Kalend. Quint. [12] Impedior [13] verecundia, ne te pluribus verbis rogem. Neque tamen dubito, quin [14] si tua nihil, aut non multum interfuit, eo sis animo, quo ego essem, si [15] quid tu me rogares. Mihi certe gratissimum [16] feceris. Vale.

III. M. T. C. MEMMIO S. D.

[1] A. Fusium, unum ex meis [2] intimis, [3] observantissimum [4] studiosissimumque nostri, eruditum hominem, et summa humanitate, tuaque amicitia dignissimum, velim ita [5] tractes, ut mihi [6] coram [7] recepisti. Tam mihi gratum id erit, [8] quam quod gratissimum. Ipsum præterea, [9] summo officio et summa observantia, tibi in perpetuum [10] devinxeris. Vale.

IV. M. T. C. [1] Q. VALERIO. Q. F. ORCÆ, [2] LEGATO. [3] PROPRÆT. S. D.

Cum [4] municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est. [5] Magno enim meo beneficio affecti, [6] cumulatissime mihi gratiam retulerunt, nam nec in [7] honoribus meis, nec in [8] la-

1 Antequam Cicero Athenis discederet, scripsit ad Memmium de Evandro quoque statuario, rogans, ut ei de habitatione accomodaret. 2 Liberto Aemilii Aviani. 3 Loco in domo, ubi conservantur sacra tua gentilitia. 4 Familiarissimus sum. 5 Qui eum manumiserat. 6 Obnixius. 7 Eum in ædibus habitare concedas. 8 Ab eo incepta. 9 Festinum nimis et incommodum ob temporis brevitatem. 10 E Memmii sacrario. 11 Primo Julii die, quo annuæ ædium locationes in Urbe fiebant. 12 Inhibeor. 13 Pudore. 14 Si parum aut nihil detrimenti ex ea re habiturus sis. 15 Aliquid. 16 Sc. hoc faciendo.

1 Fusium commendat per literas, quem antea quoque præsens præsenti commendaverat. 2 Sc. amicis. 3 Maximum cultorem. 4 Maxime deditum nobis. 5 Excipias. 6 In præsentia tecum agenti. 7 Promisisti. 8 Supple, est aut erit. 9 Ad prosequendum te summo officio et summa observantia. 10 Obligaveris.

1 Cum Volaterrani vexarentur de rebus publicis, Cicero cos hac epistola Valerio Proprætori accurate commendat. 2 Præposito a Cæsare agris dividundis. 3 Cui Cæsar auctoritatem et potestatem auxerat, addito Proprætoris nomine. 4 Incolis municipii Volaterrarum, oppidi Etruriæ. 5 Quod legem a tribunis pleb. promulgatam de agris eorum dividendis perferri consul non sum passus. 6 Valde abundanter. 7 Augendis. 8 Ferendis.

boribus unquam defuerunt. Cum quibus [9] si mihi nulla causa [10] intercederet; tamen [11] quod te vehementissime diligo; quodque me a te plurimi [12] fieri sentio, et monerem te et hortarer, ut eorum fortunis [13] consuleres, præsertim cum [14] prope [15] præcipuam causam haberent [16] ad jus obtinendum. Primum, quod Sullani [17] temporis acerbitatem [18] deorum immortalium benignitate subterfugerunt: deinde, quod summo [19] studio pop. Rom. a me in consulatu meo defensi sunt. Cum enim [20] tribuni pl. legem iniquissimam de eorum [21] agris promulgassent, facile senatui populoque Rom. persuasi, ut eos cives, quibus [22] fortuna [23] pepercisset, salvos esse vellent. Hanc actionem meam C. Cæsar primo suo [24] consulatu [25] lege in Agraria comprobavit, agrumque Volaterranum, et [26] oppidum omni periculo in perpetuum liberavit: ut mihi dubium non sit, quin is, qui novas necessitudines adjungat, vetera sua beneficia conservari velit. Quamobrem [27] est tuæ prudentiæ, aut sequi [28] ejus autoritatem, cujus [29] sectam atque imperium summa cum tuæ dignitate secutus es, aut certe illi [30] integram [31] omnem causam reservare. Illud [32] vero dubitare non debes, quin tam [33] grave, tam firmum, tam honestum [34] municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari [35] velit. Sed hæc quæ scripta sunt [36] supra, eo [37] spectant, ut te horter et [38] suadeam. [39] Reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum: ut non solum [40] tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam, quod mihi opus sit, me a te petere et rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos [41] omnibus rebus [42] integros incolumesque esse volueris. Eorum ego [43] domicilia, [44] sedes, [45] rem, fortunas, quæ et [46] a diis immortalibus, et a [47] præstantissimis in [48] nostra republ. civibus summo senatus, populi-

9 Tametsi. 10 Media esset ad conciliationem amoris. 11 Quia. 12 Æstimari. 13 Consilio et ope prodesses. 14 Quasi. 15 Potissimam. 16 Ne agri eorum dividantur. 17 Quo Sylla tyrannidem exercuit, et agros eorum, qui Marianis partibus favissent, publicare voluit. 18 Quia, cum illis proscriptos obsideret, et illi factis judiciis abirent, nihil nocuit urbi quod Deorum benignitati adscribit, ut, quibus Dii faverint, turpe sit hominem non favere. 19 Favore. 20 Rullus, contra quem orationes exstant, et collegæ. 21 Dividendis, et aliis dispertiendis. 22 Ex benignitate Deorum. 23 Tempore sc. Syllano. 24 Cum Bibulo. 25 Cum ferret legem Agrariam. 26 Ne municipes vectigal unquam penderent. 27 Refertur ad tuam prudentiam. 28 Cæsaris. 29 Partes in bello civili. 30 Ita quod de ea nihil adhuc sit per te actum. 31 Totam. 32 Sed. 33 Constans moribus, firmum opibus, honestum splendore. 34 Oppidum munerum Romanorum capax. 35 Sc. Cæsar. 36 In priori parte hujus epistolæ. 37 Tendunt. 38 Sc. tibi. 39 Quæ deinceps dicturus sum. 40 Pro utilitate tua. 41 Supple, in 42 Indemnes. 43 Habitationes. 44 Possessiones antiquas. 45 Opes et divitias. 46 Temporibus Syllanis. 47 Sc. Cæsare, et ipso Cicerone, 48 Romana.

que romani [49] studio conservatæ sunt, tuæ fidei, justitiæ, bonitatique commendo. Si [50] pro meis pristinis opibus facultatem mihi [51] res hoc tempore [52] daret, ut ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consuevi tueri [53] meos; nullum officium, nullum [54] denique certamen, in quo illis prodesse possem, prætermitterem. Sed [55] quando apud te [56] nihilo minus hoc tempore valere me confido, quam valuerim semper apud omnes; pro nostra summa [57] necessitudine [58] parique inter nos et mutua benevolentia abs te peto, ut ita de Volaterranis mereare, ut existiment [59] eum quasi divino consilio [60] isti negotio præpositum esse, apud quem unum nos eorum perpetui defensores, plurimum valere possemus. Vale.

V. M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCÆ, LEGATO, PROPRÆT. S. D.

[1] Non moleste fero, eam [2] necessitudinem, quæ mihi tecum est, notam esse quamplurimis. Neque tamen [3] ob eam causam (quod tu [4] optime existimare potes) te impedio, quominus susceptum negotium pro tua fide, et diligentia ex voluntate Cæsaris qui tibi rem magnam, difficilemque commisit, gerere possis. Nam cum multi a me petant multa, [5] quod de tua erga me [6] voluntate non dubitent; [7] non committo, ut [8] ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineunte ætate familiarissime sum usus, [9] ejus [10] et [11] Syllani temporis injustissima calamitate dolui: et [12] cum iis, qui similem injuriam acceperant, [13] amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adjutor [14] incolumitatis fui. [15] Is habet in [16] Volaterrano possessionem, cum in [17] eam, tanquam [18] e naufragio, [19] reliquias contulisset. Hoc [20] autem tempore eum Cæsar in senatum legit: [21] quem ordinem ille ista

49 Favore. 50 Amissis bello civili, Cæsare victore. 51 Copia rerum. 52 Permitteret, concederet. 53 Sc. clientes. 54 Ut uno verbo dicam. 55 Quandoquidem. 56 In nullo. 57 Necessaria conjunctione in amore et amicitia. 58 Æquali. 59 Te. 60 Agrorum divisioni.

1 Et rogat, et rationibus etiam persuadere vult agrum C. Curtii non esse dividendum. 2 Familiarem amicitiam. 3 Sc. necessitudinem. 4 Judicare, quia optime scis, quam faveam dignitati tuæ. 5 Quia. 6 Benevolentia. 7 Captat benevolentiam a modestia sua. 8 Gratia et demostratione studii in clientes. Infra epist. 17 *Faciamque, id quod debent facere ii, qui religiose et sine* ambitione *commendant*. 9 Sc. Curtii. 10 Simul. 11 Quæ fuit Syllano tempore. 12 Quando. 13 Licet omnes fortunas in proscriptione Syllana amiserunt. 14 Salutis. 15 Sc. Curtius. 16 Sc. agro. 17 Sc. possessionem. 18 Sc. superstites. 19 Sc. rerum suarum. 20 Sed. 21 Senatorium.

possessione amissa [22] tueri vix potest. [23] Gravissimum autem est, cum superior factus sit [24] ordine, inferiorem esse [25] fortuna: minimeque convenit, ex eo agro, qui Cæsaris jussu [26] dividatur, eum [27] moveri, qui Cæsaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de æquitate [28] rei scribere, ne [29] causa potius apud te valuisse videar, quam gratia. Quamobrem te [30] majorem in modum rogo, ut C.Curtii [31] rem meam putes esse: quicquid [32] mea causa faceres, ut id [33] C.Curtii causa cum feceris, existimes, quod ille per me habuerit, id me habere abs te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

VI. M. T. C. Q. VALERIO, Q. F. ORCÆ, LEGATO. [1] PROCOS. S. D.

[2] Si vales bene est: ego quidem valeo. Credo te [3] memoria tenere me [4] et coram P.Cuspio tecum locutum esse, cum te [5] prosequerer [6] paludatum, et [7] idem postea plurimis verbis tecum egisse, ut quoscunque tibi [8] ejus [9] necessarios commendarem, haberes eos in numero meorum necessariorum. Id tu pro tua summa erga me benevolentia, perpetuaque observantia mihi liberalissime atque humanissime [10] recepisti. Cuspius, homo in omnes [11] suos officiosissimus, mirifice quosdam homines ex ista [12] provincia [13] tuetur et diligit, propterea quod fuit in Africa bis, cum maximis [14] societatis negotiis præesset. Itaque hoc ejus officium, quod adhibet erga [15] illos ego mea facultate et [16] gratia soleo, quantum possum, adjuvare. Quare [17] Cuspianorum omnium commendationis causam hac tibi epi-

22 Pro dignitate servare. Nemo enim senator esse poterat, nisi DCCC. millia possideret. 23 Molestissimum. 24 Dignitate Senatoria. 25 Rerum possessione. 26 Sc. Militibus. 27 Pelli. 28 Quam postulo. 29 Propter æquitatem ipsius rei. 30 Vehementius. 31 Negotium. 32 Si res mea esset. 33 Propter C. Curtium.

1 Proconsulari potestate Africam administranti, licet consulatum non gesserit. 2 Commendat Valerio generatim omnes P. Cuspii amicos, nominatim L.Iulium, et deinde P.Cornelium. 3 In memoria habere. 4 Præsente etiam P. Cuspio. 5 Comitaret. 6 Veste imperatoria, quæ paludamentum vocatur, indutum, et in Provinciam exeuntem. 7 Sc. negotium. 8 Sc. Pub. Cuspii. 9 Amicos. 10 Facturum te esse promisisti. 11 Amicos. 12 Sc. Africana tua. 13 Defendit. 14 Publicanorum. qui Africæ vectigalia exigebant. Publicani, in multas societates divisi, conducebant: etenim alii conducebant, alii cum his societatem coibant, alii sponsiones faciebant, alii pro his bona fortunasque suas Reipublicæ obligabant. Horum collegia *societates* vocabantur. Cicero in Sext. *Nulla erat Romæ* societas *vectigalium, quæ non honestissime decrevisset de mea salute.* Et in Bruto, *familia et liberi* societatis *ejus, quæ precarias de censoribus redemisses.* 15 Homines ex provincia Africana. 16 Favore. 17 Necessariorum Cuspii.

stola [18] exponendam putavi: reliquis epistolis, [19] tantum faciam, ut [20] notam apponam eam, [21] quæ mihi tecum convenit, et simul significem, de numero esse Cuspii amicorum. Sed hanc commendationem, quam his literis [22] consignare volui, scito esse omnium [23] gravissimam. Nam P. Cuspius singulari studio [24] contendit a me, ut tibi quam diligentissime L. Julium commendarem. [25] Ejus ego [26] studio vix videor mihi satisfacere posse, si utar verbis iis, quibus, cum [27] diligentissime quid egimus, uti solemus. [28] Nova quædam postulat: et putat me ejus [29] generis artificium quoddam tenere. Ei ego pollicitus sum, me ex intima nostra [30] arte [31] deprompturum mirificum genus commendationis. [32] Id [33] quando [34] assequi non possum, tu [35] re velim efficias, ut ille genere mearum literarum incredibili [36] quiddam perfectum arbitretur. Id facies, si omne genus liberalitatis, quod et ab humanitate, et potestate tua proficisci poterit, non [37] modo [38] re, sed etiam [39] verbis [40] vultu denique [41] expromseris, quæ quantum in [42] provincia [43] valeant, vellem [44] expertus esses. Sed tamen suspicor [45] ipsum hominem, quem tibi commendo, [46] perdignum esse tua amicitia. Non solum, quia mihi Cuspius dicit, credo, tametsi id satis esse debebat, sed quia novi [47] ejus judicium in hominibus, et amicis [48] deligendis. Harum literarum [49] vis quanta fuerit, [50] propediem judicabo, tibique, ut confido, gratias agam. Ego quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose, diligenterque curabo. Cura ut valeas. P. Cornelius, qui tibi has literas reddidit, est mihi a P. Cuspio commendatus. [51] Cujus causa quantopere cuperem, deberemque, profecto [52] ex me facile cognosti. Vehementer te rogo, ut [53] cures, ut [54] ex hac commendatione mihi Cuspius [55] quam maximas, [56] quam primum [57] quam sæpissime gratias agat.

18 Declarandam. 19 Solummodo. 20 Signum, quo graves commendationes a levibus distingnerentur. 21 Quod ex compacto apponendum duximus. 22 Tradere et committere. 23 Diligentissimam. 24 Petiit. 25 Sc. Cuspii. 26 Favori vel ambitioni. 27 Omni contentione. 28 Sc. verba. 29 Novorum verborum. 30 Rhetorica. 31 Hausturum. 32 Sc. commendationis genus. 33 Quoniam. 34 Attingere. 35 Sc. ipsa. 36 Quid certi aut magni. 37 Solum. 38 Effectu ipso. 39 Sermone. 40 Frontis hilaritate. 41 Foras produxeris. 42 Quam administrare nobis contingit. 43 Cum animadvertuntur ab aliis. 44 Ipsa experientia didicisses. 45 Sc. Julium. 46 Valde dignum. 47 Cuspii. 48 Eligendis ex multis. 49 Potentia. 50 Statim, ubi Julius rescripserit. 51 Cuspii. 52 Tam per verba, quam per literas. 53 Operam des. 54 Propter. 55 Valde magnae. 56 Valde cito. 57 Valde frequenter.

VII. M. T. C. [1] CLUVIO S. D.

[2] Cum in [3] Galliam [4] proficiscens, pro nostra [5] necessitudine, tuaque summa in me observantia ad me [6] domum venisses, locutus sum tecum de [7] agro vectigali municipii [8] Atellani, [9] qui esset [10] in Gallia, quantoque opere ejus municipii causa [11] laborarem, tibi ostendi. Post tuam autem profectionem, cum [12] et [13] maxima res municipii [14] honestissimi, [15] mihique conjunctissimi, et summum [16] meum officium [17] ageretur, pro [18] animo in me [19] singulari existimavi me oportere ad te [20] accuratius scribere. [21] Etsi [22] non sum nescius, et quæ temporum [23] ratio, et quæ tua potestas sit: tibique [24] negotium datum esse a C. Cæsare, non [25] judicium, [26] præclare intelligo. Quare a te tantum peto, quantum et te facere posse, et libenter mea causa facturum esse arbitror. Et primum velim [27] existimes, [28] quod res est, [29] municipii [30] fortunas omnes in isto vectigali consistere: his autem [31] temporibus hoc municipium, maximis [32] oneribus pressum; summis affectum esse difficultatibus. Hoc etsi [33] commune videtur esse cum [34] multis: tamen, mihi crede, [35] singulares huic municipio calamitates accidisse: quas idcirco non commemoro, ne, de miseriis meorum [36] necessariorum conquerens, [37] homines, quos nolo, videar offendere. Itaque nisi magnam spem haberem, C. Cæsari nos [38] causam municipii [39] probaturos, non erat causa cur a te [40] hoc tempore aliquid [41] contenderem. Sed quia confido, [42] mihique persuasi, [43] illum et dignitatis [44] municipii, et [45] æquitatis, et [46] voluntatis etiam erga se habiturum esse [47] ra-

1 Puteolano. Epist. 56. 2 Vehementer a Cluvio petit, ne municipii Atellani vectigalis ager dividatur, sed integram Cæsari, qui eum Galliæ Cisalpinæ vectigalibus præfecerat, causam reservet. 3 Cisalpinam. 4 Profecturus. 5 Familiari amicitia. 6 Supple, in. 7 Ex cujus vectigalibus fructum capiebat municipium Atellanum. 8 *Atella* fuit civitas Campaniæ media inter Capuam et Neapolim; hodie *S. Arpino*, vel *S. E'pidio*. 9 Sc. ager. 10 Quamvis Atella sit in Campania. 11 Solicitus essem. 12 Simul. 13 In qua maximum discrimen erat positum. 14 Splendore municipali. 15 Quod esset in mea fide. 16 Atellanis debitum, quia ejus patronus sum. 17 In ambiguo versaretur. 18 Studio. 19 Non vulgari. 20 Multum accurate. 21 Quanquam. 22 Bene scio. 23 Constitutio. 24 Sc. de agris dividendis. 25 Potestatem libere judicandi. 26 Optime. 27 Supple, ut. 28 Supple, id. 29 Atellani. 30 Facultates. 31 Sc. Bellorum civilium. 32 A Cæsare dominante impositis. 33 Sc. Atellanis. 34 Sc. aliis municipiis. 35 Non vulgares. 36 Amicorum. 37 Cæsarianos, veteranos nempe, et Crispum Sallustium, Campaniæ paulo ante præfectum. 38 Justam esse. 39 Quod simus probaturi. 40 Turbulento. 41 Vehementer peterem. 42 In animum induxi ut credam. 43 Cæsarem. 44 Quod olim floruit. 45 Sc. causæ. 46 Benevolentiæ studii. 47 Respectum et con-

tionem; ideo a te non dubitavi [48] contendere, ut hanc causam [49] illi [50] integram conservares. Quod etsi nihilo minus a te peterem, si nihil audivissem te tale fecisse: tamen majorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam mihi dictum est, [51] hoc idem a te [52] Regienses [53] impetravisse, qui etsi te aliqua [54] necessitudine attingunt: tamen tuus amor in me sperare me cogit, te, quod tuis [55] necessariis [56] tribueris, idem esse tributurum [57] meis, præsertim cum ego pro his [58] unis petam, habeam autem qui simili causa [59] laborent, [60] complures necessarios. Hoc me non sine causa facere, neque aliqua [61] levi [62] ambitione commotum a te [63] contendere, etsi te [64] existimare arbitror: tamen mihi affirmanti [65] credas velim, me huic municipio debere plurimum, nullum unquam fuisse tempus neque [66] honorum neque [67] laborum meorum, in [68] quo non hujus [69] municipii studium in me [70] extiterit [71] singulare. Quapropter a te [72] etiam atque etiam pro nostra summa [73] conjunctione, proque tua in me perpetua, et maxima [74] benevolentia majorem in modum peto, atque [75] contendo, ut cum fortunas [76] agi ejus municipii intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, benevolentia conjunctissimum, id mihi [77] des, quod erit hujusmodi, ut si a Cæsare, quod speramus, impetraverimus, tuo beneficio nos id consecutos esse judicemus: [78] sin [79] minus, pro eo tamen id [80] habeamus, [81] quando a te data sit opera, ut impetraremus. Hoc cum mihi gratissimum feceris: tum viros optimos, homines honestissimos, eosdemque gratissimos, et [82] tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxeris. Vale.

VIII. M. T. C. M. RUTILIO S. D.

[1] Cum et mihi conscius essem, quanti te [2] facerem, et tuam erga me benevolentiam expertus essem, non [3] dubitavi a te pe-

sideratione m. 48 Animose petere. 49 Cæsari. 50 Intactam. 51 Sc. reservationem cognitionis causæ ad Cæsarem. 52 A Regio Lepidi. 53 Obtinuisse. 54 Amicitia, ut clientes. 55 Amicis. 56 Concesseris. 57 Sc. necessariis. 58 Solis. 59 In periculo versentur. 60 Quam plurimos alios. 61 Modica. 62 Cupiditate gloriæ. 63 Instanter petere. 64 Judicare. 65 Supple, ut. 66 Cum adirem honores et dignitates. 67 Cum efficerer laboribus, exsilii nempe et periculo in bello civili. 68 Sc. tempore. 69 Sc. Atellani. 70 Apparuerit. 71 Egregium. 72 Iterum atque iterum. 73 Amicitia. 74 Observantia. 75 Instanter exigo. 76 In periculo versari. 77 Concedas. 78 Sed si. 79 Non impetraverimus. 80 Reputemus. 81 Quandoquidem. 82 Dignissimos, quibuscum necessitudinem contrahas, hoc est, cives Atellanos.

1 Petit a Rutilio, ne in agrorum divisione prædia Albinii, quæ quondam Laberii fuerant, non attingat. 2 Æstimarem. 3 Sum veritus.

tere, [4] quod mihi petendum esset. [5] P. Sestium quanti [6] faciam, [7] ipse [8] optime scio: quanti autem [9] facere debeam, et tu, et omnes homines [10] sciunt. [11] Is cum ex aliis te mei studiosissimum esse cognosset, petivit a me, ut ad te quam [12] accuratissime scriberem de re C. [13] Albinii senatoris: cujus ex [14] filia natus est L. Sestius optimus adolescens, filius P. Sestii. Hoc idcirco scripsi, ut intelligeres, non solum me pro P. Sestio [15] laborare debere, sed Sestium etiam pro Albinio. [16] Res autem [17] hæc est. A M. Laberio C. Albinus [18] prædia in æstimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat a Cæsare de [19] bonis Plotianis. Ea si dicam non esse [20] e Repub. [21] dividi, docere te videar, non rogare. Sed tamen cum Cæsar [22] Sullanas venditiones et assignationes [23] ratas esse velit, [24] quo firmiores existimentur suæ: si ea predia dividentur, quæ ipse Cæsar vendidit, quæ tandem in ejus venditionibus esse poterit autoritas? Sed [25] hoc [26] quale sit, tu [27] pro tua prudentia considerabis. Ego te [28] plane rogo, atque ita, ut majore [29] studio [30] justiore de causa, magis ex [31] animo rogare nihil possim, ut Albinio parcas, prædia [32] Laberiana ne [33] attingas. Magna me affeceris non modo lætitia, sed etiam quodammodo gloria, si P. Sextius [34] homini maxime necessario per me satisfecerit, cum ego illi [35] uni plurimum debeam. Quod ut facias, te vehementer [36] etiam atque etiam rogo. Majus mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi [37] intelliges esse gratissimum. Vale.

IX. M. T. C. CRASSIPEDI S. D.

[1] Quanquam tibi [2] præsens commendavi, [3] ut potui diligentissime, [4] socios Bithyniæ, teque cum [5] mea commendatione,

4 Quod per me peti decuit. 5 Tribunum plebis, qui Ciceronem ab exilio reduxit. 6 Æstimem. 8 Egomet. 8 Inter homines, qui secreta cordium scrutari nequeant. 9 Sc. eum. 10 Nam cum Ciceronem defenderet, a Clodianis in Castoris templo pro occiso relictus est. 11 Sc. Sestins. 12 Diligentissime. 13 Soceri sni prioris. 14 Sestii nxore jam defuncta. 15 Solicitum esse. 16 De qua laborandum est. 17 Hujusmodi. 18 Prædia pro debito accepit, æstimata tanti, quanti erant ante bellum civile. Sic enim Cæsar satisfieri volebat creditoribns ab iis; qui non erant solvendo. Vid. Suet. Jul. c. 44. 19 Bonis, quæ fuerant Plotii, Pompejanas partes secuti, antequam Cæsar ea fisco addiceret. 20 Utile reipublicæ. 21 Sc. militibus Cæsaris. 22 Quas Sulla Dictator perpetuus factus fecerat. 23 Firmas et approbatas. 24 Ut. 25 Sc. argumentnm. 26 Quantæ efficaciæ. 27 Secundum tuam prudentiam. 28 Omnino. 29 Contentione. 30 Ob justiorem causam. 31 Animi benevolentia. 32 A Laberio empta. 33 In dividendo. 34 Sc. Albinio socero. 35 Soli. 36 Iterum atque iterum. 37 Aliquando ex officiis in te meis.

1 Crassipedi, Bithyniæ quæstori, Bithynicam publicanorum societatem, in primisque Cn. Pupium commendat. 2 Cum essem præsens. 3 Quam diligentissime potui. 4 Publicanos. 5 Propter meam commendationem.

tum etiam tua [6] sponte intellexi cupere ei societati, quibuscunque rebus posses, [7] commodare, tamen, cum ii, quorum res agitur [8] magni [9] sua interesse arbitrarentur, me etiam per literas declarare tibi, qua essem erga ipsos voluntate, non [10] dubitavi hæc ad te scribere. Volo enim te existimare, me, cum [11] universo [12] ordini publicanorum multum semper libentissime [13] tribuerim, idque pro magnis ejus [14] ordinis erga me meritis facere debuerim, tum [15] in primis amicum esse huic Bithynicæ [16] societati: quæ societas, [17] ordine ipso, et [18] hominum genere pars est maxima civitatis. Constat enim ex [19] cæteris [20] societatibus: et casu permulti sunt in [21] ea societate valde mihi familiares, in primisque is, cujus præcipuum officium agitur hoc tempore, P.Rupilius P.F. [22] Men. qui est [23] magister in ea societate. Quæ cum ita sint, majorem in modum a te peto, Cn.Pupium, qui est [24] in operis ejus societatis, omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate [25] tueare, curesque ut ejus [26] operæ, quod [27] tibi facile factu est, [28] quam gratissimæ sint sociis, remque, et utilitatem sociorum (cujus rei quantam potestatem [29] quæstor habeat, [30] non sum ignarus) per te quam maxime [31] defensam, et [32] auctam velis. Id cum mihi gratissimum feceris, tum illud tibi, expertus, promitto, et spondeo, te [33] socios Bithyniæ, [34] si iis commodaris, memores esse et gratos cogniturum. Vale.

X. M. T. C. M. BRUTO S. D.

[1] Cum ad te [2] tuus [3] quæstor [4] M. Varro proficisceretur, commendatione egere eum non putabam. Satis enim commenda-

6 Propria natura. 7 Commodis inservire. 8 Magnopere. 9 In sua re et utilitate esse. 10 Tergiversatus sum. 11 Toti. 12 Collegio. 13 Indulserim. 14 Collegii. 15 Præcipue. 16 Publicanorum. 17 Sc. equestri, ex quo erant publicani. 18 Sc. amplissimorum. 19 Omnibus. 20 Publicanorum. 21 Bithynica. 22 Menenia tribu. 23 *Magister* societatis est, qui Romæ societati ita præerat ut socios, quasi senatum, cogendi, et ad eos de societatis negotiis referendi potestatem haberet, curamque omnem gereret tabularum et rationum, quæ undique ab iis, qui publicanorum societati operas dabant, Romam mitterentur. 24 Inter ministros ejus societatis, qui ejus res gerebant. Cicero lib. 1. ad Attic. epist. 12. Operæ *Clodianæ pontes occuparant*, id est, ministri. 25 Protegas. 26 Labores et ministeria. 27 A te facile fieri potest. 28 Valde acceptæ. 29 In provincia. 30 Probe scio. 31 Supple, esse. 32 Amplificatam. 33 Publicanos. 34 Si commodis eorum inservieris.

1 M. Varronem, hominem diligentissimum, proficiscentem ad M. Brutum, quem Cæsar Galliæ Cisalpinæ præfecerat, Cicero, utriusque familiaris, amplissima commendatione M. Bruto commendat. 2 Publico nomine tibi assignatus. 3 Conquisitor et receptor pecuniæ in stipendium et onera militiæ expendendæ. 4 Romanorum doctissimus cujus adhuc exstant

tum tibi eum arbitrabar ab ipso [5] more [6] majorum: [7] qui, [8] ut te non fugit, [9] hanc quæsturæ conjunctionem [10] liberorum [11] necessitudini proximam voluit esse. Sed cum sibi ita persuasisset [12] ipse, meas de se accurate scriptas literas [13] maximum apud te pondus habituras, a meque [14] contenderet, ut quam diligentissime scriberem; malui [15] facere, quod meus [16] familiaris [17] tanti [18] sua interesse arbitraretur. Ut igitur debere me facere [19] hoc intelligas. Cum primum [20] M. Terentius in [21] forum [22] venit, ad amicitiam se meam contulit. Deinde, [23] ut [24] se corroboravit, duæ causæ [25] accesserunt, quæ meam in illum benevolentiam auxerunt: una, quod versabatur in [26] hoc studio nostro, quo [27] etiam nunc maxime [28] delectamur, et [29] cum ingenio, ut nosti, nec sine industria: deinde, quod [30] mature se contulit in societates [31] publicanorum, quod quidem [32] nollem: maximis enim damnis affectus est. Sed tamen [33] causa communis [34] ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde [35] versatus [36] in utrisque subselliis [37] optima et fide, et fama, jam ante hanc commutationem Reipub. [38] petitioni sese [39] dedit, honoremque [40] honestissimum existimavit fructum [41] laboris sui. His [42] autem [43] temporibus [44] a me [45] Brundisio cum [46] literis, et [47] mandatis profectus est ad [48] Cæsarem. Qua in re et amorem [49] ejus in suscipiendo [50] negotio [51] perspexi, et [52] fidem in [53] conficiendo, ac [54] renun-

libri de re Rustica et de lingua Latina. 5 Instituto. 6 Priscorum Romanorum. 7 Sc. mos antiquorum. 8 Ut tibi non est incognitum. 9 Contractam ex eo, quod quispiam alterius esset quæstor. 10 Legitimæ prolis. 11 Necessariæ conjunctioni. 12 Varro. 13 Plurimum valituras ad sui commendationem. 14 Obnixe peteret. 15 Supple, id. 16 Necessarius. 17 Tantopere. 18 Esse e re sua. 19 Sc. quod ille contendit. 20 Sc. Varro. 21 Sc. judiciale. 22 Tyrocinii die, incunte ætatis anno XVII. quo, prætexta deposita, togam virilem sumebant, et in virorum numerum transcripti in forum ibant, ut oratores audirent, eosque discerent imitari. Vocat hoc Cicero *forum attingere* lib. XV. epist. 16. 23 Postquam. 24 Adultior est factus et ad virilem ætatem accessit. Cicero Orat. pro Cælio, cum is se jam corroboravisset, ac vir inter viros esset. 25 Additæ sunt. 26 Eloquentiæ. 27 Licet afflicta republica. 28 Non agendis in foro causis, sed privatis exercitationibus. Vid. epist. 33. lib. VII. et ep. 18. lib. IX. 29 Ingenio et industria comitibus. 30 Cito. 31 Qui vectigalia publica conducunt. 32 Vellem non fecisse. 33 Cum esset socius communis ordinis. 34 Publicanorum. 35 Agens. 36 Tanquam patronus et judex. 37 Optimam habens fidem et famam de fide. 38 Honorum et dignitatum. 39 Addixit. 40 Sc. esse. 41 Quem ex labore suo acquireret, cum in utrisque subselliis versaretur. 42 Sed. 43 Commutata republica. 44 Brundisii commorante. 45 Oppido Calabriæ, quo se Cicero, victo Pompejo, contulit. 46 Sc. meis. 47 Ut ageret cum Cæsare, ut in Italia ipsaque etiam urbe, si vellet, Ciceroni esse liceret. 48 Bellum in Ægypto gerentem. 49 Sc. in me. 50 Perferendi literas, et me Cæsari conciliandi. 51 Evidenter cognovi. 52 Fidelitatem. 53 Transigendo et expediendo. 54 Nun-

tiando. Videor mihi, cum [55] separatim de probitate [56] ejus, et moribus dicturus fuissem, si prius causam, cur eum tantopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de [57] probitate dixisse. Sed tamen separatim promitto, in meque [58] recipio, [59] fore eum tibi et voluptati et [60] usui. Nam et modestum hominem [61] cognosces, et prudentem, et a cupiditate omni remotissimum, præterea magni laboris summæque [62] industriæ. Neque ego hæc [63] polliceri debeo, quæ tibi ipsi, [64] cum bene cognoveris, judicanda sunt: sed tamen in omnibus novis conjunctionibus [65] interest, qualis primus aditus sit, et qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. [66] Quod ego his literis efficere volui: [67] etsi id ipsa per se necessitudo quæsturæ [68] effecisse debet: sed tamen [69] nihilo infirmius [70] illud, [71] hoc addito. Cura igitur, si me tanti facis, quanti et Varro existimat, et ipse sentio, ut [72] quamprimum intelligam hanc meam commendationem tantum [73] illi utilitatis attulisse, quantum et ipse sperarit, nec ego [74] dubitarim. Vale.

XI. M. T. C. BRUTO S. D.

[1] Quia semper animadverti, studiose te operam dare, ut ne quid [2] meorum tibi esset ignotum: propterea non dubito, quin scias, non solum [3] cujus municipii sim, sed etiam, quam diligenter soleam meos [4] municipes [5] Arpinates [6] tueri. [7] Quorum [8] quidem omnia commoda, omnesque facultates, quibus [9] et [10] sacra [11] conficere, et sarta [12] tecta [13] ædium sacrarum, [14] locorumque [15] communium [16] tueri possit, consistunt in iis vectigalibus, quæ habent in provincia Gallia. Ad [17] ea visenda, pecuniasque, quæ a coloniis debentur, [18] exigendas, [19] totamque rem et cognoscendam, et administrandam legatos equites romanos misimus, Q. Fufidium Q. F. M. Faucium M. F. Q. Mamercum Q. F. Peto a te [20] majorem in modum [21] pro nostra

cium mihi reportando. 55 Divisim. 56 Sc. Varronis. 57 Sc. ejus. 58 Tanquam sponsor. 59 Futurum esse. 60 Utilitati. 61 Supple, eum. 62 Solertiæ. 63 Sc. tibi. 64 Ita sit, quod bene noveris. 65 Refert. 66 Sc. aperire fores amicitiæ. 67 Tametsi. 68 Sc. ex more majorum. 69 Nullo. 70 Supple, erit. 71 Sc. commendationis nostræ. 72 Valde cito. 73 Varroni. 74 Sc. illi allaturam fuisse.

1 Commendat Bruto et ea vectigalia, quæ Arpinates habebant in Gallia, et legatos, qui ad ea exigenda proficiscebantur. 2 Eorum quæ agerem. 3 Ex quo municipio ortus. 4 Cives, ejusdem mecum municipii. 5 Incolas Arpini, oppidi Volscorum, quod hodie *Arpino* dicitur. 6 Defendere. 7 Sc. Arpinatum. 8 Certe. 9 Simul. 10 Sc. publica. 11 Perficere. 12 Integra. 13 Templorum et delubrorum. 14 Ut sunt fora et mænia. 15 Ad civitatem communiter pertinentium. 16 Conservare. 17 Vectigalia Arpinatum. 18 Flagitandas. 19 Totum negotium. 20 Obnixe. 21 Propter nostram necessitudi-

necessitudine, ut ea res tibi curæ sit: operamque des, ut [22] per te quam commodissime negotium municipii administretur, [23] quam primumque [24] conficiatur, ipsosque, quorum nomina scripsi, ut quam honorificentissime [25] pro tua natura, et quam liberalissime tractes. Bonos viros ad tuam [26] necessitudinem [27] adjunxeris, municipiumque gratissimum beneficio tuo [28] devinxeris: mihi [29] vero etiam eo gratius feceris, quod [30] cum semper [31] tueri municipes meos consuevi, [32] tum [33] hic annus præcipue ad meam curam, [34] officiumque pertinet. Nam constituendi municipii causa, hoc anno ædilem filium meum fieri volui, et [35] fratris filium et M. Cæsium hominem mihi maxime [36] necessarium: ([37] is enim magistratus in nostro municipio, nec [38] alius ullus, creari solet) quos [39] cohonestaris, [40] in primisque me, si Resp. [41] municipii tuo studio, et diligentia bene administrata erit. Quod ut facias, te vehementer [42] etiam atque etiam rogo. Vale.

XII. M. T. C. BRUTO S. D.

[1] Alia epistola [2] communiter commendavi tibi legatos Arpinatum, ut potui, diligentissime: [3] hac separatim Q. Fufidium, quo cum mihi [4] omnes necessitudines sunt, diligentius commendo, non ut aliquid de illa [5] commendatione [6] deminuam, sed ut hanc addam. Nam et [7] privignus est M. Cæsii [8] mei maxime et familiaris, et necessarii: et fuit [9] in Cilicia mecum [10] Tribunus mil. quo in [11] munere ita se [12] tractavit, ut accepisse ab eo beneficium viderer, non [13] dedisse. Est præterea, quod apud te valet plurimum, a nostris [14] studiis non [15] abhorrens. Quare velim eum quam liberalissime [16] complectare, operamque des, ut in ea legatione, quam suscepit contra suum commodum, secutus [17] anctoritatem meam, quam maxime ejus [18] ex-

nem. 22 Præsidio tuo. 23 Valde cito. 24 Absolvatur et expediatur. 25 Juxta naturam tuam. 26 Cumulum tuorum necessariorum. 27 Sc. hoc faciendo. 28 Obligaveris. 29 Sed. 30 Partim. 31 Protegere. 32 Partim. 33 Præsens. 34 Sc. meum. 35 Sc. mei. 36 Amicum. 37 Sc. Ædilitius. 38 Sc. Dictator, vel Consul, vel Duumvir, ut in aliis municipiis. 39 Simul honestaveris. 40 Præcipue. 41 Arpini. 42 Iterum atque iterum.

1 Quintum Fufidium, Arpinatum legatum commendat. 2 Simul omnes. 3 Sc. epistola. 4 Omnia jura summæ necessitudinis. 5 Sc. communis. 6 Detraham. 7 Ex uxore ab alio marito genitus. 8 Inter familiares et necessarios mihi conjunctissimi. 9 Cum provinciæ illi, præessem proconsulari imperio. 10 Post legatum in legione primum locum obtinens; quales in singulis legionibus olim sex fuerunt. 11 Functione militari. 12 Rexit. 13 Sc. ei. 14 Eloquentiæ. 15 Alienus. 16 Supple, ut. 17 Consilium et voluntatem. 18 Præemineat.

cellat industria. Vult enim, id quod optimo cuique [19] natura [20] tributum est, quam maximam laudem cum a nobis, qui [21] eum impulimus, tum a [22] municipio consequi: quod ei continget, si hac mea commendatione tuum erga se [23] studium erit consecutus. Vale.

XIII. M. T. C. BRUTO S. D.

[1] L. Castronius Pætus, [2] longe [3] princeps municipii [4] Lucensis, est [5] honestus, [6] gravis, [7] plenus officii, bonus plane vir, et [8] cum virtutibus tum etiam [9] fortuna, siquid hoc ad [10] rem pertinet, ornatus: meus autem est [11] familiarissimus, sic prorsus, ut [12] nostri ordinis [13] observet neminem [14] diligentius. Quare et ut meum amicum, et tua dignum amicitia, tibi commendo: cui quibuscunque rebus [15] commodaveris, tibi profecto jucundum, mihi [16] certe erit gratum. Vale.

XIV. M. T. C. BRUTO S. D.

[1] L. Titio Strabone, equite romano [2] inprimis honesto, et ornato familiarissime utor. [3] Omnia mihi cum eo intercedunt jura summæ necessitudinis. Huic in tua [4] provincia pecuniam debet P. Cornelius. [5] Ea res a Volcatio, qui Romæ [6] jus dicit, [7] rejecta in Galliam est. Peto a te hoc diligentius, quam si mea res esset, [8] quo est honestius de amicorum pecunia [9] laborare, quam de [10] sua, ut negotium [11] conficiendum cures, [12] ipse suscipias, [13] transigas operamque des, [14] quoad tibi æquum, et rectum videbitur, ut quam [15] commodissima conditione [16] libertus Strabonis, qui ejus rei causa [17] missus est, negotium [18] conficiat, ad nummosque perveniat. Id [19] et mihi gratissimum erit: et tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi curæ sit, ut omnia solent esse, quæ me velle scis, te vehementer [20] etiam atque etiam rogo. Vale.

19 Supple, a. 20 Concessum. 21 Ei auctores fuimus. 22 Sc. Arpino. 23 Favorem.

1 L. Castronium Lucensem Bruto commendat. 2 Facile. 3 Primarius. 4 *Luca* primum Galliæ Cisalpinæ oppidum, quod hodie idem nomen obtinet. 5 Genere. 6 Moribus. 7 Ad bene de aliis merendum. 8 Pariter. 9 Divitiis. 10 Ejus commendationem. 11 Arcta familiaritate conjunctissimus. 12 Senatorii. 13 Colat et veneretur. 14 Supple, quam me. 15 Commoda feceris. 16 Haud dubie.

1 Petit ut exactionem ejus pecuniæ, quam L. Straboni P. Cornelius debet, suo studio et diligentia curet. 2 Precipue. 3 Est mihi non solum amicus, sed et familiaris et necessarius. 4 Gallia. 5 Cognitio exactionis ejus pecuniæ. 6 Judicis officio fungitur, prætore urbano, qui cæteris prætoribus nobilitate præstabat. 7 Remissa. 8 Quanto, aut quod. 9 Anxium esse. 10 Propria. 11 Absolvendum. 12 Tumet. 13 Perficias. 14 Quatenus. 15 Facillima. 16 Servus manumissus. 17 Sc. ad te in Galliam. 18 Ad finem perducat. 19 Simul. 20 Iterum atque iterum.

XV. M. T. C. C. CÆSARI IMP. S. D.

[1] Præcilium tibi commendo [2] unice: [3] tui necessarii, mei familiarissimi, viri optimi filium, quem [4] cum adolescentem ipsum propter ejus modestiam, humanitatem, [5] animum, et amorem erga me singularem [6] mirifice diligo: tum patrem ejus, [7] re doctus, intellexi, et didici mihi fuisse semper amicissimum. Hem, hic ille est, de illis [8] maxime, qui [9] irridere atque objurgare me solitus est, quod me non tecum, præsertim cum abs te [10] honorificentissime [11] invitarer, conjungerem.

[12] Α'λλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν

Audiebam enim [13] nostros proceres [14] clamitantes.

[15] Α'λκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ
Ω'ς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινη.

Sed tamen [16] idem me [17] consolatur: etiam, hominem [18] perustum, etiamnum gloria volunt incendere: atque ita loquuntur:

[19] Μὴ μὰν ἀσπουδεὶ γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Α'λλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πύθεσθαι.

Sed me minus jam [20] movent, [21] ut vides. Itaque ad Homeri [22] magniloquentia confero me ad [23] vera præcepta [24] Εὐριπίδου.

[25] Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφὸς.

Quem versum [26] senex Præcilius laudat [27] egregie, et ait posse [28] eumdem et [29] ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω videre, et tamen nihilominus.

1 Præcilium adolescentem, patre natum Cæsaris amicissimo, Cæsari diligentissime commendat. 2 Singulariter. 3 Necessitudine tibi conjuncti. 4 Pariter. 5 Benevolentiam. 6 Miris modis. 7 Effectu ipso certior factus. 8 Præcipue. 9 Initio belli civilis. 10 Cum maxima honoris testificatione. 11 Ad conjunctionem. 12 Sed meum nunquam animum in pectoribus persuasit, ut me scilicet tecum conjungerem. Versus est Homeri Odyss. η. v. 258. 13 Pompejanos, qui rempublicam se defendere gloriabantur. 14 Sæpe et vehementer clamantes. 15 Fortis esto, ut aliquis te et sero nascentium laudet. Sic nebula occultavit atra; sc. non viderim, quod mihi saluberrimum fuit consilium sed Pompejanos imprudens ego secutus sum, versus Homerici, quorum ille exstat Odiss. A. v. 302. hic Odiss. Ω. v. 314. 16 Præcilius. 17 Dicens me tibi esse carissimum. 18 Desiccatum. 19 Ne negligenter et sine gloria peream. Sed magnum faciens aliquid, et futuris audiendum. Sunt versus Homeri Iliad. x. vers. 305. 20 Pompejani. 21 Quia non sequor partes eorum, sed in urbe sum. 22 Magnificis versibus et ad gloriam hortantibus. 23 Utilia. 24 Euripidis poetæ Tragigi; cujus ex Medea sequens senarius est desumptus: ut patet ex ep. 6. l. VII. 25 Odi sapientem, qui sibi ipsi non sapiens, supple, est; et idcirco sapientes Pompejanos, qui sibi non sapiunt, cum tecum adhuc decertent. 26 Sc. pater. 27 Singulariter, quasi vere dictum, et Pompejanorum exemplo comprobatum. 28 Sapientem, qui suis rationibus consulit. 29 Simul quæ ante faciem et post tergum sunt.

[30] Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Sed ut redeam ad id, unde [31] cœpi, vehementer mihi gratum feceris, si [32] adolescentem humanitate tua, quæ est [33] singularis [34] comprehenderis, et ad id, quod [35] ipsorum Præciliorum causa te velle arbitror, addideris [36] cumulum commendationis meæ. [37] Genere novo sum literarum ad te usus, ut intelligeres non vulgarem esse commendationem. Vale.

XVI. [1] M. T. C. CÆSARI. IMP. S. D.

[2] P. Crassum, [3] ex omni nobilitate, adolescentem dilexi plurimum: et ex eo cum ab ineunte ejus ætate bene speravissem, [4] tum per [5] me [6] existimare cœpi ex iis judiciis, quæ de eo feceram, [7] cognitis. [8] Ejus [9] libertum Apollonium jam tum equidem cum [10] ille viveret, et magni [11] faciebam et [12] probabam: [13] erat enim et [14] studiosus Crassi, et ad [15] ejus [16] optima studia vehementer aptus: itaque ab [17] eo admodum diligebatur. Post mortem autem [18] Crassi, [19] eo mihi etiam dignior visus est, quem in [20] fidem, atque amicitiam meam reciperem, quod eos a se [21] observandos, et [22] colendos putabat, quos [23] ille dilexisset, et quibus carus fuisset. Itaque et [24] ad me in Ciliciam venit, multisque in rebus mihi [25] magno usui fuit et fides ejus, et prudentia: et, ut opinor, tibi in [26] Alexandrino bello, quantum studio et fidelitate [27] consequi potuit, [28] non defuit. Quod cum speraret te quoque ita [29] existimare, in Hispaniam ad te, [30] maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me [31] auctore est profectus. Cui ego commendationem non sum pollicitus: non [32] quin eam valituram apud te arbitrarer: [33] sed neque mihi egere commendatione videbatur, qui et in bello tecum fuisset, et [34] propter memoriam Crassi de [35] tuis unus esset, et, si uti

30 Semper optime se gerere, et præstantior esse aliis. Versus Homeri Iliad. Z. v. 208. et A. v. 783. 31 Sc. scribere. 32 Sc. Præcilium. 33 Egregia et rara. 34 Complexus fueris. 35 Propter amorem ipsorum Præciliorum. 36 Magnam accessionem. 37 Ob interpositos Græcos versus.

1 Apollonium, P. Crassi libertum, Cæsari bellum in Hispania contra Pompeji liberos gerenti, commendat. 2 Liciniæ gentis, M. Crassi, a Parthis interepti, filium. 3 Inter omnes nobiles. 4 Multo magis. 5 Sc. ipsum. 6 Judicare. 7 Exploratis et compertis. 8 P. Crassi. 9 Servum libertate donatum. 10 Crassus. 11 Æstimabam. 12 Laudabam. 13 Supple, Apollonius. 14 Studiose inserviens Crasso. 15 Crassi. 16 Sc. eloquentiæ. 17 Crasso. 18 In Parthia cum patre pereuntis. 19 Propterea. 20 Fidelem tutelam. 21 Venerandos. 22 Sc. esse a se. 23 Sc. Crassus. 24 Proconsulem Ciliciæ. 25 Magnæ utilitati. 26 Quod cum Ptolemæo Ægypti rege gessisti. 27 Efficere. 28 Auxilio fuit. 29 Judicare. 30 Præcipue. 31 Suasore. 32 Quod non. 33 Supple, Apollonius. 34 Quia P. Crassus Cæsaris in Gallia legatus fuerat. 35 Fami-

commendationibus vellet, etiam per alios eum videbam [36] id consequi posse. Testimonium meum de eo [37] judicii; [38] quod et ipse magni æstimabat, et ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur hominem [39] cognovi, et studiis optimis deditum, idque a [40] puero. Nam domi meæ cum Diodoto [41] Stoico, homine, meo judicio, eruditissimo, [42] multum a puero fuit. Nunc autem [43] incensus studio [44] rerum tuarum, eas [45] literis Græcis mandare cupiebat. [46] Posse arbitror: valet ingenio: habet [47] usum: [48] jam pridem in [49] eo genere studii, literarumque versatur: [50] satisfacere [51] immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes [52] opinionis meæ testimonium: sed tu [53] hoc facilius multo, [54] pro tua singulari prudentia, judicabis, et tamen, quod [55] negaveram, commendo tibi eum. Quicquid ei [56] commodaveris, erit mihi [57] majorem in modum gratum. Vale.

XVII. M. T. C. SER. SULPICIO S. D.

[1] M. Curius, qui [2] patris [3] negotiatur, [4] multis et magnis de causis a me diligitur. Nam et amicitia [5] pervetus mihi cum eo est, [6] ut primum in forum venit, [7] instituta: et [8] Patris, cum aliquoties antea, tum proxime [9] hoc miserrimo bello domus ejus tota mihi patuit: [10] qua, si [11] opus fuisset, [12] tam essem usus, quam mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo est, quasi [13] sanctioris cujusdam [14] necessitudinis, [15] quod est [16] Attici nostri familiarissimus, eumque [17] unum [18] præter cæteros [19] observat ac diligit. [20] Quem si tu [21] jam forte cognovisti, puto me [22] hoc, quod facio, facere [23] serius. [24] Ea enim est humanitate, et [25] observantia, ut eum tibi [26] jam ipsum [27] per se

liaribus. 36 Uti commendationibus. 37 Mei. 38 Testimonium. 39 Supple, eum. 40 Puerili ætate. 41 Philosopho. 42 Frequenter. 43 Excitatus. 44 Bello gestarum. 45 Lingua Græca conscribere. 46 Judico eum hoc posse facere. 47 Peritiam exercitatione partam. 48 A plusculo tempore. 49 Historia. 50 Sufficientia alimenta præbere. 51 Æternitati. 52 Judicii. 53 An doctrina, ingenio, usu valeat, ut res tuas Græcis literis mandare possit. 54 Juxta egregiam tuam prudentiam. 55 Me facturum. 56 Commodi feceris. 57 Maxime.

1 Sulpitio Achajæ præfecto, Marcum, Curium, Patris negotiantem, commendat. 2 Quæ urbs est Achaiæ in Peloponneso hodie *Patras*. 3 Mercaturam exercet. 4 Ob multas et magnas causas. 5 Valde vetusta. 6 Quando primum virilem togam induit. Ep. x. hujus libri; *Cum primum Terentius* in forum venit. 7 Incepta cum eo. 8 Urbe Achajæ. 9 Civili inter Pompejum et Cæsarem. 10 Domo. 11 Necesse. 12 Tam libere. 13 Minus violabilis. 14 Amicitiæ. 15 Propterea quod. 16 Titi Pomponii. 17 Solum. 18 Præ cæteris. 19 Veneratur. 20 Curium. 21 Ante has meas literas. 22 Commendare eum. 23 Nimis sero. 24 Tanta. 25 Studio suos observandi. 26 Si ipsum cognovisti. 27 Sine literis meis.

commendatum putem. Quod tamen [28] si ita est magnopere a te [29] quæso, ut ad eam [30] voluntatem, si [31] quam in illum ante has meas literas contulisti, [32] quam maximus post [33] mea commendatione cumulus [34] accedat. Sin autem propter [35] verecundiam suam minus se [36] tibi obtulit, aut eum nondum satis habes cognitum, aut [37] quæ causa est, [38] cur [39] majoris commendationis indigeat; sic tibi eum commendo, ut neque majore [40] studio quenquam, neque [41] justioribus de causis commendare possim. Faciamque id, quod debent facere ii, qui [42] religiose, et [43] sine ambitione commendant. Spondebo enim tibi, vel potius [44] spondeo, [45] in meque recipio, [46] eos esse M. Curii mores, eamque tum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum et amicitia tua, et tam accurata [47] commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis [48] existimaturus. Mihi [49] certe gratissimum feceris, si intellexero has literas tantum, quantum scribens [50] confidebam, apud te pondus habuisse. Vale.

XVIII. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] Non concedam, ut [2] Attico [3] nostro, quem [4] elatum lætitia vidi, [5] jucundiores tuæ, [6] suavissime ad eum et humanissime scriptæ literæ fuerint, quam mihi. Nam [7] etsi [8] utrique nostrum [9] prope æque gratæ erant: tamen ego admirabar magis, te, quasi [10] rogatus, aut certe admonitus liberaliter [11] Attico respondisses, (quod tamen dubium nobis, [12] quin ita futurum fuerit, non erat) [13] ultro ad eum scripsisse, eique [14] nec opinanti [15] voluntatem tuam tantam per literas [16] detulisse. De quo non [17] modo rogare te, ut [18] eo [19] studiosius [20] mea quo-

28 Si eum nosti, et commendatum habes. 29 Peto. 30 Benevolentiam. 31 Aliquam. 32 Longe maximum incrementum. 33 Per meam commendationem. 34 Addatur. 35 Pudorem. 36 Tibi præsentem stitit. 37 Aliqua. 38 Propter quam. 39 Diligentioris. 40 Affectu. 41 Objustiores causas. 42 Sancte et cum imore. 43 Nihil gratiæ dantes vel nullam gratiam captantes. 44 Jam. 45 Polliceor me præstiturum. 46 Tales. 47 Mea. 48 Judicaturus. 49 Haud dubie. 50 Eas esse habituras.

1 Primum agit gratias de optima in Pomponium Atticum voluntate; deinde non necessariam commendationem addit, ut neque in Epiroticis negotiis, neque in aliis rebus Attico desit. 2 Pomponio. 3 Utrique nostrum familiarissimo. 4 Exsultantem. Lib. 11. ep. 10. *post comitia illa præclara, quæ me lætitia* extulerunt. 5 Suaviores. 6 Suavissimis et humanissimis verbis. 7 Quanquam. 8 Attico et mihi. 9 Fere. 10 Correctio, quia rogari ab amico non vult. Ep. 4. l. xv. *Admonendum te potius, quam rogandum puto.* 11 Votis Attici. 12 Te responsurum fuisse liberaliter. 13 Sponte tua. 14 Nihil hujus opinanti. Ep. 4. l. xv. *Præsentibus insidiis* nec opinantem *liberavi*; et in eadem infra, *Plerosque* nec opinantes *oppressimus*. 15 Benevolentiam. 16 Obtulisse. 17 Solum. 18 Tanto. 19 Diligentius. 20 Etiam mei cau-

que causa facias, non debeo (nihil enim [21] cumulatius fieri potest, quam [22] polliceris), [23] sed ne gratias quidem agere, quod tu et [24] ipsius causa, et [25] tua sponte feceris. Illud tamen dicam, mihi id quod fecisti, esse [26] gratissimum. Tale enim tuum judicium de homine eo, quem ego [27] unice diligo, non potest mihi non [28] summe esse jucundum. Quod cum ita sit, esse [29] gratum necesse est. Sed tamen [30] quando mihi [31] pro conjunctione nostra, [32] vel peccare apud te in scribendo licet; utrumque eorum, quæ [33] negavi mihi facienda esse, faciam. Nam et ad id, quod [34] Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim [35] addas, quantum [36] ex nostro amore [37] accessionis fieri potest. Et, quod [38] modo [39] verebar, tibi gratias agere, nunc [40] plane [41] ago: teque ita existimare volo, quibuscunque [42] officiis in [43] Epiroticis, reliquisque rebus Atticum [44] obstrinxeris, [45] iisdem me tibi obligatum fore. Vale.

XIX. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] Cum Lysone [2] Patrensi est mihi quidem [3] hospitium vetus, quam ego [4] necessitudinem [5] sancte colendam puto: sed ea [6] causa etiam cum aliis [7] compluribus: familiaritas [8] tanta nullo cum hospite, et [9] ea cum officiis ejus multis, tum etiam [10] consuetudine quotidiana sic [11] est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra [12] conjunctius. [13] Is cum Romæ annum [14] prope ita fuisset, ut mecum viveret, etsi eramus in magna spe, te [15] meis literis commendationeque diligentissime facturum id, quod fecisti, ut ejus [16] rem et fortunas [17] absentis [18] tuerere:

sa. 21 Auctius. 22 Te sponte facturum. 23 Sed etiam ipsas gratias agere non debeo. 24 Pomponii Attici. 25 Propria voluntate. 26 Quia, quod jucundum, idem gratum est. 27 Singulariter præ aliis. 28 Longe suavissimum esse. 29 Acceptum.. 30 Quandoquidem. 31 Pro familiari nostra amicitia. 32 Etiam. 33 Dixi non esse a me facienda. 34 Propter Atticum. 35 Ut. 36 Propter amicitiam nostram. 37 Incrementi. 38 Paulo ante. 39 Haud audebam. 40 Manifeste et ex animo. 41 Gratias. 42 Beneficiis ex debito aut honesto quasi factis. 43 Possessiones in Epiro Atticus habebat, in quibus magnus pecuniæ redditus constabat, Epirus autem, Græciæ regio, hodie *Canina*, olim Macedoniæ provinciæ pars, hoc tempore ad imperium Sulpicii, Achajæ præfecti, adjecta erat. 44 Devinxeris. 45 Officiis.

1 Rogat, ut Lysonem Patrensem, qui Pompejanus cum Cæsare in gratiam redierat, in fidem et necessitudinem suam recipiat Sulpicius. 2 Patris, Achajæ urbe, oriundo, apud quem Cicero, e Cilicia rediens, Tironem ægrum reliquerat. Vid. lib. XVI. epist. 6. 3 Jus hospitalitatis. 4 Sc. hospitalitatis. 5 Inviolabiliter; quia Jovi curæ est: unde Dido apud Virgilium Æneid. I. v. *Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur*. 6 Necessitudinis. 7 Plurimis. 8 Quanto cum ipso est. 9 Familiaritas. 10 Conversatione. 11 Accrevit. 12 Arctius. 13 Lyso. 14 Fere. 15 Propter literas meas et commendationem. 16 Bona et divitias. 17 Quia Romæ erat, non Patris. 18 Pro-

*

tamen, [19] quod in [20] unius potestate erant omnia, et quod Lyso fuerat in [21] nostra causa, nostrisque [22] præsidiis, quotidie [23] aliquid timebamus. Effectum tamen est et [24] ipsius [25] splendore, et nostro, reliquorumque hospitum [26] studio, ut omnia, quæ vellemus, a Cæsare impetrarentur. Quod [27] intelliges ex iis literis, quas Cæsar ad te [28] dedit. [29] Nunc non [30] modo non [31] remittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti jam omnia, sed [32] eo vehementius a te [33] contendimus, ut Lysonem in [34] fidem necessitudinemque tuam recipias. [35] Cujus dubia fortuna [36] timidius tecum agebamus, [37] verentes, ne [38] quid accideret ejusmodi, ut [39] ne tu quidem [40] mederi posses. [41] Explorata vero ejus [42] incolumitate, omnia a te studia [43] summa cura peto. [44] Quæ ne singula enumerem, totam tibi [45] domum commendo, in his adolescentem filium ejus, quem C. Memmius Gemellus, [46] cliens meus, cum in [47] calamitate exilii sui [48] Patrensis civis factus esset, [49] Patrensium legibus [50] adoptavit: ut [51] ejus ipsius [52] hæreditatis jus causamque [53] tueare. [54] Caput illud est, ut Lysonem, quem ego virum optimum gravissimumque [55] cognovi, recipias [56] in necessitudinem tuam. Quod si feceris, non dubito, quin in eo diligendo cæterisque postea commendando, idem, quod [57] ego, sis [58] judicii et voluntatis habiturus. Quod cum [59] fieri vehementer [60] studeo, tum etiam illud [61] vereor, ne, si minus [62] cumulate videberis fecisse aliquid [63] ejus causa, me ille [64] negligenter scripsisse de se putet, [65] non te oblitum mei. [66] Quanti enim me [67] faceres, [68] cum ex sermonibus [69] quotidianis meis, [70] tum ex [71] epistolis etiam tuis potuit cognoscere. Vale.

tegeres. 19 Quia. 20 Cæsaris. 21 Pompejana. 22 Auxiliis militaribus. 23 Adversi illi posse contingere. 24 Lysonis. 25 Honestate vitæ. 26 Favore. 27 Verissimum esse. 28 Scripsit. 29 Post omnia quæ voluimus, impetrata. 30 Solum. 31 Relaxamus aut detrahimus. 32 Propterea tanto. 33 Petimus. 34 Fidelem tutelam. 35 Ob cujus incertam fortunam. 36 Aliquantulum timide. 37 Formidantes. 38 Tale aliquod malum. 39 Qui maxime posse videris. 40 Remedium malo invenire. 41 Comperta. 42 Salute. 43 Maxima sollicitudine. 44 Quæ studia. 45 Familiam et rem familiarem. 46 Qui me patrono utitur. 47 Miseria. 48 Amissa Romana civitate; nam duarum civitatum civis esse nemo poterat. 49 Secundum leges Patrenses. 50 In filii locum assumpsit. 51 Filii Lysonis. 52 Ipsi ex Memmio obventuræ. 53 Defendas. 54 Præcipua pars petitionis meæ. 55 Esse. 56 Inter necessarios tuos. 57 Habeo. 58 De eo et in eum. 59 Ut fiat. 60 Operam do. 61 Metuo. 62 Abundanter. 63 Propter eum. 64 Non accurate, non operose. 65 Supple, putet. 66 Quam magni. 67 Æstimares. 68 Partim. 69 Quibus quotidie beneficiorum tuorum mentionem facio. 70 Partim. 71 Quibus mihi omnia defers.

XX. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] Asclapone [2] Patrensi, medico, utor valde familiariter, ejusque cum [3] consuetudo mihi [4] jucunda fuit, tum etiam [5] ars, quam sum expertus in [6] valetudine [7] meorum: in qua mihi tum ipsa [8] scientia, tum etiam [9] fidelitate, [10] benevolentiaque satisfecit. Hunc igitur tibi commendo: et a te peto, ut [11] des operam, ut intelligat, [12] diligenter me scripsisse de se, meamque commendationem [13] usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

XXI. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] M. Æmilius Avianus ab [2] ineunte adolescentia me [3] observat, semperque dilexit, vir [4] cum bonus, [5] tum [6] perhumanus, et [7] in omni genere officii diligendus. Quem si arbitrarer esse [8] Sicyone, et nisi audirem, ibi eum [9] etiam nunc, ubi ego [10] reliqui, [11] Cibyræ commorari, nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere. Perficeret enim ipse [12] profecto [13] suis moribus, suaque humanitate, ut sine [14] cujusquam commendatione, diligeretur abs te non minus, quam et a me et cæteris suis familiaribus. Sed, cum illum [15] abesse putem, commendo tibi [16] majorem in modum [17] domum ejus, quæ est Sicyone, [18] remque familiarem, maxime C. Avianum Hammonium, [19] libertum ejus: quem quidem tibi etiam [20] suo nomine commendo. Nam [21] cum propterea mihi est [22] probatus, [23] quod est [24] in patronum suum officio, et fide [25] singulari, [26] cum etiam, [27] quod in meipsum magna officia contulit, mihique [28] molestissimis temporibus ita fideliter, benevoleque [29] præsto fuit, [30] ut si a me [31] manumissus esset. Itaque peto a te, ut eum Hammonium

1 Asclaponem Patrensem, medicum doctum et probum, Sulpicio commendat. 2 Ex Patris, Achajæ urbe, oriundo. 3 Conversatio. 4 Dulcis. 5 Medica, quam profitetur. 6 Ægra. 7 Domesticorum, præsertim Tironis, ægri Patris relicti. Vid. lib. XVI. epist. 9. 8 Artis. 9 In exercenda arte. 10 Studiosa animi voluntate. 11 Cures. 12 Cum cura et studio. 13 Utilitati magnæ.

1 Domum et rem familiarem M. Æmilii, maximeque C. Hammonium libertum ejus Sulpicio commendat. 2 Incipiente sua adolescentia. 3 Colit et reveretur. 4 Non solum. 5 Sed etiam. 6 Valde humanus. 7 Qui ita se gerit in omni genere officii, ut diligi debeat et possit. 8 Urbe Achajæ antiquissima. 9 Adhuc. 10 Cum essem Ciliciæ Proconsul. 11 Quæ urbs Phrygiæ majoris ad Mæandrum, una trium diœceseon Asiaticarum, quæ præter Ciliciam Ciceroni datæ sunt administrandæ. 12 Certe. 13 Bonis et honestis. 14 Alicujus. 15 Achaja et Sicyone. 16 Non vulgariter. 17 Familiam. 18 Et bona ejus. 19 Servum manumissum. 20 Proprio, nedum patroni. 21 Ex parte. 22 Probus habitus. 23 Quia. 24 Erga. 25 Egregia. 26 Ex parte. 27 Quia. 28 Gravissimis, exilii sc. mei. 29 Auxilio. 30 Quasi. 31 Libertate

et in [32] patroni ejus negotio sic [33] tueare, [34] ut ejus procuratorem, quem tibi commendo, et [35] ipsum [36] suo nomine diligas habeasque in numero [37] tuorum. Hominem [38] pudentem, et [39] officiosum cognosces, et dignum, qui a te diligatur. Vale.

XXII. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] T. Manlium, qui [2] negotiatur [3] Thespiis, vehementer diligo. Nam et semper me coluit, diligentissimeque [4] observavit, et a studiis [5] nostris non [6] abhorret. [7] Accedit eo, quod [8] Varro Murena magnopere [9] ejus causa vult [10] omnia. [11] Qui ita existimavit, [12] etsi suis literis, quibus tibi Manlium commendabat, valde confideret, tamen [13] mea commendatione aliquid [14] accessionis [15] fore. Me [16] quidem cum Manlii familiaritas, tum Varronis [17] studium commovit, ut ad te quam accuratissime scriberem. [18] Gratissimum igitur mihi feceris si huic commendationi meæ tantum tribueris, [19] quantum cui tribuisti plurimum: id est, si T. Manlium quam maxime, quibuscunque rebus honeste ac [20] pro tua dignitate poteris, juveris atque ornaveris. Ex ipsius præterea [21] gratissimis et humanissimis moribus, confirmo tibi, [22] eum te, quem soles fructum a bonorum virorum officiis exspectare, esse [23] capturum. Vale.

XXIII. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] L. Cossinio, amico et [2] tribuli tuo, valde familiariter utor. Nam et inter nosmetipsos [3] vetus usus [4] intercedit, et [5] Atticus [6] noster majorem etiam mihi cum Cossinio [7] consuetudinem fecit. Itaque tota Cossinii domus me diligit, [8] in primisque [9] libertus ejus L. Cossinius Anchialus, homo et [10] patrono, et pa-

donatus. 32 Marci Æmilii Aviani. 33 Protegas. 34 Tanquam. 35 Hammonium. 36 Propriorum officiorum respectu. 37 Amicorum. 38 Verecundum. 39 In omni genere officii diligentem.

1 T. Manlium suo et Varronis Murenæ nomine Sulpicio commendat Cicero. 2 Mercaturam agit. 3 *Thespiæ* urbs Boetiæ urbs sub Helicone ad sinum Crissenm, Musis sacra, unde Musæ *Thespiades* dictæ. 4 Veneratus est. 5 Eloquentiæ, aut oratoriæ disciplinæ. 6 Est alienus. 7 Additur ad eam commendationem. 8 Hic vel e Licinia gente in Terentiam, vel e Terentia in Liciniam gentem est adoptatus, et nomen cognomen est adeptus, vetere servato: Terentiæ enim gentis Varro, Liciniæ Murena cognomen est. Propter eum. 10 Facere. 11 Varro Murena. 12 Quanquam. 13 Per meam commendationem. 14 Augmenti. 15 Suis sc. literis. 16 Certe. 17 Desiderium. 18 Rem gratissimam. 19 Illi sc. 20 Servata tua dignitate. 21 Acceptissimis. 22 Eam utilitatem. 23 Percepturum.

1 L. Cossinium libertum sua et patroni causa Sulpicio commendat Cicero. 2 Qui tecum ex eadem tribu est. 3 Antiqua familiaritas. 4 Est. 5 Titus Pomponius. 6 Utrique nostrum familiaris. 7 Conversationem. 8 Precipue. 9 Quem libertate donavit. 10 Suo.

troni [11] necessariis, [12] quo in numero ego sum [13] probatissimus. [14] Hunc tibi ita commendo, ut si meus libertus esset, [15] eodemque apud me loco esset, quo et est apud patronum suum, majore [16] studio commendare non possem. Quare [17] pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, quod sine molestia tua [18] fiat, si [19] qua in re [20] opus ei fuerit, juveris. Id et mihi vehementer gratum erit, et tibi postea [21] jucundum. Hominem enim summa probitate, humanitate, observantiaque [22] cognosces. Vale.

XXIV. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] Cum antea capiebam ex [2] officio meo voluptatem, quod memineram, qua tibi [3] diligenter Lysonem, [4] hospitem et familiarem meum commendassem: tum vero posteaquam ex literis ejus cognovi, tibi eum [5] falso suspectum fuisse, vehementissime lætatus sum, me [6] tam diligentem in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo [7] adjumento fuisse, quod ad te [8] delatum diceret, sese contra dignitatem tuam Romæ de te loqui solitum esse. De quo [9] etsi [10] pro tua [11] facilitate et humanitate purgatum se tibi scribit esse, tamen primum, [12] ut debeo, tibi maximas gratias ago, cum [13] tantum literæ meæ [14] potuerunt, ut, [15] his lectis, omnem offensionem [16] suspicionis, quam habueras de Lysone, deponeres: deinde, [17] credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro [18] Lysone magis, quam pro [19] omnibus scribere, hominem esse [20] neminem, qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. Lyso [21] vero cum mecum [22] prope quotidie esset, [23] unaque viveret, non solum, quia me libenter [24] audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse [25] loquebatur, omnia mihi tua et facta et dicta laudabat. Quapropter, [26] etsi a te ita tractatur, ut jam non desideret commendationem meam, [27] unisque

11 Amicis. 12 Quorum. 13 Maxime probatus. 14 Libertum Cossinium. 15 Eadem gratia et dignatione. 16 Favore. 17 Rem gratissimam. 18 Fieri possit. 19 Aliqua. 20 Necesse habuerit. 21 Suave. 22 Eum sc. esse.

1 Primum agit gratias Sulpicio Cicero, quod se totum Lysoni remisisset: deinde rogat, ut eundem omnibus officiis omnique liberalitate complectatur. 2 Commendationis sc. quod familiari præstiteram. 3 Accurate. 4 Patrensem. Vid. supra epist. 19. 5 Ex falsa delatione. 6 Tantam diligentiam adhibuisse. 7 Auxilio. 8 Per rumores et susurrones. 9 Quanquam. 10 Juxta. 11 Placabilitate, qua iram cito deponis. 12 Sicuti. 13 Tam multum. 14 Efficere. 15 Postquam has legeras. 16 Ex suspicione ortam. 17 Supple, ut. 18 Purgando. 19 Romæ agentibus. 20 Nullum. 21 Sed. 22 Fere singulis diebus. 23 Pariter. 24 Tua sc. et facta et dicta. 25 De tuis sc. factis et dictis. 26 Quanquam. 27 Una epistola, hujus libri xix.

se literis meis omnia [28] consecutum putet: tamen a te peto [29] majorem in modum, ut eum [30] etiam atque etiam tuis officiis, [31] liberalitate complectare. Scriberem ad te, qualis vir esset, ut superioribus literis feceram, nisi eum jam per seipsum tibi satis esse notum arbitrarer. Vale.

XXV. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] Hagesaretus [2] Larissæus magnis meis beneficiis ornatus [3] in consulatu meo, memor et gratus fuit, meque postea diligentissime [4] coluit. Eum tibi magnopere commendo, ut et hospitem et familiarem meum et [5] gratum hominem, et virum bonum, et [6] principem [7] civitatis suæ, et tua [8] necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is [9] intelligat hanc meam commendationem [10] magnum apud te pondus habuisse. Vale.

XXVI. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] L. Mescinius [2] ea mecum necessitudine conjunctus est, quod mihi [3] quæstor fuit. Sed hanc [4] causam, quam ego, ut a [5] majoribus accepi, semper [6] gravem [7] duxi, fecit virtute, et humanitate sua [8] justiorem. Itaque [9] eo sic utor, [10] ut nec familiarius ullo, nec libentius. [11] Is quanquam confidere videbatur, te [12] sua causa, quæ [13] honeste [14] posses, libenter esse facturum: [15] magnum tamen esse speravit apud te meas quoque literas. Id cum ipse ita judicabat; [16] tum [17] pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, quam [18] suavis esset inter [19] nos, et [20] quanta conjunctio. Peto igitur a te, tanto scilicet [21] studio, quanto [22] intelligis debere me petere pro homine tam

28 Obtinuisse. 29 Non vulgari forma. 30 Frequenter. 31 Supple, et. Omisit copulam, ut epist. 28. *Homini gratissimo, jucundissimo;* et alibi sæpe.

1 Hagesaretum breviter, sed accurate ob sua merita commendat. 2 Oriundus ex Larissa, oppido Thessaliæ in Phthiotide ad sinum Maliacum, quod ad distinctionem ab alia Larissa, mediterranea, et ad peneum fluvium sita, dicitur *Larissa pensilis.* Hinc ortus fuit Achilles, qui inde *Larissæus* a Poetis dicitur. 3 Tempore consulatus mei. 4 Veneratus fuit. 5 Supple, ut. 6 Inter primarios cives præcipuum. 7 Larissæ. 8 Arcta conjunctione. 9 Re experiatur. 10 Multum valuisse.

1 L. Mescinium, M. Mindii fratrem, qui in Achaja hæreditatem petebat, multis de causis Sulpicio commendat, et ut ejus causam defendat, petit. 2 Tam arcto amicitiæ vinculo. 3 In Cilicia. 4 Necessitudinis. 5 Priscis romanis. 6 Magni momenti. 7 Existimavi. 8 Meliorem. 9 Cum eo sic vivo et versor. 10 Supple, utar. 11 L. Mescinius. 12 Amore sui. 13 Sine dedecore et detrimento dignitatis tuæ. 14 Supple, facere. 15 Magnæ fore auctoritatis. 16 Supple etiam, et multo magis. 17 Ut in familiari consuetudine fieri solet. 18 Dulcis. 19 Te et me. 20 Quam magna. 21 Animi ardore. 22 Scis.

mihi [23] necessario, et tam familiari, ut ejus negotia, quæ [24] sunt in Achaja, ex eo, quod heres est M. Mindio, fratri suo, qui [25] Eli [26] negotiatus est, [27] explices, et expedias tum jure et potestate, [28] quam habes, tum etiam [29] autoritate et consilio tuo. Sic enim [30] præscripsimus iis, quibus ea [31] negotia mandavimus, ut omnibus in rebus, [32] quæ in aliquam controversiam vocarentur, te arbitro, et, [33] quod commodo tuo fieri posset, te [34] disceptatore uterentur. [35] Id ut [36] honoris mei causa suscipias vehementer te etiam atque etiam rogo. Illud præterea, si [37] non alienum tua [38] dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum, si qui [39] difficiliores erunt, ut [40] rem sine [41] controversia [42] confici [43] nolint, si [44] eos, [45] quando cum [46] senatore [47] res est, [48] Romam rejeceris. [49] Quod [50] quo minore [51] dubitatione facere possis, literas ad te a M. Lepido [52] consule, non quæ te aliquid [53] juberent, (neque enim [54] id [55] tuæ dignitatis esse arbitrabamur) sed quodam modo quasi [56] commendatitias sumsimus. Scriberem, quam id beneficium bene apud Mescinium [57] positurus esses, nisi et te scire confiderem, et [58] mihi peterem. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re [59] laborare, quam ipsum de sua. Sed cum illum [60] studeo [61] quam facillime [62] ad suum pervenire, tum [63] illud laboro, ut [64] non minimum [65] hac mea commendatione se [66] consecutum arbitretur.

XXVII. M. T. C. SULPICIO S. D.

[1] Licet [2] eodem exemplo sæpius tibi [3] hujus generis literas

23 Conjuncto. 24 Supple, ei. 25 Al. *Elide*. *Elis* est civitas Peloponnesi, a qua et ipsa regio, in qua sita est, *Elis* dicitur. 26 Mercaturam exercuit. 27 Plana et extricata reddas. 28 Tanquam Achaiæ proconsul. 29 Suasu. 30 Præcepimus. 31 Solicitanda sc. et procuranda. 32 De quibus lite foret contendendum. 33 Quoad sine molestia tua fieri posset. 34 Judice et rei controversæ moderatore. 35 Supple, onus. 36 Propter honorem meum. 37 Non abhorrens. 38 Proconsulari. 39 Minus flexibiles. 40 Negotium de hæreditate. 41 Lite. 42 Transigi et finiri. 43 Non patiantur. 44 Litigatores. 45 Quandoquidem. 46 Mescinio. 47 Negotium et lis. 48 Ad forum romanum remiseris. 49 Sc. Rejicere litigatores. Romam. 50 Ut. 51 Num tibi liceat. 52 Cum Cæsare. 53 Supple, facere. 54 Ut juberis. 55 Convenire cum dignitate proconsulari, quam obtines. 56 Quæ commendarent negotium. 57 Locaturus. 58 Mihi putarem impensum, quod Mescinio impenderis. 59 Solicitum esse. 60 Operam do. 61 Sine magno labore. 62 Suum consequi. 63 De illo omnibus viribus contendo. 64 Multum. 65 Per hanc meam commendationem. 66 Obtinuisse.

1 Gratias agit Sulpicio, quod Avianum Hammonium, Æmilii libertum, liberaliter honorificeque tractasset: Æmiliumque rursus commendat. In extremo laudat Servium filium. 2 Eadem forma, iisdem verbis. 3 Cujus hæ

[4] mittam, cum gratias [5] agam, quod meas **commendationes tam** diligenter [6] observes: [7] quod feci in [8] aliis, et faciam ut video, sæpius: [9] sed tamen non parcam [10] operæ, et ut [11] vos soletis in [12] formulis, sic [13] ego in epistolis [14] *de eadem re alio modo.* C. Avianus [15] igitur [16] Hammonius incredibiles mihi gratias per literas egit et suo et Æmilii Aviani, [17] patroni sui, nomine, nec liberalius nec honorificentius potuisse tractari nec [18] se præsentem, nec rem familiarem absentis [19] patroni sui. Id mihi cum jucundum est [20] eorum causa, quos ego tibi, summa necessitudine, et summa conjunctione [21] adductus, commendaveram, quod M. Æmilius unus est ex meis familiarissimis atque [22] intimis, maxime [23] necessarius homo, et magnis meis beneficiis [24] devinctus, et [25] prope omnium, qui mihi aliquid debere videntur, gratissimus: [26] tum multo jucundius, te esse [27] in me tali voluntate, ut plus prosis amicis meis, quam ego [28] præsens fortasse [29] prodessem: credo, [30] quod magis ego dubitarem, quid [31] illorum causa facerem, quam tu, quid [32] mea. Sed [33] hoc non dubito quin existimes mihi esse gratum. Illud te [34] rogo, ut illos quoque gratos homines esse [35] putes: quod ita esse tibi promitto, atque confirmo. Quare velim, quicquid habent negotii, [36] des operam, [37] quod commodo tuo fiat, ut [38] te obtinente Achaiam [39] conficiant. Ego cum [40] tuo Servio [41] jucundissimo [42] conjunctissime vivo: magnamque cum ex ingenio ejus, singularique [43] studio, tum ex [44] virtute, et probitate voluptatem capio. Vale.

XXVIII. [1] M. T. C. SULPICIO S. D.

[2] Etsi libenter petere a te soleo, [3] siquid opus est meorum [4] cuipiam: tamen multo libentius gratias tibi ago, cum feci-

sunt. 4 Missurus sum. 5 Sum acturus. 6 Perficias. 7 Quam rem. 8 Literis meis. 9 Attamen. 10 Labori. 11 Jurisconsulti. 12 Actionibus. 13 Supple, scribam. 14 *De eadem re alio modo* est formula Jurisconsultis antiquis usitata in præscribendis actionibus; cum ostenderent ejusdem rei consequendæ vias complures esse, et actiones varias posse institui. 15 Ut rem exsequar. 16 Æmilii Aviani libertus, de quo epist. 21. 17 Qui cum manumisit. 18 Hammonium. 19 Æmilii Aviani. 20 Propter eos. 21 Incitatus. 22 Charissimis. 23 Amicus. 24 Obligatus. 25 Fere. 26 Supple, est mihi. 27 Erga. 28 Supple, si essem. 29 Supple, eis. 30 Propterea quod. 31 Meorum amicorum. 32 Caussa. 33 Quod prosis amicis meis. 34 Peto a te. 35 Existimes. 36 Ut des. 37 Quod sine molestia tua fiat. 38 Dum tu Achaiam proconsulari imperio obtines. 39 Ad finem perducant. 40 Filio. 41 Suavissimo. 42 Familiarissime. 43 Diligentia. 44 Animi præstantia.

1 Gratias agit Sulpicio de Mescinio humanissime tractato, rogatque, ut sua in eum beneficia, quibus possit rebus augeat. Commendat etiam Lacedæmonios. 2 Quanquam. 3 Si aliquid negotii est. 4 Alicui.

sti aliquid [5] commendatione mea, quod semper facis. [6] Incredibile est enim, [7] quas mihi gratias omnes agant, [8] etiam mediocriter a me tibi commendati. Quæ mihi omnia [9] grata, sed de L. Mescinio [10] gratissimum. Sic enim est mecum locutus, te,[11] ut meas literas legeris, statim procuratoribus suis pollicitum esse [12] omnia, multo vero [13] plura et majora fecisse. Id igitur (puto enim [14] etiam atque etiam mihi dicendum esse, velim existimes mihi te fecisse gratissimum. [15] Quod quidem [16] hoc vehementius lætor, [17] quod ex ipso Mescinio te video magnam capturum voluptatem. Est enim in eo [18] cum [19] virtus et probitas et [20] summum officium [21] summaque observantia, [22] tum studia [23] illa nostra, quibus [24] antea delectabamur, [25] nunc etiam [26] vivimus. [27] Quod reliquum est, velim [28] augeas tua in [29] eum beneficia omnibus rebus, [30] quæ te erunt dignæ. Sed duo quidem te [31] nominatim rogo: primum, ut, siquid [32] satisdandum erit, [33] amplius eo nomine non peti, cures ut [34] satisdetur fide mea. Deinde, cum fere consistat hæreditas in iis rebus, quas [35] avertit Oppia, quæ uxor [36] Mindii fuit, [37] adjuves, [38] ineasque rationem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur. [39] Quod si putarit illa fore, ut [40] opinio nostra est, negotium [41] conficiemus. [42] Hoc ut assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud, quod supra scripsi, [43] id tibi confirmo, [44] in meque recipio, te ea, quæ fecisti [45] Mescinii causa, quæque feceris, ita bene collocaturum, ut [46] ipse judices homini te gratissimo, [47] jucundissimo [48] benigne fe-

5 Propter commendationem meam. 6 Credi non potest. 7 Quam magnas. 8 Etiam illi, quos ego mediocri solummodo studio tibi commendavi. 9 Sunt. 10 Est. 11 Quam primum. 12 Quæ polliceri poteras. 13 Quam pollicitus es. 14 Iterum atque iterum. 15 Ob quam rem. 16 Eo majori lætitia perfundor. 17 Quia. 18 Simul. 19 Animi præstantia. 20 Summus ardor alios demerendi. 21 Summum studium alios colendi et observandi. 22 Simul. 23 Philosophiæ et Eloquentiæ. 24 Republica adhuc libera. 25 Postquam est occupata Respublica. 26 Quia sine iis vivere nolumus. Sic lib. IX. epist. 2. *Stet nobis illud, nos vivere in studiis nostris, a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero etiam salutem.* 27 Quantum ad id, quod reliquum est. 28 Ut. 29 Mescinium. 30 Quas tua fides, amplitudo, justitia postulat. 31 Duas res. 32 Per nominis expressionem. 33 Cavendum. 34 Neminem in posterum amplius esse petiturum hæreditatis nomine. *Amplius eo nomine non peti* solemnis Jurisconsultorum formula, ad quam etiam Cicero in Bruto: *At vero, inquam, tibi ego, Bruto non solvam, nisi prius a te cavere,* amplius eo nomine neminem, *cujus petitio sit*, petiturum. 34 Caveatur. 35 Clam abstulit et in suum usum vertit. 36 Fratris Mescinii. 37 Ut adjuves sc. procuratores. 38 Invenias viam. 39 Sese sc. perducendam esse Romam. 40 Judicium nostrum. 41 Absolvemus. 42 Ut Oppia perducatur Romam. 43 Illud idem. Sic epist. 57. Illud, *quod tecum et coram et per literas diligentissime egi, id et nunc etiam atque etiam rogo.* 44 Polliceor me præstiturum. 45 Propter Mescinium. 46 Tute. 47 Suavissimo. 48 Benevolum fuisse.

cisse, volo enim ad id quod mea causa fecisti, [49] hoc etiam [50] accedere. Nec [51] Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipsi sua, [52] majorumque suorum [53] auctoritate satis arbitror, quin ipsi sua, [52] majorumque suorum [53] auctoritate satis commendati sint, [54] fidei, et justitiæ tuæ: et ego, qui te optime novissem, non dubitavi, quin tibi notissima et [55] jura, et [56] merita [57] populorum essent. Itaque, cum a me peteret Philippus Lacedemonius, ut tibi [58] civitatem commendarem, etsi memineram me ei civitati [59] omnia debere: tamen respondi, commendatione Lacedæmonios apud te non egere. Itaque sic velim [60] existimes, me omnes [61] Achaiæ civitates arbitrari [62] pro horum temporum perturbatione [63] felices, [64] quod tu [65] iis præsis: eundemque me ita judicare, te, [66] quod [67] unus optime nosses, non [68] nostra solum, sed etiam Græciæ [69] monumenta omnia, [70] tua sponte amicum Lacedæmoniis et esse et fore. Quare [71] tantum a te peto, ut [72] cum ea facies Lacedæmoniorum causa, quæ tua fides, [73] amplitudo, justitia postulat: his, si tibi videbitur, significes, [74] te non moleste ferre, quod intelligas, ea quæ [75] facias, mihi [76] quoque grata esse. Pertinet enim ad officium [77] meum, eos existimare, curæ mihi suas res esse. Hoc te vehementer [78] etiam atque etiam rogo. Vale.

XXIX. [1] M. T. C. [2] L. PLANCO S. D.

Non dubito, quin scias, [3] in iis necessariis, qui [4] tibi a patre relicti sunt, me tibi esse [5] vel conjunctissimum, non [6] his modo causis, quæ speciem habent magnæ [7] conjunctionis, sed [8] iis etiam, quæ familiaritate et [9] consuetudine tenentur, quam

49 Ut sc. etiam Mescinius tibi gratias agat. 50 Addi. 51 Incolas Lacedæmonis, celeberimæ urbis in Peleponneso, aut ejus regione quæ Laconica dicitur. Hæc autem urbs alio nomine *Sparta* est vocata. 52 Virorum gravissimorum. 53 Existimatione. 54 Fideli protectioni. 55 Quæ illis tueri debemus, non imminuere. 56 Erga populum romanum, quibus commendati nobis esse debent. 57 Sc. Græciæ, tuæ provinciæ. 58 Cives Lacedæmonios. 59 Officia. 60 Ut. 61 Omnis Græciæ, quæ Achajæ nomine comprehenditur, et ab Achajæ proconsule Sulpicio regebatur. 62 Quantum licet per hæc perturbata tempora. 63 Supple, esse. 64 Propterea quod. 65 Civitatibus. 66 Ideo quod. 67 Præ aliis præcipuus. 68 Populi romani. 69 Veteres historias. 70 Propria tua inclinatione, sc. propter antiquam Lacedæmoniorum, qui principes Græciæ fuerant, nobilitatem. 71 Duntaxat. 72 Quando. 73 Dignitas proconsularis. 74 Tibi non esse ingratum. 75 Lacedæmoniis. 76 Etiam. 77 Quod sc. Lacedæmoniis debeo. 78 Iterum atque iterum.

1 Capitonem, qui cum Cicerone contra Cæsarem, et hæreditatem Antistii fratris petebat, diligentissime Planco commendat Cicero. 2 Est ille Plancus, ad quem epistolæ libri x. sunt scriptæ. 3 Inter eos necessarios. 4 A te pro necessariis habendi sunt, quia patri olim necessarii. 5 Etiam. 6 Ob has causas. 7 Amicitiæ. 8 Ob illas. 9 Quotidiano usu.

scis mihi [10] jucundissimam cum patre tuo et summam fuisse. Ab [11] his initiis noster in te amor [12] profectus, auxit [13] paternam necessitudinem, et eo magis, quod intellexit [14] ut primum per ætatem [15] judicium facere potueris, quanti quisque [16] tibi faciendus esset, me a te [17] in primis cœptum esse [18] observari, coli, diligi. Accedebat [19] non mediocre vinculum cum [20] studiorum, quod ipsum est per se [21] grave, tum [22] eorum studiorum, earumque [23] artium, quæ per se ipsæ eos, qui [24] voluntate eadem sunt, etiam [25] familiaritate [26] devinciunt. Expectare [27] te arbitror, hæc tam longe repetita [28] principia [29] quo spectent. Id primum [30] ergo [31] habeto, non sine magna justaque causa hanc a me [32] commemorationem esse factam. C. Ateio Capitone utor familiarissime. Notæ tibi sunt [33] varietates meorum [34] temporum. In omni genere et [35] honorum, et [36] laborum meorum et [37] animus et [38] opera, et [39] autoritas, et [40] gratia, etiam [41] res familiaris C. Capitonis [42] præsto fuit, et [43] patuit, et [44] temporibus, et fortunæ [45] meæ. [46] Hujus [47] propinquus fuit T. Antistius. Qui cum [48] forte quæstor Macedoniam obtineret neque ei [49] successum esset, [50] Pompejus in eam provinciam cum exercitu venit. [51] Facere Antistius nihil potuit. Nam si potuisset, nihil ei fuisset [52] antiquius, quam ad Capitonem, quem ut [53] parentem diligebat, reverti; præsertim cum sciret, quanti is Cæsarem [54] faceret, semperque fecisset. Sed [55] oppressus, tantum attigit [56] negotii, quantum [57] recusare non potuit. Cum [58] signaretur argentum [59] Apolloniæ, non possum dicere eum [60] præfuisse, neque possum negare eum [61] affuisse, sed non plus duobus, aut tribus mensibus. Deinde abfuit a [62] castris, fugit

10 Suavissimam. 11 Hujusmodi. 12 Ortus. 13 A patre relictam. 14 Statim ac. 15 Judicare. 16 A te esset æstimandus. 17 Præcipue. 18 Observantia, cultu, amore honestari. 19 Firmissimum. 20 Eruditionis. 21 Magni ponderis. 22 Ejus doctrinæ. 23 Rhetorices sc. aut eloquentiæ. 24 Mente et desiderio. 25 Quotidiana consuetudine. 26 Obligant. 27 Cum sc. hæc legis. 28 Exordia orationis. 29 In quem finem. 30 Ne sc. diutius hæsites. 31 Pro certo teneto. 32 Necessitudinis sc. nostræ. 33 Vicissitudines. 34 Quibus coactus fui exsulare post gestos maximos honores. 35 Quos gessi. 36 Calamitatum, quibus exagitatus fui. 37 Quo me complectebatur. 38 Qua juvabat. 39 Qua valebat. 40 In qua erat. 41 Bona. 42 Parata. 43 Al. *paruit*. 44 Nunc prosperis, nunc adversis. 45 Pro temporibus meis variabili. 46 Capitonis, talis, tantique amici. 47 Consanguinitate. sc. conjunctus. 48 Quæstores enim provincias etiam sortiebantur. 49 Per alium, ei successorem a Senatu datum. 50 Ex Italia a Cæsare pulsus. 51 Quia Pompejus potentior erat. 52 Charius. 53 Patrem. 54 Æstimaret. 55 Subito Pompeji adventu quasi captus. 56 Administrationis publicæ. 57 Coactus est suscipere. 58 Jussu Pompeji moneta argentea fieret. 59 *Apollonia* est urbs Macedoniæ ad Laum fluvium, hodie *Pollina*. 60 Fuisse præfectum monetæ. 61 In quo Cæsaris animum offendit. 62 Pom-

omne [63] negotium. Hoc mihi, ut [64] testi, velim credas. Meam enim ille mœstitiam in illo [65] bello videbat: mecum omnia communicabat. Itaque [66] abdidit se in intimam Macedoniam, [67] quo potuit longissime a castris, non [68] modo ut non præesset ulli [69] negotio, sed etiam ut ne [70] interesset quidem. Is post [71] prælium se ad hominem [72] necessarium [73] A. Plaucium in [74] Bithyniam contulit. Ibi eum Cæsar cum vidisset, nihil aspere, nihil acerbe dixit, Romam [75] jussit venire. [76] Ille in morbum [77] continuo incidit: ex quo non convaluit. Æger [78] Corcyram venit: ibi est mortuus. [79] Testamento, quod Romæ Paullo et Marcello COSS. fecerat, [80] heres [81] ex parte dimidia, et tertia est Capito: in [82] sextante sunt ii, [83] quorum pars sine ulla cujusquam querela publica potest esse: ea est ad [84] H. S. xxx. Sed de [85] hoc Cæsar [86] viderit. Te, mi Plance, pro [87] paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studiis, et omni cursu nostro totius vitæ simillimo rogo, et a te ita peto, ut majore cura, majore studio [88] nullo possim, ut hanc rem [89] suscipias, meam putes, enitare, contendas, efficias, ut mea commendatione, tuo [90] studio, Cæsaris beneficio hæreditatem [91] propinqui sui C. Capito obtineat. Omnia, quæ potui in hac summa [92] tua gratia, ac potentia a te impetrare, si petivissem, ultro te ad me detulisse putabo, si hanc rem impetravero. Illud fore tibi [93] adjumento spero, [94] cujus ipse Cæsar esse [95] optimus judex potest: semper Cæsarem Capito et dilexit, et coluit. Sed [96] ipse hujus rei testis est. Novi [97] hominis memoriam. Itaque te nihil doceo: tantum tibi sumito pro [98] Capitone apud Cæsarem, quantum [99] ipsum meminisse senties. Ego, quod in me

peji. 63 Administrationem. 64 Quasi jurato. 65 Civili. 66 Proripuit. 67 Quantum. 68 Solum. 69 Bellico. 70 Præsens esset. Contra lib. 1. epist. 6. *Omnibus negotiis non interfuit solum, sed præfuit.* 71 Pharsalicum, quo Pompejus victus in Ægyptum aufugit. 72 Vel sanguine vel affinitate conjunctum. 73 Qui Bithyniæ præerat, Cæsarisque partes sequebatur. 74 Provinciam in Asia, inter Pontum et Mysiam ad Bosporum Thracium et Propontidem sitam. 75 Sc. duntaxat. 76 Antistius. 77 Statim post. 78 Urbem in Corcyra, insula maris Jonii juxta Epirum, hodie *Corfu.* 79 Per testamentum. 80 Supple, ejus. 81 Scil. assis, hoc est, ex decem unciis; decem partis cepit totius hæreditatis. 82 Sexta parte assis, i. duabus unciis. 83 Quorum bona sine ullius querela possunt confiscari. 84 Scutatorum septuaginta quinque millia, hoc est, florenorum Belgicorum ducenta viginti quinque millia. 85 Hac parte. 86 Ad quem id pertinet; hujus rei curam Cæsari relinquamus. Ovid. II. de Arte, Viderit *Atrides: Helenem ego crimine solvo.* 87 Quæ mihi cum patre tuo intercessit. 88 Non. 89 Defendendam. 90 Diligentia. 91 Antistii. 92 Apud Cæsarem, quem es secutus. 93 Ad impetrandum a Cæsare. 94 Neutro genere. 95 Quia noscit an verum sit. 96 Cæsar. 97 Cæsaris, qui omnes memoria tenet, a quibus observatus est. 98 Defensione Capitonis. 99 Cæsarem.

ipse experiri potui, [1] ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu [2] videbis. Quam partem in Repub. causamque defenderim, per quos homines, ordinesque [3] steterim, quibusque [4] munitus fuerim, non ignoras. Hoc mihi velim credas: si quid fecerim hoc ipso in bello [5] minus ex Cæsaris voluntate, quod intellexerim scire ipsum Cæsarem, me invitissimum fecisse: id feci [6] aliorum consilio, hortatu, autoritate. Quod fuerim moderatior [7] temperatiorque, quam in [8] ea parte quisquam, id me fecisse maxime [9] autoritate Capitonis. [10] Cujus similes si reliquos necessarios habuissem, Reipubl. fortasse [11] nonnihil, mihi certe plurimum profuissem. Hanc rem, mi Plance, si effeceris, meam de tua erga me benevolentia spem [12] confirmaveris, ipsumque Capitonem, gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam [13] necessitudinem tuo summo beneficio adjunxeris. Vale.

XXX. [1] M. T. C. ACILIO [2] PROCOS. S. D.

L. Manlius est [3] Sosis: is fuit [4] Catinensis: sed est una cum reliquis [5] neapolitanis civis romanus factus, [6] decurioque Neapoli, [7] erat enim [8] adscriptus in [9] id municipium [10] ante [11] civitatem [12] sociis, et latinis datam. Ejus frater Catinæ nuper mortuus est. Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate [13] controversiam eum habiturum: et est hodie [14] in bonis: sed, [15] cum habet [16] præterea negotia vetera in Sicilia [17] sua, et hanc hæ-

1 Tibi committam, tanquam arbitro. *Deferre aliquid ad aliquem* est illius arbitrio committere. Lib. 1. epist. 9. *Istam partem vitæ consuetudinisque nostræ totam* ad te defero. 2 Judicabis. 3 In honore et dignitate. 4 Protectus et confisus. 5 Non satis. 6 Lentuli, Catonis, Pompeji. 7 Sc. in oppugnando Cæsare. 8 Pompejana. 9 Consilio et suasu. 10 Capitonis. 11 Aliquantum. 12 Corroboraveris. 13 Devinctionem amicitiæ.

1 L. Manlium, familiarissimum suum in hæreditate fraterna omnibusque rebus Acilio commendat Cicero. 2 Proconsulari imperio Siciliam regenti. 3 Alii *Susis*. Nomen Siculum, quo conservato videtur nomen et prænomen L. Manlii assumpsisse, cujus opera et beneficio civis Romanus est factus. 4 Civis Catinæ, oppidi in Sicilia, quod hodie *Catana* dicitur. 5 Incolis et civibus Neapolis, quæ, alias Parthenope dicta, urbs est Campaniæ. 6 Senator. Municipiorum enim et coloniarum senatores *decuriones* dicuntur; consules vero *duumviri, quatuorviri, seviri*. 7 Rationem adfert, quo modo Catinensis cum fuerit, civis Romanus factus est. 8 Scripto receptus. 9 Neapolitanum, quod fuit Italici juris. 10 Antequam beneficio legis Juliæ civitas daretur. 11 Romanam. 12 Foederatis, et sociis Latini nominis, seu Italicis, qui duobus municipiis, Arimino a supero mari, Luca ab infero a Gallia Cisalpina disjunguntur. 13 Litem. 14 In possessione bonorum. Sic *esse in suis nummis*. Cic. IV. in Verr. *Hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus nihil unquam, non modo in ære alieno nullo*, *sed* in suis nummis multis esse ac semper fuisse. 15 Quoniam. 16 Præter hanc hæreditatem. 17 Patria.

reditatem fraternam, et omnia [18] ejus tibi commendo, in primisque ipsum virum [19] optimum, mihique [20] familiarissimum, his [21] studiis literarum, doctrinæque præditum, quibus ego maxime delector. Peto igitur abs te, ut eum, sive [22] aderit, sive non venerit in Siciliam [23] in meis intimis, maximeque necessariis scias esse: itaque tractes, ut intelligat meam commendationem sibi magno adjumento fuisse. Vale.

XXXI. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

C. Flavio, [2] honesto, et [3] ornato equite romano, utor valde familiariter. Fuit enim [4] generi mei [5] C.Pisonis [6] pernecessarius, meque [7] diligentissime [8] observat [9] et ipse, et L.Flavius, frater ejus. Quapropter velim honoris mei causa, [10] quibus rebus honeste, et [11] pro tua dignitate [12] poteris, quam honorificentissime, et quam liberalissime C.Flavium [13] tractes. Id mihi sic erit gratum, ut gratius esse nihil possit. Sed [14] præterea tibi affirmo, neque id [15] ambitione adductus facio, sed [16] tum [17] familiaritate et [18] necessitudine, [19] tum etiam veritate, te ex C. Flavii [20] officio, et [21] observantia, et præterea splendore, atque [22] inter suos gratia magnam voluptatem esse capturum. Vale.

XXXII. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

In [2] Halesina civitate, tam [3] lauta tamque [4] nobili, [5] conjunctissimos habeo et hospitio, et familiaritate [6] M. et C.Clodios, Archagathum, et Philonem, sed vereor, ne, quia [7] complures tibi [8] præcipue commendo, [9] exæquare videar [10] ambitione qua-

18 Negotia. 19 Dignum igitur amore. 20 Quo potes intelligere, quantum ejus causa cupiam. 21 Eloquentiæ, vel potius Philosophiæ, quam Cicero oppressa Repub. maxime coluit. 22 Præsens erit. 23 Inter meos intimos.

1 C. Flavium, Pisonis generi sui, cum viveret, pernecessarium, commendat Cicero. 2 Sc. genere. 3 Laudat ipsum a virtutibus et moribus. 4 Mariti filiæ meæ Tulliæ. 5 Calpurniæ gentis, primi generi, cui cognomen Frugi. Vide l. 1. ep. 2. ad Attic. 6 Valde necessarius. 7 Accuratissime. 8 Cavet offendere. 9 Simul. 10 Quibuscunque. 11 Secundum dignitatem tuam. 12 Supple, tractare honeste. 13 Sc. ut. 14 Præter hoc, quod gratissimum sit mihi futurum. 15 Nimia cupiditate impetrandi quæ vellem. 16 Partim. 17 Supple, adductus. 18 Amicitia. 19 Partim. 20 Quod tibi reponet. 21 Qua te venerabitur. 22 Supple, quam habet.

1 Clodios hospites suos in Halesina civitate proconsuli Acilio commendat. 2 *Halesæ*, quæ et *Alesa* et *Halæsa* scribitur, est urbs Siciliæ ad fluvium *Halæsum* in colle octo stadiis a mari remoto. Hodie non nisi rudera et vestigia quædam ejus urbis supersunt. 3 Eleganti et omnibus rebus ornata. 4 Celebri. 5 Supple, mihi. 6 Civitate Romana donatos, ut videtur; unde ante Græca cognomina prænomina et nomina Romana, more libertorum, assumpserunt. 7 Al. quam multos. 8 Præ aliis. 9 Æquales facere. 10 Gloriæ cupiditate.

dam commendationes meas, quanquam a te [11] quidem [12] cumulate satisfit et mihi et meis omnibus. Sed velim sic existimes, hanc [13] familiam, et [14] nos mihi maxime esse conjunctos [15] vetustate, officiis, [16] benevolentia. Quamobrem peto a te [17] majorem in modum, ut [18] his omnibus in rebus, quantum tua [19] dignitas, fidesque patietur, [20] commodes. Id si feceris, erit mihi vehementissime gratum. Vale.

XXXIII. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

Cn. Otacilio Nasone utor familiarissime, ita [2] prorsus, ut illius [3] ordinis nullo [4] familiarius. Nam et humanitate ejus, et probitate in [5] consuetudine quotidiana magnopere delector. [6] Nihil jam opus est [7] exspectare te, quibus eum verbis tibi commendem, [8] quo sic utar, ut scripsi. Habet [9] is in provincia [10] tua negotia, quæ procurant [11] liberti Hilarus, Antigonus, Demostratus, quos tibi, negotiaque omnia Nasonis non [12] secus, commendo, [13] ac si mea essent. [14] Gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem [15] magnum apud te pondus habuisse. Vale.

XXXIV. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

[2] Avitum mihi hospitium est cum Lysone, Lysonis filio, [3] Lilybetano, valdeque ab eo [4] observor, cognovique [5] dignum et patre, et avo: est enim [6] nobilissima [7] familia: [8] Quapropter commendo tibi [9] majorem in modum [10] rem, [11] domumque ejus: magnoque opere abs te peto, [12] cures, ut [13] is intelligat, meam commendationem maximo sibi apud te et adjumento, et [14] ornamento fuisse. Vale.

11 Certe. 12 Copiose. 13 Archagathi et Philonis. 14 Clodios supra nominatos. 15 Vetusta notitia. Sic lib. x. ep. 10. *Inter nos amore sumus, officiis, vetustate conjuncti.* 16 Supple, et. 17 Non vulgarem. 18 M. et C. Clodiis. 19 Proconsularis. 20 Commodum facias.

1 Nasonem ejusque libertos et negotia Acilio commendat Cicero. 2 Omnino. 3 Conditionis. Ut enim diversa hominum genera, sic diversi ordines. Lib. 1. ep. 2. *Cum ejus familiares omnium* ordinum *video.* 4 Supple, utar. 5 Conversatione. 6 Non est jam necesse. 7 Ut tu exspectes. 8 Cum quo eam familiaritatem colam. 9 Naso. 10 Siciliensi. 11 Sc. ejus. 12 Aliter. 13 Quam. 14 Maxime gratum. 15 Multum apud te valuisse.

1 Lysonem, hospitem suum commendat. 2 Ab avo inceptum jus hospitalitatis. 3 Lilybeum, oppidum et promontorium Siciliæ, unde Lyso erat oriundus. 4 Color. 5 Dignum, ut a patre et avo originem habeat. 6 Sc. in Sicilia. 7 Lysonum. 8 Quam ob rem. 9 Non vulgarem. 10 Bona et divitias. 11 Domesticos. Infra ep. 38. Domum *ejus et rem familiarem, et procuratores ejus tibi sic commendo.* 12 Supple, ut. 13 Lyso. 14 Honori et decori.

XXXV. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

C. Avianus Philoxenus [2] antiquus est hospes meus, et [3] præter hospitium, valde etiam familiaris: quem [4] Cæsar, [5] meo beneficio, [6] in Novocomenses retulit. Nomen autem Aviani [7] consecutus est, [8] quod [9] homine nullo plus est usus, quam Flacco Aviano meo, quemadmodum te scire [10] arbitror, familiarissimo. [11] Quæ ego omnia collegi, ut intelligeres, [12] non vulgarem esse commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, ut [13] omnibus rebus, [14] quod sine molestia tua facere possis, ei [15] commodes, [16] habeasque in numero [17] tuorum, perficiasque, ut intelligat has literas meas [18] magno sibi usui fuisse. Erit id mihi [19] majorem in modum gratum. Vale.

XXXVI. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

Cum Demetrio Mega mihi [2] vetustum [3] hospitium est, familiaritas autem [4] tanta, quanta cum Siculo [5] nullo. Ei [6] Dolabella, [7] rogatu meo, [8] civitatem a Cæsare impetravit: [9] qua in re ego interfui. Itaque [10] nunc P. Cornelius vocatur. [11] Cumque propter quosdam [12] sordidos homines, qui [13] Cæsaris beneficia vendebant, [14] tabulam in qua nomina [15] donatorum incisa essent, [16] revelli [17] jussisset, eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, [18] nihil esse, quod de [19] Mega vereretur, [20] beneficium suum in eo [21] manere. Hoc te scire volui, ut eum in civium romanorum numero [22] haberes, cæterisque in rebus tibi eum ita commendo, ut majore [23] studio neminem commendarim. Gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intelligat meam commendationem magno sibi [24] ornamento fuisse. Vale.

1 Hospitem et familiarem suum Avianum Philoxenum commendat Cicero. 2 A multis annis. 3 Præterquam quod sit meus hospes. 4 C. Julius Cæsar. 5 Mea intercessione. 6 In eos, quos Novumcomum deductos in primo consulatu civitate donavit. *Novumcomum* autem urbs Insubriæ ad lacum Larinum, patria Plinii, nunc *Como*. 7 Accepit. 8 Quia. 9 Cum nullo homine familiarius vixerit. 10 Judico. 11 Sc. vincula amicitiæ. 12 Singularem. 13 Supple, in. 14 Quoad. 15 Commodum facias. 16 Supple, eum. 17 Sc. amicorum. 18 Magnæ utilitati. 19 Maxime.

1 Demetrium Megam in jure civitatis Romanæ, omnibusque in rebus commendat Cicero. 2 Antiquum. 3 Jus hospitalitatis. 4 Supple, est mihi cum illo. 5 Sc. alio. 6 P. Cornelius Dolabella, qui gener fuit Ciceronis. 7 Propter preces meas. 8 Romanam. 9 In donatione civitatis. 10 Civis Romanus effectus. 11 Et quando. 12 Turpiter avaros. 13 Jus civitatis, gratis a Cæsare donatum. 14 Eneam, in publico fixam. 15 Eorum, qui civitate donati essent. 16 E loco suo evelli, ne valeret. 17 Sc. Cæsar. 18 Nullam causam. 19 Demetrio. 20 Sc. donatæ civitatis. 21 Non esse revocandum. 22 Reputares. 23 Affectu et conatu. 24 Ad hoc, ut ornetur honore et existimatione.

XXXVII. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

Hippiam, Philoxeni filium, [2] Calactinum, hospitem et [3] necessarium meum tibi commendo [4] majorem in modum. Ejus bona, [5] quemadmodum ad me delata res est, [6] publice [7] possidentur [8] alieno nomine, contra leges Calactinorum. Id si ita est, etiam sine mea commendatione ab æquitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei [9] subvenias. [10] Quoquo modo autem se res habet, peto a te, ut honoris mei causa eum [11] expedias, tantumque ei [12] commodes et in hac re, et in cæteris, quantum tua fides, [13] dignitasque patietur. Id mihi [14] vehementer gratum erit. Vale.

XXXVIII. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

L. Bruttius, eques romanus, adolescens omnibus rebus [2] ornatus, [3] in meis familiarissimis est, meque [4] observat diligentissime: cujus cum patre magna mihi fuit amicitia jam [5] inde a quæstura mea Siciliensi. [6] Omnino nunc ipse Bruttius Romæ mecum est: sed tamen [7] domum ejus, et [8] rem familiarem, et procuratores tibi sic commendo, ut majore [9] studio commendare non possim. Gratissimum mihi feceris, si [10] curaris, ut intelligat, id quod ei [11] recepi, hanc meam commendationem sibi magno adjumento fuisse.

XXXIX. [1] M. T. C. ACILIO PROCOS. S. D.

Cum familia Titurnia [2] necessitudo mihi [3] intercedit vetus: ex [4] qua [5] reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia, atque officio est [6] tuendus. Est igitur in tua potestate, ut [7] ille me satis sibi [8] præsidii putet esse. Quapropter eum tibi commendo [9] majorem in modum: et abs te peto, [10] efficias, ut is commendationem [11] hanc intelligat sibi magno [12] adjumento fuisse. Erit id mihi vehementer gratum.

1 Hippiæ causam in liberatione bonorum commendat. 2 Oriundum Calacta, oppido Siciliæ ultra Halæsam, quod hodie *Caronia*. 3 Amicum. 4 Non vulgari modo. 5 Ut ego accepi. 6 Manifeste, 7 Sc. ab injustis possessoribus. 8 Puta, absentis cujuspiam aut pupilli. 9 Auxilium feras. 10 Quocunque. 11 Lite liberes. 12 Commodum facias. 13 Proconsularis. 14 Maxime.

1 Bruttii negotia et procuratores Acilio commendat. 2 Decoratus. 3 Inter meos familiarissimos. 4 Colit et veneratur. 5 Ab eo tempore, quo quæstor fui in Sicilia, prætore nempe Sex. Peducæo. 6 Plane. 7 Domesticos. 8 Bona et opes. 9 Affectu. 10 Curam habueris. 11 Promisi.

1 Titurnium Rufum familiaritatis ergo diligenter commendat. 2 Arcta amicitia. 3 Communis est. 4 Familia. 5 Solus superstes. 6 Protegendus. 7 Sc. M. Titurnius. 8 Tutelæ et protectionis honestæ. 9 Quam diligenter. 10 Ut. 11 Meam. 12 Auxilio.

*

XL. [1] M. T. C. Q. ANCHARIO, Q. F. PROCOS. S. D.

L. et C. Aurelios [2] L. F. [3] quibus et ipsis, et patre eorum, viro optimo, [4] familiarissime utor, commendo tibi majorem in modum, adolescentes [5] omnibus optimis artibus ornatos, meos [6] pernecessarios, tua amicitia dignissimos. Si ulla mea apud te commendatio valuit, [7] quod scio [8] multas plurimum valuisse, hæc ut valeat, rogo. [9] Quod si eos honorifice, liberaliterque tractaris: [10] et tibi gratissimos, optimosque adolescentes [11] adjunxeris, et mihi gratissimum feceris. Vale.

XLI. [1] M. T. C. L. [2] CULLEOLO S. D.

Quæ fecisti L. Lucceii causa, scire te [3] plane volo, te homini gratissimo [4] commodasse: et [5] cum ipsi, quæ fecisti, pergrata sunt: [6] tum [7] Pompejus, quotiescunque me videt, (videt autem sæpissime) gratias tibi [8] agit singulares. Addo etiam illud, quod tibi [9] jucundissimum esse certo scio, meipsum [10] ex tua erga Luccejum benignitate, maxima voluptate affici. Quod [11] superest, quanquam mihi non est dubium, quin cum antea nostra causa, [12] nunc jam etiam [13] tuæ constantiæ gratia [14] mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamen abs te [15] vehementer etiam atque etiam peto, ut ea, quæ initio [16] ostendisti, deincepsque fecisti, etiam [17] ad exitum augeri et cumulari per te velis. Id [18] Luccejo et Pompejo valde gratum fore, teque apud eos præclare [19] positurum confirmo, et spondeo. De Rep. deque his negotiis, cogitationibusque nostris perscripseram ad te diligenter paucis [20] ante diebus, easque literas dederam [21] pueris tuis. Vale.

XLII. [1] M. T. C. L. CULLEOLO PROCOS. S. D.

L. Luccejus [2] meus, homo omnium gratissimus, mirificas

1 L. et C. Aurelios fratres Anchario Macedoniæ Proconsuli commendat Cicero, 2 Lucii filios. 3 Cum quibus ipsis. 4 Conversor familiarissime. 5 Quibuscunque. 6 Maxime amicos. 7 Uti. 8 Commendationes. 9 Si quidem. 10 Simul. 11 Devinxeris arctissime.

1 De Luccejo benignissime tractato suo et Pompeji nomine Culleolo gratias agit, eumque denuo commendat Cicero. 2 Videtur is Macedoniæ Proconsul fuisse. 3 Omnino. 4 Ad commodum impendisse. 5 Pariter ea. 6 Simul etiam. 7 Cn. Pompejus Magnus. 8 Jubet agi. 9 Suavissimum. 10 Propter. 11 Reliquum est. 12 Deinceps. 13 Propter tuam constantiam. 14 Perseveraturus. 15 Quam vehementissime. 16 Te facturum. 17 Augendo ad finem et suam quasi perfectionem perduci. 18 Simul. 19 Collocaturum. 20 Sc. quam has scriberem. 21 Servis.

1 Ut adjuvet Luccejum, denuo a Culleolo petit Cicero. 2 Familiaris.

tibi [3] apud me gratias egit: cum diceret, [4] omnia te cumulatissime et liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse. Cum [5] oratio tua tam ei grata fuerit, [6] quam gratam rem ipsam existimas [7] fore. [8] Cum, ut spero, quæ pollicitus es, feceris? Omnino ostenderunt, [9] Bulliones, sese Lucceio Pompeji arbitratu [10] satisfacturos. Sed vehementer opus est nobis, et voluntatem et auctoritatem, et imperium tuum [11] accedere. [12] Quod ut facias te etiam atque etiam rogo. Illudque mihi gratissimum est, [13] quod ita sciunt Lucceji procuratores, et ita Lucceius ipse ex literis tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem, aut gratiam valere plus quam meam. Id ut [14] re experiatur, iterum, et sæpius te rogo. Vale.

XLIII. [1] M. T. C. QUINTIO GALLO S. D.

Etsi plurimis rebus spero [2] fore, ut perspiciam, quod tamen jam [3] pridem [4] perspicio, me a te amari: tamen nunc ea [5] causa tibi datur, in qua facile [6] declarare possis tuam erga me benevolentiam. L. Oppius M.F. [7] Philomeli [8] negotiatur, homo mihi familiaris. Eum tibi [9] unice commendo, eoque magis, quod [10] cum ipsum diligo, [11] tum quod negotia procurat L. Ægnatii Rufi, quo ego [12] uno equite romano familiarissime utor, et qui cum [13] consuetudine quotidiana, tum officiis plurimis, maximisque mihi conjunctus est. Oppium igitur [14] præsentem ut diligas, Egnatii absentis [15] rem ut [16] tueare, [17] æque a te peto, ac si mea negotia essent. Velim, [18] memoriæ tuæ causa, [19] des literarum aliquid, quæ tibi in provincia [20] reddantur: sed ita [21] conscribas, ut tum, cum eas leges, facile recordari possis hujus meæ commendationis diligentiam. Hoc te vehementer etiam atque etiam [22] rogo. Vale.

3 In ædibus meis, 4 Quæ petebant. 5 Pollicitatio. 6 Quantum. 7 Futuram esse. 8 Quando. 9 Populi Illyridis supra Epidamnum. 10 Utpote debitores. 11 Addi. 12 Auctoritatem et imperium tuum addas. 13 Propterea quod. 14 Experimento cognoscat.

1 L. Oppium, Egnatii procuratorem Quintio Gallo commendat Cicero. 2 Futurum esse. 3 A longo tempore. 4 Clare video. 5 Occasio aut materia. 6 Liquido ostendere. 7 In urbe magnæ Phrygiæ. 8 Mercaturam agit. 9 Singulariter. 10 Pariter. 11 Pariterque. 12 Solo aut unico inter equites Romanos. 13 Conversatione. 14 Tibi in provincia tua. 15 Familiarem. 16 Protegas. 17 Æqualiter. 18 Conservandæ aut adjuvandæ. 19 Mihi aut Egnatio. 20 Cum in eam veneris. 21 Literas illas. 22 Sc. ut id facias.

XLIV. [1] M. T. C. GALLO S. D.

Etsi ex tuis, et L. Oppii, familiarissimi mei literis [2] cognovi, te memorem commendationis meæ fuisse, idque [3] pro tua summa erga me benevolentia, proque nostra [4] necessitudine minime sum admiratus: tamen [5] etiam atque etiam tibi L. Oppium [6] præsentem, et L. Egnatii mei familiarissimi, [7] absentis negotia commendo. Tanta mihi cum [8] eo [9] necessitudo est, familiaritasque, ut, si mea res esset, non [10] magis laborarem. Quapropter mihi gratissimum feceris, si [11] curaris, ut [12] is intelligat me a te tantum amari, quantum ipse existimo. [13] Hoc mihi gratius facere nihil potes, idque ut facias, vehementer te rogo. Vale.

XLV. [1] M. T. C. APPULEIO [2] PROQUÆS. S. D.

L. Egnatio [3] uno equite romano [4] vel familiarissime utor. Ejus Anchialum servum, negotiaque, quæ habet in Asia, tibi commendo non minore [5] studio, quam si rem meam [6] commendarem. Sic enim [7] existimes velim, mihi cum eo non modo quotidianam [8] consuetudinem summam [9] intercedere, sed etiam officia magna, et [10] mutua nostra inter nos [11] esse. Quamobrem etiam atque etiam a te peto, ut cures, ut [12] is intelligat, me ad te [13] satis diligenter scripsisse. Nam de tua erga me [14] voluntate non dubitabat. Id ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

XLVI. [1] M. T. C. APPULEIO PROQUÆS S. D.

L. Nostius Zoilus est [2] coheres meus, heres autem [3] patroni sui. [4] Ea re [5] utrumque scripsi, ut et mihi cum illo [6] causam amicitiæ scires esse, et hominem probum existimares, qui patroni [7] judicio [8] ornatus esset. Eum tibi igitur sic commen-

1 Eundem Oppium Gallo rursus commendat Cicero. 2 Intellexi. 3 Justa. 4 Familiari amicitia. 5 Iterum atque iterum. 6 In provincia. 7 A tua provincia. 8 Egnatio. 9 Amicitia. 10 Contenderem validius. 11 Operam dederis. 12 Egnatius. 16 Quam hoc.

1 Anchialum Egnatii servum et negotia Appulejo commendat Cicero. 2 Q. Philippi proconsulis. Vide infra ep. 73. et 74. 3 Solo. 4 Etiam. 5 Diligentia. 6 Sc. tibi. 7 Ut. 8 Conversationem. 9 Communem esse. 10 Vicissim præstita. 11 Exerceri. 12 Egnatius. 13 Satis magno studio. 14 Benevolentia.

1 Nostium coheredem suum Appulejo commendat. 2 Heres mecum. 3 Lucii Nostii, cujus erat libertus, cujusque nomen adoptaverat. 4 Propter eam rem. 5 Et coheredem meum esse, et patroni sui. 6 Causam cur amicitiam colam, quia est coheres. 7 In tabulis testamentariis, in quibus heres est scriptus. 8 Decoratus.

do, [9] ut [10] unum ex nostra [11] domo. Valde mihi gratum erit, si [12] curaris, ut intelligat hanc commendationem sibi apud te magno [13] adjumento fuisse. Vale.

XLVII. [1] M. T. C. SILIO S. D.

[2] Quid ego tibi commendem eum, quem tu ipse diligis? Sed tamen, ut scires [3] eum non a me [4] diligi solum, verum etiam [5] amari, ob eam rem tibi hæc scribo. Omnium tuorum officiorum, quæ [6] et multa, et magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut [7] sentiat et se a me, et me a te amari. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. [8] Illa nostra scilicet ceciderunt. [9] Utamur igitur vulgari consolatione. [10] Quid [11] si hoc melius? Sed hæc [12] coram. Tu fac, ut me ames, teque amari a me scias. Vale.

XLVIII. [1] M. T. C. SEXTILI RUFO QUÆS. S. D.

Omnes tibi commendo [2] Cyprios, sed magis [3] Paphios: quibus tu quæcumque [4] commodaris, erunt mihi gratissima. [5] Eoque facio libentius, ut eos tibi commendem, quod [6] et tuæ laudi, cujus ego fautor sum, [7] conducere arbitror, cum [8] primus in [9] eam insulam quæstor [10] veneris, ea te [11] instituere, quæ [12] sequantur alii. Quæ, ut spero, facilius [13] consequere, si et [14] P. Lentuli, [15] necessarii tui, legem, et ea, quæ a [16] me constituta sunt, sequi volueris. [17] Quam rem tibi confido magnæ laudi [18] fore. Vale.

9 Tanquam. 10 Aliquem. 11 Familia. 12 Operam dederis. 13 Auxilio.

1 Egnatium, communem amicum, Silio commendat Cicero. 2 Ad quid? quasi dicat, frustra. 3 De Egnatio loquitur, ut ex sequentibus patet. 4 Quod minus est. 5 Quod plus est. Lib. IX. ep. 14. *Tantum accessit ad amorem, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse.* 6 Pariter. 7 Intelligat. 8 Abierunt illa tempora, cum et dignitate et honoribus, et hominum amplissimorum amicitiis in Republ. florebamus. Cicero Orat. de Arusp. Resp. Cecidit *auctoritas principum*, lib. III. de legib. Cecidit *gravitas optimatum.* 9 Consolemur nos non exquisita aliqua ratione, sed quomodo vulgus solet. 10 Hæc est sententia et consolatio vulgi in adversis. 11 Est aposiopesis sive reticentia, 12 Cum videbimus nos invicem.

1 Omnes Cyprios maximeque Paphios Rufo commendat Cicero. 2 Incolas Cypri, insulæ in mari Egeo. 3 Cives Paphi, primariæ insulæ civitatis. 4 Commoda feceris. 5 Propterea. 6 Etiam. 7 Prodesse. 8 Al. primum. Forte a Cæsare eo missus, cum eam insulam, a M. Catone prætoriam provinciam factam huc usque administrassent Proconsules Ciliciæ, cui adjecta erat. 9 Cyprum. 10 Missus cum imperio. 11 A principio ordinare. 12 Sequi debeant. 13 Obtinebis. 14 Ciliciæ quondam proconsulis. 15 Familiaris. 16 Tunc Proconsule Ciliciæ, quam qui obtinebat, etiam Cyprum obtinebat. 17 Si sequaris Lentuli legem, et quæ ego constitui. 18 Futuram esse.

XLIX. [1] M. T. C. CURIO PROCOS. S. D.

Q. Pompejus Sexti F. multis, et veteribus causis [2] necessitudinis mihi conjunctus est. [3] Is cum antea meis commendationibus et [4] rem, et [5] gratiam, et [6] auctoritatem suam [7] tueri consueverit, nunc profecto, [8] te provinciam obtinente, [9] meis literis [10] assequi debet, ut [11] nemini se [12] intelligat commendatiorem unquam fuisse. Quamobrem a te [13] majorem in modum peto, ut, cum omnes [14] meos [15] æque [16] ac tuos [17] observare [18] pro nostra necessitudine debeas, [19] hunc [20] in primis ita in tuam [21] fidem recipias ut ipse intelligat, nullam rem sibi majori [22] usui, aut [23] ornamento, quam meam commendationem, esse potuisse. Vale.

L. [1] M. T. C. [2] AUCTO PROCOS. S. D.

[3] Sumpsi hoc mihi pro tua [4] in me [5] observantia, quam penitus [6] perspexi, quam diu [7] Brundisii fuimus, ut ad te [8] familiariter, et quasi pro meo jure scriberem, si [9] qua res esset, de qua valde [10] laborarem. M. Curius, qui [11] patris [12] negotiatur, ita mihi familiaris est, ut [13] nihil possit esse conjunctius. Multa illius in me [14] officia, multa in illum mea quoque: [15] maximum est, summus inter nos amor, et mutuus. Quæ cum ita sint, si ullam in amicitia mea spem [16] habes; si ea, quæ in me officia et studia Brundisii contulisti, vis mihi etiam [17] gratiora efficere, quanquam sunt gratissima; si me a [18] tuis omnibus amari vides, hoc mihi [19] da atque largire, ut M. Curium [20] sartum et tectum, ut [21] ajunt, ab omnique incommodo, [22] detri-

1 Pompejum familiaritatis nominc Curio diligentissime commendat. 2 Amicitiæ necessario conservandæ. 3 Q. Pompejus. 4 Opcs, quas possidet. 5 Qua valet apud alios. 6 Dignitatem supra alios. 7 Protegere. 8 Dum tu obtines provinciam. 9 Per meas literas. 10 Adipisci. 11 Quam tibi. 12 Resciscat. 13 Singularem. 14 Familiares et amicos. 15 Æqualiter. 16 Sicut. 17 Colere et auxilio esse. 18 Ut nostra necessitudo exigit. 19 Q. Pompejum. 20 Præcipue. 21 Fidelem protectionem. 22 Utilitati. 25 Decori.

1 Curium, ut ab omni incommodo, detrimento, molestia conservetur integer, Aucto commendat Cicero. 2 Videtur hic esse Acilius Auctus, qui Ser. Sulpicio administraturus Achajam successit. Vid. ep. 80. lib. VII. 3. Arrogavi. 4 Erga. 5 Veneratione et cultu. 6 Percepi. 7 Post victum Pompejum. Brundisium est oppidum Italiæ in agro Hydruntino, hodie *Brindisi*. 8 Ut inter familiares fieri solet. 9 Aliqua. 10 Solicitus essem. 11 Patræ oppidum est Achajæ, hodie *Patras*. 12 Mercaturam exercet. 13 Nemo. 14 Ex debito benefacta. 15 Sc. vinculum conjunctionis. 16 Sc. repositam. 17 Sc. quam nunc sunt. 18 Familiaribus atque amicis. 19 Concede. 20 Quod rei est inanimatæ, ad hominem transtulit. Nam sarta tecta, ut ait Festus, vocabantur, *quæ locabant censores, ut ea deinde integra exigerent*. Supra epist. 11. Sarta tecta *ædium sacrarum* nominantur. 21 In vetere et vulgari proverbio. 22 Damno.

mento, molestia[23] sincerum integrumque conserves. [24] Et ipse spondeo, et omnes hoc tibi [25] tui pro me [26] recipient, ex mea amicitia, et ex tuo in me officio maximum te fructum, summamque voluptatem esse capturum. Vale.

LI. [1] M. T. C. P. CÆSIO S. D.

P. Messienum, equitem romanum, omnibus rebus [2] ornatum, [3] meumque perfamiliarem tibi commendo, ea commendatione, quæ potest esse [4] diligentissima. Peto a te et [5] pro nostra, et pro paterna amicitia, ut eum in tuam [6] fidem recipias, ejusque [7] rem, famamque [8] tueare. Virum bonum, tuaque amicitia dignum tibi [9] adjunxeris, mihique gratissimum feceris.

LII. [1] M. T. C. [2] REGI S. D.

A. Licinius Aristoteles, [3] Melitensis, [4] antiquissimus est hospes meus, et [5] præterea conjunctus [6] magno usu familiaritatis. Hæc cum ita sint, non dubito, quin tibi satis commendatus sit. Etenim ex [7] multis cognosco, meam commendationem plurimum apud te valere. Hunc ego a Cæsare[8] liberavi.[9] Frequens enim fuerat [10] nobiscum: atque etiam diutius in [11] causa est, quam [12] nos, commoratus. [13] Quo melius [14] te de eo existimaturum arbitror. Fac igitur, mi Rex, ut intelligat has sibi literas plurimum profuisse. Vale.

LIII. [1] M. T. C. Q. THERMO PROPRÆT. S. D.

L. Genucilio Curvo jam [2] pridem familiarissime utor, optimo viro, et homine gratissimo. Eum tibi [3] penitus commendo, atque [4] trado. Primum ut omnibus in rebus ei te [5] com-

23 Liberum et incolumem. Catullus: *Sincerum* cuperes et *integellum*. 24 Egomet polliceor. 25 Familiares et domestici. 26 Promittent.

1 P. Messienum Cæsio commendat. 2 Decoratum et instructum. 3 Mihi valde familiarem. 4 Maximo studio facta. 5 Sicut nostra et paterna amicitia exigunt. 6 Fidelem protectionem. 7 Familiarem. 8 Protegas. 9 Arcte devinxeris.

1 Hospitem suum Licinium Aristotelem Regi commendat. 2 Marcio. *Rex* cognomen est gentis Marciæ. 3 Oriundus ex Melita, insula inter Africam et Siciliam, quæ hodie *Malta* dicitur, appulsu Paulli nobilis; quæ a Græcis etiam colebatur. 4 A plurimis annis. 5 Præter jus hospitalitatis. 6 Magna consuetudine. 7 Rebus vel nunciis. 8 Impetrata venia. 9 Diu et frequenter. 10 Cum Pompejanis. 11 Pompeji. 12 Qui victo Pompejo, a bello discessimus. 13 Propter quod. 14 Ut Pompejanum.

1 Curvum in omnibus rebus, præcipue vero in Hellespontiis negotiis Thermo commendat. 2 A plusculo tempore. 3 Plane. 4 Sc. fidei tuæ. 5 Commodum exhibeas.

modes, quoad [6] fides tua, [7] dignitasque patietur: patietur autem in omnibus. Nihil enim abs te unquam, quod sit [8] alienum tuis, aut etiam suis moribus postulabit. Præcipue autem tibi commendo [9] negotia ejus, quæ sunt in [10] Hellesponto: primum, ut obtineat id juris in agris, quod ei [11] Pariana civitas decrevit, et dedit, et quod semper obtinuit sine ulla [12] controversia: deinde, si quid habebit cum aliquo [13] Hellespontio [14] controversiæ, ut in [15] illam [16] διοίκησιν rejicias. Sed non mihi videor, cum tibi [17] totum hominem [18] diligentissime commendarem, [19] singulas ad te ejus causas perscribere debere. [20] Summa illa sit: Quicquid officii, beneficii, honoris in Genucilium [21] contuleris, id te existimabo in me ipsum, atque in [22] rem meam contulisse. Vale.

LIV. [1] M. T. C. THERMO PROPRÆT. S. D.

Cum mihi multa grata sunt, [2] quæ tu [3] adductus [4] mea commendatione fecisti, tum [4] in primis, quod M. Marcilium amici, atque [5] interpretis mei filium, [6] liberalissime tractavisti. Venit enim [7] Laodiceam, et tibi [8] apud me, mihique [9] propter te gratias maximas egit. Quare, quod [10] reliquum est, a te peto, [11] quando apud gratos homines beneficium [12] ponis, ut [13] eo libentius his [14] commodes, operamque des, quoad fides tua patietur, ut [15] socrus [16] adolescentis [17] rea ne fiat. Ego cum antea [18] studiose commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosius, in [19] longa apparitione singularem, et prope incredibilem patris Marcilii [20] fidem, abstinentiam, modestiamque cognovi. Vale.

6 In servanda æquitate. 7 Sc. proprætoria. 8 Abhorrens a tuis moribus, vel a suis, id est, quod non sit honestum et æquum. 9 Forensia. 10 Hellespontus est fretum ab Ægeo mari in Propontidem vergens, septem stadiorum, quod Asiam ab Europa dividit, nomen habens ab Helle, sorore Phryxi, quæ inter transfretandum ibi submersa est. 11 Parion civitas est ad Hellespontum, quem ad Asiæ administrationem pertinuisse hic locus indicat. 12 Lite. 13 Accola Hellesponti. 14 Disceptationis. 15 Hellespontiacam. 16 Jurisdictionem. 17 Genucilium Curvum, tanquam virum optimum et hominem gratissimum. 18 Maximo studio. 19 Singula negotia forensia. 20 Generalis clausula. 21 Impenderis. 22 Utilitatem.

1 Gratias agit Thermo Cicero, quod Marcilium juverit; deinde socrum ejusdem commendat. 2 Persuasus. 3 Per me facta. 4 Præcipue. 5 Internuntii aut legati; quales proconsulibus præibant. 6 Ut ingenuum hominem maxime decet. 7 Quæ est in imperio Ciliciæ, caput unius Asiaticæ diœceseos. 8 In colloquio, quod mecum habuit. 9 Ob beneficium in se tuum. 10 Adhuc restat. 11 Quandoquidem. 12 Collocas. 13 Tanto. 14 Adjumento sis. 15 Mater uxoris. 16 Juvenis mariti. 17 Non vocetur in judicium. *Reus* dicitur, unde petitur, et qui cogitur causam dicere in judicio, etiamsi culpa vacet. 18 Magno studio. 19 Suo munere multorum mensium, quo apparebat, seu mihi proconsuli præibat. 20 Fidelitatem.

LV. [1] M. T. C. THERMO PROPRÆT. S. D.

Etsi mihi videor intellexisse, cum tecum [2] Ephesi de re Anneii, [3] legati mei, locutus sum, [4] te ipsius causa vehementer omnia velle: tamen [5] M. Anneium tanti [6] facio, ut mihi nihil putem prætermittendum, quod [7] illius intersit: et me a te tanti [8] fieri puto, ut non dubitem, quin ad tuam [9] voluntatem magnus cumulus [10] accedat commendationis meæ. Nam cum [11] jam diu diligerem M. Anneium, deque eo sic [12] existimarem, ut res declarat, quod [13] ultro ei [14] detulerim [15] legationem, cum multis [16] petentibus denegassem, [17] tum vero posteaquam mecum in bello, atque in re militari fuit, tantam in eo [18] virtutem, prudentiam, fidem, tantamque erga me benevolentiam cognovi, ut hominem [19] neminem pluris [20] faciam. Eum cum [21] Sardianis habere [22] controversiam scis. Causam tibi exposuimus [23] Ephesi: quam tu tamen [24] coram facilius meliusque [25] cognosces. [26] De reliquo mihi [27] mehercule diu [28] dubium fuit, quid ad te potissimum scriberem. Jus enim [29] quemadmodum dicas, [30] clarum, et magna cum tua laude [31] notum est. Nobis autem in hac [32] causa nihil aliud opus est, nisi [33] te jus [34] instituto tuo dicere. Sed tamen, cum [35] me non fugiat quanta sit in [36] prætore auctoritas, præsertim [37] ista integritate, gravitate, clementia, qua te esse inter omnes [38] constat: peto abs te pro nostra [39] conjunctissima [40] necessitudine, plurimisque officiis paribus, ac [41] mutuis, ut [42] voluntate, [43] auctoritate, [44] studio tuo perficias, ut M. Annejus intelligat te et sibi amicum esse, quod non dubitat, (sæpe enim mecum [45] locutus est) et [46] multo amiciorem his meis literis esse factum. In tuo [47] toto imperio, atque provincia nihil est, quod mihi gratius facere pos-

1 Negotia Anneji, legati sui, in controversia Sardiniana Thermo commendat Cicero. 2 Ephesus est civitas Asiæ in Jonia, inter Caystrum et Mæandrum fluvios sita, hodie *Efeso*, et Turcis *Figena*. 3 Unius ex quatuor, quos habui in provincia. 4 Te ipsi maxime studere. 5 Etiam ego. 6 Existimo. 7 E re illius sit. 8 Existimari. 9 Benevolentiam erga Annejum. 10 Addatur. 11 Jam per multos annos. 12 Judicarem. 13 Non rogatus. 14 Obtulerim. 15 Ut esset mihi legatus in Cilicia. 16 Supple, eam. 17 Præcipue. 18 Fortitudinem. 19 Nullum. 20 Sc. quam eum. 21 Civibus Sardium, civitatis in Lydia præcipuæ, quæ pertinebat ad præfecturam Asiæ. 22 Litem. 23 Cum essemus Ephesi. 24 Cum apud te causa hæc agetur. 25 Ab ipso Anneio, qui istuc venit. 26 De eo quod restat. 27 Profecto. 28 Dubitavi. 29 Quomodo. 30 Evidens. 31 Publice cognitum. 32 Anneii cum Sardianis. 33 Ut dicas jus. 34 More. 35 Mihi non lateat. 36 Rectore provinciæ cum potestate proprætoria. 37 Qui sc. sit. 38 Certum est. 39 Arctissima. 40 Amicitia. 41 Vicissim præstitis. 42 Benevolentia. 43 Dignitate. 44 Affectu. 45 Hoc asserendo. 46 Sc. quam fueras. 47 Toto imperii tui, quo provinciæ præes,

sis. [48] Jam, apud ipsum, gratissimum hominem, atque optimum virum, quam bene [49] positurus sis studium tuum, atque officium, dubitare te non existimo. Vale.

LVI. [1] M. T. C. THERMO PROPRÆT. S. D.

Cluvius [2] Puteolanus valde me [3] observat, valdeque est mihi familiaris. Is ita sibi [4] persuadet, quod in tua provincia negotii habet, nisi, [5] te provinciam obtinente, meis commendationibus [6] confecerit, id se [7] in perditis et desperatis habiturum. Nunc, [8] quando mihi ab amico [9] officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi [10] imponam pro tuis in me summis officiis, [11] ita tamen, ut tibi nolim molestus esse. [12] Mylaseis, et Alabandeis pecuniam Cluvio debent. Dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem, se [13] curaturum, ut [14] ecdici Mylasii Romam mitterentur, id factum non est. [15] Legatos audio missos esse: sed malo [16] ecdicos, ut aliquid [17] confici possit. Quare peto a te ut et [18] eos, et Alabandeis jubeas [19] ecdicos Romam mittere. Præterea Philotes Alabandensis [20] ὑποθήκας Cluvio dedit, hæ [21] commissæ sunt. Velim cures, ut aut [22] de hypothecis decedat, easque procuratoribus Cluvii tradat, aut pecuniam solvat. Præterea [23] Heracleotæ, et Bargiletæ, qui item debent, aut pecuniam solvant, aut [24] fructibus suis satisfaciant. [25] Caunii præterea debent, sed ajunt se [26] depositam pecuniam habuisse. [27] Id velim cognoscas: et si intellexeris eos neque ex [28] edicto, neque ex [29] decreto depositam habuisse, des operam, ut usuræ Cluvio, [30] instituto tuo, conser-

tempore. 48 Sc. ubi cognoscis rem mihi tantopere cordi esse. 49 Locaturus.

1 Negotia Cluvii Puteolani Thermo studiosissime commendat. 2 Oriundus Puteolis, urbe Campaniæ, hodie *Puzzuolo*. 3 Colit et veneratur. 4 Firmiter credit. 5 Dum tu Provinciam obtinebis. 6 Ad finem perduxerit. 7 Inter perdita et desperata negotia. 8 Quandoquidem. 9 Officiorum in me plenissimo 10 Sc. tantum oneris. 11 Supple, imponam. 12 Sunt nominativi plurales Græca declinatione a singulari recto *μυλασευς καὶ ἀλαβανδευς* deducti, Mylasa et Alabanda sunt Cariæ urbes in Asia minore. 13 Effecturum. 14 Defensores et vindices civitatis Mylasæ. 15 Oratores. 16 Quorum in primis erat publicas pecunias curare et persequi. 17 Transigi et componi. 18 Mylaseis. 19 Sindicos et cognitores. 20 Res immobiles Cluvii potestati et juri subjecit, possessione penes Philoten remanente. 21 Venerunt, cessante solutione debiti, in potestatem creditoris Cluvii, ut illas possit vendere. 22 Possessiones oppignoratas, quoniam non solvit, cedat creditori vendendas. 23 Cives Heracleæ et Bargili, quæ civitates Cariæ. 24 Proventibus agrorum suorum. 25 Incolæ Cauni, quod est Cariæ oppidum, valetudine habitantium infame. 26 Ut nihil debeant de usura. 27 Quæstionem de ea re instituas. 28 Prætoris. 29 Senatus. 30 Mu-

ventur. His de rebus eo magis [31] laboro, [32] quod agitur res Cn. Pompeii etiam, nostri [33] necessarii, et quod is magis etiam mihi laborare videtur, quam ipse Cluvius: [34] cui satisfactum esse a nobis valde [35] volo. [36] His de rebus te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

LVII. [1] M. T. C. THERMO PROPRÆT. S. D.

[2] Quo magis quotidie ex literis nuntiisque bellum [3] magnum esse in Syria cognosco, [4] eo vehementius a te pro nostra necessitudine [5] contendo, ut mihi M. Anneium legatum [6] primo quoque tempore remittas. Nam ejus [7] opera, consilio, scientia rei militaris [8] vel maxime intelligo me, et Rempubl. adjuvari posse. [9] Quod nisi tanta res ejus [10] ageretur; nec ipse [11] adduci potuisset, ut a me discederet, [12] neque ego, ut eum a me dimitterem. Ego in Ciliciam [13] proficisci cogito [14] circiter Kalend. Majas. Ante eam diem Anneius ad me [15] redeat, oportet. Illud, quod tecum et [16] coram et [17] per literas diligentissime egi, id et nunc etiam atque etiam rogo, curæ tibi sit, ut suum negotium, quod habet cum [18] populo Sardiano, pro caussæ [19] veritate, et pro sua dignitate [20] conficiat. Intellexi ex tua [21] oratione, cum tecum Ephesi locutus sum, [22] te ipsius Anneii causa omnia velle. Sed tamen sic velim [23] existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quam si intellexero, per te illum ipsum negotium ex [24] sententia [25] confecisse. Idque [26] quam primum ut efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

LVIII. [1] M. T. C. C. TITIO, L. F. RUFO PRÆT. URB. S. D.

L. Custidius est [2] tribulis, et [3] municeps, et familiaris meus. Is [4] causam habet: quam causam ad te [5] deferet. Commendo tibi hominem, [6] sicuti tua fides, et meus pudor postulat: [7] tan-

re. 31 Solicitus sum. 32 Quia. 33 Amici. 34 Cn. Pompejo. 35 Cupio. 36 Ob has res.

1 Petit a Thermo, ut Anneium legatum suum remittat, eumque in negotio suo commendat. 2 Quanto. 3 Parthicum. 4 Tanto. 5 Instanter peto. 6 Quam primum possis. 7 Auxilio. 8 Etiam. 9 Propter quod. 10 Sc. in provincia tua. 11 Persuaderi; 12 Supple, potuissem adduci. 13 Finitis jurisdictionibus Asiaticis. Erat enim Laodiceæ in Asia. 14 Prope finem anni: iverat enim in provinciam prid. Kal. Sextil. 15 Supple, ut. 16 Per verba præsens. 17 Supple, absens. 18 Civibus Sardium, urbis Lydiæ. 19 Æquitate. 20 Absolvat et finiat. 21 Sermone. 22 Te Anneio maxime studere: 23 Supple, ut. 24 Voluntate. 25 Finivisse. 26 Citissime.

1 Custidii causam Prætori Titio Rufo commendat. 2 De eadem tribu mecum. 3 Ex eodem municipio Arpino. 4 Litem. 5 Judicandam. 6 Usque ad aras et deos. 7 Duntaxat.

tum, ut faciles ad te aditus habeat; quæ [8] æqua postulabit, ut [9] lubente te impetret, [10] sentiatque meam sibi amicitiam, etiam cum [11] longissime absim, prodesse [12] in primis apud te. Vale.

LIX. [1] M. T. C. C. CURTIO PÆDUCEANO PRÆT. S. D.

M. Fabium [2] unice diligo: summaque mihi cum eo [3] consuetudo, et familiaritas est [4] pervetus. In ejus [5] controversiis quid [6] decernas, a te non peto, (servabis, ut tua fides et dignitas postulat, [7] edictum et [8] institutum tuum) sed ut quam facillimos ad te aditus habeat: quæ erunt [9] æqua, [10] libente te [11] impetret· ut meam amicitiam sibi, etiam cum [12] procul absim, prodesse [13] sentiat, [14] præsertim apud te. Hoc vehementer etiam atque etiam te rogo. Vale.

LX. [1] M. T. C. C. MUNATIO C. F. S. D.

L. Livineius Trypho est omnino [2] L. Reguli familiarissimi mei, libertus, cujus [3] calamitas etiam [4] officiosiorem me facit in illum: nam [5] benevolentior, quam semper fui, esse non possum. Sed ego libertum ejus [6] per se ipsum diligo. Summa enim [7] ejus erga me officia exstiterunt [8] iis nostris temporibus, quibus facillime [9] bonam benevolentiam hominum, et fidem perspicere potui. Eum tibi ita commendo, ut homines grati, et [10] memores bene meritos de se commendare debent. Pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quod pro [11] salute mea [12] multa pericula adierit, sæpe hyeme [13] summa navigarit, pro tua erga me benevolentia gratum etiam tibi fecisse. Vale.

LXI. [1] M. T. C. C. C. P. SILIO [2] PROPRÆT. S. D.

[3] T. Pinnio familiarissime me usum esse, scire te arbitror. [4] Quod quidem ille testamento declaravit, qui me tum [5] tuto-

8 Justa. 9 Voluntate tua. 10 Intelligat. 11 In Cilicia. 12 Præcipue.

1 M. Fabium Curtio prætori commendat. 2 Singulariter. 3 Conversatio. 4 Valde vetus. 5 Litibus. 6 Judices. 7 Mandatum. 8 Morem. 9 Justa. 10 Voluntate tua. 11 Obtineat. 12 Sc. ab urbe, in Cilicia provincia. 13 Intelligat. 14 Præcipue.

1 Livineium libertum ejusque patronum Munacio commendat. 2 Livineii; ejus enim gentis cognomen Regulus fuit. 3 Miseranda adversitas, forsitan exilium. 4 Promptiorem et diligentiorem in officiis. 5 Erga illum. 6 Sine respectu patroni. 7 Liberti. 8 Sc. tam miseris et malis. 9 Veram, non fictam atque simulatam. 10 Beneficiorum acceptorum. 11 Incolumitate. 12 Multis periculis se exposuerit. 13 Asperrima et tempestatibus plenissima.

1 Pinnium, in exactione pecuniæ, quam ei Nicæenses debebant, Silio commendat. 2 Bithyniæ, in qua urbs erat Nicæa. 3 Me familiarissimam cum T. Pinnio amicitiam coluisse. 4 Quam familiaritatem. 5 Sc. filio suo.

rem; tum etiam [6] secundum heredem instituerit. Ejus filio, mire [7] studioso, et erudito, et modesto, pecuniam [8] Nicæenses grandem debent, ad [9] H.S. octogies: et ut audio, [10] in primis volunt [11] ei solvere. Pergratum igitur mihi feceris, [12] quando non modo [13] reliqui tutores, qui sciunt, quanti me [14] facias, sed etiam puer ipse sibi persuasit, te omnia mea causa facturum esse, si [15] dederis operam, [16] quoad tua fides, [17] dignitasque patietur, ut [18] quam primum pecunia Pinnio solvatur [19] Nicæensium nomine. Vale.

LXII. [1] M. T. C. SILIO PROPRÆT. S. D.

Et [3] in Atilii negotio te amavi: cum enim [4] sero venissem, tamen honestum equitem romanum [5] beneficio tuo conservavi: et [6] mehercule semper sic [7] in animo habui, te [8] in meo ære esse propter Lamiæ nostri [9] conjunctionem, et singularem [10] necessitudinem. Itaque primum tibi ago gratias, quod me omni molestia liberas: deinde [11] impudentia prosequor, sed idem [12] sarciam. Te enim semper sic colam, et tuebor, [13] ut quem diligentissime. Quintum fratrem meum si me diligis, [14] eo numero cura ut habeas, [15] quo me. Ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Vale.

LXIII. [1] M. T. C. SILIO PROPRÆT. S. D.

Non putavi fieri posse, ut mihi verba [2] deessent, sed tamen in M. Lænio commendando desunt. Itaque rem tibi exponam paucis verbis, sed [3] tamen ut plane perspicere possis voluntatem meam. [4] Incredibile est, quanti faciamus et ego, et frater meus, qui mihi carissimus est, M. Lænium. Id fit cum plurimis ejus [5] officiis, tum summa probitate, et singulari modestia. Eum ego a me invitissimus dimisi, tum propter familiaritatem, et [6] consuetudinis [7] suavitatem, tum quod consilio e-

6 Secundarium, ut, si filius moriatur, ego sim heres. 7 Diligenti. 8 Cives urbis Nicææ. 9 Sexcenta millia florenorum Belgicorum. 10 Maxime. 11 Filio T. Pinnii. 12 Quandoquidem. 13 Cæteri. 14 Existimes. 15 Curaveris. 16 Quatenus. 17 Prorætoria. 18 Valde cito. 19 A Nicæensibus, vel ex Nicæensium debito.

1 Primum de Atilio gratias agit Silio, deinde Quintum fratrem commendat. 2 Etiam. 3 Propter Atilii negotium. 4 Tarde. 5 Per beneficium tuum. 6 Profecto. 7 Judicavi. 8 Mihi debitorem esse. 9 Familiaritatem. 10 Amicitiam. 11 Sc. in commendandis aliis. 12 Reficiam et compensabo. 13 Ut quem colere et tueri debeam diligentissime. 14 Ea æstimatione. 15 Qua.

1 Lænii negotium Silio et suo et Q. fratris nomine commendat Cicero. 2 Deficerent in commendando aliquo. 3 Supple, sic. 4 Difficile creditu. 5 Erga nos. 6 Conversationis. 7 Jucunditatem et dulcedinem.

jus fideli, ac bono libenter utebar. Sed vereor, ne jam mihi [8] superesse verba putes, quæ dixeram defutura. Commendo tibi hominem, sicut intelligis, me, de quo [9] ea supra scripserim, debere commendare. A teque vehementer etiam atque etiam peto, ut quod habet in tua [10] provincia negotii, [11] expedias, quod tibi videbitur rectum esse, ipsi [12] dicas. Hominem [13] facillimum liberalissimumque cognosces. Itaque te rogo, ut eum solutum, liberum, [14] confectis ejus negotiis per te, [15] quamprimum [16] ad me remittas. Id mihi fratrique meo gratissimum feceris. Vale.

LXIV. [1] M. T. C. SILIO PROPRÆT. S. D.

Nero [2] meus mirificas apud me tibi gratias egit, [3] prorsus incredibiles, ut nullum honorem sibi [4] haberi potuisse diceret, qui a te prætermissus esset. Magnum fructum ex ipso capies. Nihil est enim illo adolescente gratius. Sed [5] mehercule mihi [6] quoque gratissimum fecisti. Pluris enim ex [7] omni nobilitate neminem [8] facio. Itaque si ea feceris, quæ [9] ille per me tecum [10] agi voluit, gratissimum mihi feceris. Primum de Pausania Alabandensi, [11] sustentes rem, [12] dum Nero veniat. Vehementer enim ejus causa cupere eum intellexi. Itaque hoc valde te rogo. Deinde [13] Nysæos, quos Nero [14] in primis habet [15] necessarios, diligentissimeque tuetur, ac defendit, habeas tibi commendatissimos: ut intelligat illa civitas, sibi in Neronis [16] patrocinio summum esse [17] præsidium. Strabonem Servilium tibi sæpe commendavi: nunc [18] eo facio id [19] impensius, quod ejus [20] causam Nero suscepit. [21] Tantum a te petimus, ut agas eam rem, nec relinquas [22] hominem innocentem ad alicujus tui [23] dissimilis [24] quæstum. Id cum gratum mihi erit, tum etiam [25] existimabo te humanitate tua esse usum. Summa hujus epistolæ hæc est, ut ornes omnibus rebus Neronem, sicut [26] instituisti, atque fecisti. [27] Magnum theatrum habet ista provincia, non ut hæc nostra, [28] adolescentis nobilis, in-

8 Redundare et nimia esse. 9 Quæ præmisi. 10 Bithynia. 11 Explices et absolvas. 12 Supple, ut. 13 Humanissimum. 14 Expeditis. 15 Citissime. 16 In provinciam.

1 De Nerone honorifice tractato gratias agit, deinde Neronem omnibus in rebus, ejusque familiares Silio commendat. 2 Sc. amicus. 3 Plane. 4 Impendi. 5 Profecto. 6 Etiam. 7 Omnibus nobilibus. 8 Æstimo. 9 Nero. 10 Transigi. 11 Suspendas et protrahas. 12 Donec. 13 Cives Nysæ, quæ Lydiæ Mæoniæ urbs. 14 Præcipue. 15 Amicos. 16 Tutela. 17 Propugnaculum. 18 Ideo. 19 Vehementius. 20 Tuendam. 21 Duntaxat. 22 Sc. Servilium. 23 Iniqui et inhumani. 24 Lucrum aut rapinam. 25 Judicabo. 26 Incepisti. 27 In omnium oculis geruntur, quæ in hac provincia geruntur, ut nemini possint latere. 28 Sc. Neronis.

geniosi, [29] abstinentis commendationem atque gloriam. Quare si te fautore usus erit, sicuti profecto et utetur et usus est, amplissimas [30] clientelas acceptas a majoribus, [31] confirmare poterit, et beneficiis suis obligare. Hoc in genere si eum adjuveris [32] eo studio, quo ostendisti, apud ipsum præclarissime [33] posueris: sed mihi etiam gratissimum feceris. Vale.

LXV. [1] M. T. C. SILIO PROPRÆT. S. D.

Cum P. Terentio Hispone, qui [2] operas in scriptura pro magistro dat, mihi [3] summa familiaritas, consuetudoque est: multaque, et magna inter nos officia [4] paria, et [5] mutua [6] intercedunt. Ejus summa existimatio [7] agitur in eo, ut [8] pactiones cum civitatibus reliquis conficiat. [9] Non me præterit, nos eam rem Ephesi [10] expertos esse, neque ab Ephesiis ullo modo [11] impetrare potuisse. Sed [12] cum, quemadmodum omnes existimant, et ego intelligo, tua cum summa [13] integritate, tum singulari humanitate et mansuetudine [14] consecutus es, ut [15] libentissimis Græcis, [16] nutu, quod velis, [17] consequare; peto a te majorem in modum, ut honoris mei causa hac [18] laude Hisponem affici velis. Præterea cum sociis [19] scripturæ mihi [20] summa necessitudo est, non solum ob eam caussam, quod ea [21] societas universa in mea [22] fide est, sed etiam, quod plerisque [23] sociis utor familiarissime. Ita et Hisponem [24] meum [25] per me [26] ornaris, et [27] societatem mihi conjunctiorem feceris: tuque ipse et ex ejus [28] observantia, gratissimi hominis, et ex [29] sociorum [30] gratia, [31] hominum amplissimorum, maximum fructum capies, et me summo beneficio affeceris. Sic enim velim [32] existimes, ex tota tua [33] provincia, omnique isto imperio nihil esse, quod mihi gratius facere possis. Vale.

29 Modesti. 30 Clientum multitudines inter Nysæos, aliosque provinciales. 31 Sc. sibi. 32 Ea diligentia. 33 Locaveris sc. beneficium.

1 P. Terentium Silio in eo commendat, ut cum civitatibus pactiones conficiat. 2 Vicarius est magistri societatis publicanorum, qui vel decimas, vel pascua, vel portoria conduxerant. Hoc enim vectigal dicebatur *scriptura*. 3 Maxima. 4 Æqualia. 5 Vicissim præstita. 6 Conjunctionem faciunt. 7 Versatur. 8 Pro pecunia publicanis debita. 9 Memor sum. 10 Tentavisse. 11 Obtinere. 12 Quoniam. 13 Sinceritate. 14 Obtinuisti. 15 Maxime volentibus. 16 Solo capitis indicio. 17 Obtineas. 18 Ut pactiones conficiat. 19 Vectigalium. 20 Arcta amicitia. 21 Publicanorum. 22 Clientela. 23 Publicanis. 24 Familiarem. 25 Mei causa. 26 Honore affeceris. 27 Publicanorum. 28 Cultu et veneratione. 29 Publicanorum. 30 Animi grati obsequio. 31 Equitum Romanorum; ex his enim erant publicani. 32 Sc. ut. 33 Bithynia.

LXVI. [1] M. T. C. P. SERVILIO PROPR. [2] S. D.

A. [3] Cæcinam, maxime proprium clientem [4] familiæ vestræ, non commendarem tibi, cum scirem, qua [5] fide [6] in tuos, qua [7] clementia in [8] calamitosos soleres esse, nisi me et patris ejus, [9] quo sum familiarissime usus, [10] memoria, et hujus [11] fortuna ita [12] moveret, ut hominis omnibus mecum studiis, officiisque conjunctissimi movere debeat. A te hoc omni [13] contentione peto, sic, ut majore cura, majore animi [14] labore petere non possim, ut ad ea, quæ tua sponte sine cujusquam commendatione faceres in hominem tantum, et talem, [15] calamitosum, [16] aliquem afferant cumulum meæ literæ, [17] quo [18] studiosius, eum, quibuscunque rebus possis, juves. Quod si [19] Romæ fuisses, etiam [20] salutem A. Cæcinæ [21] essemus ([22] ut opinio mea fert) per te consecuti. De [23] qua tamen magnam spem habemus, [24] freti [25] clementia [26] collegæ tui. Nunc, [27] cum [28] justitiam tuam secutus, tutissimum sibi [29] portum [30] provinciam istam esse duxit, etiam atque etiam te rogo, atque oro, ut eum et in [31] reliquiis veteris negotiationis colligendis juves, et cæteris rebus [32] tegas atque [33] tueare. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

LXVII. [1] M. T. C. SERVILIO PROPR. S. D.

Ex provincia mea [2] Ciliciensi, cui scis [3] τρεῖς διοικήσεις Asiaticas [4] attributas fuisse, nullo sum familiarius usus, quam Androne, Artemonis filio, [5] Laodicensi: eumque habui in [6] ea civitate cum [7] hospitem, tum [8] vehementer ad meæ vitæ ratio-

1 Cæcinam in colligendis Asiaticæ negotiationis reliquiis Servilio commendat. 2 Asiæ, in quam licet proconsularem provinciam, quandoque prætores mittebantur. 3 Licinium. 4 Serviliæ. 5 Fideli protectione. 6 Erga. 7 Benignitate. 8 Miseros. 9 Qui mihi familiarissimus fuit. 10 Recordatio. 11 Sc. adversa. Exulabat enim, quia, Pompejum secutus, Cæsari etiam scripto libro maledixerat. Ep. 7. l. VI. 12 Afficeret. 13 Vi. 14 Sollicitudine. 15 Miserum. 16 Magnum aliquod augmentum. 17 Ut. 18 Majore studio. 19 Erat enim in Asia, cum Cæsari de salute Cæcinæ frustra supplicatum est. 20 Reditum in urbem. 21 Impetrassemus. 22 Ut ego opinor. 23 Sc. salute. 24 Confisi. 25 Mansuetudine. 26 Cæsaris, qui secundum consulatum cum Servilio gessit. 27 Quandoquidem. 28 Famam justitiæ tuæ. 29 Habitationis locum. 30 Asiam. 31 Debitis, quæ rationibus subductis solvenda remanserunt, pensionibus et vectigalibus ad diem non solutis. 32 Protegas. 33 Defendas.

1 Andronem Laodicensem familiarem suum Servilio studiose commendat. 2 Quia non Cilicia tantum, sed Asiæ quoque pars ad ejus imperium pertinebat. 3 Tres jurisdictiones, nempe Laodicea, Cybyra, Apamea. 4 Additas. 5 Cive urbis Laodiceæ. 6 Laodicea. 7 Apud quem diverti. 8 Ad-

nem, et consuetudinem [9] accommodatum. Quem quidem multo etiam pluris, postea quam [10] decessi, [11] facere cœpi, [12] quod multis rebus expertus sum gratum hominem, meique memorem. Itaque eum Romæ libentissime vidi. [13] Non te enim fugit, qui plurimis in ista provincia [14] benigne fecisti, quam [15] multi grati reperiantur. Hæc propterea scripsi, ut me non sine causa [16] laborare intelligeres, et ut tu ipse eum dignum hospitio tuo judicares. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis, [17] quanti me facias, id est, si receperis eum in [18] fidem tuam, et quibuscunque rebus honeste ac sine molestia tua poteris, adjuveris. Hoc mihi vehementer erit gratum. Idque ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

LXVIII. [1] M. T. C. P. SERVILIO [2] ISAURICO PROCOS. [3] COLLEGÆ S. D.

Gratæ mihi vehementer tuæ literæ fuerunt, ex quibus cognovi [4] cursus navigationum tuarum. [5] Significabas enim memoriam tuam nostræ [6] necessitudinis, qua mihi nihil poterat esse [7] jucundius. Quod [8] reliquum est, multo etiam erit gratius, si ad me de Repub. id est, de statu provinciæ, de [9] institutis tuis familiariter scribes. Quæ quanquam ex multis [10] pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscam. Ego ad te de Reip. [11] summa quid [12] sentiam, non sæpe scribam, propter periculum ejusmodi literarum: quid agatur autem, scribam sæpius. Sperare tamen videor, Cæsari [13] collegæ nostro, [14] fore curæ, et esse, ut habeamus aliquam Rempub. cujus consiliis [15] magni referebat te interesse. Sed, si tibi utilius est, id est, gloriosius, Asiæ [16] præesse, et istam partem Reipub. [17] male affectam [18] tueri, mihi quoque idem, quod tibi et laudi tuæ [19] profuturum est, optatius debet esse. Ego quæ ad tuam dignitatem pertinere [20] arbitrabor, summo

modum. 9 Idoneum et aptum. 10 Ex provincia. 11 Æstimare. 12 Propterea quod. 13 Probe meministi. 14 Bene. 15 Pauci. Est ironia. 16 Pro eo solicitum esse. 17 Quam magni. 18 Protectionem et clientelam.

1 Significat, quam gratum fuerit cursus illius navigationis cognoscere; petit, ut de rebus provinciæ perscribat; postremo sua officia illi pollicetur. Epistola est responsoria, petitoria, et officiosa. 2 P. Servilius pater, Isauris in Cilicia domitis, *Isauricus* est appellatus, unde et filius nunc Isauricus dicitur. 2 In auguratu. 4 Processus et flexus. 5 Sc. his literis. 6 Arctæ amicitiæ. 7 Suavius. 8 Adhuc restat. 9 Legibus et decretis. 10 Propter celebritatem tui nominis. 11 Maxima salute. 12 Censeam. 13 In auguratu; Cicero enim, Cæsar et Servilius augures fuere. 14 Futurum esse. 15 Perquam utile erat. 16 Cum imperio. 17 Ægram. 18 Protegere. 19 Utile futurum. 20 Judicabo.

*

studio, diligentiaque curabo: [21] in primisque [22] tuebor omni [23] observantia clarissimum virum, patrem tuum: quod et pro [24] vetustate necessitudinis, et pro beneficiis [25] vestris, et pro dignitate [26] ipsius facere debeo. Vale.

LXIX. [1] M. T. C. SERVILIO COLLEGÆ S. D.

C. Curtius Mithres est ille quidem, ut scis, Libertus Postumi, familiarissimi mei: sed me [2] colit, et [3] observat [4] æque, [5] atque illum ipsum, [6] patronum suum. Apud [7] eum ego sic [8] Ephesi fui, quotiescunque fui, [9] tanquam domi meæ. Multaque acciderunt, in quibus et benevolentiam ejus erga me experirer, et [10] fidem. Itaque, si quid aut mihi, aut [11] meorum cuipiam in [12] Asia opus est, ad [13] hunc scribere consuevi, hujus cum [14] opera et [15] fide, tum domo, et [16] re uti, tanquam mea. Hæc ad te [17] eo [18] pluribus scripsi, ut intelligeres, me non [19] vulgariter, nec [20] ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi [21] pernecessario scribere. Peto igitur a te, ut in ea [22] controversia, quam habet de [23] fundo cum quodam [24] Colophonio, et in cæteris rebus, quantum [25] fides tua patietur, quantumque tuo [26] commodo poteris, tantum ei, honoris mei causa, [27] commodes. Etsi, ut ejus modestiam cognovi, [28] gravis tibi nulla in re erit. Si et mea commendatione, et sua probitate assecutus erit, uti [29] de se bene existimes; omnia se [30] adeptum arbitrabitur. Ut igitur eum recipias in [31] fidem, habeasque in numero [32] tuorum, te [33] vehementer [34] etiam atque etiam rogo. Ego, quæ te velle, [35] quæque ad te pertinere [36] arbitrabor, omnia [37] studiose diligenterque curabo. Vale.

21 Præcipue. 22 Defendam. 23 Veneratione. 24 Antiqua nostra amicitia. 25 Tuis et patris. 26 Sc. patris tui.

1 Petit a Servilio, ut Curtium Mithren in numero suorum habeat, inque fidem recipiat. 2 Veneratur. 3 In oculis gerit. 4 Non minus. 5 Quam. 6 Postumum. 7 Curtium. 8 Ephesus urbs Joniæ in Asia minori. 9 Sc. fuissem. 10 Fidelitatem. 11 Domesticorum aut familiarium. 12 Sc. Minore, in qua Jonia et Ephesus. 13 Curtium. 14 Industria et labore. 15 Fidelitate. 16 Familiari. 17 Propterea. 18 Supple, verbis. 19 More vulgari: 20 More ambientium, qui quævis, vera, falsa congerunt, ut obtineant. 21 Valde amico. 22 Lite. 23 Agraria seu rustica possessione. 24 Cive urbis Colophonis, quæ est in Jonia. 25 Æquitas. 26 Sc. Salvo. 27 Prosis. 28 Molestus petendo. Ep. 76. *Nunquam me tamen* gravem *vobis esse voluisse.* 29 Eum bonum esse judices. 30 Nactum. 31 Fidelem protectionem. 32 Amicorum sc. ac necessariorum. 33 Magna contentione. 34 Iterum atque iterum. 35 Et quæ. 36 Existimabo. 37 Ardenti studio.

LXX. [1] M. T. C. SERVILIO COLLEGÆ S. D.

Quia non est [2] obscura tua [3] in me benevolentia, [4] sic fit ut multi per me tibi velint commendari. Ego autem [5] tribuo [6] nonnunquam in [7] vulgus, sed [8] plerumque [9] necessariis, ut hoc tempore. Nam cum T. Ampio Balbo mihi summa familiaritas, [10] necessitudoque est. Ejus libertum T. Ampium, Menandrum, hominem [11] frugi et modestum, et patrono, et nobis vehementer probatum, tibi commendo [12] majorem in modum. Vehementer mihi gratum feceris, si, quibuscunque rebus sine tua [13] molestia poteris, ei [14] commodaris. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

LXXI. [1] M. T. C. SERVILIO COLLEGÆ S. D.

Multos tibi [2] commendem, necesse est, [3] quando omnibus nota nostra [4] necessitudo est, tuaque [5] in me benevolentia. Sed tametsi omnium causa quos commendo, [6] velle debeo: tamen cum omnibus [7] non eadem mihi causa est. T. Agusius et comes meus fuit illo miserrimo [8] tempore, et omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum [9] socius: neque hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permisissem. Quare [10] sic tibi eum commendo, ut unum de meis domesticis, et maxime necessariis. [11] Pergratum mihi feceris, si eum ita [12] tractaris, ut intelligat hanc commendationem sibi magno [13] usui, atque [14] adjumento fuisse. Vale.

LXXII. [1] M. T. C. SERVILIO COLLEGÆ S. D.

[2] Cærelliæ, [3] necessariæ meæ, [4] rem, [5] nomina, possessiones [6] Asiaticas commendavi tibi præsens in hortis tuis [7] quam potui diligentissime, tuque mihi, [8] pro tua consuetudine, pro-

1 Ampium Menandrum, Balbi libertum Servilio commendat. 2 Ignota. 3 Erga. 4 Ex eo. 5 Sc. beneficium. 6 Aliquando. 7 Homines vulgares, quos quandoque commendo. 8 Ut plurimum. 9 Amicis. 10 Amicitiæ conjunctio. 11 Bonæ frugis; cui opponitur *nequam*. 12 Non vulgarem, sed ingentem. 13 Incommodo. 14 Profueris.

1 T. Agusium, veterem amicum, et exsilii comitem, valde commendat. 2 Supple, ut. 3 Quandoquidem. 4 Amicitia. 5 Erga. 6 Ea quæ peto. 7 Quia aliis plus, aliis minus debeo. 8 Sc. exsilii mei. 9 Particeps. 10 Tam vehementer et studiose. 11 Valde gratum. 12 Exceperis. 13 Utilitati. 14 Auxilio.

1 Cærelliæ negotia Servilio rursus commendat Cicero. 2 Fœminæ, quæ, Philosophiæ dedita, Ciceronem valde observavit, ejusque libros libenter legit. Vid. ep. 21. l. XIII. ad Attic. 3 Amicæ; non tamen, quasi familiaritas, quam cum ea senex Cicero habuit, esset intemperans et libidinosa; ut inimici Ciceronis ei exprobrarunt. 4 Litem. 5 Pecuniam illi debitam. 6 Quas habet in Asia. 7 Quantum. 8 Pro more tibi consueto.

que tuis in me perpetuis maximisque officiis, [9] omnia te facturum [10] liberalissime [11] recepisti. [12] Meminisse te id spero: scio [13] enim solere. Sed tamen Cærelliæ [14] procuratores scripserunt, te, propter magnitudinem [15] provinciæ, multitudinemque [16] negotiorum, [17] etiam atque etiam esse commonefaciendum. Peto igitur, ut [18] memineris, te omnia, quæ tua [19] fides pateretur, mihi [20] cumulate [21] recepisse. [22] Equidem existimo habere te magnam [23] facultatem (sed hoc [24] tui est consilii et judicii) [25] ex eo S. C. quod [26] in hæredes C. Vennonii factum est, Cærelliæ [27] commodandi. [28] Id S.C. tu interpretabere pro tua sapientia. Scio enim ejus [29] ordinis [30] auctoritatem semper apud te [31] magni fuisse. [32] Quod reliquum est, sic velim [33] existimes, quibuscunque rebus Cærelliæ [34] benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturum. Vale.

LXXII. [1] M. T. C. Q. [2] PHILIPPO [3] PROCOS. S. D.

Gratulor tibi, quod ex [4] provincia salvum te ad [5] tuos recepisti [6] incolumi fama, et Rep. [7] Quod si Romæ [8] fuissem, te vidissem, [9] coramque gratias egissem, quod tibi L. Egnatius, familiarissimus meus, [10] absens, L. Oppius [11] præsens curæ fuisset. Cum Antipatro Derbete mihi non solum [12] hospitium, verum etiam [13] summa familiaritas intercedit. Ei te vehementer [14] succensuisse audivi, et [15] moleste tuli. De [16] re nihil possum judicare: [17] nisi illud mihi certe persuadeo, te [18] talem

9 Sc. Cærelliæ causa. 10 Maxime liberalibus verbis. 11 Promisisti. 12 Memoria tenere. 13 Supple, te. 14 Qui negotia curant. 15 Quam administras. 16 Quæ te obruunt. 17 Iterum atque iterum. 18 Recorderis. 19 Quam justitiæ et dignitati Reipubl. debes. 20 Abundanter. 21 Promisisse. 22 Ego certe. 23 Potestatem. 24 Ad tuum consilium et judicium pertinet. 25 Virtute ejus Senatus consulti. 26 Contra. 27 Gratificandi. 28 Judicabis, an ex eo S. C. eam, quam ego arbitror, facultatem habeas Cærelliæ commodandi. 29 Sc. Senatorii. 30 Majestatem et amplitudinem, dignitatem et imperium. *Auctoritas* vox de Senatu proprie usurpatur, ut de populo romano *majestas*, Cic. Philip. III. c. 5. *Ut omnes* ad auctoritatem *hujus ordinis*, majestatem *que populi Romani defendendam conspirasse videantur*. 31 In magna existimatione. 32 Quantum ad id, quod restat scribendum. 33 Supple, ut. 34 Faveris.

1 Philippo, quod incolumi fama et Republ. ad urbem revertisset, gratulatur; de Egnatio et Oppio gratias agit, ut Antipatri filios sibi condonet, petit. Epistola est gratulatoria, commendatoria, et petitoria. 2 Marcio Marciæ enim gentis cognomen est *Philippus*. 3 Asiæ. 4 Asia. 5 Domesticos. 6 Integra fama et salva republica. 7 Si. 8 Erat enim in provincia Cicero. 9 Præsens. 10 Cum esset absens. 11 Cum esset præsens. 12 Usus juris hospitalis. 13 Arctum necessitudinis vinculum. 14 Iratum fuisse. 15 Ægre. 16 Causa irarum. 17 Sed. Supra epist. 1. hujus libri. Nisi *tamen multo minus tibi concedi potest, quam illi, laborare sine causa*. 18 Tam justum, tam prudentem.

virum, nihil [19] temere fecisse. A te autem pro [20] vetere nostra necessitudine [21] etiam atque etiam peto, ut ejus filios, [22] qui in tua potestate sunt, [23] mihi potissimum [24] condones: nisi [25] quid [26] existimas [27] in ea re [28] violari [29] existimationem tuam. [30] Quod ego si [31] arbitrarer, nunquam te [32] rogarem, mihique tua fama multo [33] antiquior esset, quam illa [34] necessitudo est. Sed mihi ita persuadeo (potest fieri, ut fallar) eam rem [35] laudi tibi potius, quam [36] vituperationi, [37] fore. Quid fieri possit, et [38] quid mea causa facere possis, (Nam, [39] quin velis, non dubito) velim, si tibi [40] grave non erit, certiorem me [41] facias. Vale.

LXXIV. [1] M. T. C. PHILIPPO PROCOS. S. D.

Etsi non dubito pro tua in me [2] observantia, proque nostra [3] necessitudine, quin [4] commendationem meam [5] memoria teneas: tamen [6] etiam atque etiam eundem tibi L. Oppium, familiarem meum, [7] præsentem, et L. Egnatii, [8] familiarissimi mei [9] absentis negotia commendo. [10] Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasque, ut, si mea res esset, non magis [11] laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut [12] is intelligat me a te tantum amari, quantum ipse existimo. [13] Hoc mihi gratius facere nihil potes, idque ut facias te vehementer rogo. Vale.

LXXV. [1] M. T. C. T. TITIO, T. F. [2] LEGATO S. D.

Etsi non dubito, quin apud te mea commendatio prima satis valeat: tamen [3] obsequor homini familiarissimo C. Aviano Flacco: cujus causa [4] omnia [5] cum cupio, [6] tum [7] mehercule etiam debeo. De quo et [8] præsens tecum [9] egi diligenter, cum tu mihi humanissime respondisti, et scripsi ad te [10] accurate

19 Sine legitima causa. 20 A multis annis culta. 21 Diligenter. 22 In quos jus habes animadvertendi. 23 Propter me measque preces. 24 Parcas et veniam des. 25 Aliquantum. 26 Judicas. 27 Per eam rem, sc. condonationem. 28 Lædi. 29 Nomen et famam. 30 Sc. futurum, ut violetur existimatio tua. 31 Judicarem. 32 Sc. id. 33 Charior. 34 Cum Antipatro Derbete. 35 Ad laudem. 36 Ad vituperationem. 37 Futuram esse. 38 Per existimationem tuam. 39 De voluntate tua. 40 Molestum. 41 Supple, ut.

1 Oppium præsentem, et Egnatii absentis negotia Philippo commendat. 2 Cultu et veneratione. 3 Arcta amicitia. 4 Quam nuper feci. 5 Recorderis. 6 Iterum atque iterum. 7 Qui apud te et in tua provincia est. 8 Amicissimi mihi inter amicos. 9 Extra tuam provinciam agentis. 10 Tam arcta. 11 Essem sollicitus. 12 Egnatius. 13 Quam hoc sit.

1 Avianum Flaccum Titio commendat. 2 Rei frumentariæ præposito. 3 Inservio et morem gero. 4 Velle et facere. 5 Partim. 6 Partim. 7 Profecto. 8 Cum tibi essem præsens. 9 Locutus sum. 10 Cum cura et diligentia.

antea. Sed putat [11] interesse sua, me ad te quam sæpissime scribere. Quare velim mihi [12] ignoscas, si illius voluntati [13] obtemperans, minus videbor meminisse [14] constantiæ tuæ. A te idem illud peto, ut de loco, quo [15] deportet frumentum, et de tempore, Aviano [16] commodes. [17] Quorum utrumque [18] per eundem me obtinuit [19] triennium, dum [20] Pompejus [21] isti negotio præfuit. [22] Summa est, in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris, ut Avianus, [23] quando se a me amari putat, me a te amari sciat. Erit id mihi pergratum. Vale.

LXXVI. [1] M. T. C. [2] QUATUORVIRIS ET DECURIONIBUS S. D.

[3] Tantæ mihi cum Q. Hippio causæ [4] necessitudinis sunt, ut [5] nihil possit esse conjunctius, quam nos inter nos sumus. Quod [6] nisi ita esset, uterer [7] mea consuetudine, ut vobis [8] nulla in re [9] molestus essem. [10] Etenim vos mihi optimi testes estis, cum mihi persuasum esset, nihil esse, quod a vobis impetrare non possem, nunquam me tamen [11] gravem vobis esse voluisse. [12] Vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo, ut [13] honoris mei causa liberalissime [14] C. Valgium Hippianum tractetis, [15] remque cum eo [16] conficiatis, ut quam possessionem habet in agro [17] Fregellano, a vobis emptam, eam liberam et [18] immunem habere possit. Id si a vobis impetraro, summo me beneficio vestro affectum arbitrabor. Valete.

LXXVII. [1] M. T. C. P. SULPICIO IMP. S. D.

Cum [2] his temporibus [3] non sane in Senatum ventitarem,

11 E re sua esse. 12 Supple, ut. 13 Obsequens. 14 In promissis servandis. 15 Transportet. 16 Inservias. 17 Et locum et tempus deportandi frumentum. 18 Per eandem commendationem meam. 19 Per tres annos. 20 Cn. Pompejus magnus. 21 Rei frumentariæ, cui per quinquennium præfuit. Pompejus. 22 Sc. votorum. 23 Quandoquidem.

1 C. Valgium Hippianum, ejusque possessionem, in agro Fregellano emptam, Quatuorviris et Decurionibus Fregellanis commendat. 2 Consulibus et Senatoribus in Fregellanis. 3 Tam graves. 4 Arctæ amicitiæ. 5 Nulli homines possint esse conjunctiores. 6 Si non. 7 Solito meo more. 8 In non ulla re. 9 Gravis. 10 Nam certe. 11 Molestum. 12 Igitur vos quam vehementissime. 13 Dignitatis meæ, vel quod turpe est rogantem non exorare. 14 Q. Hippii filium naturalem, adoptatum autem a C. Valgio, a quo prænomen et nomen accepit, vetere producto nomine. 15 Controversiam. 16 Absolvatis. 17 Urbis Fregellarum, quæ colonia romana, in Volscis ad fluvium Lirim sita, hodie *Caperano* dicitur. 18 Nullis oneribus obnoxiam.

1 Post commemorationem officii sui in supplicatione decernenda. M. Bolanum Sulpicio commendat, et ut Dionysium servum restituendum curet petit. Epistola est commendatoria et petitoria. 2 Amissa libertate. 3 Non

tamen, [4] ut tuas literas legi, non [5] existimavi me, salvo jure nostræ veteris amicitiæ multorumque inter nos officiorum, facere posse, ut [6] honori tuo deessem. Itaque [7] affui, [8] supplicationemque tibi lubenter decrevi: nec reliquo tempore ullo aut [9] rei, aut [10] existimationi, aut [11] dignitati tuæ deero. Atque ut hoc tui [12] necessarii sciant, hoc me animo erga te esse, velim [13] facias eos per literas certiores: ut, [14] siquid tibi opus sit, ne [15] dubitent [16] mihi jure suo denuntiare. M. Bolanum, virum bonum, et fortem, et omnibus rebus [17] ornatum, meumque veterem amicum, tibi [18] magnopere commendo. Pergratum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat hanc commendationem sibi magno [19] adjumento fuisse. Ipsumque virum optimum gratissimumque cognosces. [20] Promitto tibi, te ex [21] ejus amicitia magnam voluptatem esse capturum. Præterea a te peto [22] majorem in modum [23] pro nostra amicitia, et pro tuo perpetuo [24] in me [25] studio, ut in hac re etiam [26] elabores. Dionysius [27] servus meus, qui meam bibliothecam [28] multorum nummorum tractavit, cum multos libros [29] surripuisset, nec se [30] impune laturum putaret, aufugit. Is est in [31] provincia tua. Eum et M. Bolanus familiaris meus, et multi alii [32] Naronæ viderunt. Sed cum se a me [33] manumissum esse diceret, [34] crediderunt. [35] Hunc tu si mihi [36] restituendum curaris, non possum dicere, quam mihi gratum futurum sit. Res ipsa [37] parva, sed animi mei dolor magnus est. Ubi sit, et quid fieri possit, Bolanus te docebit. Ego, si [38] hominem per te [39] recuperaro, summo me a te beneficio affectum [40] arbitrabor. Vale.

LXXVIII. [1] M. T. C. ALLIENO [2] PROCOS. S. D.

Democritus [3] Sicyonius non solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contigit, Græcis præsertim, valde [4] fa-

frequenter aut multum venirem in Senatum. 4 Postquam. 5 Iudicavi. 6 Rei, in qua de honore tuo agitur. 7 Præsens fui. 8 Generalem Deorum immortalium rogationem, quæ a Senatu, re bene in bello gesta, Imperatoribus decernebatur, tanquam triumphi prærogativa. 9 Utilitati. 10 Famæ. 11 Honori. 12 Familiares amici. 13 Supple, ut. 14 Si aliqua re. 15 Vereantur. 16 Me arcessere, advocare. 17 Decoratum et instructum. 18 Valde. 19 Auxilio. 20 In me recipio. 21 Sc. Bolani. 22 Singularem. 23 Sicut nostra amicitia et tuum perpetuum in me studium exigit. 24 Erga. 25 Favore. 26 Enitaris efficere. 27 Anagnostes aut lector. Vid. epist. 9. lib. v. 28 Multis nummis emptam. 29 Clam abstulisset. 30 Sine debita pœna. 31 Quam tu administras Illyrico. 32 Narona est urbs Dalmatiæ. 33 Libertate donatum. 34 Sc. ei. 35 Servum. 36 Reddendum. 37 Supple, est. 38 Servum sc. Dionysium. 39 Recepero. 40 Existimabo.

1 Democritum Sicyonium Allieno commendat Cicero. 2 Siciliæ. 3 Oriundus Sycione, veteri Achaiæ urbe. 4 Supple, mihi.

miliaris. Est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas et observantia: meque [3] præ ceteris et [6] colit et [7] observat, et diligit. Eum tu non modo suorum [8] civium, verum etiam [9] pæne [10] Achajæ principem cognosces. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem [11] patefacio, et [12] munio. [13] Cognitum, per te ipsum, [14] quæ tua natura est, dignum tua amicitia, atque hospitio judicabis. Peto igitur a te, ut his literis lectis, recipias eum in tuam [15] fidem, [16] polliceare omnia te [17] facturum mea causa. De reliquo, si id, quod confido [18] fore, dignum eum tua amicitia, hospitioque cognoveris, peto, ut eum complectare, diligas, [19] in tuis habeas. Erit id mihi majorem in modum gratum. Vale.

LXXIX. [1] M. T. C. ALLIENO PROCOS. S. D.

Et te scire arbitror, quanti [2] fecerim C. Avianum Flaccum: et ego [3] ex ipso audieram, optimo et gratissimo homine, quam a te [4] liberaliter esset tractatus. Ejus filios, dignissimos [5] illo patre, meosque [6] necessarios, quos ego [7] unice diligo, commendo tibi sic, ut majore [8] studio nullos commendare possim. C. Avianus in Sicilia est: [9] Marcus est nobiscum. Ut [10] illius dignitatem [11] præsentis ornes, rem [12] utriusque defendas, te rogo. Hoc mihi gratius in [13] ista provincia facere nihil potes. Idque ut facias, te vehementer [14] etiam atque etiam rogo. Vale.

5 Ante alios. 6 Honore. 7 Officiis assiduis. 8 Sicyoniorum, vel Siculorum, inter quos versatur. 9 Fere. 10 Regionis Greciæ, in qua urbs Sycon sita. 11 Aperio. 12 Firmum facio. 13 Ubi cognoveris. 14 Uti tua natura est. 15 Protectionem. 16 Supple, et ut. 17 Supple, ei. 18 Futurum esse. 19 In numero tuorum.

1 C. et M. Avianos fratres, C. Aviani filios, Allieno commendat. 2 Æstimaverim. 3 Ab. 4 Liberali modo. 5 Tali, tam optimo. 6 Familiarissimos amicos. 7 Singulariter. 8 Affectu et conatu. 9 Caii frater. 10 Caii. 11 Tibi, sc. 12 Caii et Marci. 13 Sc. tua. 14 Iterum atque iterum.

LIBER DECIMUS QUARTUS

I. * [1] M. T. C. [2] TERENTIÆ, ET TULLIOLÆ, ET CICERONI, SUIS S. D.

Et literis [3] multorum, et sermone [4] omnium perfertur ad me, [5] incredibilem tuam virtutem, et fortitudinem esse: teque nec [6] animi, nec corporis laboribus [7] defatigari. Me miserum, [8] te ista virtute, fide, probitate, humanitate, in tantas [9] ærumnas propter me incidisse! [10] Tulliolamque [11] nostram, ex quo patre tantas voluptates [12] capiebat, ex [13] eo tantos percipere luctus! Nam quid ego de [14] Cicerone dicam? qui cum primum [15] sapere cœpit, acerbissimos dolores, miseriasque [16] percepit. [17] Quæ si, ut tu scribis, [18] fato facta putarem, [19] ferrem [20] paulo facilius: sed omnia sunt mea [21] culpa commissa, qui [22] ab his me amari putabam, qui invidebant: [23] eos non sequebar, qui petebant. Quod si [24] nostris consiliis usi essemus, neque apud nos [25] tantum valuisset [26] sermo aut stultorum amicorum, aut improborum, beatissimi viveremus. Nunc, [27] quando [28] sperare nos amici jubent, [29] dabo operam [30] ne mea valetudo tuo labori desit. Res [31] quanta sit intelligo, quantoque fuerit facilius manere [32] domi, quam [33] redi-

1 Hujus libri epistolæ sunt ad Terentiam, uxorem Ciceronis missæ, quo tempore in exilium erat pulsus, iniquissima P. Clodii tribuni pleb. rogatione, cum provinciam Ciliciam Proconsul administrabat, cum bellum civile inter Pompejum et Cæsarem ortum et gestum est. Sed in hac prima dolet, sua culpa et amicorum consiliis Terentiam in tantas miserias et calamitates incidisse, et quam spem ab exilio redeundi habeat ostendit. Postremo Terentiæ venditionem villæ dissuadet et improbat. Epistola est lamentatoria et narratoria. 2 Hæc quatuor nupsit viris, Ciceroni, Sallustio Crispo, Messalæ Corvino, et Vibio Rufo; vixitque annos cm. Vid. Plin. l. vii. c. 48. 3 Sc. qui ad me scribunt. 4 Qui sc. de te loquuntur. 5 Tam magnam, ut credi non possit. 6 Ut curis et solicitudinibus. 7 Ad extremum, ultra quod nil possis fatigari. 8 Sc. præditam. 9 Calamitates et miserias. 10 Tulliam, quam blandiendi gratia sic nominat. 11 Filiam. 12 Ante exilium. 13 Nunc exsule. 14 Communi filio. 15 Aliquid intelligere: agebat enim jam octavum ætatis suæ annum. 16 Sc. in patre. 17 Sc. mala aut adversa. 18 Ex decreto et effato Deorum. 19 Tolerarem. 20 Modico. 21 Errore. 22 Insimulat Pompejum, Catonem, Hortensium, Arrium, et alios, qui auctores ei fuerunt, ut Clodio trib. pleb. cederet, ne causa civilis contentionis esset. 23 Lucullum, qui suasit ut armis potius cum Clodio decertaret, quam in exilium iret; vel Cæsarem a quo delatam legationem accipere noluit. 24 Ut pugnarem potius, quam a patria discederem. 25 Tantum habuisset ponderis. 26 Oratio vel consilium. 27 Quandoquidem. 28 Bonam spem de reditu habere. 29 Curabo. 30 Ne vel tu vel amici pro mea salute frustra laborent. 31 Quantæ difficultatis. 32 In patria. 33 Ab exilio.

re. Sed tamen, si omnes, [34] tribunos pl. [35] habemus, si [36] Lentulum tam [37] studiosum, quam videtur, si vero etiam [38] Pompejum et Cæsarem, non est [39] desperandum. De [40] familia, quo modo placuisse amicis scribis, faciemus. De [41] loco nunc quidem jam abiit pestilentia, sed, quam diu fuit, me non attigit. [42] Plancius, homo officiosissimus, me cupit esse secum, et adhuc retinet. Ego volebam loco [43] magis deserto esse in [44] Epiro: quo neque [45] Hyspo veniret, nec [46] milites: sed adhuc Plancius me retinet. Sperat posse fieri, ut mecum in Italiam [47] decedat. Quem ego diem si [48] videro, et si in [49] vestrum complexum venero, [50] ac si et vos et meipsum recuperaro; satis magnum mihi fructum videbor percepisse et [51] vestræ [52] pietatis et meæ. [53] Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra [54] possit. Utinam ea res ei voluptati sit: [55] gloriæ quidem video fore. [56] De Q. fratre [57] nihil ego te [58] accusavi; sed vos, cum præsertim tam pauci sitis, volui [59] esse quam conjunctissimos. [60] Quibus me voluisti agere gratias, [61] egi, et me a te certiorem factum esse scripsi. Quod ad me, mea Terentia, scribis te [62] vicum [63] vendi-turum; quid obsecro te, (me miserum!) quid futurum est? Et si nos premet eadem fortuna, quid [64] puero misero fiet? Non queo reliqua scribere, ([65] tanta vis lacrymarum est) ne te in eundem fletum adducam. [66] Tantum scribo: si [67] erunt, in officio amici, pecunia non [68] deerit: si [69] non erunt, tu [70] efficere [71] tua pecunia non poteris. Per fortunas miseras nostras, vide, ne puerum [72] perditum [73] perdamus. Cui si [74] aliquid erit, ne [75] egeat: mediocri virtute opus est, et mediocri [76] fortuna, ut [77] cætera consequatur. Fac [78] valeas, et ad

34 Designatos; nondum enim magistratum inierant. 35 Supple, faventes. 36 Consulem designatum. 37 Nostri. 38 Supple, studiosos. 39 De reditu. 40 Servis, quos postea liberavit, veritus, ne cum cæteris bonis publicarentur. 41 Quem scribis fugiendum. 42 Cn. Plancius, quæstor in Macedonia, pro quo exstat oratio. 43 Minus ab hominibus frequentato. 44 Regione Græciæ late sumptæ, inter Macedoniam et Achajam sitæ. 45 Inimicus, ut videtur, Ciceronis. Al. *Piso*. 46 Quorum referta fuit Græcia. 47 Ex provincia. 48 Vixero. 49 Terentiæ, et liberorum. 50 Et quasi vos. 51 Terentiæ et liberorum. 52 Pii amoris. 53 Crassipedis, generi nostri. 54 Sc. esse. 55 Ad gloriam ejus futuram. 56 Propter Q. Fratrem. 57 Non. 58 In aliis literis. 59 Vivere maxime unanimes. 60 Supple, iis. 61 Sc. gratias. 62 Villam totam quam in agro habemus. 63 Vendituram, ut mihi pecuniam suppeditare possis. 64 Ciceroni. 65 Tam Vehemens copia. 66 Solummodo id scribo. 67 Facient, quod eorum est officii. 68 Ad reditum comparandum, vel Ciceronem sustentandum. 69 Deerunt officio suo amici. 70 Ut ego non egeam. 71 Per tuam pecuniam. 72 Miserum calamitate nostra. 73 Vico vendito, et rei familiaris jactura. 74 Sc. rei. 75 Paupertate laboret. 76 Sc. divitiarum, et facultatum. 77 Quæ ad gloriam et dignitatem pertinent. 78 Supple, ut.

me tabellarios mittas: ut sciam quid [79] agatur, et vos quid agatis. [80] Mihi omnino jam brevis expectatio est. Tulliolæ et Ciceroni salutem dic. Valete. D. [81] A. D. VI. kal. Dec. [82] Dyrrhachii Dyrrhachium veni,[83] quod [84] et [85] libera civitas est, et in me officiosa, et proxima Italiæ. Sed si [86] offendet me loci [87] celebritas, [88] alio me conferam, et ad te scribam.

II. [1] M. T. C. TERENTIÆ, ET TULLIOLÆ, ET CICERONI SUIS S.D.

Noli putare me ad quenquam [2] longiores epistolas scribere, nisi si quis ad me [3] plura scripsit, cui puto [4] rescribi oportere. Nec enim habeo quod scribam: nec hoc tempore quicquam [5] difficilius [6] facio. Ad te vero et ad nostram [7] Tulliolam non queo sine plurimis lacrymis scribere. Vos enim video esse [8] miserrimas, quas ego [9] beatissimas semper esse volui: idque [10] præstare debui: et, nisi tam timidi fuissemus, præstitissem. Pisonem [11] nostrum merito ejus amo plurimum. Eum ut potui, per litteras [12] cohortatus sum, gratiasque egi, ut debui. In [13] novis tribunis pleb. intelligo [14] spem te habere. [15] Id erit firmum, si Pompeii voluntas [16] erit: sed Crassum tamen [17] metuo. A te [18] quidem omnia fieri fortissime et amantissime video, nec miror: sed [19] mœreo casum ejusmodi, ut tantis [20] miseriis meæ miseriæ [21] sublevantur. Nam ad me P. Valerius, homo officiosus, scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a [22] Vestæ ad [23] tabulam Valeriam ducta esses. [24] Hem mea lux, meum desiderium, [25] unde omnes [26] opem petere solebant, te nunc, mea Terentia, sic [27] vexari, sic jacere in lacrymis, et [28] sordibus! idque fieri mea culpa: qui cæteros [29] servavi, ut nos [30] periremus! quod de

79 Romæ in Republ. 80 Arbitror fore, ut literas vestras brevi accipiam. 81 Die ante kalendas decembres sexto. 82 Oppido Macedoniæ, quod et *Epidamnum* olim, nunc *Durazzo* vocatum est. 83 Propterea quod. 84 Simul. 85 Sui juris, ut exsules ibi tuti esse possent. 86 Displicebit mihi. 87 Frequentia propter homines. 88 In Epirum.

1 Literarum suarum brevitatem excusat; Pisonis generi officia laudat; Terentiæ vicem dolet; rogat, ne sumptus de suo faciat, et valetudini serviat. Commendatoria et dissuaroria est epistola. 2 Aliquantulum longas. 3 Valde multa. 4 A me. 5 Invitius. 6 Quam scribere. 7 Tulliam filiam, Pisonis uxorem. 8 Infelicissimas. 9 Felicissimas. 10 Re efficere. 11 Sc. generum. 12 Ne intermittat officia sua. 13 Nuper designatis. 14 Reditus mei. 15 Quod speras. 16 Aderit. 17 Timeo. 18 Certe. 19 Doleo. 20 Calamitatibus. 21 Minuuntur. 22 Templo aut æde. 23 Locum in foro, in quo Tribuni plebis convenire soleban', Cicero in Vatiu. *Cum eum tu consulem in vincula duceres, et a* tabula Valeria *collegæ tui mitti juberent*. 24 Flentis vox. 25 A qua. 26 Auxilium. 27 Sc. dignum est, aut ferendum, aut Diis placitum. 28 Squalidis vestibus. 29 A conjuratione Catilinaria. 30 Nam quid iniquius,

domo scribis, hoc est de [31] area: ego vero tum denique mihi videbor [32] restitutus, si illa nobis erit restituta. Verum [33] hæc non sunt in nostra [34] manu. Illud doleo, quæ impensa facienda est, in [35] ejus partem te miseram, et [36] despoliatam venire. Quod si conficitur [37] negotium, [38] omnia consequemur: sin eadem nos fortuna premet, etianne [39] reliquias tuas misera [40] projicies? Obsecro te, mea [41] vita, quod [42] sumtum attinet, sine alios, qui possunt, [43] si modo volunt, [44] sustinere: et valetudinem [45] istam infirmam, si me amas, noli [46] vexare. Nam mihi ante oculos dies noctesque [47] versaris: omnes labores te [48] excipere video, timeo [49] ut [50] sustineas, sed video in te esse [51] omnia. Quare, ut id quod speras et quod [52] agis, consequamur, [53] servi valetudini. Ego ad quos [54] scribam, nescio, nisi aut ad eos, qui ad me scribunt; aut ad eos, de quibus ad me vos aliquid scribitis. [55] Longius, quoniam vobis ita placet, non discedam: sed velim, quam sæpissime literas [56] mittatis, præsertim siquid est firmius quod speremus. Valete, [57] mea desideria. Valete. Dat. A.D. III. Non.Octob. [58] Thessalonicæ.

III. [1] M. T. C. TERENTIÆ, TULLIOLÆ, ET CICERONI* SUIS S. D.

Accepi ab [2] Aristocrito tres [3] epistolas, quas ego lacrymis [4] prope delevi. [5] Conficior enim [6] mœrore, mea Terentia: nec me meæ miseriæ magis excruciant, quam tuæ, [7] vestræque. Ego autem [8] hoc miserior sum, quam tu, quæ es miserrima, quod ipsa calamitas communis est utriusque nostrum, sed culpa [9] mea propria est. Meum fuit officium, vel [10] legatione vi-

quam perire eum, qui cæteros servavit. 31 Eversa enim domo Ciceronis area supererat, quæ postea reverso in patriam restituta est, et superficies æstimata. 32 In patriam. 33 Ut ego restituar ipse, et nobis restituantur amissa. 34 Potestate. 35 Impensæ. 36 Spoliatam, nempe, bonis. 37 Reditus mei. 38 Resarcietur omnis jactura. 39 Quæ tibi e bonis supersunt. 40 Vili vendes. Florus l. 11. c. 6. *Quid signorum, quid vestium, quid tabularum raptum, incensum, atque* projectum *est?* Id est, vilissimo pretio venditum. 41 Blandula allocutio; pro quo et Græce dicebatur ζωὴ και ψυχή, vita et anima sc. mea. 42 Sc. faciendum. 43 Dummodo. 44 Sufferre. 45 Tuam. 46 Nimis torquere. 47 Videris mihi repræsentari. 48 In te suscipere. 49 Ne non. 50 Sustinere possis. 51 Auxilia et bona. 52 Moliris adsequi. 53 Inservi. 54 Scribere debeam. 55 Sc. ab urbe Roma. 56 Supple, ut. 57 Terentia, Tullia, Cicero, quos omnes videre et complecti desidero. 58 Nobilissima Macedoniæ civitate, a Cassandro condita, hodie *Salonichi*.

1 Sua culpa factum esse dolet, quod et ipso et sui omnes in maximas miserias inciderint: deinde ad varia literarum Terentiæ capita respondet. Epistola est lamentatoria. 2 Liberto nostro. 3 Sc. allatas. 4 Fere. 5 Pereo. 6 Tristitia. 7 Tulliæ et Ciceronis, liberorum nostrorum. 8 In hoc. 9 Mea solius. 10 A Cæsare, Galliæ proconsule, oblata.

tare [11] periculum, vel diligentia, et copiis [12] resistere, vel cadere fortiter. [13] Hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare [14] cum dolore [15] conficior, [16] tum etiam pudore. Pudet enim me, uxori meæ optimæ, suavissimis liberis [17] virtutem et diligentiam non [18] præstitisse. Nam mihi ante oculos dies noctesque versatur, [19] squalor vester, et [20] mœror, et infirmitas valetudinis tuæ: spes autem salutis [21] pertenuis ostenditur. [22] Inimici sunt multi, [23] invidi pene omnes. Ejicere nos [24] magnum fuit, [25] excludere facile est. Sed tamen, quam diu vos eritis in [26] spe, non [27] deficiam, ne [28] omnia mea culpa [29] cecidisse videantur. Ut [30] tuto sim, [31] quod laboras, id mihi nunc facillimum est: quem etiam inimici volunt vivere in tantis [32] miseriis. Ego tamen [33] faciam quæ præcipis. Amicis, quibus voluisti, egi gratias: et eas [34] literas [35] Desippo dedi: meque de [36] eorum officio scripsi a te certiorem esse factum? Pisonem [37] nostrum mirifico esse [38] studio [39] in nos et officio, et ego perspicio, et omnes prædicant. Dii [40] faxint, ut tali genero mihi præsenti tecum simul ac cum [41] liberis nostris frui liceat. Nunc spes reliqua est in [42] novis tribunis pleb. et in primis quidem [43] diebus: nam, si [44] inveterarit, [45] actum est. [46] Ea re ad te statim Aristocritum misi, ut ad me [47] continuo initia rerum, et rationem totius negotii posses scribere: etsi Desippo quoque ita [48] imperavi, statim ut recurreret: et ad [49] fratrem misi, ut [50] crebro [51] tabellarios mitteret. Nam ego [52] eo nomine sum [53] Dyrrhachii hoc tempore, ut quam celerrime, quid [54] agatur, audiam, et sim [55] tuto. Civitas enim hæc semper a [56] me defensa est. [57] Cum inimici nostri venire dicentur [58] tum in Epirum ibo. Quod scribis, te, si velim, ad me venturam: ego [59] vero, cum sciam magnam partem [60] istius oneris abs te [61] sustineri, te [62] istic esse volo. Si [63] perficitis quod

11 Exilii aut proscriptionis. 12 Clodio cæterisque adversariis. 13 Quam hoc, quod modo patimur. 14 Partim. 15 Pereo. 16 Partim. 17 Fortitudinem. 18 In resistendo inimicis. 19 Sordidus situs. 20 Mœstitia. 21 Valde tenuis. 22 Sc. aperti. 23 Invidentes gloriæ meæ. 24 Quia potuissem resistere. 25 Sc. ejectum. 26 Restitutionis meæ. 27 In procuranda salute. 28 Exilium et permansio in exsilio. 29 Accidisse. 30 In loco tuto. 31 De quo solicita es. 32 Quæ morte finirentur. 33 Ea. 34 Per quas gratias egi. 35 Domestico nostro. 36 Amicorum. 37 Generum. 38 Affectu. 39 Erga. 40 Faciant. 41 Tullia et Cicerone. 42 Nuper designatis. 43 Magistratus eorum. 44 In oblivionem res abierit. 45 Nulla spes est reliqua. 46 Propterea. 47 Mox. 48 Mandatum dedi. 49 Quintum. 50 Frequenter. 51 Latores literarum. 52 Ea ratione. 53 Oppido Macedoniæ. 54 Romæ de me. 55 In loco tuto. 56 Tanquam patrono. 57 Quando. 58 Tunc. 59 Revera. 60 Restitutionis meæ. 61 Sufferri. 62 Romæ. 63 Effectum datis.

[64] agitis, me ad vos venire oportet: [65] sin autem, [66] sed mihi est opus reliqua scribere. Ex primis, aut [67] summum secundis literis tuis [68] constituere poterimus, quid nobis faciendum sit. Tu [69] modo ad me velim omnia [70] diligentissime perscribas: etsi magis jam [71] rem, quam literas, debeo expectare. Cura ut valeas: et ita tibi persuadeas, mihi te carius nihil esse, nec unquam fuisse. Vale mea Terentia, quam ego [72] videre videor: itaque [73] debilitor lacrymis. Vale. Pridie Kal.Dec.

IV. [1] M. T. C. TERENTIÆ, TULLIOLÆ, ET CICERONI, SUIS S. D.

Ego minus sæpe ad vos [2] do literas, [3] quam possum: propterea quod [4] cum omnia mihi tempora sunt [5] misera, [6] tum vero, cum aut scribo ad vos, aut [7] vestras lego, [8] conficior lacrymis sic, ut [9] ferre non possim. [10] Quod utinam [11] minus vitæ cupidus fuissem: certe nihil aut non multum in [12] vita mali vidissemus. Quod si nos ad aliquam alicujus commodi [13] aliquando recuperandi spem fortuna reservavit; [14] minus est erratum a nobis. [15] Sin hæc mala [16] fixa sunt. Ego vero te quamprimum, mea vita, cupio videre, et [17] in tuo complexu [18] emori, [19] quando neque Dii, quos tu [20] castissime coluisti, neque homines, [21] quibus ego servivi, nobis gratiam [22] retulerunt. Nos Brundusii apud M.Lenium Flaccum dies XIII. fuimus, virum optimum, qui periculum [23] fortunarum et [24] capitis sui pro mea salute neglexit: neque [25] legis [26] improbissimæ pœna [27] deductus est, [28] quominus hospitii et amicitiæ jus officiumque præstaret. Huic utinam [29] aliquanto gratiam referre possimus? [30] habebimus quidem semper. Brundusio profecti su-

64 Molimini. 65 Hac particula utuntur veteres, cum res inauspicatas, a quibus enarrandis abhorrent, reticere volunt. 66 Aposiopesis; ut apud Virgilium Æneid. I. *Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.* 67 Ad summum. 68 Decernere. 69 Solummodo. 70 Accuratissime. 71 Ipsam, sc. reditum in patriam. 72 Præsentem. 73 Debilis fio per lacrymas.

1 Scribit non solum dolenter, sed et molliter ad Terentiam quo dolore conficiatur, et ad varia capita literarum Terentiæ respondet. Epistola est varia. 2 Mitto. 3 Sc. si volo. 4 Partim. 5 Afflicta. 6 Partim. 7 Litteras. 8 Consumor. 9 Sustinere. 10 Propter quod. 11 Non tam. 12 Nostra. 13 Tandem. 14 Non tam multum. 15 Aposiopesis, ut in epistola superiori, et particula, qua res inauspicatas aversamur. 16 Firma et diuturna. 17 Dum nos invicem complectimur. 18 Mori. 19 Quandoquidem. 20 Religiosissime. Ep. sequente. 7 *Cui quidem tu Deo, quemadmodum soles, pie et* caste *satisfacias.* 21 Quorum commodis ego inservivi. 22 Pro benefactis nostris. 23 Rei familiaris. 24 Vitæ suæ. 25 Clodiæ, qua Ciceroni aqua et igni interdictum erat, et pœna irrogata iis, qui Ciceronem tecto recepissent intra CL. millia passuum. Ep. 4. ad Att. l. III. 26 Iniquissimæ. 27 Absterritus. 28 Ut non. 29 Tandem. 30 Sc. in animo.

mus [31] a. d. v. Kal. Majas, per Macedoniam [32] Cyzicum petebamus, o me perditum! o afflictum! [33] quid nunc rogem te ut venias, mulierem [34] ægram, et corpore et animo [35] confectam, [36] non rogem? [37] sine te igitur sim? [38] Opinor, sic agam. Si est spes nostri reditus, eam confirmes, et [39] rem adjuves: sin, ut ego metuo, [40] transactum est, [41] quoquo modo potes, ad me fac venias. Unum hoc scito: si te habebo, non mihi videbor [42] plane periisse. Sed quid de Tulliola [43] mea fiet? jam id [44] vos videte: mihi deest consilium. Sed certe [45] quoquo modo se res habebit, illius [46] misellæ et [47] matrimonio et famæ [48] serviendum est. Quid Cicero [49] meus, quid aget? Iste vero sit in sinu semper et complexu meo. Non queo jam plura scribere: impedit [50] mœror. Tu quid egeris, nescio utrum [51] aliquid [52] teneas, an, (quod metuo) [53] plane sis spoliata, [54] Pisonem, ut scribis, spero [55] fore semper [56] nostrum. De [57] familia [58] liberata nihil est quod te [59] moveat. Primum [60] tuis ita promissum est, te facturam esse ut quisque esset meritus. Est autem in [61] officio adhuc Orpheus, [62] præterea [63] magnopere nemo. Cæterorum servorum [64] ea causa est, ut si [65] res a nobis abesset, liberti nostri essent, [66] si obtinere potuissent; [67] sin; [68] ad nos pertinerent, servirent; præterquam [69] oppido pauci. Sed hæc [70] minora sunt. Tu quod me hortaris ut animo sim magno, et spem habeam recuperandæ salutis; id velim [71] sit ejusmodi, ut [72] recte sperare possimus. Nunc, miser, [73] quando tuas jam literas accipiam? quis ad me perferet? quas ego exspectassem Brundisii, si esset licitum per nautas, qui [74] tempestatem prætermittere noluerunt. Quod reliquum est, sustenta te, mea Terentia, ut potes. [75] Honestissime viximus, [76] floruimus. Non [77] vitium nostrum, sed [78] virtus nostra nos [79] afflixit. Peccatum [80] est nullum, nisi quod non una [81] animam cum [82] ornamentis amisimus. Sed, si hoc fuit liberis nostris

31 Die quinto ante kalendas maias. 32 Nobilissimam Asiæ urbem ad Propontidem. 33 Propter quid nunc petam abs te. 34 Debilem. 35 Consumptam. 36 Non debeam rogare? 37 Oporteat me esse sine te? 38 Supple, ut. 39 Reditum nostrum. 40 Penitus actum et desperandum. 41 Quocunque. 42 Omnino. 43 Filia. 44 Qui Romæ estis. 45 Quocunque. 46 Miseræ. 47 Conjugio cum Pisone. 48 Consulendum. 49 Filius. 50 Tristitia. 51 Rerum. 52 Possideas. 53 Omnino. 54 Generum nostrum. 55 Futurum esse. 56 Nobis faventem. 57 Servorum. 58 Manumissa. 59 Movere vel turbare debeat. 60 Servis. 61 Servitio. 62 Præter eum. 63 Valde. 64 Talis. 65 Bona nostra a Clodio publicata. 66 Ut sc. essent liberti. 67 Sin sc, res non abesset. 68 Essent nostra possessio. 69 Valde. 70 Sc. damna. 71 Supple, ut. 72 Non frustra. 73 Quia procul absum. 74 Navigandi opportunitatem. 75 In maximo honore. 76 In foro et Senatu. 77 Improbitas vitæ. 78 Præstita in conservanda republica. 79 Miseros effecit. 80 Nobis. 81 Vitam. 82 Dignitatibus et honoribus.

[83] gratius, nos vivere, cætera, quanquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego, qui te confirmo, ipse me non [84] possum. [85] Clodium [86] Philetærum, [87] quod valetudine oculorum impediebatur, hominem fidelem, remisi. Sallustius officio vincet omnes. Pescenius est [88] perbenevolus nobis: quem semper spero tui [89] fore [90] observantem. [91] Sicca dixerat se mecum fore, sed Brundisio discessit. Cura, [92] quoad potes, ut valeas: et sic existimes, vehementius me tua miseria, quam mea [93] commoveri. Mea Terentia, fidissima atque optima uxor, et mea carissima [94] Tulliola, et spes [95] reliqua nostra Cicero, valete.[96] Pridie Kal. Maii. Brundisio.

V. [1] M. T. C. TERENTIÆ, ET TULLIOLÆ SUIS S. D.

Si tu, et Tullia, [2] lux nostra, valetis, ego, et [3] suavissimus [4] Cicero, valemus. Prid. Id. Octobres Athenas [5] venimus, cum [6] sane [7] adversis ventis usi essemus, tardeque et incommode navigassemus. De navi exeuntibus nobis [8] Acastus cum literis [9] præsto fuit, [10] uno et vigesimo die, sane strenue. Accepi tuas literas: quibus intellexi, te vereri, ne [11] superiores mihi [12] redditæ non essent. [13] Omnes sunt redditæ, [14] diligentissimeque a te perscripta sunt omnia: idque mihi gratissimum fuit. Neque sum admiratus, hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse. Jam enim me ipsum expectas, sive [15] nos ipsos: qui quidem [16] quam primum ad vos venire [17] cupiamus: etsi, in [18] quam Rempub. venimus, intelligo. Cognovi enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Acastus, [19] ad arma rem [20] spectare: ut mihi, cum venero, dissimulare non liceat, quid sentiam. Sed, [21] quando subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam ut veniamus; [22] quo facilius de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo [23] valetudinis tuæ fiat, [24] quam longissime poteris, obviam nobis [25] properes. De hæreditate

83 Utilius. 84 Sc. confirmare. 85 Libertum. 86 Amicorum amicum, si Græcum nomen Latinis verbis explices. 87 Quia. 88 Valde benevolus. 89 Futurum esse. 90 Cultorem. 91 In cujus fundo Vibonensi fuerat. 92 Dum. 93 Excruciari. 94 Tullia filia. 95 Sola superstes. 96 Ultimo Aprilis.

1 Narrat Terentiæ navigationem suam cum filio, uxoris diligentiam in scribendo laudat, quidque ea agere debeat, edocet. Epistola est narratoria. 2 Gaudium nostrum. 3 Jucundissimus. 4 Filius. 5 Appulsi sumus ex Cilicia redeuntes. 6 Certe. 7 Adversos ventos habuissemus. 8 Servus noster. 9 Præsens et paratus. 10 Post discessum suum Roma. 11 Anteriores sc. literæ. 12 Traditæ. 13 Literæ. 14 Accuratissime. 15 Me et filium. 16 Valde cito. 17 Desideremus. 18 Qualem. 19 Cæsare et Pompejo dissidentibus. 20 Tendere et inclinare. 21 Quandoquidem impendentem fortunam vitare non licet. 22 Ut. 23 Sanitatis. 24 Quantum poteris longissime. 25 Cito venias.

[26] Præciana, quæ quidem mihi magno dolori est, (valde enim [27] illum amavi) hoc velim cures, si [28] auctio ante meum adventum fiet, ut Pomponius, aut, si is [29] minus poterit, Camillus nostrum [30] negotium curet. Nos cum salvi [31] venerimus, reliqua per nos agemus. [32] Sin tu jam Roma profecta eris, tamen [33] curabis, ut hoc ita fiat. Nos, si Dii adjuvabunt, circiter Id. Nov. in Italia speramus [34] fore. Vos, mea suavissima et optatissima Terentia et Tulliola, si [35] nos amatis, curate ut valeatis. Athenis a. d. xv. Kal. Nov.

VI. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Nec sæpe [2] est cui literas [3] demus, nec rem habemus ullam, quam scribere velimus. Ex tuis literis, quas [4] proxime accepi, cognovi prædium nullum [5] venire potuisse. Quare [6] videas velim, quomodo [7] satisfiat ei, cui scis me satisfieri velle. Quod [8] nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi [9] merito tuo gratias agere possit. [10] Pollicem, si adhuc non est [11] profectus, quamprimum fac [12] extrudas. Cura ut valeas. Id. Quint.

VII. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Omnes molestias, et sollicitudines, quibus et te [2] miserrimam habui, [3] id quod mihi molestissimum est, [4] et Tulliolam quæ nobis nostra vita [5] dulcior est, deposui, et ejeci. Quid causæ autem fuerit, [6] postridie intellexi quam a vobis discessi, [7] χολὴν ἄκρατον noctu [8] ejeci. Statim ita sum levatus, ut mihi Deus aliquis [9] medicinam fecisse videatur. Cui quidem tu Deo, quemadmodum soles, pie et [10] caste [11] satisfacias: id est, [12] Apollini, et Æsculapio. Navim spero nos valde bonam habere. In eam [13] simulatque conscendi, hæc scripsi. Deinde conscri-

Al. *prodeas.* 26 Quæ nobis obvenit ex obitu Precii. 27 Precium. 28 Venditio per auctionem. 29 Non. 30 De parte hæreditatis. 31 In urbem. 32 Sed si. 33 Per nuncios. 34 Esse. 35 Me et filium Ciceronem.

1 Excusat se, quod raro scribat, voluntatem suam in ære alieno dissolvendo significat, et Pollicem servum ad se mitti cupit. Epistola est excusatoria et hortatoria. 2 Supple, aliquis. 3 Dare possimus. 4 Novissime. 5 Vendi. 6 Supple, ut. 7 Satisfieri possit. 8 Supple, filia Tullia. 9 Propter meritum tuum. 10 Servum a pedibus. 11 Ut ad nos veniat. 12 Cogas iter aggredi.

1 Exponit uxori, quomodo ejecta bile sanatus sit, et hortatur ut bono sit animo; prostremo ostendit, ubi commode degere possit. Epistola est narratoria et hortatoria. 2 Afflictissimam. 3 Quæ res mihi est gravissima. 4 Tulliam filiam. 5 Delectabilior. 6 Die proxime sequenti. 7 Bilem meram. 8 Evomui. 9 Curasse me. 10 Religiose. 11 Vota solvendo. 12 Patri et filio, diis medicæ artis. 13 Statim postquam.

bam ad nostros [14] familiares multas epistolas: [15] quibus te et Tulliolam nostram diligentissime commendabo. Cohortarer vos, [16] quo animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognoscerem, quam [17] quenquam virum. Et tamen ejusmodi spero negotia esse, ut et vos [18] istic commodissime sperem esse, et me aliquando cum [19] similibus nostri Rempubl. defensuros. Tu primum valetudinem tuam velim [20] cures, deinde, tibi si videbitur, villis iis utere, quæ longissime aberunt a militibus. Fundo [21] Arpinati bene poteris uti cum [22] familia urbana, si annona [23] carior fuerit. Cicero [24] bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atque etiam vale. D. III. Id. Junii.

VIII. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: ego quidem valeo. Valetudinem tuam velim [2] cures diligentissime. Nam mihi et scriptum et [3] nuntiatum est, te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti [4] de Cæsaris literis certiorem, fecisti mihi gratum. [5] Item posthac, siquid opus erit, siquid acciderit novi, facies ut sciam. Cura ut valeas. Vale. D. IV. Non. Junias.

IX. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Ad cæteras meas [2] miserias accessit [3] dolor et a [4] Dolabellæ [5] valetudine, et [6] Tulliæ. [7] Omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam et Tulliæ valetudinem [8] cures. Vale.

X. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Quid fieri [2] placeret, scripsi ad [3] Pomponium, [4] serius quam oportuit. Cum eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim. [5] Apertius scribi, [6] cum ad [7] illum scripseram, necesse non fuit. De ea re et de cæteris rebus quamprimum velim nobis litteras [8] mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. Id. [9] Quint.

14 Amicos. 15 Familiaribus. 16 Ut. 17 Ullum. 18 Romæ. 19 Utpote boni publici amantibus. 20 Supple, ut. 21 Juxta Arpinum sito. 22 Servis, quos in urbe habes. 23 Nimis cara. 24 Lepidissimus noster filius.

1 Rogat, ut valetudinem curet, et gaudere se dicit, quod de Cæsaris literis certior factus sit. 2 Supple, ut. 3 Ore. 4 De literis, quas Cæsar misit, 5 Similiter.

1 Ostendit, se animi valde esse incertum. 2 Ærumnas. 3 Tristitia. 4 Generi Ciceronis, cui post mortem Pisonis nupsit Tullia. 5 Morbo. 6 Filiæ. 7 Plane. 8 Supple, ut.

1 Excusat se, cur clarius et longius non scribat. 2 Supple, mihi. 3 Sc. Atticum. 4 Tardius. 5 Clarius. 6 Quoniam. 7 Amicorum optimum. 8 Supple, ut. 9 Mensis Quintilis, qui postea *Julius* dictus est.

XI. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: ego valeo. Tullia [2] nostra [3] venit ad me pridie Id. Jun. cujus [4] summa virtute, et singulari humanitate, graviore etiam sum dolore affectus, [5] nostra factum esse [6] negligentia, ut [7] longe alia in fortuna esset, [8] atque ejus [9] pietas ac [10] dignitas postulabat. [11] Nobis erat in animo, [12] Ciceronem ad Cæsarem mittere, et cum eo Cn. Sallustium. [13] Si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XVII. Kal. Quint.

XII. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Quod [2] nos in Italiam salvos venisse gaudes, [3] perpetuo [4] gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magnisque injuriis, metuo ne id [5] consilii [6] cœperimus, quod [7] non facile explicare possimus. Quare, quantum potes, [8] adjuva. [9] Quid autem possis, [10] mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore, [12] nihil est: et longum est iter, et [13] non tutum: et non video [14] quid prodesse possis si veneris. Vale. D. pridie Non. Nov. Brundisio.

XIII. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Quod scripsi ad te [2] proximis [3] literis de [4] nuntio remittendo, quæ sit [5] istius [6] vis hoc tempore, et quæ concitatio [7] multitudinis, ignoro. Si metuendus [8] iratus est, [9] quies tamen ab illo fortasse nascetur. [10] Totum judicabis quale sit, et quod in miserrimis rebus minime miserum [11] putabis, id facies. Vale. VI. id. Quint.

1 Scribit se dolere de Tulliæ fortuna. 2 Filia. 3 Brundisium. 4 Propter virtutem et humanitatem. 5 Mea. 6 Socordia. 7 Multo miseriore. 8 Quam. 9 In parentem. 10 Ex natalibus et matrimoniis orta. 11 Nos constitueramus. 12 Filium. 13 Quando.

1 Dicit se in Italiam rediisse, monetque uxorem, ne sibi obviam eat. 2 Me et filium nostrum. 3 Semper. 4 Supple, ut. 5 Redeundi. sc. in Italiam. 6 Iniverimus. 7 E sententia non facile succedat. 8 Me. 9 In quo possis nos adjuvare. 10 Non possum considerare. 11 Quod te committas viæ. 12 Nulla est ratio. 13 Propter inimicos. 14 In quo.

1 Consilium dat uxori de remittendo nuncio. 2 Proxime missis. 3 Supple, in. 3 Quem ad te misi. 5 Cæsaris ex Ægypto redeuntis. 6 Impetus. 7 Urbanæ. 8 Sc. Cæsar. 9 Status tranquillus. 10 Hoc totum, quod ego disputo. 11 Existimabis.

XIV. [1] TULLIUS TERENTIÆ, ET PATER TULLIOLÆ, DUABUS ANIMIS SUIS, ET CICERO MATRI OPTIMÆ, SUAVISSIMÆ SORORI S. D.

Si vos valetis, nos valemus. [2] Vestrum jam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. Si [3] ille Romam [4] modeste venturus est, [5] recte [6] in præsentia domi esse potestis, sin homo [7] amens [8] diripiendam urbem daturus est, vereor ut Dolabella [9] ipse satis vobis prodesse possit. Etiam illud metuo, ne jam [10] intercludamini, ut, cum velitis, [11] exire non [12] liceat. [13] Reliquum est, quod [14] ipse optime considerabitis, [15] vestri similes fœminæ [16] sintne Romæ. Si enim non sunt, [17] videndum est, ut honeste vos esse possitis. [18] Quomodo quidem nunc se res habet, modo ut [19] hæc vobis loca tenere liceat, [20] bellissime vel mecum vel in nostris prædiis esse poteritis. Etiam illud verendum est, ne [21] brevi tempore [22] fames in urbe sit. His de rebus velim cum [23] Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis [24] videbitur, [25] consideretis: [26] ad summam, animo forti sitis. [27] Labienus [28] rem meliorem fecit. [29] Adjuvat etiam [30] Piso, quod ab urbe discedit, et [31] sceleris condemnat [32] generum suum. Vos, meæ carissimæ animæ, [33] quam sæpissime ad me scribite et vos quid agatis, et quid [34] istic agatur. [35] Quintus pater et filius et [36] Rufus vobis salutem dicunt. Valete. VIII. Kal. Quintil. [37] Menturnis.

XV. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: ego valeo. [2] Constitueramus (ut ad te an-

1 Rursus consulit Terentiæ, quid faciendum sit; sed explicatius, quam in superiore. Epistola est narratoria. 2 Vos debetis jam judicare, non solum ego. 3 Cæsar. 4 Pacifice. 5 Convenienter. 6 Præsenti tempore. 7 Insolens et sine bona mente. 8 Sc. militibus suis. 9 Qui multum potest apud Cæsarem. 10 Arceamini. 11 Egredi urbe. 12 Sit facultas. 13 Sc. consilii. 14 Vosmet sine me. 15 Eodem, quo vos, loco. 16 Utrum sint. 17 Vereor, ne non possitis. 18 Ut se nunc res habet, pro statu rerum præsenti. Al. *quomodocumque*. 19 Oram Campaniæ et maritimam. Vid. l. XVI. ep. 10. et 11. 20 Commodissime. 21 Intra breve tempus. 22 Ob penuriam cibi. 23 Attico. 24 Utile. 25 Consulatis. 26 Ut præcipua vota mandem. 27 Qui relicto Cæsare, cujus legatus erat, ad Pompejum se contulit. Vid. lib. XVI. epist. 11. 28 Pompejanam. 29 Rem Pompeji. 30 Socer Cæsaris. 31 Iniqui belli. 32 Cæsarem. 33 Valde sæpe. 34 Romæ. 35 Frater Ciceronis. 36 Fortasse M. Cælius Rufus, qui ad Ciceronem in Cumanum venit. lib. II. ep. 16. vel Mescinius Rufus. Ciceronis in provincia Quæstor. lib. V. ep. 19. 20. 37 Oppido Auruncorum in Latio, paullum supra Liris fluvii ostia, cujus hodie tantum rudera supersunt.

1 Consilii sui de mittendo ad Cæsarem Cicerone mutationem significat. Nunciatoria est epistola. 2 Decreveramus.

tea scripseram) obviam [3] Ciceronem [4] Cæsari mittere: sed mutavimus consilium, quia de [5] illius adventu nihil audiebamus. De [6] cæteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen, quid velimus, et quid hoc tempore [7] putemus [8] opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. [9] Tulliam adhuc mecum [10] teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale XII. Kal. Quint.

XVI. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: ego valeo. Etsi [2] ejusmodi tempora [3] nostra sunt, ut, [4] nihil habeam quod aut a te literarum exspectem, aut ipse ad te scribam: tamen nescio quomodo [5] et ipse vestras [6] literas exspecto, et scribo ad vos cum [7] habeo, qui ferat. [8] Volumnia debuit in te officiosior esse quam fuit, et idipsum quod fecit potuit [9] diligentius facere et cautius. Quanquam alia sunt quæ [10] magis curemus, magisque doleamus. Quæ me ita [11] conficiunt, ut ii voluerunt, qui me de mea [12] sententia [13] detruserunt. Cura ut valeas. pridie Non. Jan.

XVII. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si [2] quid haberem quod ad te [3] scriberem, facerem id [4] et pluribus verbis, et sæpius. Nunc quæ sunt negotia [5] vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex [6] Lepta, et Trebatio poteris cognoscere. Tu fac ut tuam et Tulliæ valetudinem cures. Vale.

XVIII. [1] M. T. C. TERENTIÆ, ET PATER SUAVISSIMÆ FILIÆ TULLIOLÆ, CICERO MATRI, ET SORORI S. D.

Considerandum vobis [2] etiam atque etiam, [3] animæ meæ, [4] diligenter, quid faciatis, [5] Romæ ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. [6] Id non solum meum consilium est, [7] sed etiam

3 Filium nostrum. 4 Venienti ex Ægypto. 5 Cæsaris. 6 Reliquis. 7 Existimemus. 8 Necessario fieri debere. 9 Filiam nostram. 10 Habeo.

1 Literas ab uxore exspectat, et a dolore, quem ab Volumnia acceperat, eam explicat. Epistola est nunciatoria. 2 Talia. 3 Quæ nos vivimus. 4 Nullas literas. 5 Simul. 6 Ab urbe mittendas. 7 Supple, aliquem. 8 Matrona romana, quæ se parum officiose in Terentiam gesserat. 9 Accuratius. 10 Quam privatum factum Volumniæ. 11 Absumunt. 12 Firmo proposito. 13 Violenter discedere fecerunt.

1 Cur nihil scribat, se excusat. Epistola est excusatoria. 2 Aliquid. 3 Scribere deberem. 4 Simul. 5 Scis. 6 Sc. amicis nostris.

1 Uxoris et filiæ consilio permittit, quid faciant, Romæ ne sint in adventu Cæsaris, aut cum ipso in aliquo loco tuto. Monitoria est epistola. 2 Frequenter. 3 Quæ mihi adeo charæ estis, quam anima mihi est. 4 Solerter. 5 Utrum maneatis Romæ. 6 Consilium de ea re capere non solum mihi incumbit. 7 Sed etiam incumbit vobis.

vestrum. Mihi veniunt in mentem hæc: Romæ vos esse [8] tuto posse per [9] Dolabellam, eamque rem posse nobis adjumento esse, si [10] qua vis, aut si quæ rapinæ [11] fieri cœperint. Sed [12] rursus illud me [13] movet, quod video omnes [14] bonos abesse Roma, et eos [15] mulieres suas secum habere. [16] Hæc autem regio, in qua ego sum, [17] nostrorum est tum oppidorum; tum etiam prædiorum: ut et [18] multum esse [19] mecum, et, cum [20] abieritis, [21] commodo et in nostris prædiis esse possitis. Mihi plane non satis [22] constat adhuc, [23] utrum sit melius. Vos videte, quid aliæ faciant [24] isto loco feminæ, et ne, cum velitis, exire non liceat: id velim diligenter [25] etiam atque etiam [26] vobiscum et cum amicis [27] consideretis. [28] Domus ut [29] propugnacula et [30] præsidium habeat, [31] Philotimo [32] dicetis. Et velim [33] tabellarios [34] instituatis [35] certos, ut quotidie aliquas a vobis literas accipiam. [36] Maxime autem date operam [37] ut valeatis, si non vultis valere. VIII. Kal. Feb. [38] Formiis.

XIX. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

In maximis meis doloribus [2] excruciat me [3] valetudo Tulliæ [4] nostræ. De qua nihil est [5] quod ad te plura scribam, tibi enim [6] æque magnæ curæ esse certo scio. Quod me proprius vultis [7] accedere, [8] video ita esse faciendum: et jam [9] ante fecissem: sed me [10] multa impedierunt, quæ [11] ne nunc quidem [12] expedita sunt. Sed a [13] Pomponio exspecto literas: quas ad me [14] quam primum perferendas [15] cures velim. Da operam ut valeas.

XX. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

In [2] Tusculanum nos [3] venturos putamus aut [4] Nonis, aut

8 Secure. 9 Ciceronis generum, amicum Cæsaris. 10 Aliqua. 11 Sc. per milites. 12 E contrario. 13 Turbat. 14 Optimates. 15 Uxores. 16 Campania. 17 Quorum ego sum patronus, vel imperio præfectus. 18 Frequenter. 19 Apud me. 20 A me. 21 Belle. 22 Manifestum est. 23 Romæ sc. manere, an ad me venire. 24 Istius, cujus vos estis, fœminæ. 25 Frequenter. 26 Inter vos. 27 Supple, ut. 28 Supple, nostra. 29 Defensoria. 30 Custodiam armatorum. 31 Liberto. 32 Mandabitis. 33 Literarum latores. 34 Supple, ut, ordinetis. 35 Non dubiæ fidei. 36 Præcipue. 37 Sospites sitis. 38 *Formiæ* municipium Latii in Auruncis, hodie *Mola*.

1 Dolorem suum ex filiæ valetudine, et difficultatem proprius accedendi significat. Epistola est nunciatoria. 2 Torquet. 3 Morbus. 4 Filiæ. 5 Cur. 6 Sc. ut mihi. 7 Romam. 8 Considero. 9 Sc. quam monuissetis. 10 Negotia. 11 Non etiam nunc. 12 Ad finem perducta. 13 Attico. 14 Citissime. 15 Supple, ut.

1 Post literas a Cæsare acceptas uxori mandat, ut omnia in Tusculano paret. Epistola est monitoria. 2 Villam nostram Tusculanam. 3 Supple, esse. 4 Istius mensis.

[5]postridie.[6]Ibi ut sint omnia parata;plures enim fortasse nobiscum erunt:et,ut arbitror,[7] diutius ibi commorabimur.[8]Labrum si in balneo non est,[9] ut sit: item [10] cætera,quæ sunt ad victum et ad valetudinem necessaria. Vale. Kal.Octob. de Venusino.

XXI. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: valeo. [2] Da operam, ut convalescas:quod [3] opus erit, ut res tempusque postulat, [4] provideas atque administres, et ad me de omnibus rebus quam sæpissime literas [5] mittas. Vale.

XXII. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: valeo. Nos quotidie tabellarios nostros expectamus, qui [2] si venerint, [3] fortasse erimus certiores,quid nobis faciendum sit: faciemusque te statim [4] certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Kal. Septembrib.

XXIII. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: valeo. [2] Redditæ mihi jam [3] tandem sunt a Cæsare literæ, satis [4] liberales: et ipse [5] opinione celerius [6] venturus esse dicitur. Cui utrum obviam [7] procedam, an hic eum [8] expectem, cum [9] constituero, [10] faciam te certiorem.[11] Tabellarios mihi velim [12] quamprimum [13] remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. prid. Id. Sext.

XXIV. [1] M. T. C. TERENTIÆ SUÆ S. D.

Si vales, bene est: valeo. Nos neque de Cæsaris [2] adventu, neque de [3] literis, quas [4] Philotimus habere dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid [5] erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam [6] fac ut cures. Vale. I. Id.Sext.

5 Die proxime secuturo. 6 Supple, fac. 7 Aliquandiu. 8 Vas lavationi aptum. 9 Supple, fac. 10 Supple, sint.

1 Terentiam, ad valetudinis aliarumque rerum curam, et diligentem scriptionem hortatur. Epistola est hortatoria. 2 Omni ope nitere. 3 Necessarium. 4 Supple, ut. 5 Supple, ut.

1 Scribit Terentiæ se tabellarios expectare, a quibus, quid agendum habeat, cognoscat, et statim esse rescripturum. Epistola est nunciatoria. 2 Ubi. 3 Quia poterant nihil scripsisse. 4 Sc. quid faciendum sit.

1 A Cæsare se literas dicit accepisse, et eum celerrime adventare; unde dubitat, an obviam eat. Epistola est nunciatoria. 2 Traditæ. 3 Demum. 4 Promissis. 5 Celerius quam homines opinentur. 6 Romam. 7 Processurus sum. 8 Exspectaturus. 9 Decrevero. 10 Tibi significabo. 11 Quos ad te mitto. 12 Valde cito. 13 Supple, ut.

1 De Cæsaris adventu; neque de literis quicquam certi se habere scribit Terentiæ Cicero. 2 Ad urbem. 3 Ad me. 4 Sc. libertus noster. 5 Supple, mihi. 6 Cura.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

I. [1] M. TULLIUS M. F. CICERO PROCONSUL S. P. D. COSS. PRÆTT. TRIBB. PL. SENATUI.

Si vos bene valetis, bene est: ego quidem valeo. Etsi [2] non dubie mihi nunciabatur, Parthos transisse [3] Euphratem cum omnibus fere suis [4] copiis: tamen, [5] quod arbitrabar a M. Bibulo [6] Procos. certiora de his rebus ad vos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse [7] publice scribere ea, quæ de alterius provincia nuntiarentur. Postea vero quam certissimis [8] auctoribus, legatis, nuntiis, literis sum certior factus: vel quod [9] tanta res erat, vel quod nondum audieramus Bibulum in Syriam venisse, vel quia administratio [10] hujus belli mihi cum Bibulo [11] pene est [12] communis: quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putavi. [13] Regis Antiochi Commageni legati primi mihi nuntiarunt, Parthorum [14] magnas copias Euphratem transire cœpisse. Quo nuntio allato, cum essent [15] nonnulli qui ei regi [16] minorem fidem habendam putarent, [17] statui [18] exspectandum esse [19] si quid certius afferretur. A. d. XIII. Kalend. Octob. cum exercitum in Ciliciam ducerem, in [20] finibus [21] Lycaoniæ et [22] Cappadociæ mihi literæ redditæ sunt a [23] Tarcondimoto, qui fidelissimus socius [24] trans Taurum, amicissimusque populi Romani [25] existimatur; [26] Pacorem, [27] Orodi regis Parthorum filium, cum [28] permagno equitatu Parthico [29] transisse Euphratem, et castra posuisse [30] Tybæ, magnum-

1 Exponit, quam varii sint rumores, timoresque Parthorum adventus; deinde a senatu majorem exercitum petit. Nunciatoria et petitoria est epistola. 2 Certe. 3 Fluvium, imperio romani et Parthici terminum. 4 Militaribus. 5 Quia. 6 Syriæ, et ita viciniore. 7 Ad senatum. 8 Narratoribus. 9 Ut cum periculo ignoraretur. 10 Cum Parthis gerendi. 11 Fere. 12 Quia proximam habeo provinciam. 13 *Commagene* Syriæ pars est ad Euphratem et Taurum montem sita, posterioribus temporibus Euphratensis et Augusteuphratensis dicta, quam Seleucidis Romani, cum Syriam occupassent, reliquisse videntur. Ejus reges dicti Antiochi Commageni. 14 Copiosum exercitum. 15 Aliqui. 16 Non satis credendum esse. 17 Decrevi. 18 Antequam sc. publice scriberem. 19 Usque dum. 20 Terminis, qui sunt Coropassus Lycaoniæ pagus et Gareathyra Capadociæ oppidulum. 21 Regionis in Asia, inter Galatiam, Cappadociam, Pamphyliam et Ciliciam, cujus caput Iconium. 22 Magnæ regionis in Asia inter Armeniam minorem, Ciliciam, Pamphyliam, Galatiam et Pontum Euxinum, quæ hodie quatuor regiones, *Genech*, *Suvas*, *Anadolen*, et *Amasiam* complectitur. 23 Partis Ciliciæ regulo. 24 Eorum, qui trans Taurum montem habitant. 25 Judicatur. 26 Quem, postea a Ventidio superatum, Phraactes frater in regno excepit. Al. *Pacorum*. 27 Al. Orodis. 28 Valde magno. 29 Trajecisse. 30 In pago vel urbe cis Euphratem, cujus

que[31] tumultum esse in provincia Syria excitatum. Eodem die ab [32] Jamblicho, [33] Phylarcho Arabum, quem homines opinantur [34] bene sentire, [35] amicumque esse Reipub. nostræ, literæ de iisdem rebus mihi [36] redditæ sunt. His rebus allatis etsi intelligebam [37] socios [38] infirme animatos esse, et [39] novarum rerum expectatione [40] suspensos: sperabam tamen eos, ad quos jam accesseram, [41] quique nostram [42] consuetudinem [43] integritatemque perspexerant, amiciores populo Rom. esse factos: [44] Ciliciam autem [45] firmiorem fore, si [46] æquitatis nostræ particeps facta esset. Et ob eam causam, et ut opprimerentur ii qui ex Cilicum gente [47] in armis essent, et ut [48] nostis is, qui esset in Syria, sciret exercitum populi Romani non modo non cedere [49] his nuntiis allatis, sed etiam propius [50] accedere, exercitum ad [51] Taurum [52] institui ducere. Sed, si [53] quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in iis præsertim rebus quas vos audistis, [54] ego pene cerno; [55] magnopere vos et hortor, et moneo, ut [56] his provinciis, [57] serius vos quidem quam decuit, sed [58] aliquando tamen [59] consulatis. Nos [60] quemadmodum instructos, et quibus præsidiis [61] munitos [62] ad tanti belli opinionem miseritis, [63] non estis ignari. Quod ego [64] negotium, non [65] stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus, non [66] recusavi. Neque enim unquam ullum periculum tantum [67] putavi, [68] quod subterfugere mallem, quam [69] vestræ auctoritati obtemperare. Hoc autem tempore res sese sic habet, ut nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, [70] mature in has provincias miseritis, summum periculum sit, ne amittendæ sint omnes hæ provinciæ, [71] quibus vectigalia populi R. continentur. [72] Quamobrem autem in [73] hoc provinciali delectu spem habeatis aliquam causa nulla.

nemo præter Ciceronem meminit. 31 Bellicum. 32 Sampsicerami filio. 33 Emesenorum, sive Arabum eam Syriæ partem ad Euphratem tenentium, quorum gens, in ἔθνη, sive, ut ipsi vocant, φύλας divisa, suos dynastas sive præfectos habuit, qui *Philarchi* dicebantur. 34 Sc. de nobis. 35 Favere. 36 Traditæ. 37 Populi romani. 38 Debiliter. 39 Tumultuum bellicorum. 40 In fide sua dubios. 41 Et qui. 42 Familiare commercium. 43 Sc. fidei nostræ. 44 Sc. provinciam, supple, sperabam. 45 Constantiorem in fide. 46 Justitiæ. 47 Arma sumpsissent. 48 Sc. Parthus. 49 Licet hujusmodi nuncii essent allati. 50 Sc. ad hostes. 51 Magnum Asiæ montem, qui provincias illas dirimit. 52 Proposui. 53 Aliquid. 54 Supple, et quas. 55 Vehementer. 56 Syriæ et Ciliciæ. 57 Tardius. 58 Tandem. 59 Prospiciatis consilio. 60 Quomodo armatos. 61 Firmatos. 62 Cum opinio esset de tam gravi bello. 63 Bene scitis. 64 Sc. belli Parthici. 65 Amentia cæcus factus. 66 Detrectavi in me suscipere. 67 Exstimavi. 68 Cui mallem me subducere. 69 Vestro imperio obsequentem esse. 70 Cito. 71 Asiæ enim vectigalia erant maxima. 72 Ob quam causam. 73 Conscriptione militum in provinciis.

est. Neque multi [74] sunt: et diffugiunt, qui sunt, [75] metu oblato: et [76] quod genus hoc militum sit, judicavit vir doctissimus, M. Bibulus, in Asia: qui, cum ei permisissetis, [77] dilectum habere noluerit. Nam [78] sociorum auxilia propter acerbitatem atque injurias imperii nostri, aut ita [79] imbecilla sunt, ut non multum nos juvare possint, aut ita alienata a nobis, ut neque [80] exspectandum ab iis, neque [81] committendum quicquam esse videatur. [82] Regis Dejotari et voluntate, et [83] copias, quantæcunque sunt, [84] nostras esse [85] duco. Cappadocia est [86] inanis. Reliqui reges [87] tyrannique, neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt. Mihi in hac [88] paucitate militum, animus certe non deerit: spero, [89] me consilium quidem. Quid [90] casurum sit, incertum est. Utinam saluti nostræ [91] consulere possimus: [92] dignitati certe consulemus. Valete.

II. [1] M. TULLIUS M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COS. PRÆT. TRIBB. PL. SENAT.

Si vos bene valetis, bene est: ego quidem valeo. Cum [2] pridie Kalend. Sext. in [3] provinciam venissem, neque [4] maturius propter [5] itinerum et [6] navigationum difficultatem venire potuissem: maxime convenire officio meo, reique pub. [7] conducere putavi, parare ea quæ ad exercitum, quæque ad rem militarem pertinerent. Quæ cum essent a me cura magis et diligentia, quam [8] facultate et copia, [9] constituta, nuntiique et literæ de bello a Parthis in provinciam Syriam illato quotidie fere afferrentur: iter mihi [10] faciendum per [11] Lycaoniam, et per [12] Isauros, et per [13] Cappadociam, arbitratus sum. Erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque [14] irrumpere in [15] meam provinciam conarentur, iter eos per Cap-

74 Sc. milites. 75 Quia illis metus esto objectus per transitum Parthorum. 76 Quale. 77 Conscribere milites novos. 78 Copiæ auxiliares, quas socii pop. Rom. mittunt. 79 Debiles et infirmæ sunt. 80 Auxilii. 81 Negotii. 82 Regis Galatiæ. 83 Militares. 84 Nobis faventes. 85 Existimo. 86 Exhausta militibus et pecuniis. 87 Principes. 88 Habebat enim tantum duas legiones, quibus totidem Dejotarus addiderat, cum duobus equitum millibus. Vid. lib. v. ad Att. ep. 15. 18. 89. Quod non etiam consilium sit de futurum. 60 Casu eventurum. 91 Consilio prospicere. 92 Honori nostro prospiciemus nihil indecore, nihil turpiter aut contra dignitatem nostram facientes.

1 Exponit, quid, audito Parthorum adventu, in Cilicia pro tuenda provincia sociisque in fide retinendis egerit. Epistola est narratoria. 2 Die qui præcedit kalendas sextiles, id est, primum diem Augusti. 3 Ciliciam. 4 Citius. 5 Per terras. 6 Per maria. 7 Utiles esse. 8 Viribus et rerum necessariarum apparatu. 9 Ordinata. 10 Sc. esse. 11 Asiæ regionem. 12 Asiæ populum, Lycaoniæ et Galatiæ conterminum. 13 Asiæ regionem. 14 Irruptionem facere. 15 Sc. Ciliciam.

padociam, quod ea maxime [16] pateret, esse facturos. Itaque cum exercitu per Cappadociæ partem eam, quæ [17] cum Cilicia continens est, [18] iter feci: castraque ad [19] Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, [20] locavi: ut [21] Artuasdes, rex Armenius, [22] quocunque animo esset, sciret [23] non procul a suis [24] finibus exercitum R. esse: et Dejotarum fidelissimum regem atque amicissimum Reipub. nostræ, maxime [25] conjunctum haberem, cujus et consilio et [26] opibus adjuvari posset [27] Resp. Quo cum in loco castra haberem, equitatumque in Ciliciam misissem, ut et meus adventus iis civitatibus, quæ in ea parte essent, nuntiatus, [28] firmiores animos hominum faceret, et ego [29] mature, quid ageretur in Syria, scire possem; tempus ejus [30] tridui, quod in iis castris [31] morabar, in magno officio et necessario mihi [32] ponendum putavi. Cum enim [33] vestra auctoritas intercessisset ut ego [34] regem Ariobarzanem, [35] Euseben, et Philoromæum, [36] tuerer, ejusque regis salutem, et incolumitatem regni defenderem, regi regnoque [37] præsidio essem: [38] adjunxissetque salutem ejus regis populo [39] senatuique [40] magnæ curæ esse, quod nullo unquam de rege decretum esset a [41] nostro ordine: [42] existimavi me judicium vestrum [43] ad regem deferre debere, eique [44] præsidium meum, et fidem et diligentiam polliceri: ut, [45] quum salus ipsius et incolumitas regni mihi commendata esset a vobis, diceret, si quid [46] vellet. Quæ cum essem [47] in consilio meo cum rege locutus, initio [48] ille [49] orationis suæ vobis maximas, (ut debuit) deinde etiam mihi gratias egit, quod ei [50] permagnum et [51] perhonorificum videbatur, senatui populoque R. [52] tantæ curæ esse salutem suam, meque tantam diligentiam adhibere, ut et mea [53] fides et commendationis vestræ [54] auctoritas per-

16 Esset aperta non munita. 17 Ciliciæ adjacet et affinis est. 18 Profectus sum. 19 Oppidum Cappadociæ, inter Taurum et Antitaurum montem situm. 20 Posui. 21 Tigranis filius. 22 Quemcunque animum in nos haberet; de quo dubitari poterat propter affinitatem cum Rege Parthorum contractam, cujus filio Pacoro soror ejus nupta erat. Vid. ep. seq. 3. 23 Quia Cappadocia et Armenia conterminæ sunt regiones. 24 Terminis. 25 Propinquum. 26 Facultatibus. 27 Sc. Romana. 28 Constantiones. 29 Cito. 30 *Quinque dies* scribit ep. 4. seq. et l. v. ad Attic. 31 Quiescebam sine movendis castris. 32 Expendendum et locandum. 33 Vos senatus consultum fecissetis, quo mihi præcipiebatur. 34 Cappadociæ. 35 Pium et amicum Romanis, si Græca nomina Ευσεβῆς et Φιλορωμαιος Latinis verbis explices. 36 Protegerem. 37 Custodiæ et protectioni. 38 Sc. *auctoritas vestra*. 39 Romano. 40 Maxime esse cordi. 41 Senatorio. 42 Judicavi. 43 Regi indicare. 44 Protectionem. 45 Quoniam. 46 A me fieri. 47 Præsentibus, qui majoris erant dignitatis, quæstore, legatis, præfecto fabrum, tribunis militum et aliis fortasse. 48 Sc. rex. 49 Responsionis. 50 Valde magnum. 51 Valde honorificum. 52 Tam magnæ. 53 Fidelitas. 54 Dignitas.

spici posset. Atque ille primo (quod mihi maximæ lætitiæ fuit) ita mecum locutus est, ut nullas insidias neque vitæ suæ, neque [55] regno diceret se aut [56] intelligere [57] fieri, aut etiam suspicari. Cum ei ego gratulatus essem, [58] idque me gaudere dixissem, [59] cohortatus, ut recordaretur [60] casum illum interitus, [61] paterni, et vigilanter se [62] tueretur, atque [63] admonitu senatus [64] consuleret saluti suæ; tum a me discessit in oppidum Cybistra. Postero autem die cum Ariarathe, fratre suo, et cum paternis amicis, [65] majoribus natu, ad me in [66] castra venit, perturbatusque, et flens, cum [67] idem et frater faceret, et [68] amici, meam [69] fidem, vestram commendationem [70] implorare cœpit. Cum admirarer, quid accidisset novi, dixit ad se [71] indicia [72] manifestarum insidiarum esse [73] delata, quæ essent ante adventum meum [74] occultata, quod ii qui ea [75] patefacere possent, propter metum reticuissent: [76] eo autem tempore, spe [77] mei præsidii, [78] complures ea quæ scirent, [79] audacter [80] ad se detulisse: in his amantissimum sui, summa [81] pietate præditum, fratrem, dicere ea, quæ [82] is me quoque audiente dicebat, se solicitatum esse, ut [83] regnare vellet: id [84] vivo fratre suo accidere non potuisse: se tamen ante illud tempus eam rem nunquam [85] in medium propter [86] periculi metum protulisse. Quæ cum esset locutus, monui regem, ut omnem diligentiam [87] ad se conservandum adhiberet: [88] amicosque patris ejus avique [89] judicio probatos hortatus sum, regis sui vitam, [90] docti casu [91] acerbissimo patris ejus, omni cura custodiaque defenderent. Cum [92] rex a me equitatum [93] cohortesque de exercitu meo postularet: etsi intelligebam [94] vestro S. C. non modo [95] posse me id facere, sed etiam [96] debere: tamen, cum [97] Resp. [98] postularet, propter quotidianos ex Syria [99] nuntios, ut [1] quam primum exercitum ad Ciliciæ

55 Sc. suo. 56 Scire. 57 Strui. 58 Propter id. 59 Commonefaciens. 60 Fortuitum eventum. 61 Patris, qui per insidias cæsus erat. 62 Protegeret. 63 Ex admonitione. 64 Curam salutis suæ gereret. 65 Senioribus natu. 66 Ad oppidum Cybistra posita. 67 Id est, fleret. 68 Supple, facerent idem. 69 Fidelem operam. 70 Plorando poscere. 71 Signa. 72 Apertarum. 73 Denunciata. 74 Occulte habita. 75 Manifestare. 76 Tunc. 77 Meæ protectionis. 78 Multos. 79 Sine metu. 80 Sibi indicasse. 81 Erga fratrem regem. 82 Frater. 83 Regnum invadere. 84 Quandiu frater viveret. 85 Fratri indicasse. 86 Quod imminebat ab illis, qui eum vellent regnare. 87 In se conservando collocaret. 88 Consiliarios, quorum fidem pater avusque in testamentis suis laudaverant, et filiis commendaverant. 89 Supremo, vel testamento. 90 Commonefacti. 91 Tristissimo. 92 Ariobarzanes. 93 Peditatum. 94 Per vestrum senatus consultum. 95 Mihi licere id facere. 96 Necessarium esse. 97 Reipublicæ necessitas. 98 Exigeret. 99 Sc. de adventu Parthorum allatos. 1 Citissime.

[2] fines adducerem, cumque mihi rex, patefactis jam insidiis, non egere exercitu populi Rom. sed posse[3] suis[4] opibus[5] defendere videretur; illum[6] cohortatus sum, ut in sua vita conservanda primum[7] regnare disceret: a quibus[8] perspexisset sibi insidias paratas,[9] in eos uteretur jure regio: pœna afficeret eos quos[10] necesse esset, [11] reliquos metu liberaret: [12] præsidio exercitus mei ad eorum qui in culpa essent, timorem potius, quam ad[13] contentionem uteretur, [14] fore autem, ut omnes, [15] quum [16] S. C. nossent, intelligerent, me regi, si opus esset, ex [17] auctoritate vestra [18] præsidio futurum. Ita confirmato [19] illo, ex eo loco castra movi, et iter in Ciliciam facere institui: cum hac[20] opinione e Cappadocia discederem, ut consilio vestro, casu incredibili, ac[21] pene divino, regem, quem vos honorificentissime[22] appellassetis[23] nullo postulante, quemque meæ [24] fidei commendassetis, et cujus salutem magnæ vobis curæ esse[25] decrevissetis, meus adventus[26] præsentibus insidiis liberasset. [27] Quod ad vos a me scribi non[28] alienum putavi, ut intelligeretis ex iis quæ[29] pene acciderunt, vos multo ante, ne ea [30] acciderent, providisse: [31] eaque vos [32] studiosius feci certiores, quod in rege Ariobarzane[33] ea mihi signa videor virtutis, ingenii, fidei, benevolentiæque erga vos perspexisse, ut non sine causa [34] tanquam curam in ejus vos salutem diligentiamque videamini [35] contulisse. Valete.

III. [1] M. T. C. M. CATONI S. D.

Cum ad me legati, missi ab Antiocho [2] Commageno, venissent in castra ad [3] Iconium ante diem III. Non. Sept. iique mihi nuntiassent, regis Parthorum [4] filium, quocum esset nupta [5] regis Armeniorum soror, ad [6] Euphratem cum maximis Parthorum [7] copiis, multarumque præterea gentium magna [8] manu venisse, Euphratemque jam [9] transire cœpisse, dicique

2 Terminos. 3 Propriis. 4 Facultatibus. 5 Tueri. 6 Admonui. 7 Regnum exercere: paulo enim ante a senatu rex appellatus erat, Cicerone consule. 8 Manifeste vidisset. 9 Contra. 10 Sc. afficere. 11 Culpæ non tam affines. 12 Supple, cohortatus sum. 13 Concertationem. 14 Futurum esse, supple, dixi. 15 Quoniam. 16 De ope regi ferenda. 17 Jussu vestro. 18 Defensioni. 19 Rege. 20 Relicta. 21 Prope. 22 Regis nomine condecorassetis. 23 Nemine hoc petente. 24 Protectioni. 25 Sc. Senatus consulto. 26 Jam imminentibus. 27 Quam rem. 28 Absurdum. 29 Fere. 30 Evenirent. 31 Propterea. 32 Diligentius. 33 Tanta. 34 Tam magnam. 35 Impendisse.

1 Scribit de rumore belli Parthici, et adfert excusationem, quod publice nil scripserit. Epistola est nunciatoria. 2 Rege Syriæ Commagenæ. 3 Oppidum Lycaoniæ. 4 Pacorum. 5 Artuasdæ, qui Tigranis fuit filius. 6 Fluvium, qui Romanorum a Parthorum imperio dividit. 7 Militaribus. 8 Exercitu. 9 Trajicere.

[10] Armenium regem in Cappadociam [11] impetum esse facturum: putavi pro nostra [12] necessitudine me hoc ad te scribere oportere. [13] Publice propter duas causas nihil scripsi: [14] quod [15] et ipsum [16] Commagenum legati dicebant ad [17] senatum statim nuntios literasque misisse, et [18] existimabam M. Bibulum [19] proconsulem, qui circiter Id. [20] Sex. ab [21] Epheso in Syriam navibus profectus erat, [22] quod [23] secundos ventos habuisset, jam in [24] provinciam suam pervenisse: [25] cujus literis omnia [26] certiora [27] perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, [28] ut in ejusmodi re, tantoque bello, maximæ curæ est, ut, quæ [29] copiis et [30] opibus tenere vix possumus, ea mansuetudine et [31] continentia nostra, [32] sociorum fidelitate, teneamus. Tu velim, ut consuesti, nos absentes [33] diligas, et defendas. Vale.

IV. [1] M. T. C. IMP. M. CATONI S. D.

. Summa [2] auctoritas fecit, meumque perpetuum de tua [3] singulari virtute judicium, ut [4] magni mea interesse putarem, et [5] res eas, quas gessissem, tibi notas esse, et non ignorari a te, qua æquitate et [6] continentia [7] tuerer [8] socios, provinciamque administrarem. [9] His enim a te cognitis, [10] arbitrabar facilius me tibi, quæ vellem, [11] probaturum. Cum in provinciam [12] pridie kal. Sext. venissem, et [13] propter anni tempus ad exercitum [14] mihi [15] confestim esse eundum viderem, [16] biduum [17] Laodiceæ fui, deinde [18] Apameæ quatriduum, triduum [19] Synnadis, totidem dies [20] Philomeli. Quibus in oppidis cum [21] magni conventus fuissent, multas civitates acerbissimis tributis, et gravissimis [22] usuris, et [23] falso ære alieno liberavi. [24] Cumque ante adventum meum [25] seditione quadam exercitus esset

10 Ipsum Artnasden. 11 Irruptionem. 12 Amicitia. 13 Ad senatum. 14 Propterea quod. 15 Simul. 16 Regem Antiochum. 17 Sc. Romanum. 18 Supple, *quod*. 19 Habentem consularem potestatem in Syriam. 20 Mensis Augusti. 21 Oppido Ioniæ in Asia. 22 Quia. 23 Faventes. 24 Sc. Syriam. 25 Per cujus literas. 26 Absque dubio vera. 27 Perferenda esse. 28 Sc. debet esse. 29 Multitudine armatorum. 30 Rei militaris apparatu. 31 Abstinentia ab alienis. 32 Foederatorum. 33 Supple, ut.

1 Longa et elegantissima hac epistola Catonem sollicitat, ut honorem illius ornet et apud senatum amplificet, recensitis, quæ in Cilicia confecerit. 2 Æstimatio, dignatio. 3 Egregia. 4 Multum mihi esse profuturum. 5 Sc. bellicas. 6 Abstinentia. 7 Protegerem. 8 Fœderatos. 9 Ubi hæc cognovisses. 10 Existimabam. 11 Supple, ea. 12 Ultima die mensis Quintilis sive Julii. 13 Ut ante hiemem geri aliquid posset. 14 Me debere ire. 15 Cum festinatione. 16 Per duos dies. 17 Urbe Cariæ in Asia. 18 Quæ sita est urbs in Phrygia. 19 Urbe Phrygiæ. 20 *Philomelum* urbs est Phrygiæ. 21 Jus enim in iis dixit, et tributa ab Appio imposita ademit. 22 Fœnoribus. 23 Quod vere non debebatur. 24 Et cum. 25 Rebellione.

[26] dissipatus,[27] quiuque cohortes sine legato, sine tribuno mil denique etiam sine centurione ullo apud Philomelum [28] consedissent, [29] reliquus exercitus esset in Lycaonia: M. Annejo [30] legato imperavi, ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret, [31] coactoque in unum locum exercitu, castra in Lycaonia apud [32] Iconium faceret. Quod cum ab illo [33] diligenter esset actum, ego in castra a. d. VII. Kal. Sept. veni: cum interea [34] superioribus diebus [35] ex S.C. [36] et [37] evocatorum [38] firmam manum, et equitatum satis [39] idoneum, et populorum liberorum, regumque sociorum [40] auxilia voluntaria comparavissem. Interim cum, exercitu [41] lustrato, iter in Ciliciam facere cœpissem, Kal. Sept. legati a [42] rege Commageno ad me missi, [43] pertumultuose, [44] neque tamen non vere, Parthos in Syriam transisse, nuntiaverunt. Quo audito, vehementer sum commotus [45] cum de Syria, [46] tum de mea provincia, de reliqua denique Asia. Itaque exercitum mihi [47] ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciam attingeret, putavi. Nam si me in [48] Ciliciam demisissem, Ciliciam quidem ipsam propter montis [49] Amani [50] naturam facile [51] tenuissem, (duo sunt enim [52] aditus in Ciliciam ex Syria, quorum uterque [53] parvis præsidiis propter [54] angustias [55] intercludi potest: nec est quidquam Cilicia [56] contra Syriam [57] munitius) sed me Cappadocia movebat, quæ [58] patet [59] a Syria, regesque habet [60] finitimos, qui etiamsi sunt amici nobis, tamen [61] aperte Parthis inimici esse non audent. Itaque in [62] Cappadocia extrema, non longe a [63] Tauro, apud oppidum [64] Cybistra castra feci, ut et Ciliciam [65] tuerer, et Cappadociam [66] tenens, [67] nova finitimorum consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaque expectatione maximi belli, rex [68] Dejo-

26 Dispersus. 27 Supple, et. 28 Sedem cepissent. 29 Supple, et. 30 Sc. meo. 31 Congregato. 32 Primarium Lycaoniæ oppidum. 33 Studioso. 34 Ante illum diem elapsis. 35 Juxta decretum senatus. 36 Simul. 37 Emeritorum maximam partem, qui expletis stipendiis in gratiam consulum resumebant: hi enim *evocati* dicebantur. 38 Densam multitudinem. 39 Sc. justo exercitui. 40 Copias auxiliares, voluntarie missas. 41 Numerato et inspecto. 42 Sc. Antiocho. 43 Properantissime ut in summo tumultu fieri solet. 44 Et tamen vere. 45 Partim propter Syriam. 46 Partim propter meam provinciam, sc. Ciliciam, et propter reliquam Asiam. 47 Supple, esse. 48 Tamquam inferiorem regionem. 49 *Amanus* mons inter Ciliciam et Syriam. 50 Constitutionem. 51 Servassem liberam ab hostili impetu. 52 Per Amanum montem. 53 Exiguo numero militum præsidiariorum. 54 Sc. viarum. 55 Obstrui. 56 A parte Syriæ. 57 Magis munitum. 58 Aperta est et nuda. 59 A parte ea, quæ Syriam spectat. 60 Vicinos. 61 Palam. 62 Cappadociæ extrema parte. 63 Sc. monte. 64 Oppidum Cappadociæ. 65 Protegerem. 66 Servans. 67 Novas res sive seditiones vicinorum, sc. regum. 68 Rex Galatiæ.

tarus, cui [69] non sine causa plurimum semper et meo, et tuo, et Senatus judicio tributum est, vir cum [70] benevolentia et [71] fide erga populum Rom. [72] singulari, tum [73] præsentia, magnitudine et animi et consilii, [74] legatos ad me misit, se cum omnibus suis [75] copiis in mea castra esse venturum. Cujus ego [76] studio officioque commotus, egi per literas gratias: idque ut [77] maturaret, hortatus sum. Cum autem ad Cybistra propter rationem belli quinque dies essem commoratus, regem Ariobarzanem, cujus salutem a Senatu te [78] auctore commendatam habebam, [79] præsentibus insidiis [80] nec opinantem liberavi: neque solum ei [81] saluti fui, sed etiam [82] curavi, ut cum [83] auctoritate regnaret. Metram, et eum, quem tu [84] diligenter mihi commendaras, Athenæum, [85] importunitate Athenaidis exilio [86] multatos, [87] maxima apud regem [88] auctoritate gratiaque constitui. Cumque magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si [89] sacerdos armis se (quod facturus putabatur) defenderet, adolescens et equitatu et peditatu, et pecunia [90] paratus, et, [91] toto, iis, qui [92] novari aliquid volebant; perfeci ut e regno [93] ille discederet, rexque sine [94] tumultu, ac sine armis, omni auctoritate [95] aulæ [96] communita, regnum cum [97] dignitate obtineret. Interea cognovi multorum [98] literis, atque nuntiis, magnas Parthorum copias et Arabum ad oppidum [99] Antiocheam accessisse, magnumque eorum equitatum, qui in Ciliciam transisset, ab equitum meorum [1] turmis, et a [2] cohorte prætoria, quæ erat [3] Epiphaneæ [4] præsidii causa, [5] occidione occisum. Quare cum viderem, a Cappadocia Parthorum [6] copias aversas non longe a finibus esse Ciliciæ, [7] quam potui maximis itineribus ad [8] Amanum exercitum duxi. [9] *Quo*

69 Non temere. 70 Studio. 71 Fidelitate. 72 Non vulgari. 73 Præsente animo, consilio magno. 74 Sc. quibus nunciaret. 75 Sc. militaribus. 76 Benevolentia. 77 Celeriter faceret. 78 Suadente. 79 Imminentibus. 80 Cum non opinaretur sibi insidias fieri. 81 Causa salutis. 82 Effeci. 83 Majestate regia. 84 Accurate. 85 Impotenti et crudeli dominatione. 86 Punitos. 87 Supple, in. 88 Æstimatione et favore. 89 Sc. Comanorum, sive Comanæ, id est, sanctissimi in Cappadocia Bellonæ templi, qui majestate, imperio, et potentia secundus a rege consensu gentis illius habebatur. Vid. Hirt. Bell. Alex. et Strab. l. XII. 90 Instructus. 91 Quod totum. 92 Mutari. 93 Sacerdos. 94 Sc. bellico. 95 *Curiæ*. 96 Firmis præsidiis stabilita. 97 Majestate. 98 Per literas. 99 Quæ erat in Syria, Bibuli provincia. 1 Ordinibus, qui ex ter denis equitibus constabant, et proprie *turma* dicebantur. 2 Fortissima totius exercitus cohorte, quæ prætorem, id est, imperatorem circumstans, *prætoria* inde dicebatur. 3 Epiphanea est oppidum Ciliciæ, aliud ab illo, quod ad Orontem in Syria fuit. 4 Custodiæ ejus. 5 Suprema cæde. Sic Phil. XIV. *Cum A. Hirtius M. Antonii copias* occidione occiderit, *suo exercitu incolumi*. 6 Sc. militares. 7 Quantum 8 Montem inter Syriam et Ciliciam. 9 Ad quem.

[10] ut veni, [11] hostem ab Antiochea recessisse, [12] Bibulum Antiocheæ esse cognovi: Dejotarumque [13] confestim, jam ad me venientem cum magno et firmo equitatu et peditatu, et cum omnibus suis [14] copiis, [15] certiorem feci, non videri esse causam cur abesset a [16] regno, meque ad eum, si [17] quid forte novi accidisset, statim literas nuntiosque missurum esse. Cumque eo [18] animo venissem, ut [19] utrique provinciæ, si ita [20] tempus [21] ferret, [22] subvenirem: tamen id, quod jam ante [23] statueram vehementer [24] interesse utriusque provinciæ, [25] pacare Amanum, et perpetuum hostem ex eo monte tollere, [26] agere perrexi. Cumque me discedere ab eo monte simulassem, et alias partes Ciliciæ petere, abessemque ab Amano iter unius diei, et castra apud Epiphaneam [27] fecissem; a. d. IV. Id. Oct. cum [28] advesperasceret, [29] expedito exercitu ita noctu iter feci, ut a.d. III. Id.Oct. cum [30] lucesceret, [31] in Amanum ascenderem: distributisque [32] cohortibus et [33] auxiliis, cum aliis Quintus frater [34] legatus mecum simul, aliis C.Pontinius legatus, reliquis M. Annejus et L.Tullejus legati præessent, [35] plerosque [36] nec opinantes oppressimus, qui occisi captique sunt, [37] interclusi fuga. Eranam autem, quæ fuit non vici [38] instar, sed urbis, quod erat Amani [39] caput, itemque [40] Sepyram, et Commorin, acriter et diu repugnantibus, Pontinio illam partem Amani tenente, [41] ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam magna multitudine hostium occisa cepimus: castellaque sex capta, [42] complura [43] incendimus. His rebus [44] ita gestis, castra [45] in radicibus Amani habuimus apud [46] Aras Alexandri quatriduum: et in [47] reliquiis Amani delendis agrisque vastandis (quæ pars ejus montis meæ provinciæ est) id tempus omne [48] consumpsimus. Confectis his rebus, ad oppidum [49] Eleutherocilicum [50] Pindenissum exercitum adduxi. Quod cum esset altissimo et munitissimo loco, ab iisque incoleretur, qui ne regibus [51] quidem unquam [52] pa-

10 Postquam. 11 Parthos. 12 Proconsulem Syriæ. 13 Propere. 14 Sc. militaribus. 15 Docui eum. 16 Sc. suo. 17 Aliquid. 18 Proposito. 19 Ciliciæ et Syriæ. 20 Necessitas temporis. 21 Exigeret. 22 Suppetias ferrem. 23 Judicaveram. 24 Esse ad utilitatem. 25 Pacatum reddere. 26 Efficere. 27 Posuissem. 28 Vesper ingruere inciperet. 29 Prompto. 30 Lux oriretur. 31 Sc. montem. 32 Sc. Romanis. 33 Sc. sociorum. 34 Supple, meus. 35 Complures. 36 Cum non opinarentur. 37 Exitu per fugam prohibiti. 38 Ad similitudinem. 39 Præcipuum propugnaculum. 40 Vicos in Amano, seu oppidula. 41 A diluculo matutino. 42 Multa. 43 Combussimus. 44 Tam feliciter. 45 In pede. 46 Quas Alexander post victum Darium ibi construxit diis sacrificaturus. 47 Reliquis hostibus Amaniensibus. 48 Transegimus. 49 Liberorum Cilicum. 50 Oppidum ad montem Amanum in Cilicia. 51 Saltem. 52 Obtemperassent.

*

ruissent, cum et fugitivos reciperent, et Parthorum adventum [53] acerrime exspectarent; ad [54] existimationem [55] imperii pertinere arbitratus sum, [56] comprimere eorum audaciam, quo facilius etiam cæterorum animi, qui alieni essent ab imperio nostro, [57] frangerentur, [58] vallo, et fossa [59] circumdedi: sex castellis castrisque maximis [60] sepsi: aggere, vineis, turribus oppugnavi: ususque [61] tormentis multis, multis sagittariis, magno labore meo, sine ulla molestia sumtuve sociorum septimo quinquagesimo die rem [62] confeci, ut omnibus partibus urbis [63] disturbatis, aut incensis, compulsi in potestatem meam pervenirent. His erant [64] finitimi, [65] pari scelere, et audacia, Tibarani. Ab [66] his, Pindenisso capto, obsides accepi: exercitum in [67] hyberna dimisi. Quintum fratrem [68] negotio præposui, ut in vicis aut captis, aut [69] male pacatis, exercitus collocaretur. Nunc velim tibi sic [70] persuadeas, si de his rebus [71] ad senatum relatum sit, me existimaturum summam mihi laudem tributam, si tu [72] honorem meum sententia tua comprobaris. [73] Idque [74] etsi talibus de rebus gravissimos homines et rogare solere et rogari scio, tamen admonendum potius te a me quam rogandum puto. Tu es enim is, qui me tuis sententiis sæpissime ornasti, qui [75] oratione, qui [76] prædicatione, qui summis [77] laudibus in senatu, in [78] concionibus, ad cœlum extulisti: cujus ego semper [79] tanta esse verborum pondera putavi, ut uno verbo tuo cum mea laude conjuncto, omnia [80] consequi me arbitrarer. Te denique memini, cum cuidam [81] clarissimo atque optimo viro [82] supplicationem non decerneres, dicere, te decreturum, si [83] referretur ob eas, res quas [84] is consul in [85] urbe gessisset. Tu idem mihi supplicationem decrevisti [86] togato, non, ut multis, republica bene [87] gesta, sed, ut nemini, republica [88] conservata. [89] Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas [90] tempestates et [91] subieris, et multo etiam magis, si [92] per me licuisset, subire paratissimus fueris. Quod denique [93] inimicum meum, tuum inimicum pu-

53 Avidissime. 54 Famam et majestatem. 55 Sc. populi romani. 56 Compescere. 57 Contunderentur. 58 Munimento ex vallis et fossa. 59 Cinxi. 60 Inclusi. 61 Sc. bellicis. 62 Absolvi. 63 Comminutis. 64 Vicini. 65 Æque scelesti ac audaces. 66 Sc. Tibaranis. 67 Sc. castra. 68 Sc. reliquo. 69 Non bona fide pacatis. 70 Sc. ut. 71 Consultatio fiat in senatu. 72 Mihi decernendum honorem. 73 Eam rem. 74 Quanquam. 75 Sermone. 76 Celebratione. 77 Laudationibus. 78 Ad populum. 79 Tam gravia. 80 Impetrare posse. 81 Ob victoriam ab hoste relatam. 82 Deorum immortalium ad omnia pulvinaria. 83 Consultatio fieret. 84 Qui forte referebat. 85 Roma. 86 In toga agenti. 87 Sc. armis contra hostes publicos. 88 Per oppressionem conjurationis Catilinariæ. 89 Omitto dicere. 90 Diversitates fortunæ. 91 Tanquam onus tuum esset, supportaveris. 92 Ego permisissem. 93 Sc. Clodium.

taris: cujus etiam [94] interitum, ut facile intelligerem, mihi quantum tribueres, [95] Milonis causa in senatu defendenda approbaris. A me autem [96] hæc sunt [97] profecta, quæ ego in beneficii loco non [98] pono, sed in veri testimonii atque [99] judicii: non ut præstantissimas tuas virtutes tacitus [1] admirarer, ([2] quis enim id non facit?) Sed in omnibus [3] orationibus, sententiis [4] dicendis [5] causis [6] agendis, omnibus scriptis, [7] Græcis, Latinis, omni denique [8] varietate [9] literarum mearum, te non modo iis, quos [10] vidissemus, sed iis, de [11] quibus audissemus, omnibus anteferrem. Quæ res fortasse quid sit, [12] quod ego hoc nescio quid [13] gratulationis et honoris [14] a senatu tanti æstimem. Agam jam tecum [15] familiariter, ut est et studiis et officiis nostris [16] mutuis et summa amicitia dignum, et necessitudine etiam [17] paterna. Si quisquam fuit unquam [18] remotus, et natura, et magis etiam (ut mihi quidem sentire videor) ratione atque doctrina, ab inani laude, et [19] sermonibus vulgi, ego profecto is sum. Testis est consulatus meus; in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiose [20] secutum, ex quibus vera gloria [21] nasci posset: ipsam quidem gloriam [22] per se nunquam putavi expetendam. Itaque et [23] provinciam [24] ornatam, et spem non dubiam [25] triumphi neglexi. [26] Sacerdotium denique cum (quemadmodum te existimare arbitror) non [27] difficillime consequi possem, non appetivi. Idem post [28] injuriam [29] acceptam, quam tu reipublicæ [30] calamitatem semper appellas, meam non [31] modo non calamitatem, sed etiam gloriam [32] studui quam [33] ornatissima senatus populique Romani de me judicia [34] intercedere. Itaque et [35] augur postea fieri volui, quod antea neglexeram: et eum [36] honorem, qui a

94 Cædem. 95 Dum Milonis, qui Clodium occiderat, causam in senatu defenderes. 96 Quæ deinceps dicam. 97 In te collata. Hoc verbo interdum Cicero ad beneficiorum commemorationem accomodat. Lib. II. ep. ult. *Quæcumque a me ornamenta in te* proficiscentur. 98 Reputo. 99 Sc. de te. 1 Cum admiratione laudarem. 2 Quasi dicat, nemo; et ita omnis facit. 3 Supple, meis. 4 In senatu. 5 Judicialibus. 6 Pro concione. 7 Græce enim etiam scripsit Cicero, ut commentarium de consulatu suo. Lib. II. ad Att. ep. 1. 8 Diversitate. 9 Monumentorum, vel epistolarum. 10 Tanquam æquales. 11 Tanquam majoribus. 12 Propter quod. 13 Supplicationis. 14 Sc. in me conferendi. 15 Sc. ut intelligas meam mentem plane. 16 Quæ alter alteri exhibuimus. 17 A patre incepta. 18 Alienus. 19 Laudationibus et collocutionibus. 20 Intendisse. 21 Oriri. 22 Sine respectu virtutis. 23 Galliam. 24 Cujus præfecto in illam ituro a senatu decreta erant ex ærario pecunia, ministri, jumenta, tabernacula, aliaque necessaria sumptu publico. 25 Ex illa provincia reportandi. 26 Auguratum. 27 Multo labore. 28 Exsilii. 29 Sc. a me. 30 Infortunium. 31 Solum. 32 Elaboravi. 33 Honorifica. 34 In medium produci. 35 In locum P. Crassi, Pompejo et Hortensio cooptantibus. 36 Sc.

senatu tribui rebus bellicis solet, [37] neglectum a me olim, [38] nunc mihi expetendum puto. Huic meæ voluntati (in qua inest aliqua vis desiderii ad [39] sanandum vulnus injuriæ) ut [40] faveas adjutorque sis, quod paulo ante me negaram rogaturum, [41] vehementer te rogo: sed ita, si non [42] jejunum hoc nescio quid, quod ego gessi, et contemnendum videbitur, sed tale, atque [43] tantum, ut multi, [44] nequaquam paribus rebus, [45] honores summos a senatu consecuti sint. Equidem etiam mihi illud [46] animadvertisse videor, (scis enim, quam attente te audire soleam) te non tam res [47] gestas, quam mores, instituta, atque vitam imperatorum [48] spectare solere in habendis aut non habendis honoribus. Quod si [49] mea causa considerabis, [50] reperies me exercitu [51] imbecillo contra metum [52] maximi belli [53] firmissimum præsidium habuisse æquitatem et continentiam. His ego subsidiis ea [54] sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem: ut ex [55] alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis [56] firmissimos [57] redderem, animosque [58] novarum rerum exspectatione [59] suspensos, ad [60] veteris imperii benevolentiam traducerem. Sed nimis [61] hæc multa de me: præsertim ad te, a quo [62] uno omnium [63] sociorum querelæ audiuntur: cognosces ex iis, qui meis [64] institutis se [65] recreatos putant. Cumque omnes uno [66] prope consensu de me apud te ea, quæ mihi optatissima sunt, prædicabunt: tum [67] duæ [68] maximæ clientelæ tuæ, [69] Cyprus insula, et Cappadociæ regnum, tecum de me [70] loquentur: [71] puto etiam regem Dejotarum, qui [72] uni tibi est maxime [73] necessarius. [74] Quæ si etiam [75] majora sunt, et in omnibus sæculis [76] pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium [77] co-

triumphum. 37 Cum provinciam, ex qua fortasse potuissem triumphare, deposui. 38 Parta victoria. 39 Leniendam offensionem injusti exilii, quod tanquam vulnus fuit, cui medicina erit triumphus. 40 In decernenda supplicatione, prærogativa triumphi. 41 Avide. 42 Aridum et tenue. 43 Tam magnum. 44 Qui res nequaquam pares gessissent. 45 Thriumphos. 46 Notasse aut observasse. 47 Contra hostes. 48 Considerare. 49 Supple, in. 50 Videbis. 51 Infirmo; duabus sc. legionibus. 52 Parthici, utpote post Crassi cædem maxime formidolosi. 53 Fortissimi præsidii loco. 54 Obtinui. 55 Maxime abalienatis. 56 Costantissimos in fide. 57 Efficerem. 58 Seditionis aut rebellionis. 59 Dubios et vacillantes. 60 Cui antea parere soliti erant, id est, Romani. 61 Supple, sunt dicta aut scripta. 62 Solo. 63 Fœderatorum. 64 Moribus meis, vel legibus. 65 Refectos. 66 Quasi. 67 Duæ regiones, quæ in clientela tua sunt. 68 Quia totæ regiones; privati enim etiam tenuiorum hominum clientes erunt. 69 Insula in mari Ægeo e regione Ciliciæ, a Catone, post mortem regis Ptolomæi, in provinciæ formam redacta, maxima pecuniæ vi in ærarium populi Romani illata. 70 Sc. honorifice. 71 Supple, locuturum tecum de me. 72 Soli. 73 Amicus. 74 Sc. quæ illi loquentur. 75 Quam res gestæ. 76 Paucissimi. 77 Exercitus.

pias, vincerent; est profecto [78] tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ [79] rariora et difficiliora sunt, [80] genera virtutis adjunxeris, ipsas etiam illas res gestas [81] justiores esse, et majores, putare. [82] Extremum illud est, ut quasi diffidens rogationi meæ, philosophiam ad te [83] allegem: qua nec mihi carior ulla unquam res in vita fuit, nec hominum generi majus a Diis munus ullum est datum. Hæc igitur, quæ mihi tecum communis est, societas studiorum atque artium nostrarum (quibus a pueritia dediti ac [84] devincti, soli [85] propemodum nos philosophiam illam veram et antiquam, quæ quibusdam [86] otii esse ac desidiæ videtur, in [87] forum, atque in [88] Remp. atque in ipsam [89] aciem pene deduximus) tecum agit de mea laude: cui negari a [90] Catone [91] fas esse non puto. Quamobrem sic tibi [92] persuadeas velim, si mihi [93] tua sententia [94] tributus [95] honos [96] ex meis literis fuerit, me existimaturum, cum [97] auctoritate tua, tum benevolentia erga me, mihi, quod maxime cupierim, [98] contigisse. Vale.

V. [1] M. CATO M. CICERONI IMP. S. D.

Quod et Resp. me et nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam [2] virtutem, innocentiam, diligentiam, cognitam in maximis rebus, [3] domi togati, armati [4] foris, pari [5] industria [6] administrare gaudeam. Itaque, quod pro meo judicio facere potui, ut [7] innocentia consilioque tuo [8] defensam provinciam, servatum Ariobarzanis cum ipso rege [9] regnum, sociorum [10] revocatam ad [11] studium imperii nostri voluntatem, [12] sententia mea et decreto [13] laudarem, feci. Supplicationem [14] decretam si tu, qua in re nihil [15] fortuito, sed summa tua [16] ratione, et continentia, Reipub. provisum est, Diis immorta-

78 Sc. officium. 79 Rarissima et difficillima inventu. 80 Æquitatem et continentiam. 81 Ut supplicationem et triumphum mereri possint. 82 Sc. suffragium. 83 Mittam. 84 Obstricti. 85 Quasi. 86 Ad otium et desidiam pertinere. 87 Judicia. 88 Senatum et administrationem reipublicæ. 89 Rem militarem. 90 Eo, qui Philosophiam ipsam vehementer amat. 91 Æquum. 92 Supple, ut. 93 Per tuam sententiam. 94 Concessus. 95 Supplicationis. 96 Juxta meas literas. 97 Qua vales in senatu. 98 Obtigisse.

1 Gratulatur Ciceroni de rebus gestis, taciteque dissuadet, ne triumphum ambiat, epistola est gratulatoria. 2 Fortitudinem. 3 In pace et urbe. 4 In bello et contra hostes. 5 Labore. 6 Supple, rem. Hæc vox pervenuste sæpe absolute ponitur sub intellecto, rem, aut id quod administratur. Cæs. III. Bell. Civ. c. 26. *Illi adhibita audacia et virtute*, administrantibus *M. Antonio et Fusio Caleno, naves solvunt*. 7 Sc. tua. 8 Contra Parthos. 9 Sc. Cappadociam. 10 Reductam. 11 Benevolentiam. 12 Suffragio meo. 13 Publice in Senatu celebrarem. 14 A Senatu pro rebus bene gestis. 15 Casu. 16 Prudentia.

libus [17] gratulari nos, quam [18] tibi referre acceptum [19] mavis, gaudeo. Quod si triumphi [20] prærogativam putas supplicationem, et idcirco [21] casum potius quam te, laudari [22] mavis: neque supplicationem sequitur semper triumphus, et triumpho multo [23] clarius est senatum [24] judicare, potius [25] mansuetudine et innocentia imperatoris provinciam, quam vi militum, aut [26] benignitate Deorum, [27] retentam atque conservatam esse: quod ego [28] mea sententia censebam. Atque hæc ego idcirco ad te [29] contra consuetudinem meam [30] pluribus scripsi, ut, quod maxime volo, existimes me [31] laborare, ut tibi persuadeam me et [32] voluisse de tua [33] majestate, quod [34] amplissimum sum arbitratus, et, quod tu [35] maluisti, factum esse gaudere. Vale, et nos dilige, et [36] instituto itinere [37] severitatem diligentiamque sociis, et reipublicæ præsta.

VI. [1] M. T. C. CATONI S. D.

[2] Lætus sum laudari me (inquit Hector, [3] opinor apud [4] Nævium) abs te, pater, a laudato viro. Ea est [5] profecto [6] jucunda laus, quæ ab iis [7] proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ego vero vel gratulatione literarum tuarum, vel testimoniis sententiæ dictæ, nihil est quod me non [8] assecutum putem. Idque mihi [9] cum [10] amplissimum, [11] tum gratissimum est, te libenter amicitiæ [12] dedisse, quod [13] liquido veritati [14] dares. Et, si non modo omnes, verum etiam multi Catones essent in civitate [15] nostra, in qua unum [16] exstitisse mirabile est; quem ego [17] currum, aut quam [18] lauream cum tua laudatione [19] conferrem? Nam [20] ad meum sensum, et ad [21] illud sincerum ac

17 Gratias agere. 18 Nos existimare accepisse a te. 19 Magis vis. 20 Judicium et quasi arrhabonem. 21 Fortuitum eventum. 22 Vis. 23 Illustrius. 24 Censere. 25 Lenitate. 26 Favore. 27 In fide, et obsequio. 28 Meo suffragio. 29 Quia Stoici brevem amant orationem. 30 Sc. verbis. 31 Operam dare. 32 Censuisse. 33 Dignitate. 34 Sc. esse maxime honorificum. 35 Sc. Supplicationem tibi decerni. 36 Ut facere cœpisti, secum rationem agendi, quam adhuc secutus es. *Via* et *iter* hac significatione veniunt. 37 Ut nihil committatur contra leges.

1 Jucundam sibi Catonis gratulationem fuisse exponit, petitque ut si in adipiscendo triumpho favere nolit, saltem, si adipiscatur, gaudeat. Epistola est ad gratulatoriam responsoria. 2 Gaudeo. 3 Supple, ut. 4 Poetam Campanum, qui et primum bellum Punicum carmine scripsit, et multas fabulas. 5 Certe. 6 Suavis. 7 Oritur. 8 Supple, esse, id est, obtinuisse. 9 Partim. 10 Honorificum. 11 Partim. 12 Tribuisse in me laudando. 13 Salva, ut ajunt, coscientia. 14 Tribueres, si ita essem laudandus. 15 Romana. 16 Emersisse. 17 Sc. triumphalem. 18 Coronam, qua caput triumphantis cingitur. Flor. l. IV. c. 12. *Digna res* lauro, *digna* curru *Senatui visa*, id est, triumpho. 19 Compararem. 20 Ut quidem ego sentio et tu sincere et subtiliter judicas. 21 *Illud* non commune, sed singulare quid significat. Lib. VIII. ep. 22. *Si ad* illam *summam veritatem legitimum jus exe-*

subtile [22] judicium nihil potest esse laudabilius, quam ea tua oratio, quæ est ad me perscripta a meis [23] necessariis. Sed causam meæ voluntatis (non enim dicam cupiditatis) exposui tibi [24] superioribus literis. Quæ etiamsi parum justa [25] tibi visa est, hanc tamen habet rationem, ut non nimis [26] concupiscendus honos, sed tamen, si [27] deferatur a senatu, minime [28] aspernandus esse videatur. Spero autem [29] illum ordinem, pro meis ob Remp. [30] susceptis laboribus, me non indignum [31] honore, usitato præsertim, existimaturum. Quod si ita erit, tantum [32] ex te peto, quod amicissime scribis, ut cum tuo judicio, quod [33] amplissimum esse [34] arbitraris, mihi tribueris, si [35] id quod maluero, accidit, gaudeas. Sic enim fecisse te, et sensisse, et verius scripsisse [36] video: resque ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse [37] jucundum, quod [38] scribendo affuisti. Hæc enim S.C. non ignoro ab amicissimis ejus, cujus de honore agitur, scribi solere. Ego, ut spero, te [39] propediem videbo: atque utinam Rep. [40] meliorem, [41] quam timeo. Vale.

VII. [1] M. T. C. PROCOS. M. MARCELLO. COS. S. D.

Te [2] et [3] pietatis in tuos, et [4] animi in rempublicam, et clarissimi atque optimi [5] consulatus, [6] C. Marcello consule [7] facto, fructum cepisse, vehementer gaudeo. Non dubito, quid [8] præsentes sentiant: nos quidem [9] longinqui, et [10] a te ipso missi in [11] ultimas gentes, ad cælum [12] mehercule tollimus verissimis ac justissimis laudibus. Nam cum te a pueritia tua [13] unice dilexerim, tuque me in omni [14] genere semper [15] amplissimum esse et volueris et [16] judicaris: tum [17] hoc vel tuo facto, vel populi romani de te [18] judicio, multo acrius vehemen-

geris. 22 Quod in te comperimur esse. 23 Amicis. 24 Præcedentibus et ante ad te missis. 25 Quia supplicationem non decrevisti. 26 Cupiendus, ambiendus. 27 Sponte offeratur. 28 Contemnendus. 29 Senatum. 30 Exantlatis. 31 Supplicationis et triumphi. 32 Abs. 33 Maxime gloriosum. 34 Censes. 35 Sc. triumphus. 36 Intelligo. 37 Gratum. 38 Sc. Senatusconsulto de supplicatione decreta. 39 Brevi temporis intervallo. 40 Pacatiore. 41 Emergebat enim jam discordia inter Pompejum et Cæsarem, quæ deinde bellum civile excitavit.

1 Gratulatur M. Marcello de fratre patruele Consule designato, et petit, ut sibi quam primum, annuo provinciæ imperio finito, succedatur. Gratulatoria est epistola et petitoria. 2 Simul. 3 Qua complecteris consanguineos. 4 Benevolentiæ. 5 Sc. tui. 6 Fratre tuo patruele. 7 Designato in annum sequentem cum L. Paullo. 8 Qui Romæ sunt. 9 Longe absentes. 10 Ut a consule. 11 Sc. imperii Romani. 12 Profecto. 13 Singulari modo. 14 Sc. honorum. 15 Ornatissimum. 16 Censueris. 17 Propter hoc tuum factum. 18 Propter judicium, suffragiis declaratum.

tiusque diligo, maximaque lætitia afficior, cum ab hominibus prudentissimis virisque optimis,[19] omnibus dictis, factis, studiis,[20] institutis, vel me tui[21] similem esse audio, vel te mei. Unum vero si addis ad præclarissimas res consulatus tui, ut aut mihi[22] succedat quamprimum aliquis, aut ne[23] quid[24] accedat temporis ad id, quod tu mihi et[25] S.C. et[26] lege[27] finisti, omnia me per te[28] consecutum putabo. Cura, ut valeas, et me absentem diligas, atque defendas. Quæ mihi de[29] Parthis nuntiata sunt, quia non putabam a me[30] etiam nunc scribenda esse[31] publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad re scribere, ne, cum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse. Vale.

VIII. [1] M. T. C. PROCOS. C. MARCELLO COS. DES. S. D.

Maxima sum lætitia affectus, cum audivi te consulem[2] factum esse: eumque honorem tibi Deos[3] fortunare[4] volo, atque a te pro tua[5] parentisque tui dignitate[6] administrari. Nam cum te semper dilexi amavique, tum mei amantissimum[7] cognovi in omni[8] varietate[9] rerum mearum: tum patris tui pluribus beneficiis, vel defensus[10] tristibus temporibus, vel ornatus[11] secundis: et sum totus[12] vester, et esse debeo: cum præsertim[13] matris tuæ,[14] gravissimæ atque optimæ fœminæ, majora erga[15] salutem[16] dignitatemque meam studia, quam erant a muliere postulanda, perspexerim. Quapropter a te peto[17] majorem in modum, ut me[18] absentem diligas atque defendas. Vale.

IX. [1] M. T. C. PROCOS. C. MARCELLO[2] COLLEGÆ S. D.

[3] Marcellum tuum consulem[4] factum, teque ea lætitia affectum esse, quam maxime optasti, mirandum in modum gau-

19 Supple, in. 20 Moribus. 21 Æmulum et imitatorem studiorum et laborum. Vid. Cicer. in Bruto. 22 In provincia. 23 Aliquid. 24 Addatur. 25 De obtinenda provincia Ciliciæ per annum. 26 Sc. curiata; de qua vid. lib. 1. ep. 9. 27 Constituisti. 28 Obtinuisse. 29 Euphratem transgressis. 30 Adhuc. 31 Ad Senatum.

1 C. Marcello de consulatu gratulatur, suamque illi dignitatem commendat. Epistola est officiosa. 2 Designatum cum L. Paullo. 3 Secundare. 4 Opto. 5 C. Marcelli. 6 Geri. 7 Sc. te. 8 Vicissitudine. 9 Status mei. 10 Adversis. 11 Prosperis. 12 Tuus et patris. 13 Juniæ. 14 Honestissimæ. 15 In laboribus. 16 In honoribus. 17 Vehementer. 18 In provincia, in qua timebat successorem non hi daturum, vel tempus prorogaturum.

1 Gratulatur C. Marcello de filio consule designato, petitque ut se absentem diligat et defendat. Gratulatoria est epistola. 2 In Auguratu. Vid. lib. 11. de Divinat. 3 C. Marcellum filium tuum. 4 Designatum.

deo:idque [5] cum [6] ipsius causa, [7] tum quod te omnibus [8] secundissimis rebus dignissimum judico:cujus erga me [9] singularem benevolentiam vel in [10] labore meo vel [11] in honore [12] perspexi: totam denique [13] domum vestram vel [14] salutis, vel [15] dignitatis meæ studiosissimam cupidissimamque cognovi. Quare gratum mihi feceris, si uxori tuæ Juniæ, gravissimæ atque optimæ fœminæ, [16] meis verbis eris [17] gratulatus. A te id, quod suesti, peto, me absentem [18] diligas atque defendas. Vale.

X. [1] M. T. C. IMP. C. MARCELLO C. E. COS. S. D.

[2] Quum id [3] accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium Marcellorum [4] Marcellinorum etiam (mirificus enim [5] generis ac [6] nominis vestri fuit erga me semper animus) quum ergo ita accidit, ut omnium [7] vestrum studio tuus consulatus satisfacere posset, in quem meæ res [8] gestæ, lausque et honor [9] earum potissimum incideret, peto a te id, quod facillimum factu est, non [10] aspernante, (ut confido) senatu, ut quam honorificentissimum [11] S.C. [12] literis meis recitatis, faciendum cures. Si mihi tecum [13] minus esset, quam est cum [14] tuis omnibus, [15] allegarem ad te illos, a quibus intelligis me [16] præcipue diligi. [17] Patris tui beneficia in me sunt [18] amplissima, neque enim [19] saluti meæ, neque honori [20] amicior quisquam dici potest. [21] Frater tuus quanti me [22] faciat, semperque fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror [23] neminem. [24] Domus tua denique tota me semper omnibus summis officiis prosecuta est. Neque vero tu in me diligendo cuiquam [25] concessisti [26] tuorum. Quare a te peto [27] majorem in modum, ut me [28] per te [29] quam ornatissimum [30] velis esse, meamque et in supplicatione decernenda, et in cæteris rebus [31] existimationem satis tibi esse commendatam [32] putes. Vale.

5 Ex parte. 6 Filii tui. 7 Ex parte. 8 Prosperissimis. 9 Egregiam. 10 Adversa mea fortuna. 11 Cum florerem dignitate. 12 Penitus cognovi. 13 Familiam. 14 In adversis. 15 In prosperis. 16 Meo nomine. 17 De consulatu filii. 18 Supple, ut.

1 Commendat studiose suam existimationem consuli Marcello in supplicatione decernenda. Epistola est petitoria. 2 Quoniam. 3 Evenit. 4 Eorum, qui ex familia vestra in alias per adoptionem transierunt; inter quos Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, de quo lib. I. epist. 1. 5 Claudiæ gentis. 6 Familiæ Marcellorum. 7 Gentilium. 8 Sc. in provincia Cilicia. 9 Rerum gestarum. 10 Respuente. 11 Decretum publicum de honore meo. 12 Postquam literæ meæ erunt recitatæ. 13 Sc. necessitudinis et amicitiæ. 14 Sc. consanguineis. 15 Adducerem, tanquam intercessores. 16 Ante alios. 17 C. Marcelli. 18 Maxima. 19 In adversis. 20 Faventior. 21 Patruelis M. Marcellus. 22 Modo sc. 23 Nullum. 24 Familia. 25 Locum dedisti. 26 Consanguineorum. 27 Vehementer. 28 Tuo decreto. 29 Sc. summis honoribus. 30 Supple, ut. 31 Dignitatem. 32 Supple, ut.

XI. [1] M. T. C. IMP. C. MARCELLO COS. S. D.

Quantæ tibi curæ meus [2] honos, et [3] quam [4] idem extiteris consul in me ornando et [5] amplificando, qui fueras semper cum [6] parentibus tuis, et cum tota [7] domo, [8] etsi res ipsa [9] loquebatur; cognovi tamen ex [10] meorum omnium literis. Itaque nihil est [11] tantum, quod ego non [12] tua causa debeam, facturusque sim cum [13] studiose, tum libenter. Nam [14] magni interest, [15] cui debeas: debere autem nemini malui, quam tibi: cui me cum [16] studia communia, beneficia [17] paterna, tuaque jam [18] ante conjunxerant: tum [19] accedit [20] mea quidem sententia, maximum vinculum, quod ita Remp.[21] geris, atque gessisti ([22] qua mihi carius nihil est) ut quantum tibi omnes boni debeant,[23] quominus tantundem ego [24] unus debeam, non recusem. Quamobrem tibi [25] velim[26] ii [27] sint[28] exitus,[29] quos mereris, et quos [30] fore confido. Ego, si me [31] navigatio non morabitur (quæ incurrebat in ipsos [32] Etesias)[33] propediem te, ut spero, videbo. Vale.

XII. [1] M. T. C. IMP. L. PAULLO [2] COS. DES. S. D.

[3] Etsi mihi nunquam fuit dubium, quin te populus Rom. pro tuis summis in Rempub. meritis, et pro amplissima [4] familiæ dignitate, summo [5] studio, [6] cunctis [7] suffragiis consulem [8] facturus esset: tamen incredibili lætitia sum affectus, cum [9] id mihi nuntiatum est, eumque [10] honorem tibi Deos [11] fortunare [12] volo, a teque [13] ex tua majorumque tuorum dignitate administrari. Atque utinam præsens illum [14] diem, mihi optatissimum, videre potuissem, proque tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis tibi operam meam [15] studiumque [16] na-

1 Consuli C. Marcello gratias agit de supplicatione decreta, et se propediem ad urbem fore significat. 2 In decernenda supplicatione. 3 Quantum. 4 Ejusdem animi. 5 Condecorando. 6 Patre Marcello et matre Junia. Vid. ep. 8. 7 Familia. 8 Quanquam. 9 Satis declarabat per decretum supplicationis. 10 Amicorum. 11 Tam magnum. 12 In re tua. 13 Diligenter. 14 Multum refert. 15 Cujus sis debitor. 16 Eloquentiæ. 17 A patre tuo profecta. 18 Priusquam consul esses. 19 Additur. 20 Sane juxta meum arbitrium. 21 Administras. 22 Sc. Republica. 23 Ut non. 24 Solus. 25 Optem. 26 Tales. 27 Supple, ut. 28 Consulatus tui. 29 Quales. 30 Futuros esse. 31 Ex Græcia in Italiam. 32 Ventos a Septentrione ad Occidentem, inde in Orientem flantes; unde cursum Ciceronis impediebant. 33 Celeriter.

1 Paullo de consulatu gratulatur, et petit, ut operam det, ne temporis quid sibi ad provinciale imperium addatur. Epistola est petitoria. 2 Cum C. Marcello. 3 Quanquam. 4 Æmiliæ, gentis patriciæ. 5 Ardore. 6 Universis. 7 Sc. tribuum. 8 Designaturus. 9 Te consulem esse factum. 10 Honorificum magistratum. 11 Prosperum reddere. 12 Cupio. 13 Secundum tuam dignitatem et majorum tuorum. 14 Sc. comitiorum. 15 Diligentiam. 16 Sc.

vare. Quam mihi facultatem [17] quando hic [18] nec opinatus et improvisus [19] provinciæ casus eripuit: tamen, ut te consulem Remp. pro tua dignitate [20] gerentem videre possim, [21] magnopere a te peto, ut operam [22] des, efficias, nequid mihi fiat injuriæ, neve quid temporis ad meum [23] annuum [24] munus accedat. Quod si feceris, magnus ad tua [25] pristina erga me [26] studia cumulus [27] accedet. Vale.

XIII. [1] M. T. C. IMP. L. PAULLO COS. S. D.

Maxime [2] mihi fuit optatum, Romæ esse tecum, multas ob causas, sed præcipue, ut et [3] in petendo et gerendo consulatu meum tibi debitum studium perspicere posses. Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit [4] explorata, sed tamen [5] navare operam volebam. In [6] consulatu vero cupio equidem te minus habere [7] negotii: sed [8] moleste fero me [9] consulem tuum studium [10] adolescentis perspexisse; cum [11] id ætatis sim, perspicere non posse. Sed ita [12] fato nescio quo [13] contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur [14] facultas, mihi ad [15] remunerandum nihil [16] suppetat præter voluntatem. Ornasti consulatum, ornasti [17] reditum meum. Incidit meum tempus [18] rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. Itaque cum et tua summa amplitudo et dignitas, et meus magnus honos magnaque [19] existimatio postulare videatur, ut a te pluribus verbis contendam ac petam, ut quam honorificentissimum [20] S.C. de meis rebus gestis faciendum cures, non audeo vehementer a te [21] contendere, ne aut [22] ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. Quare, [23] ut te velle arbitror, ita faciam, atque [24] ab eo, quem omnes gentes sciunt de me optime meritum, [25] breviter petam. Si alii consules essent, ad te potissimum, Paulle, [26] mitterem, ut eos mihi quam [27] amicissimos [28] redderes:

in petitione consulatus. 17 Quandoquidem. 18 Inopinus. 19 Quo mihi provincia Cilicia administranda obtigit. 20 Administrantem. 21 Vehementer. 22 Naves. 23 Legitime per unum annum administrandum. 24 Proconsulatum Ciliciæ. 25 Præterita. 26 Beneficia. 27 Adjicietur.

1 Petit, ut sibi supplicationem decernendam curet, et cæteris in rebus ei suam existimationem commendat. Epistola est petitoria. 2 A me. 3 Dum peteres et gereres consulatum. 4 Indubitata, populo te cunctis suffragiis consulem facturo. 5 Impendere. 6 Sc. gerendo. 7 Difficultatis. 8 Ægre. 9 Cum essem consul. 10 Cum esses adhuc adolescens. 11 Ea ætate. 12 Deorum decreto. 13 Evenisse. 14 Potestas. 15 Ad referendam gratiam. 16 Præ manu sit. 17 Ab exsilio. 18 Quo res præclaras in Cilicia gessi. 19 Æstimatio de me. 20 Decretum senatus, super ea re consulti. 21 Exigere. 22 Egomet. 23 Sicut. 24 A te. 25 Paucis verbis. 26 Sc. nuntios vel literas. 27 Studiosissimos. 28 Faceres.

nunc, cum tua summa potestas, summaque auctoritas, notaque omnibus nostra [29] necessitudo sit, vehementer te rogo, ut et quam honorificentissime cures [30] decernendum de meis rebus gestis, et quam celerrime. Dignas res esse et [31] honore et [32] gratulatione, cognosces ex iis literis, quas ad te et ad [33] collegam et senatum [34] publice misi: omniumque mearum reliquarum rerum, maximeque [35] existimationis meæ procurationem [36] susceptam velim [37] habeas: [38] inprimisque tibi curæ sit, quod abs te [39] superioribus quoque literis petivi, ne mihi [40] tempus [41] prorogetur. Cupio te consulem videre, omniaque quæ spero, cum [42] absens, tum etiam [43] presens te consule [44] assequi. Vale.

XIV. [1] M. T. C. C. CASSIO [2] PROQUÆST. S. D.

M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione [3] das, nullum in eo facio [4] quæstum, multi enim anni sunt, [5] cum ille [6] in ære meo est, et a me diligitur propter summam suam humanitatem et [7] observantiam. Sed tamen, [8] quod ab eo [9] egregie diligeris, multo amicior ei sum factus. Itaque quanquam [10] profecerunt literæ tuæ, tamen aliquanto plus commendationis apud me habüit animus ipsius erga te mihi [11] perspectus et cognitus. Sed de Fabio faciemus [12] studiose, quæ [13] rogas. Tu [14] multis de causis vellem me [15] convenire [16] potuisses: primum ut te, quem [17] jam diu plurimi facio, [18] tanto intervallo viderem: deinde, ut tibi, quod feci per literas, [19] possem præsens gratulari: [20] tum, ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, [21] inter nos [22] communicaremus: postremo, ut amicitia nostra, quæ summis officiis ab [23] utroque [24] culta

29 Amicitia. 30 Senatus consultum fieri. 31 Triumphi. 32 Diis facienda ob res feliciter gestas. 33 C. Marcellum. 34 Ad eos, qui reipublicæ præsunt. 35 Famæ. 36 Suscipias. 37 Supple, ut. 38 Præcipue. 39 Ante ad te missis. 40 Proconsulatus. 41 Extendatur. 42 Supplicationem, sc. 43 Sc. triumphum. 44 Obtinere.

1 Ad commendationem Cassii respondet, doletque se Cassium non vidisse e provincia redeuntem; postremo petit ut operam det, ut ei succedatur. Epistola est responsoria ad commendationem. 2 Syriæ, in quam cum M. Crasso proconsule Quæstor iverat, post hujus cædem, usque ad Bibuli proconsulis adventum. 3 Facis. 4 Lucrum. 5 Post quos. 6 Inter meos. Epist. 62. lib. XIII. *Semper in animo habui*, *te* in ære meo *esse propter Lamiæ nostri conjunctionem*. 7 Sc. in me. 8 Quia. 9 Singulariter. 10 Alicujus fuerunt fructus. 11 Expertus. 12 Diligenter. 13 Petis. 14 Multas ob causas. 15 Adire, sc. in Cilicia. 16 Supple, ut. 17 Jam a multis annis. 18 Post tantum intervallum. 19 Sc. facere præsens, hoc est, gratulari. 20 Tertio loco. 21 Alter cum altero. 22 Colloquendo, consulendo, commendando communes faceremus. 23 Sc. nostrum. 24 Observata et exercita.

est, sed longis intervallis temporum [25] interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. Id [26] quando non [27] accidit, utemur [28] bono literarum et eadem fere absentes, quæ si [29] coram essemus, [30] consequemur. [31] Unus scilicet fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest: alter gratulationis est, is quidem [32] exilior, quam si tibi, teipsum [33] intuens [34] gratularer: sed tamen et feci ante et facio nunc, tibique cum pro rerum magnitudine, [35] quas gessisti, tum pro [36] opportunitate temporis, gratulor, quod te de provincia [37] decedentem summa laus et summa gratia provinciæ prosecuta est. Tertium est, ut id quod de nostris rebus [38] coram communicassemus [39] inter nos, [40] conficiamus idem [41] literis. Ego cæterarum rerum causa tibi Romam [42] properandum magnopere censeo. Nam et [43] ea quæ reliqui, tranquilla de te erant: et hac tua recenti [44] victoria tanta [45] clarum adventum tuum [46] fore intelligo. Sed, si qua sunt onera [47] tuorum, si [48] tanta sunt, ut ea [49] sustinere possis, [50] propera: nihil tibi erit [51] lautius, nihil gloriosius, [52] sin [53] majora, considera, ne in [54] alienissimum tempus [55] cadat adventus tuus. [56] Hujus rei totum consilium tuum est: tu enim scis quid sustinere possis. Si potes, laudabile atque [57] populare est: [58] sin plane non [59] potes, absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem idem tecum his ago literis, quod [60] superioribus egi, ut omnes [61] tuos nervos in eo [62] contendas, [63] nequid mihi ad [64] hanc provinciam, quam et senatus et populus [65] annuam esse voluit, temporis [66] prorogetur. Hoc a te ita [67] contendo, ut in eo [68] fortunas meas positas putem. Habes [69] Paullum nostrum nostri [70] cupidissimum: [71] est Curio: est Furnius. Sic velim [72] enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de iis, quæ proposueram, confirmatio nostræ amicitiæ de qua

25 Intermissum usum. 26 Quandoquidem. 27 Evenit, sc. ut me conveneris. 28 Commodo. 29 Inter nos præsentes. 30 Obtinebimus. 31 Una voluptas. 32 Minor. 33 Adspiciens. 34 Ob rem bene gestam. 35 Quas in Syria contra Parthos gessisti. 36 Commoda facie. 37 Exeuntem. 38 Præsentes. 39 Alter alteri. 40 Transigamus. 41 Per epistolas. 42 Maturandum esse. 43 In urbe, cum ex ea discessi, nihil turbulenti erat adversus te. 44 Contra Parthos, quos fudisti et fugasti. 45 Illustrem. 46 Futurum esse. 47 Necessariorum. 48 Tam levia. 49 Portare. 50 Festina. 51 Splendidius. 52 Sed si. 53 Graviora, quam sustinere possis. 54 Quo propter tuorum culpam populus romanus est maxime infensus. 55 Eveniat. 56 Omnis de hac re deliberatio est penes te. 57 Plausibile populo. 58 Sed si. 59 Sc. præsens sustinere. 60 Antehac missis. 61 Tuas vires. 62 Intendas. 63 Aliquid. 64 Administrationem hujus provinciæ. 65 Annum duraturam. 66 Addatur. 67 Exigo. 68 Facultates. 69 Consulem. 70 Studiosissimum. 71 Sc. tibi. 72 Sc. ut omni ope

pluribus verbis nihil opus est. Tu [73] puer [74] me [75] appetisti: ego autem semper [76] ornamento te mihi [77] fore [78] duxi. Fuisti etiam [79] præsidio [80] tristissimis meis temporibus. Accessit post tuum [81] discessum familiaritas mihi cum [82] Bruto tuo maxima. Itaque in [83] vestro ingenio et industria mihi plurimum et [84] suavitatis et dignitatis [85] constitutum puto. Id tu ut tuo [86] studio [87] confirmes, te vehementer rogo: literasque ad me et [88] continuo mittas, et; cum Romam veneris, quam sæpissime. Vale.

XV. [1] M. T. C. CASSIO S. D.

Etsi [2] uterque nostrum, spe [3] pacis, et odio [4] civilis sanguinis, abesse a belli pertinacia [5] voluit: tamen, [6] quando [7] ejus consilii [8] princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi [9] præstare ipse debeo, quam a te [10] exspectare. Etsi, ut sæpe [11] soleo mecum [12] recordari, sermo familiaris meus tecum, et [13] item mecum tuus adduxit utrumque nostrum ad id consilium, ut unó prælio putaremus [14] si non totam causam, at certe nostrum [15] judicium [16] definiri [17] convenire. Neque [18] quisquam hanc nostram sententiam [19] vere unquam reprehendit, præter eos, qui arbitrantur melius esse [20] deleri omnino Rempubl. quam [21] imminutam et debilitatam manere. Ego autem ex [22] interitu [23] ejus nullam spem [24] scilicet mihi proponebam, ex [25] reliquiis magnam. Sed [26] ea sunt consecuta, ut magis mirum sit accidere illa potuisse, quam nos non vidisse ea futura, nec, cum homines essemus, [27] divinare potuisse. Equidem fateor meam conjecturam [28] hanc fuisse, ut illo quasi quodam [29] fatali [30] prælio facto, et victores communi saluti [31] consuli

contendas. 73 Cum puer adhuc esses. 74 Consuetudinem meam. 75 Desideravisti. 76 Decori. 77 Futurum esse. 78 Judicavi. 79 Tutelæ. 80 Sc. exsilii mei. 81 Cum Crasso in Syriam. 82 M. Bruto, cujus soror Cassii uxor. 83 Tuo et Bruti. 84 Dulcedinis. 85 Positum. 86 Nisu. 87 Stabilias. 88 Statim post has lectas.

1 Consilium suum in bello civili exponit, Cæsaris clementiam laudat, Italiæ gemitum ostendit, Cassiique sententiam de præsentibus et futuris rebus exquirit. 2 Uterque enim, victo in Pharsalia Pompejo; ab armis discessit. 3 Cum Cæsare ineundæ. 4 Effusionis sanguinis civilis. 5 Expetiit, ego in Italiam rediens, tu classem in Hellesponto Cæsari tradens. 6 Quandoquidem. 7 Discedendi, sc. ab armis. 8 Primus et præcipuus auctor. 9 Exhibere, ne te pœniteat consilii tui. 10 Ut ad me ea scribas, quibus in sententia confirmer. 11 Consuevi. 12 In memoriam revocare. 13 Similiter. 14 Licet. 15 Ut sc. deponeremus arma. 16 Finiri. 17 Decere. 18 Ullus. 19 Juste. 20 Exstingui vel everti. 21 Fractam. 22 Eversione. 23 Sc. reipublicæ. 24 Certe. 25 Sc. ejus. 26 Eæ res. 27 Eventura prædicere. 28 Talem. 29 Fatorum ordinatione constituto. 30 Pharsalico. 31 Provideri.

vellent, et victi suæ. Utrumque autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris.[32] Quæ si fuisset, eandem[33] clementiam experta esset[34] Africa, quam cognovit[35] Asia, quam etiam[36] Achaia, et (ut opinor)[37] ipso[38] legato, ac deprecatore. Amissis autem[39] temporibus, quæ[40] plurimum valent, præsertim in bellis civilibus,[41] interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent, alios, ut ipsum vinci[42] contemnerent. Atque horum malorum omnium culpam fortuna[43] sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli[44] tantam moram huic bello adjunctum iri, aut[45] nescio quem istum[46] Pharnacem Asiæ terrorem[47] illaturum putaret? Nos tamen in consilio[48] pari,[49] casu dissimili usi sumus. Tu enim eam[50] partem petisti, ut et[51] consiliis interesses, et (quod maxime curam[52] levat) futura animo prospicere posses, ego, qui festinavi, ut Cæsarem in Italia viderem, (sic enim[53] arbitrabamur) eumque, multis honestissimis viris conservatis, redeuntem, ad pacem[54] *currentem* (ut ajunt) *incitarem,* ab[55] illo longissime et absum et abfui.[56] Versor autem iu gemitu Italiæ, et in[57] urbis miserrimis[58] querelis: quibus aliquid[59] opis fortasse, ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si[60] auctor affuisset. Quare velim pro tua erga me perpetua benevolentia[61] scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid exspectandum, quid agendum nobis existimes.[62] Magni erunt mihi tuæ literæ: atque utinam primis illis, quas[63] Luceria miseras,[64] paruissem. Sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.

32 Sc. celeritas. 33 Sc. Cæsaris. 34 Pompejani, qui in Africa bellum renovabant. 35 Illi, qui in Asiam se contulerant. 36 Qui in Achaiam se receperunt. 37 Cæsare. 38 Legati ac deprecatoris officio fungente. 39 Occasionibus. 40 Maximi sunt momenti. 41 Inter pugnam Pharsalicam et devictum a Cæsare Pharnacem positus. 42 Nihili facerent. 43 In se tenet. 44 Novem mensium, quos Cæsar bello Alexandrino consumpsit. 45 Contemptibilem. 46 Mithridatis filium. 47 Supple, fuisse, victo Cn. Domitio. Asiæ a Cæsare præposito. 48 Simili. 49 Eventu. 50 Sc. Cæsaris, quem Cassius, post traditam classem secutus erat. 51 Sc. Cæsaris. 52 Adimit. 53 Sc. futurum esse. 54 Proverbium est, *currentem incitare*, sive, ut Græce sonat, τὸν ἐξέχοντα ὀξύνειν, de iis, qui proclives exstimulant. Cicero de Orat. *Facilius enim est*, currentem, quod ajunt, incitare, *quam commovere languentem* 55 Sc. Cæsare. 56 Constitutus sum. 57 Romæ. 58 Propter scelera et seditiones M. Antonii, magistri equitum, qui multa contra leges moremque majorum tyrannico more commisit. 59 Auxilii. 60 Sc. Cæsar. 61 Supple, ut. 62 In magna æstimatione. 63 Oppido Apuliæ infra Teanum ad fluvium Cerbalum, qui nunc *Foggia*; ipsum vero oppidum hodie *Lucera* et *Nocera*. 64 Obtemperassem.

XVI. [1] M. T. C. PROCOS. CASSIO S. D.

Puto te jam [2] suppudere, cum hæc te tertia jam epistola ante [3] oppressit, quam tu [4] scidulam, aut literam. Sed non [5] urgeo: [6] longiores enim expectabo, vel potius [7] exigam. Ego, si semper haberem cui darem, [8] vel [9] ternas in hora darem. [10] Fit enim nescio quid, ut quasi [11] coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te: neque id [12] κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui [13] amici novi, qui putant etiam [14] διανοητικὰς φαντασίας [15] spectris Catianis excitari. Nam, [16] ne te fugiat, Catius Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille [17] Gargettius, et jam [18] ante [19] Democritus εἴδωλα, hic spectra nominat. His autem spectris etiamsi oculi possent [20] feriri, quod [21] vel [22] iis ipsa occurrunt, [23] animus [24] qui possit, ego non [25] video. [26] Doceas tu me oportebit, cum salvus veneris in mea ne potestate sit [27] spectrum tuum, ut simul ac mihi [28] collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. Neque [29] solum de te, qui mihi [30] hæres in medullis: sed, si insulam [31] Britanniam cœpero cogitare, ejus [32] εἴδωλον mihi advolabit ad pectus. Sed hæc [33] posterius. Tento enim te, quo animo accipias. Si enim [34] stomachabere, et [35] moleste feres, plura dicemus, postulabimusque, ex qua [36] hæresi [37] vi hominibus armatis [38] dejectus sis, in [39] eam restituare. In [40] hoc interdicto non solet addi, [41] *in hoc anno*. Quare si jam biennium aut triennium est, cum [42] virtuti nuntium remisisti, [43] delinitus illecebris voluptatis, [44] in integro res nobis erit. Quanquam [45] quicum loquor? cum uno fortissimo viro: qui, posteaquam [46] forum attigisti, nihil

1 Jocatur cum Cassio in opiniones Epicureorum. Epistola est jocosa. 2 Aliquantulum pudere. 3 Obruit. 4 Scriptum breviculum. 5 Ut properes. 6 Sc. literas. 7 Quasi debitas. 8 Etiam. 9 Tres singulis horis. 10 Contingit. 11 Præsens. 12 Secundum simulacrorum visiones. 13 Epicurei. 14 In intelligentia positas visiones. 15 Imaginibus a Catio Epicureo excogitatis, 16 Ne lateat tibi. 17 Epicurus Atheniensis Philosophus, Gargetto, vico Atticæ, oriundus. 18 Sc. Epicurum. 19 Philosophus Abderites quem Epicurus secutus est. 20 Percuti. 21 Etiam. 22 Oculis. 23 Mens. 24 Quomodo. 25 Intelligo. 26 Supple, ut. 27 Imago. 28 Libuerit. 29 Supple, doceas. 30 Fixus es. 31 Insulam in Oceano, quæ hodie Angliam et Scotiam continet. 32 Spectrum. 33 Supple, disputabimus. 34 Indignabere. 35 Ægre feres. 36 Secta Philosophorum; fortasse Stoica vel Academica. 37 Formula solennis in interdicto prætoris UNDE VI, quo aliquis in possessionem suam, de qua vi et armatis hominibus erat deturbatus, restituebatur. 38 Deturbatus. 39 Sc. sectam. 40 Restitutionis in pristinam sectam. 41 Quod addi solebat in omnibus interdictis. 42 Virtutem amare desiisti. Translatio ab iis, qui divortium faciunt. 43 Insidiosis voluptatis blandimentis captus. 44 Plena juris nostri, nulla facta annorum præscriptione. 45 Cum quo. 46 Virilem

fecisti nisi plenissimum amplissimæ dignitatis. In ista ipsa [47] αἱρέσει metuo ne plus [48] nervorum sit, quam ego putarim, si modo eam tu [49] probas. Quid tibi in mentem [50] venit? inquies. Quia nihil habebam aliud quod scriberem. De Rep. enim nihil scribere possum, neque enim, quod sentio, libet scribere. Vale.

XVII. [1] M. T. C. CASSIO S. D.

[2] Præposteros habes tabellarios: [3] etsi me quidem non offendunt: sed tamen, cum a me discedunt, [4] flagitant literas: cum ad me veniunt, nullas afferunt. Atque id ipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum [5] darent: sed [6] petasati veniunt, comites ad [7] portam [8] exspectare dicunt. Ergo ignosces: alteras habebis has breves: sed exspecta [9] πάντα περὶ πάντων. Etsi [10] quid ego me tibi purgo, cum tui ad me [11] inanes veniant, ad te cum epistolis revertantur? Nos [12] hic (tamen ad te scribam aliquid) P. Sullam patrem [13] mortuum habebamus. Alii a latronibus, alii [14] cruditate [15] dicebant. Populus non [16] curabat: [17] combustum enim esse [18] constabat. Hoc tu pro sapientia tua feres æquo animo, quamquam [19] πρόσωπον πόλεως amisimus. [20] Cæsarem putabant moleste [21] laturum, verentem, ne [22] hasta [23] refrixisset. Mindius Marcellus et Attius [24] pigmentarius valde gaudebant se [25] adversarium perdidisse. De Hispania novi [26] nihil, sed [27] exspectatio valde magna: rumores [28] tristiores, sed [29] ἀδέσποτοι. [30] Pansa [31] noster [32] paludatus a. d. III. Kalend. Jan. [33] profectus est: ut quivis intelligere posset id, quod tu [34] nuper dubitare cœpisti, [35] τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν esse. Nam, [36] quod multos miseriis leva-

togam induisti. 47 Secta, sc. Epicurea. 48 Virum. 49 Approbas. 50 Sc. ut ista scriberes?

1 Exponit, quæ nova in urbe gerantur. Nunciatoria est epistola. 2 Rem suo ordine non gerentes. 3 Quamquam. 4 Petunt. 5 Concederent. 6 Pelaso, viatorum galero tecti et ad iter parati. 7 Urbis. 8 Sc. 9 Omnia de omnibus. 10 Ad quid. 11 Vacui. 12 Romæ. 13 Extra urbem. 14 Affectu stomachi a difficili cibi concoctione orto. 15 Sc. extinctum. 16 Qua morte perierat. 17 Crematum post mortem. 18 Certum erat. 19 Faciem civitatis, quæ nempe expressa erat ab eo, in eoque tota conspici potuit. 20 Julium. 21 Supple, esse. 22 Auctio bonorum proscriptorum, quam L. Sylla, gentilis defuncti, primus fixit. 23 In desuetudinem venisset. 24 Qui pigmenta vendit. 25 Quæstui suo. 26 Supple, allatum est. 27 Supple, est. 28 Adversis Cæsaris rebus. 29 Sine domino et certo auctore. 30 C. Vibius Pansa, qui postea cum Hirtio consul fuit. 31 Sc. amicus. 32 Tanquam ad bellum missus, chlamyde imperatoria, quæ *paludamentum* vocatur, indutus. 33 In Galliam citeriorem, M. Bruto successurus. Vid. ep. 26. lib. XII. ad Att. 34 Factus Epicureus. 35 Honestum propter se ipsum eligendum. 36 Quia.

*

vit, et quod se in his malis [37] hominem præbuit, mirabilis [38] eum virorum bonorum benevolentia prosecuta est. Tu quod adhuc Brundisii moratus es, valde [39] probo, et gaudeo. Et [40] mehercule puto te sapienter facturum, si [41] ἀκενόσπουδος fueris. Nobis quidem qui te amamus, erit gratum. Et [42] amabo te, cum [43] dabis posthac [44] aliquid [45] domum literarum, mei [46] memineris. Ego nunquam ad te, cum sciam, sine meis literis ire patiar. Vale.

XVIII. [1] M. T. C. CASSIO S. D.

Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset a me, cum jam iretur ad te: longior etiam, si [2] φλύαρον aliquem [3] habuisset nam [4] σπουδάζειν sine periculo vix possumus. Ridere igitur (inquies) possumus. [5] Non mehercule [6] facillime: veruntamen aliam [7] aberrationem a molestiis nullam habemus. Ubi igitur (inquies) [8] philosophia? [9] Tua quidem in [10] culina: mea [11] molesta est, [12] pudet enim servire. Itaque [13] facio me alias res agere, ne [14] convitium [15] Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino novi. Te [16] abesse, [17] mea causa moleste fero; [18] tua, gaudeo. Sed [19] flagitat tabellarius. [20] Valebis igitur, meque ut [21] a puero fecisti, [22] amabis.

XIX. [1] CASSIUS CICERONI S. D.

S. V. B. Non mehercule in hac mea [2] peregrinatione quicquam libentius facio, quam scribo ad te; videor enim cum præsente loqui, et jocari. Nec tamen hoc [3] usu venit propter [4] spectra Catiana: pro [5] quo tibi [6] proxima epistola tot [7] rusti-

37 Humanum. 38 Proficiscentem. 39 Laudo. 40 Profecto. 41 Non studens rebus inanibus. 42 Quæso. 43 Mittes. 44 Aliquam epistolam. 45 Ad familiam tuam. 46 Ut ad me quoque des.

1 Brevitatem epistolæ excusat, temporum tristitiam describit, unde Cassio gratulatur, quod ab urbe absit. Epistola est excusatoria et nunciatoria. 2 Garrulum vel nugacem. 3 Sc. Scriptorem. 4 Serio seria agere. 5 Supple, possumus. 6 Etiam absque periculo. 7 Digressum, per metaphoram. 8 Supple, est. 9 Cassii, tanquam Epicurei. 10 In epulis. 11 Exprobando quod serviam, et non potius, ut cato, me a servitute fortiter vindicem. 12 Philosophiam, me servum esse. 13 Fingo me non Philosophiæ, sed aliis rebus operam dare. 14 Contumeliosam objurgationem. 15 Philosophi Atheniensis, Academiæ patris, qui servientes objurgat. 16 Sc. ab urbe. 17 Propter me, quia tua consuetudine careo. 18 Propter te, quia omni cura solutus jucundissimo otio frueris. 19 Urget, ut dem. 20 Vale. 21 A pueritia. 22 Ama.

1 Respondet ad duas Ciceronis epistolas, quæ ante superiorem leguntur, Epicurum et Epicureos a studio virtutis laudat, et Cæsaris victoriam in Hispania sperat. Epistola est jocosa et responsoria. 2 Aberratione ab urbe. 3 Contingit. 4 Imagines, quas Catius excogitavit. 5 Qua re. 6 Quam proxime scribam. 7 Indocte et barbare loquentes.

eos [8] Stoicos regeram, ut Catium [9] Athenis natum esse [10] dicas. Pansam nostrum [11] secunda voluntate hominum [12] paludatum ex [13] urbe exisse, cum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiam omnium nostrum. Spero enim homines intellecturos, quanto sit omnibus odio crudelitas et quanto amori probitas, et clementia, atque [14] ea, [15] quæ maxime mali petant et concupiscant, ad bonos pervenire. Difficile est enim hominibus persuadere, [16] τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse: [17] ἡδονὴν vero et [18] ἀναλγησίαν virtute, justitia, [19] καλῷ [20] parari, et verum et probabile est. Ipse enim Epicurus, a quo omnes Catii, et [21] Amasinii, [22] mali verborum interpretes, [23] proficiscuntur, dicit: [24] οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. Itaque et Pansa, qui [25] ἡδονὴν sequitur, virtutem retinet: et ii, qui a [26] vobis [27] φιλήδονοι vocantur, sunt [28] φιλόκαλοι καὶ φιλοδίκαιοι, omnesque virtutes et colunt et retinent. Itaque Sulla (cujus judicium [29] probare debemus) cum [30] dissentire philosophos videret, non quæsiit, quid [31] bonum esset, [32] omnia bona [33] coemit. Cujus ego mortem [34] forti mehercule animo tuli. Nec tamen Cæsar diutius nos [35] eum desiderare patietur, nam habet damnatos, quos pro illo nobis [36] restituat: nec ipse [37] sectorem desiderabit, cum [38] filium viderit. Nunc, ut ad rempublicam [39] redeam, quid in [40] Hispaniis geratur, rescribe. [41] Peream, nisi solicitus sum, ac malo [42] veterem et clementem dominum habere, quam [43] novum et crudelem experiri. Scis, [44] Cnæus quam sit [45] fatuus, scis, quomodo crudelitatem [46] virtutem putet: scis, [47] quam se semper a nobis [48] derisum putet. Vereor, ne nos [49] rustice [50] gladio velit [51] ἀντιμυκτηρίσαι. Quid

8 Philosophos, qui a *Stoa*, id est, porticu, in qua eorum princeps Zeno Citticus docebat, dicti sunt, et oratione et moribus duriores sunt habiti. 9 In urbe Atticæ, quæ omnis elegantiæ et eloquentiæ fuit parens. 10 Sc. præ Stoicis, barbaris et ineruditis. 11 Omnibus volentibus et plaudentibus. 12 Clamyde imperatoria indutum. 13 Roma. 14 Supple, intellecturos. 15 Id est, dignitates et honores. 16 Honestum propter se ipsum eligendum. 17 Voluntatem. 18 Indolentiam. 19 Honesto. 20 Acquiri. 21 C. Amasinius Epicuri disciplinam est sectatus. 22 Qui aliter *voluptatis* nomen capiunt, quam Epicurus. 23 Oriuntur. 24 Non potest jucunde vivere, nisi honeste et juste vivatur. 25 Voluptatem, quasi Epicureus. 26 Stoicis vel Academicis. 27 Amatores voluptatis. 28 Amatores honesti et justi. 29 Laudare. 30 De summo bono. 31 Summum sc. aut verum. 32 Omnium proscriptorum. 33 Simul emit. Jocus ex ambiguo. 34 Constanti. 35 Desiderio propter ejus mortem angi. 36 In ejus locum substituat. 37 Venditorem sub hasta bonorum condemnatorum, qui *secari et cædi* dicebantur. 38 Sullæ, patris in sectione imitatorem. 39 Veniam. 40 Tarraconensi. Bætica et Lusitania. 41 Sc. mala morte. 42 Cæsarem. 43 Cnæum Pompejum, filium. 44 Cnæi Pompeji magni filius. 45 Stultus. 46 Sc. esse. 47 Quantum. 48 Pro deridiculo esse habitum. 49 Rusticorum more. 50 Non facetiis aut salibus. 51 Vicissim subsannare.

fiat, si me diligis, rescribe. [52] Hui quam velim scire, utrum [53] ista [54] sollicito animo, an [55] soluto legas. Sciam enim eodem [56] tempore quid me facere oporteat. Ne longior sim, vale, et me, ut facis, ama. Si Cæsar [57] vincit, celeriter me expecta.

XX. [1] M. T. C. TREBONIO S. D.

[2] Oratorem meum (sic enim [3] inscripsi) Sabino [4] tuo [5] commendavi. [6] Natio me hominis [7] impulit, ut ei [8] recte putarem, nisi forte [9] candidatorum [10] licentia hic [11] quoque usus, hoc subito [12] cognomen arripuit, etsi modestus ejus vultus, sermoque [13] constans habere [14] quiddam a Curibus videbatur. Sed de Sabino [15] satis. Tu, mi Treboni, [16] quum ad [17] amorem meum [18] aliquantum olim [19] discedens addidisti, [20] quo [21] tolerabilius feramus [22] igniculum desiderii tui, [23] crebris nos literis [24] appellato: atque ita, si [25] idem fiet a nobis. Quanquam quæ causæ sunt, cur tu frequentior in isto [26] officio esse debeas, quam nos: primum, quod olim solebant, qui Romæ erant, ad [27] provinciales amicos de Repub. scribere: nunc tu nobis scribas oportet: res enim publica [28] istic est: deinde, quod nos aliis officiis tibi absentis satisfacere possumus; tu nobis, nisi literis, non video qua re alia satisfacere possis. Sed cætera scribes ad nos postea. Nunc hæc primo cupio [29] cognoscere, iter tuum cujusmodi sit, ubi Brutum [30] nostrum videris, quamdiu [31] simul fueris: deinde, cum [32] processeris longius, de toto negotio: ut [33] existimare possimus, quo statu simus. Ego tantum me scire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitum. Cura, ut valeas, meque ames amore illo tuo [34] singulari.

52 O. Admirantis interjectio. 53 Quæ scripsi. 54 Anxio. 55 Curis vacuus. 56 Quo te legere sciam. 57 Pompeji filios in Hispania.

1 Oratorem suum Trebonio deferendum postquam tradidit Cicero, petit ut frequentes ad se literas mittat Epistola est familiaris. 2 Librum de Oratore. 3 Nuncupavi. 4 Familiari vel liberto. 5 Sub fide commisi. 6 Sabinorum, unde nomen habebat, quorum severitas, duritia et continentia apud scriptores nota est. 7 Induxit. 8 Commendatum esse. 9 Qui petebant dignitates et honores. 10 Qua candidati abutebantur. 11 Etiam. 12 Sabini; uti candidati se populo, quæsita quandoque fictis cognominibus gratia, commendabant. 13 Non vacillans. 14 Speciem aliquam gravitatis et morum sanctitatis. *Cures* enim caput Sabinorum, cives habebat antiquorum morum et disciplinæ ac continentiæ. Virg. Æneid. VIII. *Romulidis Tatioque seni*, Curibusque severis. 15 Dictum sit. 16 Quoniam. 17 In te. 18 Incrementi. 19 Ab urbe. 20 Ut. 21 Patientius. 22 Modicum ardorem tui videndi. 23 Frequentibus. 24 Alloquere. 25 Eadem allocutio per literas. 26 Appellandi per literas. 27 In provincia aliqua degentes. 28 In vobis, reipublicæ liberatoribus, Cassio, M. et D. Brutis. 29 Resciscere. 30 Communem amicum. 31 Cum Bruto. 32 In scriptione. 33 Judicare. 34 Non vulgari.

XXI. [1] M. T. C. TREBONIO S. D.

[2] Et epistolam tuam legi libenter, et [3] librum libentissime: sed tamen in ea voluptate hunc accepi dolorem, quod cum [4] incendisses cupiditatem meam [5] consuetudinis augendæ nostræ, (nam ad amorem quidem nihil poterat [6] accedere) tum discedis a nobis: meque tanto [7] desiderio afficis, ut [8] unam mihi consolationem relinquas, [9] fore, ut utriusque nostrum absentis desiderium [10] crebris et longis epistolis [11] leniatur. Quod ego non [12] modo de me tibi [13] spondere possum, sed de te etiam mihi. Nullam enim apud me reliquisti dubitationem, [14] quantum me amares, nam ut illa omittam, quæ [15] civitate teste fecisti, cum [16] mecum inimicitias communicasti, cum me [17] concionibus tuis defendisti, cum quæstor in mea atque in [18] publica causa consulum [19] partes suscepisti, cum tribuno pl. quæstor non [20] paruisti, cui tuus præsertim [21] collega pareret: ut hæc recentia, quæ meminero semper obliviscar, quæ tua sollicitudo de me [22] in armis, quæ lætitia in [23] reditu, quæ cura, qui dolor, cum ad te curæ et dolores mei perferrentur: [24] Brundisium denique te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam [25] missus esses: ut hæc igitur omittam, quæ mihi tanti [26] æstimanda sunt, quanti vitam æstimo, et salutem meam, liber iste, quem mihi misisti, quantam habet [27] declarationem amoris tui! primum, [28] quod tibi [29] facetum videtur quicquid ego dixi, quod aliis fortasse non [30] item: deinde, quod illa sive faceta sunt, sive [31] sic fiunt narrante te, venustissima: quin etiam, antequam ad me [32] veniatur, risus omnis [33] pene consumitur. Quod si in his scribendis nihil aliud, nisi quod necesse fuit, de [34] uno me tam diu cogitavisses, [35] ferreus essem, si te non amarem. Cum vero ea quæ [36] scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris, non possum [37] existimare, plus [38] quenquam a seipso, quam me a

1 Rogat, ut sui absentis desiderium epistolis leniat, enumerat Trebonii officia, et de Calvo oratore, quid sentiat exponit. Epistola est responsoria et officiosa. 2 Simul. 3 Sc. tuum. 4 Inflammasses animum cupiditate. 5 Familiaris conversationis. 6 Addi. 7 Tui absentis. 8 Unicam. 9 Futurum esse. 10 Frequentibus. 11 Mitigetur et minuatur. 12 Solum. 13 Polliceri. 14 Quantopere. 15 Teste universitate civium romanorum. 16 Declarasti te inimicum inimici mei. 17 Orationibus ad populum habitis. 18 Reipublicæ. 19 Officium. 20 Obedivisti. 21 In quæstura. 22 Civili bello. 23 Post victum Pompejum 24 Quo ego Dyrrachio veneram. 25 Proconsul a Cæsare. 26 Putanda. 27 Testificationem. 28 Quia. 29 Venustum et urbanum. 30 Similiter. 31 Faceta. 32 In lectione narratiuncularum tuarum. 33 Fere. 34 Solo. 35 Durissimis præcordiis. 36 Scribendo. 37 Arbitrari. 38 Ullum.

te, amari. Cui quidem ego amori utinam cæteris rebus [39] possem, [40] amore [41] certe [42] respondebo: [43] quo [44] tamen ipso tibi confido [45] futurum satis. Nunc [46] ad epistolam venio, cui copiose et suaviter scriptæ [47] nihil est quod multa respondeam. [48] Primum enim ego illas Calvo literas misi, non plus, quam has quas nunc legis, existimans [49] exituras. Aliter enim [50] scribimus quod eos solos, quibus mittimus; aliter quod multos lecturos putamus. Deinde, ingenium ejus melioribus [51] extuli laudibus, quam tu id [52] vere potuisse fieri putas. Primum, quod ita judicabam, [53] acute movebatur: genus quoddam sequebatur, in quo judicio [54] lapsus, quo valebat, tamen [55] assequebatur quod probaret. Multæ erant et [56] reconditæ literæ: [57] vis non erat: ad eam igitur adhortabar. In excitando autem et in [58] acuendo [59] plurimum valet si [60] laudes eum, quem [61] cohortere. Habes de Calvo judicium et consilium meum: consilium, quod, hortandi causa, laudavi: judicium, quod de ingenio ejus valde [62] existimavi bene. Reliquum est, tuam profectionem amore [63] prosequar, reditum spe exspectem, [64] absentem memoria colam, omne desiderium literis mittendis accipiendisque [65] leniam. Tu velim tua in me studia et officia [66] multum tecum recordere: quæ cum tibi liceat, mihi [67] nefas sit oblivisci, non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te a me amari plurimum judicabis. Vale.

LIBER DECIMUS SEXTUS.

I. [1] TULLIUS, ET CICERO F. ET Q. TIRONI HUMANISSIMO ET OPTIMO S. D.

[2] Vide quanta in te sit suavitas! Duas horas [3] Thyrei fuimus: Xenomenes hospes tam te diligit, [4] quam si [5] vixerit tecum. [6] Is [7] omnia pollicitus est, quæ tibi [8] essent opus: factu-

39 Supple, respondere. 40 Redamando te. 41 Haud dubie. 42 Paria faciam. 43 Amore. 44 Nihilo minus. 45 Factum iri. 46 Ut ad epistolam respondeam, postquam locutus sum de libro. 47 Non est causa, ob quam. 48 Ut id primo respondeam. 49 Divulgandas. 50 Supple. Id. 51 Exaltavi. 52 Ex rei veritate. 53 Quod erat ingenii. 54 Errans. 55 Obtinebat. 56 Secretioris scientiæ. 57 Ad movendum. 58 Exstimulando. 59 Magni est momenti. 60 Ipse. 61 Adhorteris. 62 Judicavi. 63 Supple, ut. 64 Sc. te. 65 Mitigem. 66 Frequenter. 67 Injustum.

1 Rediens ex Cilicia Cicero reliquerat Tironem ægrum Patris: rogat eum hac epistola, ut et plerisque sequentibus, ut valetudinem diligenter curet. Narratoria est epistola et hortatoria. 2 Animadverte, quantam opinionem conceperint homines de tua humanitate, et comitate. 3 In oppido Acarnaniæ. 4 Ac si. 5 Familiariter fuerit tecum conversatus. 6 Xenomenes. 7 Omnia promisit se esse facturum. 8 Nempe in morbo tuo.

rum puto. Mihi placebat, si [9] firmior esses, ut te [10] Leucadem [11] deportares, ut ibi te [12] plane confirmares. [13] Videbis quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere, quem, cum [14] meliuscule tibi esset, ad me mitteres: sed cogitavi [15] unas literas Marionem afferre posse, me autem [16] crebras exspectare. [17] Poteris igitur, et facies, si me diligis: ut [18] quotidie sit Acastus in portu. Multi erunt, quibus [19] recte literas dare possis, qui ad me libenter perferant. Equidem [20] Patras [21] euntem neminem [22] prætermittam. Ego [23] omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. [24] Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. [25] Ei te totum [26] trade. Malo te [27] paulo post [28] valentem, quam [29] statim [30] imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas: [31] cætera ego curabo. Etiam atque etiam vale. Leucade proficiscens, VII. Id. Novemb.

II. [1] TULLIUS CICERO TIRONI SUO S. D.

Septimum jam diem [2] Corcyræ [3] tenebamur, [4] Quintus autem pater et filius [5] Buthroti. [6] Soliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur nihil [7] a te literarum. [8] Iis enim ventis [9] istinc navigatur, qui si [10] essent, nos Corcyræ non [11] sederemus. Cura igitur te, et confirma, et cum commode et per valetudinem, et [12] per anni tempus, navigare poteris, ad nos [13] amantissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligat, carus omnibus exspectatusque venies. Cura ut valeas etiam atque etiam, Tiro noster. Vale XV. Kal. Nov, Corcyræ.

9 Aliquantum convaluisses ex tuo morbo. 10 Urbem Acarnaniæ, hodie *Capo S. Niccolo*. 11 Curares te transferri. 12 Operam dares pristinam valetudinem recuperandi. 13 Rogabis, vel exquires Curii consilium et Lysonis et medici. 14 Tu firmior esses. 15 Unicam tantum epistolam. 16 Multas, frequentes. 17 Nempe, sæpe mittere literas. 18 Ut tabellarius vel nauta Acastus quotidie in portum ad nos veniat. 19 Tuto, commode, increpide. 20 Oppidum Achajæ, ubi Tiro ægrotabat. 21 Proficiscentem. 22 Sinam abire sine literis meis. 23 Omnis mea spes, ut valetudo tua diligenter curetur, est in Curio sita. 24 Nemo potest esse aut existere humanior, aut qui nos ardentius amat. 25 Ejus fidei. 26 Crede, committe. 27 Modico serius. 28 Sanum et incolumen. 29 Ab hoc tempore. 30 Debilem et infirmum. 31 Alias res ego bene exsequar.

1 Tironem hortatur, ut se curet, nec nisi confirmatus naviget. Hortatoria est epistola, et narratoria. 2 Corcyra est insula maris Ionii, hodie *Corfu*. 3 Ego et filius detinebamur. 4 Quintus Cicero. M. Frater ejusque filius. 5 Urbe Epiri. 6 Anxii. 7 Supple, esse missum. 8 Istiusmodi. 9 Ab illo loco navigatio instituitur. 10 Flarent hoc tempore. 11 Moraremur, nihil agentes. 12 Abeunti hyeme. Ep. 13, l. x. Anni tempus *libertatem majorem mihi dat.* Sic alibi *tempus diei*, *tempus ætatis*. 13 Qui te valde amamus.

III. [1] TULLIUS ET CICERO MEUS, ET FRATER ET FRATRIS F. TIRONI SUO S. D.

[2] Paulo [3] facilius putavi posse me [4] ferre [5] desiderium tui, sed [6] plane non fero. Et quanquam [7] magni ad honorem nostrum interest, quamprimum [8] ad [9] urbem me venire: tamen peccasse mihi videor, [10] qui a [11] te discesserim. Sed quia tua voluntas [12] ea videbatur esse, ut [13] prorsus, nisi [14] confirmato [15] corpore, nolles navigare; [16] approbavi tuum consilium: neque nunc [17] muto, si tu in eadem es sententia. [18] Sin, postea quam [19] cibum cepisti videris tibi me posse [20] consequi: [21] tuum consilium est. [22] Marionem ad te [23] eo misi, ut aut tecum ad me [24] quam primum veniret, aut, si tu morarere, statim ad me rediret. Tu autem hoc tibi persuade, si [25] commodo valetudinis tuæ fieri possit, nihil me [26] malle quam te esse mecum: [27] sin [28] intelliges opus esse, te [29] Patris, [30] convalescendi causa, paulum commorari, nihil me malle, quam te valere. Si statim navigas, nos [31] Leucade [32] consequere: [33] sin te [34] confirmare vis, et comites, et [35] tempestates, et navem [36] idoneam ut habeas diligenter [37] videbis. Unum illud, mi Tiro, [38] videto, (si me amas) ne te Marionis adventus et hæ literæ [39] moveant. Quod valetudini tuæ maxime [40] conducet, si feceris, maxime [41] obtemperaris voluntati meæ. Hæc [42] pro tuo ingenio considera. Nos ita te desideramus, ut amemus, amor, ut [43] valentem videamus, hortatur: [44] desiderium, ut [45] quamprimum, [46] Illud igitur [47] potius. Cura ergo potissimum ut [48] valeas. De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum. III. Non. Novemb. Vale.

IV. [1] TULLIUS TIRONI SUO S. D.

Non [2] queo ad te nec [3] lubet [4] scribere, [5] quo animo sim af-

1 Suum Cicero Tironi desiderium significat. Narratoria est epistola et hortatoria. 2 Aliquanto. 3 Levius. 4 Pati. 5 Absentiam tuam. 6 Omnino. 7 Valde utile est. 8 Quam citissime. 9 Romam. 10 Quod. 11 Ægrotante. 12 Talis. 13 Omnino. 14 Corroborato. 15 Sc. tuo. 16. Sc. ut istic maneres, ego discederem. 17 Sc. sententiam. 18 Sed si. 19 Stomacho non', ut ante, respuente. 20 Offendere. 21 Tui consilii erit facere, quod expedire censeas. 22 Servum. 23 Ideo. 24 Primo quoque tempore. 25 Supple, cum. 26 Magis velle. 27 Sed si. 28 Arbitraberis. 29 Urbe Achajæ. 30 Ut convalescas. 31 Urbe Acarnaniæ. 32 Offendes. 33 Sed si. 34 Firmiorem facere. 35 Tempore navigandi. 36 Aptam. 37 Curabis. 38 Considerato. 39 Turbent. 40 Utile erit. 41 Obedieris. 42 Ut tibi faciendum videbitur, ita fac. 43 Te pristinæ valetudini restitutum. 44 Cupiditas. 45 Primo tempore. 46 Quod amor hortatur. 47 Supple, est faciendum. 48 Convalescas.

1 Scribit de sua sollicitudine, suoque ad Alyziam accessu; rogat, ut valetudinem curet. Narratiuncula est officiosa. 2 Possum. 3 Placet. 4 Sc. ad te. 5 Quali.

fectus: [6] tantum scribo, et tibi et mihi maximæ voluptati [7] fore, si te [8] firmum [9] quamprimum videro. Tertio die [10] abs te ad [11] Alyziam accesseramus. Is locus est [12] citra Leucadem stadia CXX. [13] Leucade aut teipsum, aut tuas [14] literas a Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te a me scis diligi. Nonis Nov. Alyzia.

V. [1] TULLIUS, ET CICERO, ET Q. PATER, ET FILIUS TIRONI SUO S. D.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi literas [2] ante dederamus, unum diem commorati sumus, [3] quod [4] Quintus nos [5] consecutus non erat. Is dies fuit Non. Novemb. [6] Inde ante lucem proficiscentes, [7] ante diem VIII. Id. Nov. has literas dedimus. Tu si nos omnes amas, et præcipue me, [8] magistrum tuum, [9] confirma te. Ego valde [10] suspenso animo expecto, primum te scilicet, deinde [11] Marionem cum tuis literis. Omnes cupimus, ego [12] in primis, quamprimum te videre, sed, mi Tiro, [13] valentem. Quare [14] nihil properaris. Satis quotidie videro, si valebis. [15] Utilitatibus tuis possum carere; te valere, [16] tua causa primum volo, [17] tum [18] mea, mi Tiro. Vale.

VI. [1] TULLIUS TIRONI SUO ET CICERO, ET Q. PATER, ET Q. F. S. D.

[2] Varie sum [3] affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus, [4] paullum altera [5] recreatus. Quare nunc [6] quidem non dubito, quin, [7] quoad [8] plane [9] valeas, te neque navigationi, neque viæ committas. Satis te [10] mature videro, si plene confirmatum videro. De [11] medico et tu bene existimari scri-

6 Duntaxat. 7 Futurum. 8 Valentem et fortem. 9 Statim. 10 Post discessum nostrum abs te. 11 Locum Acarnaniæ, quindecim stadiis a mari distantem. 12 Ab hac parte Leucadis. 13 Cum essem Leucade. 14 Quas Marioni dederas.

1 Hortatur ut valetudinem suam curet. Narratoria est epistola et hortatoria. 2 Antea. 3 Quia. 4 Frater sc. meus. 5 Sequendo non obtinuerat. 6 Alyzia. 7 Die octavo ante Idus. 8 Quem propterea magis, quam alios amare debes. 9 Corrobora. 10 Incerto et anxio. 11 Sc. servum meum. 12 Præcipue. 13 Firmum. 14 Non. 15 Operis vel usibus, quos mihi præstas. Lib. VII. ad Att. epist. 5. *Tironem, etsi mirabiles* utilitates *mihi præbet, cum valet, in omni genere negotiorum vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem et modestiam malo salvum, quam propter usum meum.* 16 Propter bonum tuum. 17 Deinde. 18 Propter usum meum.

1 Per omnem epistolam cohortatur Tironem ad curandam valetudinem. Officiosa est plane epistola. 2 Diversimode. 3 Dispositus. 4 Modicum. 5 Refectus. 6 Saltem. 7 Usquedum. 8 Omnino. 9 Sanitati sis restitutus. 10 Cito. 11 Asclapone.

bis, et ego sic audio. Sed plane curationes ejus non probo.[12] Jus enim dandum tibi non fuit, cum [13] κακοστόμαχος esses. Sed tamen et ad illum scripsi accurate et ad [14] Lysonem. Ad Curium vero, [15] suavissimum hominem, et [16] summi officii, [17] summæque humanitatis, multa scripsi: [18] in his etiam, ut, si tibi [19] videretur, te [20] ad se [21] transferret. Lyso enim [22] noster vereor ne [23] negligentior sit: primum, quia omnes [24] Græci; deinde, quod cum a me literas accepisset, mihi nullas remisit. Sed eum tu laudas. Tu igitur, quid faciendum sit, [25] judicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumtui ne parcas ulla in re, [26] quod ad [27] valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium, quod dixisses, [28] daret. Medico ipsi puto aliquid dandum esse, [29] quo sit [30] studiosior. Innumerabilia tua sunt in me officia, [31] domestica, forensia, urbana, provincialia, in re privata, in publica, in studiis, in literis nostris. [32] Omnia [33] viceris, si, ut spero, te validum videro. Ego puto te [34] bellissime, [35] si recte erit, cum quæstore Mescinio [36] decursurum. Non inhumanus est, teque ut mihi visus est, diligit. Et cum [37] valetudini tuæ diligentissime consulueris, [38] tum, mi Tiro, [39] consulito navigationi. [40] Nulla in re jam in te festinare volo. [41] Nihil laboro, nisi ut salvus sis. Sic [42] habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem te amet, et cum [43] tua et mea maxime interest te valere, tum [44] multis est curæ. Adhuc, dum mihi [45] nullo loco deesse vis, nunquam [46] te confirmare potuisti. Nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori [47] servi. Quantam diligentiam in [48] valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te judicabo. [49] Vale, mi Tiro, vale, vale, et salve. [50] Lepta tibi salutem dicit et omnes. Vale. VII. Id. Nov. Leucade.

12 Jurulenta enim, ut docent Medici, stomachum languidum reddunt. 13 Malo stomacho laborares et cibum non appetente. 14 Amicum. 15 Dulcissimum. 16 Officiosissimum. 17 Humanissimum. 18 Inter hæc multa. 19 Sc. utile. 20 Ad domum suam. 21 Transferri curaret. 22 Amicus. 23 Aliquantulum negligens, sc. in te curando et fovendo. 24 Sc. sunt minus officiosi, multa pollicentes, pauca præstantes. 25 Sc. melius. 26 Quæcunque res. 27 Sc. tuam. 28 Supple, tibi. Vid. infra epist. 9. 29 Ut. 30 Diligentior in te curando. 31 Domi, in foro, in urbe, in provincia præstita. 32 Sc. officia. 33 Superaveris. 34 Pulcherrime. 35 Si valebis. 36 Celeri navigatione ad me venturum. 37 Valetudinis tuæ diligentissimam habueris rationem. 38 Deinde. 39 Curam habe navigationis idoneæ. 40 Non ulla. 41 De nulla re sollicitus sum. 42 Teneto firmiter. 43 Tibi mihique valde utile est. 44 Multi de valetudine tua solliciti sunt. 45 Nullam serviendi occasionem vis prætermittere. 46 Valetudini tuæ inservire. 47 Indulge. 48 Sc. recuperandam. 49 Inculcatio et repetitio affectum tenerrimum exprimens. 50 Præfectus fabrum Ciceronis in Cilicia.

VII. [1] TULLIUS, ET CICERO Q. Q. TIRONI S. D.

Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eadem die, magis [2] instituti mei tenendi causa, quia [3] nactus eram cui darem, quam [4] quo haberem quid scriberem. Igitur [5] illa, quantum me diligis, tantum [6] adhibe in te diligentiæ. Ad tua innumerabilia in me officia adde [7] hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. Cum [8] valetudinis rationem, ut spero, habueris, [9] habeto etiam navigationis. In Italiam [10] euntibus omnibus ad me literas dabis, ut ego [11] euntem Patras, [12] neminem prætermitto. [13] Cura, cura te, mi Tiro. [14] Quum non [15] contigit ut [16] simul navigares, [17] nihil est quod festines: nec [18] quicquam cures, nisi ut valeas. [19] Etiam atque etiam vale. VII. Id. Nov. [20] Actio [21] vesperi.

VIII. [1] Q. CICERO TIRONI S. D.

Magnæ nobis est solicitudini valetudo tua. Nam tametsi qui [2] veniunt, [3] ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ nuntiant; tamen in magna [4] consolatione, ingens inest [5] solicitudo, si diutius a nobis affuturus est is, cujus [6] usum et suavitatem [7] desiderando sentimus. Attamen, quanquam videre te tota cogitatione cupio, tamen te [8] penitus rogo, ne te tam longæ navigationi, et viæ per hyemem, nisi [9] bene firmum, committas: [10] neve naviges, nisi explorate. Vix in ipsis [11] tectis et oppidis frigus [12] infirma valetudine vitatur, [13] nedum in mari et via [14] facile abesse ab injuria [15] temporis.

16 ψῦχος δὲ 17 λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον,

1 Rogat, ne quid omittat, quod ad recuperandam valetudinem spectet. Epistola est hortatoria. 2 Moris mei servandi. 3 Sc. tabellarium. 4 Quod. 5 Sc. scribamus, eadem, quæ antea. 6 Confer. 7 Ut in te tantum diligentiæ adhibeas. 8 Valetudini consulueris. 9 Supple, rationem. 10 Proficiscentibus. 11 Proficiscentem. 12 Quin sc. ei literas dem. 13 Epizeuxis Rhetorica, quæ magnitudinem affectus repititione ejusdem vocis exprimit. 14 Quoniam. 15 Non est tibi concessum. 16 Una mecum. 17 Nulla est causa propterquam. 18 Ullam rem. 19 Iterum atque iterum vale. 20 Ex urbe Epiri maritima, ad fauces Ambracii sinus sita, hodie *Figulo*. 21 Vespertino tempore.

1 Amantissimis verbis ostendit Q. Cicero, quantæ sibi Tironis valetudo sit curæ. Petitoria est epistola. 2 Sc. Patris. 3 Periculo quidem expertia, sed diuturniora, id est, te quidem non ægrotare periculose, sed morbum fore diuturniorem. 4 Quam capimus ex nunciis de tuto tuo statu. 5 Quæ nos angit, dum omnia tuta timemus. 6 Consuetudinem. 7 Propter absentiam. 8 Omnino. 9 Bona fide in pristinam valetudinem restitutum. 10 Vel ne. 11 Domibus. 12 Cum valetudo est infirma. 13 Ne dicam, quod. 14 Non facile. 15 Sc. hyberni, id est, frigore. 16 Frigus vero tenui cuti inimicissimum. 17 Al. λεπτόχρωτι, unica voce, id est, homini tene-

inquit [18] Euripides. [19] Cui tu quantum credas, nescio: ego certe singulos ejus versus singula [20] testimonia puto. Effice (si me diligis) ut valeas, et ut ad nos firmus ac valens [21] quamprimum venias. Ama nos, et vale. [22] Q.F. tibi salutem plurimam dicit.

IX. [1] M. TULLIUS ET CICERO ET Q. TIRONI SUO S. D.

Nos a te, ut scis, discessimus a. d. IV.Non.Novemb. [2] Leucadem venimus a.d. VIII. Id.Nov. a.d. VII. [3] Actium, ibi propter tempestatem ad VI.Id. morati sumus, inde a.d. V.Id.Corcyram [4] bellissime navigavimus. Corcyræ fuimus usque ad XVI. Kalend. Decembr. [5] tempestatibus retenti. Ad XV.Kalend. in [6] portum Corcyræorum ad Cassiopen stadia CXX. processimus. Ibi retenti ventis sumus usque ad IX.Kalend. Interea qui [7] cupide [8] profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die [9] cœnati [10] solvimus. Inde, [11] austro [12] lenissimo, cœlo [13] sereno, nocte illa et die postero in Italiam ad [14] Hydruntem [15] ludibundi pervenimus, eodemque [16] vento postridie (id erat a. d. VII. Kalend.Decemb.) hora quarta [17] Brundisium venimus. Eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit [18] Terentia, quæ te [19] facit plurimi. A. d. V. Kalend. Decemb. servus Cn.Plancii Brundisii tandem aliquando mihi a te [20] exspectatissimas literas reddidit, datas Id. Nov. quæ me [21] molestia valde [22] levarunt, utinam omnino liberassent. Sed tamen Asclapo medicus plane [23] confirmat, [24] propediem te [25] valentem fore. Nunc [26] quid ego te [27] horter? ut omnem diligentiam adhibeas ad convalescendum. Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi. Scio te [28] omnia facturum, ut nobiscum [29] quam primum sis: sed tamen ita velim, ut [30] nequid

ra cute prædito. vel delicato. 18 Poeta Atheniensis, Tragicus. 19 Euripidi. 20 Publica, et tanquam in judicio a jurato teste prolata. 21 Primo quoque tempore. 22 Quintus filius.

1 Describunt Cicero et filius navigationem, et Tironem hortantur ad curandam valetudinem. Nunciatoria et hortatoria est epistola. 2 Urbem Acarnaniæ. 3 Oppidum Acarnaniæ ad sinum Ambracium. 4 Commodissime. 5 Ventis adversis. 6 Portum, quem Corcyræi habebant in Epiro ad oppidum Cassiopen, qui et *Cassiope* dictus est, et ex quo in Italiam trajiciebant. 7 Nimis cito propter cupiditatem. 8 Discesserunt. 9 Postquam cœnam sumpsimus. 10 Retinacula navium, id est, navigio discessimus. 11 Sc. vento. 12 Mitissimo. 13 Lucido, sine imbre sine nubibus. 14 *Hydrus* seu Hydruntum, hodie *Otranto*, est Calabriæ oppidum. Brundisio CL. stadia distans. 15 Ludentes. 16 Sc. austro. 17 Calabriæ oppidum. 18 Uxor Ciceronis. 19 Æstimat. 20 Diu et valde expectatas. 21 Sollecitudine. 22 Exoneraverunt. 23 Asserit. 24 Brevissimo tempore. 25 Fortem et sanum. 26 Propter quid; vel de qua re. 27 Adhorter. 28 Sc. quæ facta oporteat. 29 Valde cito. 30 Nullo modo.

properes.[31] Symphoniam Lysonis vitasses, ne in quartam hebdomadam [32] incideres. Sed [33] quando [34] pudori tuo maluisti obsequi, quam [35] valetudini, [36] reliqua cura. Curio [37] misi, ut medico [38] honos haberetur, et tibi daret, quod opus esset: me cui jussisset, [39] curaturum. Equum et mulum Brundisii [40] tibi reliqui. Romæ vereor, ne [41] ex Kalend. Jan. magni [42] tumultus [43] sint. Nos agemus omnia [44] modice. Reliquum est, ut te hoc rogem et a te petam, ne [45] temere naviges. Solent nautæ [46] festinare, [47] quæstus sui causa. Cautus sis, mi Tiro. Mare magnum et difficile tibi [48] restat. Si poteris [49] cum Mescinio: caute is solet navigare: si minus, cum [50] honesto aliquo homine, cujus auctoritate [51] navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teque nobis incolumem [52] præstiteris, [53] omnia a te habebo. Etiam atque etiam noster Tiro vale.[54] Medico, Curio, Lysoni de te scripsi [55] diligentissime. Vale, salve.

X. [1] M. TULLIUS, ET CICERO, TERENTIA, TULLIA, Q. FR. ET Q. F. TIRONI S. D.

Etsi [2] opportunitatem [3] operæ tuæ omnibus locis desidero, tamen non [4] tam mea [5] quam tua causa doleo te [6] non valere. Sed [7] quum in [8] quartanam conversa [9] vis est morbi (sic enim scribit Curius) spero te, [10] diligentia adhibita, etiam [11] firmiorem fore. [12] Modo fac, id quod [13] humanitatis tuæ est, ne [14] quid aliud cures hoc tempore, nisi ut quam commodissime convalescas. Non ignoro, quantum ex [15] desiderio [16] labores: sed erunt omnia facilia, si [17] valebis. Festinare te nolo, ne [18] nauseæ molestiam suscipias æger, et periculose [19] hyeme na-

31 Ad quam audiendam te Lyso invitavit. 32 Morbus tuus incurreret et protraheretur. 33 Quoniam. 34 Sc. non audendo refragari petitioni Lysonis. 35 Sc. Dubiæ. 36 Sc. ne in graviorem morbum incidas. 37 Scripsi. 38 Præmium pecuniarium daretur. Cæsar. II. Bel. Civ. *Quibusdam civitatibus* habitis honoribus *Tarracone discedit*, id est, præmiis distributis. 39 Sc. reddi tantum pecuniæ, quantum mihi expensum tulisset. 40 Ad usum tuum. 41 Novis consulibus magistratum ineuntibus. 42 Sc. civiles. 43 Cæsaris causa. 44 Sic, ut neminem partium offendamus. 45 Inconsulte. 46 Antequam bona sit tempestas. 47 Lucii. 48 Sc. adhuc navigandum. 49 Sc. naviga. 50 In dignitate constituto. 51 Gubernator navis. 52 Steteris. 53 Sc. Quæ desidero. 54 Asclaponi. 55 Studiosissime.

1 Rogat ut præter valetudinem nihil curet, addit de suo ad urbem adventu, de statu Reipubl. de triumpho, et præfectura Campana. Epistola est hortatoria et nunciatoria. 2 Tempestivam commoditatem. 3 Laboris. Tantopere. 5 Quantopere. 6 Ægrotare. 7 Quoniam. 8 Sc. febrem. 9 Violentia. 10 Postquam diligentia erit adhibita. 11 Valentiorem esse futurum. 12 Solummodo. 13 Pertinet ad humanitatem tuam. 14 Aliquid. 15 Mei. 16 Æger fio. 17 Sanus et firmus eris. 18 Stomachi ad vomitum concitationis, quæ navigare insolentibus et infirmis præsertim obvenit. 19 Tempore hye-

viges. Ego [20] ad urbem accessi pridie Non. Jan. Obviam mihi sic est [21] proditum, ut nihil fieri potuerit [22] ornatius. Sed incidi in ipsam [23] flammam civilis [24] discordiæ, vel potius belli: cui cum cuperem [25] mederi, et, ut arbitror, possem, cupiditates certorum hominum (nam ex utraque parte sunt qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt omnino, et ipse Cæsar, amicus noster, [26] minaces ad senatum et acerbas literas miserat: et erat adhuc [27] impudens, qui [28] exercitum et provinciam invito [29] senatu teneret: et Curio [30] meus illum incitabat. [31] Antonius quidem noster et [32] Q. Cassius, nulla vi [33] expulsi, ad Cæsarem cum Curione profecti erant. Posteaquam senatus consulibus, prætoribus, tribunis pl. et nobis (qui proconsules sumus) negotium dederat, ut [34] curaremus, ne [35] quid respublica [36] detrimenti [37] caperet, nunquam majore in periculo civitas fuit, nunquam [38] improbi cives habuerunt [39] paratiorem ducem. Omnino ex hac quoque parte diligentissime [40] comparatur. Id fit auctoritate et studio Pompeii nostri, qui Cæsarem [41] sero cœpit timere. Nobis [42] inter has turbas senatus tamen [43] frequens [44] flagitavit triumphum, sed [45] Lentulus cos. [46] quo [47] majus suum beneficium faceret, simul atque [48] expedisset quæ essent necessaria, de republica dixit se [49] relaturum. Nos agimus nihil [50] cupide, [51] eoque est nostra pluris auctoritas. Italiæ regiones [52] descriptæ sunt, quam quisque partem [53] tueretur. Nos Capuam [54] sumsimus. Hæc te scire volui. Tu etiam atque etiam cura, ut valeas: literasque ad me mittas, quotiescunque habebis, cui [55] des. Etiam atque etiam vale. D. pridie Id. Jan.

XI. [1] TULLIUS TIRONI SUO S. D.

Quo in [2] discrimine versetur salus mea et [3] bonorum omnium

mali. 20 Prope urbem, quam intrare, nisi triumphans, nolebat. 21 Processum. 22 Splendidus. 23 Apertissimum incendium. 24 Inter Cæsarem et Pompejum. 25 Remedium afferre. 26 Ut omnes ab exercitibus discederent; quod nisi fieret, se dignitatem suam armis defensurum minabatur. 27 Sine verecundia et pudore. 28 Quæ senatus populusque concesserant. 29 Qui decreverat, ut Cæsar, exercitu dimisso, provinciam ante tempus successori traderet. 30 Sc. amicus. 31 M. Antonius, tribunus plebis. 32 Tribunus plebis. 33 Ex urbe. 34 Operam daremus. 35 Aliquid. 36 Damni. 37 Pateretur. 38 Mali. 39 Promptiorem, sc. quam sit Cæsar. 40 Sc. exercitus. 41 Tarde nimis. 42 Supple, quamvis. 43 Frequenti numero coactus. 44 *Exegit a* consulibus. 45 Cognomento *Crus* vel *Cruscellus*. 46 Ut. 47 Auctius. 48 Absolvisset. 49 Consulturum. 50 Cum fervore. 51 Propterea. 52 Divisæ. 53 Defenderet; 54 Sc. tuendam. 55 Committas trasferendas.

1 Statum reipublicæ deplorat, et initia belli civilis exponit, tum suam in Tironem benevolentiam significat. 2 Periculo. 3 Sc. civium.

atque universæ reipublicæ, ex eo scire potes, quod [4] domus nostras et patriam ipsam vel [5] diripiendam, vel [6] inflammandam [7] reliquimus. In eum [8] locum res deducta est, ut nisi [9] quis deus vel [10] casus aliquis [11] subvenerit, salvi esse [12] nequeamus. [13] Equidem, [14] ut veni [15] ad urbem, non destiti omnia et sentire et dicere et facere, quæ ad [16] concordiam pertinerent: sed mirus [17] invaserat furor non solum [18] improbis, sed etiam his qui boni habentur, ut pugnare cuperent, [19] me clamante nihil esse bello civili miserius. Itaque cum Cæsar [20] amentia quadam [21] raperetur, et oblitus [22] nominis atque [23] honorum suorum, [24] Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupasset, [25] urbem reliquimus: [26] quam sapienter aut quam fortiter, nihil attinet [27] disputare. Quo quidem in casu simus,[28] vides. Feruntur omnino [29] conditiones ab [30] illo, ut Pompejus [31] eat in [32] Hispaniam: [33] dilectus qui sunt habiti, et [34] præsidia nostra dimittantur: se [35] ulteriorem Galliam [36] Domitio, [37] citeriorem Considio [38] Noniano (his enim [39] obtigerunt) traditurum: ad [40] consulatus petitionem se venturum: neque se jam velle, absentis se [41] rationem haberi sui: se præsentem [42] trinum nundinum petiturum. Accepimus [43] conditiones, sed ita, ut removeat [44] præsidia ex iis locis, quæ occupavit: ut sine metu de his ipsis conditionibus Romæ senatus haberi possit. Id [45] ille si fecerit, spes est pacis, non honestæ, (leges enim [46] imponuntur) sed [47] quid vis est melius, quam [48] sic esse ut sumus, [49] sin autem [50] ille [51] suis conditionibus stare vo-

4 Ædes. 5 Sc. militibus. 6 Igne absumendam. 7 Nam adventante Cæsare omnes fugerunt. 8 Statum. 9 Aliquis. 10 Fortuitus eventus. 11 Opem tulerit. 12 Non possimus. 13 Ego quidem. 14 Postquam. 15 Sc. ex provincia. 16 Sc. Cæsaris et Pompeji. 17 Incesserat. 18 Dandi casu, cum quo *invado* et *incedo* apud veteres jungebantur. 19 Dum ego clamabam. 20 Perturbatione mentis. 21 Præceps ageretur. 22 Bonæ famæ. 23 Dignitatum. 24 *Ariminum* et *Pisaurum* Umbriæ sunt oppida, hodie *Rimini et Pesaro; Ancona*, Picentium urbs, quæ antiquum nomen retinet, et *Arretium*, urbs, colonia et municipium Etruriæ, nunc *Arezzo*. 25 Romam. 26 Quantum. 27 Disquirere. 28 Intelligis. 29 Sc. pacis. 30 Sc. Cæsare. 31 Proficiscatur. 32 Provinciam suam. 33 Milites, qui per dilectum sunt conscripti. 34 Quæ urbibus imposuimus contra Cæsarem. 35 Transalpinam. 36 L. Domitio Ænobarbo, successori suo. 37 Cisalpinam. 38 Ex Nonia gente in Considiam adoptato. 39 Supple, hæ provinciæ. 40 Secundi, quem cum P. Servilio Isaurico gessit. 41 Curam; quod ei lege, ipso Pompejo pugnante, permissum erat. Vid. lib. VI. ep. 6. 42 Trium nundinarum tempus, per quas nomen ejus, tanquam canditati, promulgaretur, ipseque, consulatum petens, a populo conspiceretur. 43 A Cæsare oblatas. 44 Armatos milites. 45 Sc. Cæsar. 46 Feruntur. 47 Quælibet conditio est melior. 48 Vagi, relicta patria, in summo discrimine. 49 Sed si. 50 Sc. Cæsar. 51 Suas conditiones præstare.

luerit, bellum [52] paratum est? [53] ejusmodi tamen, [54] quod ille sustinere non possit, præsertim [55] cum a suis conditionibus ipse fugerit; tantummodo ut [56] eum intercludamus, ne ad urbem possit accedere: quod sperabamus fieri posse. [57] Dilectus enim magnos habebamus putabamusque illum metuere, si ad [58] urbem ire cœpisset, ne Gallias amitteret: quas ambas habet [59] inimicissimas, præter [60] Transpadanos: ex Hispaniaque sex legiones et magna [61] auxilia, Afranio et Petrejo ducibus habet a tergo. Videtur, si [62] insaniet, posse opprimi, modo [63] ut urbe salva. [64] Maximam autem plagam accepit, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, socius [65] sceleris esse noluit, [66] reliquit illum, et nobiscum est: multique idem facturi esse dicuntur. Ego adhuc [67] oræ maritimæ præsum a [68] Formiis. Nullum majus negotium suscipere volui: [69] quo plus apud illum meæ literæ [70] cohortationesque ad pacem valeant. [71] Sin autem erit bellum, video me castris et [72] certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam [73] molestiam, quod Dolabella [74] noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse volui, quæ cave ne te perturbent, et impediant valetudinem tuam. Ego A. Varroni, quem [75] cum amantissimum mei cognovi, [76] tum etiam [77] valde tui studiosum diligentissime te commendavi: ut et valetudinis tuæ [78] rationem haberet et navigationis, et totum te susciperet ac [79] tueretur. Quem omnia facturum confido: [80] recepit enim et mecum locutus est [81] suavissime. Tu [82] quum eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego maxime [83] operam et fidelitatem [84] desideravi tuam, cave festines: aut committas, ut aut æger aut hyeme naviges. Nunquam ego [85] sero te venisse putabo, si [86] salvus veneris. [87] Adhuc neminem videram, qui te postea vidisset quam M. Volusius, [88] a quo tuas literas accepi: quod non mirabar. Neque enim meas puto ad te literas [89] tanta hyeme perferri. Sed [90] da operam, ut valeas: et, si valebis, cum [91] recte navigari poterit ([92] tum naviges. Cicero [93] meus in

52 In promptu, 53 Tantum. 54 Quantum. 55 Postquam ipse deseruerit conditiones suas. 56 Facultatem ei præcipiamus. 57 Multos milites conscribebamus. 58 Romam. 59 Infensissimas. 60 Qui trans Padum habitant; quibus Cæsar et Ædilis et consul civitatem dare cogitaverat. 61 Sc. sociorum. 62 Temere omnia audebit. 63 Sc. id fiat. 64 Maximum damnum. 65 Facinoris improbi. 66 Supple, sed. 67 Regioni ad mare jacenti. 68 Oppido Auruncorum in Latio, hodie *Mola*. 69 Ut. 70 Adhortationes. 71 Sed si. 72 Quibusdam. 73 Ægritudinem. 74 Sc. gener. 75 Partim. 76 Partim. 77 Optime tibi volentem. 78 Curam. 79 Defenderet. 80 In se. 81 Jucundissime. 82 Quoniam. 83 Laborem. 84 Expetii. 85 Tarde. 86 Sospes. 87 Hactenus. 88 Per quem. 89 Tam incommoda. 90 Cura. 91 Sine periculo. 92 Tunc. 93 Filius.

Formiano erat; [94] Terentia, et Tullia, Romæ. Cura, ut valeas. iv. Kalend. Febr. [95] Capua.

XII. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

Ego [2] vero cupio te ad me venire: sed [3] viam timeo. Gravissime ægrotasti: [4] inedia et purgationibus et vi ipsius morbi [5] consumtus es. Graves solent offensiones esse [6] ex gravibus morbis, si [7] qua culpa commissa est. Jam ad id biduum, quod fueris in via, [8] dum in Cumanum venis, accedent [9] continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano iii. Kal. esse volo. Ibi te ut [10] firmum offendam, mi Tiro, effice. [11] Literulæ meæ, sive nostræ, [12] tui desiderio [13] oblanguerunt. [14] Hac tamen epistola, quam Acastus attulit, [15] oculos paulum sustulerunt. Pompejus erat apud me, cum hæc scribebam. Hilare et libenter ei cupienti audire [16] nostra, dixi sine te omnia mea [17] muta esse. Tu [18] Musis nostris para ut [19] operas [20] reddas. Nostra [21] ad diem dictam fient. Docui enim te, fides [22] ἔτυμον quod haberet. Fac [23] plane ut valeas: [24] nos ad summum. Vale. xiv. Kalend.

XIII. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

[2] Ægypta ad me venit [3] pridie Id. April. Is etsi mihi nuntiavit te [4] plane febri [5] carere, et [6] belle habere: tamen quod [7] negavit te potuisse ad me scribere, [8] curam mihi attulit: et eo [10] magis, quod [11] Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. [12] Incredibili sum solicitudine de tua valetudine: [13] qua si me liberaris, ego [14] te omni cura liberabo.

94 Uxor et filia. 95 *Capua* oppidum Campaniæ est, quod et nunc idem nomen obtinet.

1 Narrat, quam periculosum sit post morbum in viam se dare; et ejus operam in studiis exigit. Hortatoria et nunciatoria est epistola. 2 *Vero* in principio epistolæ responsionem significat. Sic infra ep.23 *Tu vero confice professionem, si potest*. Lib. iv. epist. 6. lib. vii. epist. 30. lib. ix. epist. 5. 3 Onera viæ. 4 Abstinentia a cibo. 5 Exhaustus. 6 Post graves morbos. 7 Quid erratum est sc. post morbum. 8 Donec. 9 Statim. 10 Valentem inveniam. 11 Mea sive potius communia studia. 12 Absentis. 13 Defectionem passa sunt. 14 Per hanc epistolam. 15 Oculos, languore demissos, aliquantum erexerunt. 16 Sc. Scripta. 17 Tacere enim literæ videntur, cum nihil scribimus. 18 Studiis nostris. 19 Solitas lucubrationes. 20 Denuo præstes. 21 Die dicta vel præfinita. 22 Notationem, quam. *Fides* autem dicta inde, quod fiat id, quod promittitur. 23 Plene. 24 Supple, valemus.

1 Suam de Tironis valetudine solicitudinem significat. Epist. est nunciatoria et hortatoria. 2 Servus. 3 Die præcedente Idus Apriles. 4 Omnino. 5 Liberum esse. 6 Bene. Sic lib. ix. epist. 9. *Terentia minus belle habuit*. 7 Dixit te non potuisse. 8 Sollicitudinem. 9 Tanto. 10 Sc. attulit curam. 11 Servus Ciceronis. 12 Supple, in. 13 Sc. sollicitudine. 14 Manumit-

*

Plura scriberem, si jam putarem libenter te legere posse. Ingenium tuum, quod ego maximi [15] facio, [16] confer ad te mihi tibique conservandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale.

Scripta jam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolam [17] vacillantibus literulis: nec [18] mirum [19] tam gravi morbo. Ego ad te [20] Ægyptam misi ([21] quod [22] nec inhumanus est, et te visus est mihi diligere) ut is tecum esset: et cum eo [23] cocum, quo uterere. Iterum Vale.

XIV. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

[2] Andricus [3] postridie ad me venit, quam exspectaram. Itaque habui noctem plenam timoris ac miseriæ. [4] Tuis literis [5] nihilo sum factus certior, quomodo te haberes: sed tamen sum [6] recreatus. Ego omni delectatione literisque omnibus [7] careo: quis, ante quam te videro, attingere non possum. Medico [8] mercedis, quantum poscet, [9] promitti jubeto. Id scripsi ad Ummium. Audio te [10] animo angi, et medicum dicere ex eo te [11] laborare. Si me diligis, excita ex [12] somno [13] tuas literas, [14] humanitatemque, propter quam mihi es carissimus. Nunc opus est te [15] animo valere, ut corpore [16] possis. Id cum tua, tum mea causa [17] facias, a te peto. [18] Acastum retine, [19] quo commodius tibi [20] ministretur. Conserva te mihi. Dies [21] promissorum adest: quem etiam [22] repræsentabo, si adveneris. Etiam atque etiam vale. IV. Idus hora VI.

XV. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

Omnia a te data mihi putabo, si te [2] valentem videro: summa [3] cura exspectabam adventum [4] Menandri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, ut valeas: et [5] cum [6] te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. IV. Id. April.

tam te. 15 Existimo. 16 Applica. 17 Literulis, a vacillante manu scriptis. 18 Sc. literulas scripturæ esse vacillantes. 19 Post tam gravem morbum. 20 Servum. 21 Quia. 22 Et non. 23 Sc. misi.

1 Tirone ægrotante, literarum suavitate et fructu se carere dicit, cum rogat, ut omnem curam ad convalescendum adhibeat. Nunciatoria et hortatoria est epistola. 2 Servus. 3 Die posteriore. 4 Per tuas literas. 5 *Nullo modo*. 6 Refectus. 7 Privatus sum. 8 Supple, tantum. 9 Sc. ab amicis nostris. 10 Vehementer dolere. 11 Ægrotare. 12 Torpore. 13 Tua studia. 14 Et eruditionem. 15 Mente. 16 Sc. valere. 17 Supple, ut. 18 Sc. Servum. 19 Ut. 20 Ministerium fiat. 21 Promissæ manumissionis. 22 Non exspectans diem dictam, re ipsa exhibebo, manumittens te etiam ante, si adveneris.

1 Cohortatur Tironem ad valetudinem curandam. Hortatoria est epistola. 2 Sanum. 3 Sollicitudine. 4 Servi. 5 Postquam. 6 Valetudinem tuam satis firmam feceris.

XVI. [1] Q. CICERO M. CICERONI FRATRI S. D.

[2] De Tirone, [3] mi Marce, [4] ita te meumque Ciceronem et meam Tulliolam, [5] tuumque filium [6] videam, ut mihi gratissimum fecisti, cum [7] eum indignum [8] illa [9] fortuna, nobis [10] amicum quam servum esse maluisti. Mihi crede, tuis et illius literis perlectis, [11] exsilui gaudio: tibi et ago gratias et gratulor. Si enim mihi [12] Statii fidelitas est tantæ voluptati: quanti esse in [13] isto hæc eadem [14] bona debent, additis [15] literis, [16] sermonibus, [17] humanitate, quæ sunt his ipsis [18] commodis [19] potiora? Amo te [20] omnibus equidem maximis de causis, verum etiam [21] propter hanc, [22] vel quod mihi [23] sic, ut debuisti, nuntiasti. Te totum in literis vidi. [24] Sabini [25] pueris et promisi omnia et faciam. Vale.

XVII. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

[2] Video quid [3] agas, [4] tuas quoque epistolas vis [5] referri in [6] volumina. Sed heus tu, qui [7] κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam [8] ἄκυρον, valetudini fideliter inserviendo? unde in istum locum [9] *fideliter* venit: cui [10] verbo [11] domicilium est proprium [12] in officio, [13] migrationes in alienum multæ. Nam et doctrina et domus et ars, et ager etiam fidelis dici potest: ut sit, quomodo Theophrasto placet, [14] verecunda [15] translatio. Sed hæc [16] coram. [17] Demetrius venit ad me. Quo quidem comitatu [18] ἀφωμίλησα: satis scis. Tu eum videlicet non potuisti videre: cras aderit: videbis igitur. Nam ego [19] hinc [20] perendie mane cogito. Valetudo tua me valde

1 M. Fratrem laudat Quintus Cicero, quod Tironem, probum hominem et doctum, manumiserit. Epistola est gratulatoria et laudatoria. 2 Quod ad Tironem attinet. 3 Sc. frater. 4 Supple, Dii faciant, ut. 5 M. Ciceronem. 6 Supple, incolumes. 7 Tironem. 8 Sc. servili. 9 Conditione. 10 Manumissus enim incipit esse in amicorum numero. 11 Exultavi præ gaudio. 12 Liberti mei. 13 Tirone. 14 Sc. fidelitatis. 15 Studiis. 16 Colloquiis. 17 Eruditione. 18 Sc. fidelitatis. 19 Magis eligenda. 20 Propter omnes maximas causas. 21 Quod Tironem manumiseris. 22 Etiam hoc nomine. 23 Verbis lætitiam significantibus. 24 Cognomen est familiæ. Romanæ. Vid. l. xv. ep. 20. 25 Servis.

1 Reprehendit Tironem modeste, quod voce *Fideliter* impropria sit usus, et rogat, ut valetudini serviat. Est reprehensoria et narratoria epistola. 2 Intelligo. 3 Prætendas. 4 A te scriptas. 5 A me. 6 Mearum epistolarum. 7 Regula et index. 8 Improprium. 9 Istud adverbium. 10 Parti orationis. 11 Significatio propria. 12 Ut quis dicatur officio *fideliter* functus. 13 Translationes in aliam significationem. 14 Non impudens. 15 In aliam significationem. 16 Quando coram erimus. 17 Libertus. 18 Me a colloquio segregavi. 19 Proficisci. 20 Post peractum crastinum diem.

[21] sollicitat: sed [22] inservi, et fac [23] omnia. Tum te mecum esse, tum mihi [24] cumulatissime satisfacere putato. Cuspio quod operam dedisti, mihi gratum est. [25] Valde enim ejus causa volo. Vale.

XVIII. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

[2] Quid igitur? non sic [3] oportet? equidem censeo [4] sic, addendum etiam, [5] suo. Sed, si placet, [6] invidia vitetur: quam quidem ego sæpe [7] contempsi. Tibi [8] διαφόρησιν gaudeo profuisse. Si vero etiam [9] Tusculanum, Dii boni, quanto mihi [10] illud erit amabilius! Sed, si me amas; quod quidem aut facis aut [11] perbelle simulas, quod tamen [12] in modum procedit: sed, [13] ut est, [14] indulge valetudini tuæ, cui quidem tu [15] adhuc, dum mihi [16] deservis, servisti non satis. [17] Ea quid [18] postulet, non ignoras: [19] πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. Fac [20] bellus revertare, non modo te, sed etiam Tusculanum [21] nostrum plus amem: [22] Parhedrum excita ut [23] hortum ipse conducat: sic, [24] holitorem ipsum [25] commovebis. Helico [26] nequissimus [27] H. S. CIↃ. dabat, nullo [28] aprico horto, nullo [29] emissario, nulla [30] maceria, nulla [31] casa. Iste nos tanta [32] impensa derideat? [33] calface hominem, ut [34] ego Mothonem, itaque [35] abutor [36] coronis. De [37] Crabra quid agatur, etsi

21 Angit. 22 Supple, ei. 23 Quæ prodesse possunt. 24 Abundantissime. 25 Ei maxime faveo.

1 Cum epistolam suam Cicero ad Tironem jam manumissum inscripsisset M. Tullio Tironi, veritus invidiam Tiro, non sic, sed ut ante, inscribendum respondit. Cicero nil mutandum contendit, sed etiam addendum, suo, majoris benevolentiæ signum. Tironi melius esse factum gratulatur, rogatque eum, ut valetudini indulgeat, et alia breviter attingit. Epistola est hortatoria. 2 Supple, erit. 3 Inscribere literas familiares ad te? 4 Inscribi oportere. 5 Ut inscribam, *Tironi suo*. 6 Offensa aliorum familiarium. 7 Vilipendi. 8 Evaporationem. 9 Supple, profuerit. 10 Sc. te ex Tusculano nostro convalescere. 11 Pulcherrime. 12 Satis; nam ego vere existimo me a te amari. 13 Quomodocunque. *Ut* sæpe hoc sensu pro *utut* ponitur. Ter. Phorm. v. 4. *Lætus sum*, ut *meæ res se habent*, *fratri obtigisse quod vult*, id est, quomodocunque meæ res sese habent. 14 Usque ad indulgentiam inservi. 15 Hactenus. 16 Operam das. 17 Valetudo. 18 Exigat. 19 Concoctionem, vitationem immodicarum defatigationum, deambulationem moderatam, oblectationem facilitatem alvi. 20 Recuperata valetudine belle te habens. 21 In quo sc. convalueris. 22 Proprie παρέδρος *assessor* est; transfertur ad alia, et consiliarium et custodem significat. 23 In agro Tusculano. 24 Villicum. 25 Molestia afficies. 26 Qui tam familiarem temere dissipat. 27 Sestertium mille, nostratis monetæ viginti quinque Philippeos, seu septuaginta quinque florenos. 28 Soli tepido aut leni exposito. 29 Canali, per quem abundans horti aqua emittitur. 30 Pariete ex silicibus vel lateribus calce et cæmentis compacto, quo vineæ claudi solent. 31 Tugurio. 32 In villam collata. 33 Commove. 34 Calfeci. 35 Quia eum a te calefieri volo, in quo videor ei malam gratiam referre. 36 Mihi ab olitore donatis. 37 Aqua agri Tusculani.

nunc quidem etiam nimium est aquæ, tamen velim scire. Horologium mittam et libros, si erit [38] sudum. Sed tu nullosne tecum [39] libellos? an [40] pangis aliquid Sophocleum? fac [42] opus [43] appareat. A. Ligurius, Cæsaris familiaris, mortuus est, bonus homo et nobis amicus. Te quando [44] exspectemus fac ut sciam. Cura te diligenter. Vale.

XIX. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

Expecto tuas literas de multis rebus, teipsum multo magis. Demetrium [2] redde nostrum, et aliud, si [3] quid potes, boni. De [4] Aufidiano nomine nihil te hortor: scio tibi curæ esse: sed [5] confice. Et, si [6] ob eam rem moraris, accipio [7] caussam: si te id non [8] tenet, advola. Literas tuas [10] valde expecto. Vale.

XX. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

[2] Sollicitat ([3] ita vivam) me tua, mi Tiro, valetudo: sed confido, si diligentiam, quam [4] instituisti, adhibueris, cito te [5] firmum [6] fore. Libros [7] compone, indicem [8] cum Metrodoro lubebit, [9] quum ejus [10] arbitratu vivendum est. [11] Cum olitore, [12] ut videtur. Tu potes Kalendis [13] spectare [14] gladiatores, postridie [15] redire, et ita censeo: verum, [16] ut videbitur. Cura te (si me amas) diligenter. Vale.

XXI. [1] CICERO F. TIRONI SUO DULCISS. S. D.

Cum [2] vehementer [3] tabellarios exspectarem quotidie, [4] aliquando venerunt, post diem XL. et VI. quam a vobis discesserant: quorum mihi fuit adventus [5] adoptatissimus. Nam cum

38 Serenum tempus. 39 Supple, apportasti. 40 Scribis oratione vel carmine. 41 Simile versibus Sophocleis, qui inter alias excellunt. Virg. Ecl. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* 42 Fructus operæ vel laboris tui. Opus est id, quod post operam remanet, et ex aliqua re quasi fructus enascitur. 43 Videatur a me. 44 Romæ.

1 De literis, de Demetrio, de nomine Aufidiano cum Tirone agit Cicero. Epistola est hortatoria. 2 Fac, ut sit noster. Sic epist. 32. lib. VII. *Dolabellam* redde *plane meum.* 3 Aliquid. 4 Aufidii debito. 5 Ut exigas, quod debet. 6 Ut Aufidii negotium conficias. 7 Excusationem. 8 Remoratur. 9 Cito ad nos propera venire. 10 Avide.

1 De valetudine, de libris, de reditu Tironis agit cum Tirone Cicero. Hortatoria est epistola. 2 Anxium reddit. 3 Ita vivere mihi contingat. 4 Cepisti. 5 Valentem. 6 Futurum esse. 7 Dispone et suo quemque loco statue. 8 Quando. 9 Quoniam. 10 Judicio. 11 Tansige. 12 Prout lubet. 13 Sc. in urbe. 14 Ludos gladiatorios. 15 In agros. 16 Sc. facito.

1 Propensionem animi ad virtutem, studiumque suum Cicero filius significat, de prædio empto gratulatur. Epistola est valde mixta. 2 Avidissime. 3 Literarum latores. 4 Tandem. 5 Exoptatissimus. Al. *optatissimus*,

maximam [6] cepissem lætitiam ex [7] humanissimi et carissimi [8] patris epistola, [9] tum vero [10] jucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt. Itaque me jam non pœnitebat, [11] intercapedinem scribendi fecisse, sed potius [12] lætabar. [13] Fructum enim magnum humanitatis tuæ capiebam ex [14] silentio mearum literarum. [15] Vehementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione [16] accepisse excusationem. Gratos tibi optatosque esse, qui [17] de me rumores afferuntur, non dubito, mi [18] dulcissime Tiro: [19] præstaboque et [20] enitar ut [21] in dies magis magisque hæc nascens de me [22] duplicetur [23] opinio. Quare, quod polliceris te [24] buccinatorem [25] fore [26] existimationis meæ, firmo id constantique animo [27] facias licet. [28] Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt [29] errata ætatis [30] meæ, ut non solum animus a factis, sed aures [31] quoque a [32] commemoratione [33] abhorreant. Cujus te sollicitudinis et doloris participem fuisse, notum exploratumque est mihi. Nec id [34] mirum. Nam cum omnia [35] mea causa velles mihi [36] successa, tum etiam [37] tua. Socium enim te meorum commodorum semper esse volui. [38] Quod igitur [39] tum [40] ex me [41] doluisti, nunc ut [42] duplicetur tuum [43] ex me gaudium, [44] præstabo. [45] Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium, esse [46] conjunctissimum. Nam cum audio illum libenter, tum etiam ejus propriam suavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem, [47] exoro enim ut mecum quam sæpissime cœnet. [48] Hac introducta consuetudine, sæpe inscientibus nobis et cœnantibus [49] obrepit, [50] sublataque severitate philosophiæ, humanissime nobiscum [51] jocatur. Quare da operam, ut hunc talem, tam [52] jucundum, tam [53] excellentem virum videas quamprimum. Nam quid ego de Bruttio dicam: quem nullo tempore a me patior discedere: cujus cum [54] frugi [55] severaque est vita, tum etiam jucundissima [56] con-

6 Accepissem. 7 Indulgentissimi. 8 Supple, mei, M. Tullii. 9 Præterea multo magis. 10 Suavissimæ. 11 Intermissionem. 12 Sc. me fecisse. 13 Utilitatem magnam. 14 Intermissione. 15 Maximopere. 16 Approbasse. 17 De moribus meis emendatis. 18 Suavissime. 19 Efficiam. 20 Omnem dabo operam. 21 Quotidie. 22 Geminetur. 23 Bona fama. 24 Præconem, qui, quasi buccina canens, divulget laudes meas. 25 Futurum esse. 26 Famæ. 27 Supple, ut. 28 Tam magnum. 29 Peccata. 30 Transactæ, 31 Etiam. 32 Narratione. 33 Alienissimæ sint. 34 Supple, est. 35 Propter bonum meum. 36 Sc. esse, pro *successisse*. 37 Propter utilitatem tuam. 38 Quia. 39 Tunc. 40 Propter me. 41 Dolorem concepisti. 42 Altero tanto majus sit. 43 Propter me 44 Efficiam. 45 Philosophorum illius ætatis principi. 46 Familiarissimum. 47 Precibus impetro. 48 Postquam hæc consuetudo introducta est. 49 Clanculum intervenit. 50 Seposita. 51 Confabulatur. 52 In familiari convictu. 53 In philosophia. 54 Temperans. 55 Rigida. 56 Conjunctio.

victio. Non est enim [57] sejunctus jocus a [58] philologia, et quotidiana [59] συζητήσει. [60] Huic ego [61] locum in [62] proximo conduxi, et, ut possum, ex meis [63] angustiis illius sustento [64] tenuitatem. Præterea [65] declamitare [66] Græce apud Casssium [67] instituí: [68] Latine autem apud Bruttium exerceri volo. [69] Utor familiaribus et quotidianis convictoribus, quos secum [70] Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus et doctis et [71] illi probatissimis. [72] Multum etiam mecum est Epicrates, [73] princeps Atheniensium et Leonides, et [74] horum ceteri similes, [75] τά μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς, τάδε. De [76] Gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in [77] quotidiana declamatione [78] utilis: sed omnia postposui, [79] dummodo præceptis patris [80] parerem, [81] διαῤῥήδην enim scripserat, ut eum dimitterem [82] statim. [83] Tergiversari nolui, ne mea nimia [84] σπουδὴ suspicionem ei aliquam [85] importaret. Deinde illud etiam mihi [86] succurrebat, grave esse me de judicio patris [87] judicare. Tuum tamen studium et consilium gratum acceptumque est mihi. Excusationem angustiarum tui [88] temporis [89] accipio, scio enim, [90] quam soleas esse occupatus. Emisse te [91] prædium, vehementer gaudeo: feliciterque tibi [92] rem istam evenire cupio. [93] Hoc loco me tibi gratulari, [94] noli mirari, eodem enim fere loco tuo quoque emisse te, fecisti me certiorem. Habes [95] deponendæ ubi sunt urbanitates, [96] rusticus romanus factus es. Quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum jucundissimum conspectum propono; [97] videor enim videre ementem te [98] rusticas res, cum [99] villi-

57 Separatus. 58 Disputatione de literis. 59 Mutua quæstione. 60 Bruttio. 61 Ædem sive cubiculum. 62 Vicinia. 63 Modicis meis facultatibus. 64 Paupertatem. 65 Orationes recitare. 66 In lingua Græca. 67 Incepi. 68 In lingua Latina. 69 Habeo familiares et quotidianos convictores. 70 Ex urbe insulæ Lesbi, patria Cratippi. 71 Quos ille maxime probavit. 72 Sæpe. 73 Inter Athenienses primarius. 74 Viri apprime nobiles. 75 Quæ igitur ad nos pertinent, hæc sunt. 76 Nobili rhetore, qui tunc vivebat. 77 Quotidianis declamationibus. 78 Quia optimus est rethor. 79 Ut solummodo. 80 Obtemperarem. 81 Aperte. 82 Quia dicebatur adolescentes pellicere ad voluptates et vinum. 83 Moras nectere. 84 Diligentia. 85 Injiceret. 86 In mentem veniebat. 87 Judicium ferre. 88 Ad scribendum. 89 Probo. 90 Quantum. 91 Possessionem in agro. 91 Sc. emptionem prædii. 92 Hac parte epistolæ meæ. 94 Cum gratulationes primas fere epistolæ partes occupare soleant. Vid. lib. II. ep. 7. 9. lib. III. ep. 12. lib. VI. ep. 12. 95 Omittendi et seponendi sunt mores urbani. 96 Honestum nomen est plebeji ordinis, quia vera Romuli proles agrestibus operibus exercebatur, et plebem rusticam præponebat urbanæ, cum proceres civitatis in agris morarentur, et, ubi consilium publicum desiderabatur, a villis arcessebantur in senatum. 97 Modus transferendi conjecturam ad oculos, quo plus fidei nostra consequatur opinio. Vide lib. IX. ep. 15. 98 Instrumenta rustica. 99 Villæ custode

co loquentem, in [1] lacinia [2] servantem ex mensa secunda [3] semina. Sed (quod ad rem pertinet) me [4] tum tibi defuisse, [5] æque ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te sublevaturus sim, si modo fortuna [6] me: præsertim cum sciam, [7] communem nobis emptum esse istum fundum. De [8] mandatis quod tibi curæ fuit, est mihi gratum: sed peto a te ut quam celerrime mihi [9] librarius mittatur: maxime quidem Græcus. Multum enim mihi eripitur [10] opera in exscribendis [11] hypomnematis. Tu velim in primis [12] cures ut valeas, ut una [13] συμφιλολογεῖν possimus. Antherum tibi commendo. Vale.

XXII. [1] TULLIUS TIRONI SUO S. D.

[2] Spero ex tuis literis, [3] tibi melius esse: cupio quidem [4] certe. Cui [5] quidem rei omni [6] ratione cura ut inservias et cave [7] suspiceris, contra voluntatem meam te facere, quod non sis mecum. Mecum es, si [8] te curas. Quare malo te valetudini tuæ servire, quam meis [9] oculis et auribus. Etsi enim et audio te et video libenter, tamen hoc multo [10] erit, si valebis, jucundius. Ego hic [11] cesso, quia ipse nihil scribo: lego autem libentissime. Tu istic, si quid [12] librarii [13] mea manu non intelligent, [14] monstrabis. Una omnino interpositio [15] difficilior est, quam ne ipse quidem [16] facile legere soleo, de [17] quadrimo Catone. De [18] triclinio cura, ut facias. [19] Tertia aderit, modo ne Publius [20] rogatus sit. Demetrius [21] iste nunquam omnino [22] Phalereus fuit, sed nunc plane [23] Bilienus est. Itaque te do [24] vicarium, tu eum observabis. [25] Etsi: verum

et gubernatore. 1 Sinu vestis tuæ. 2 More rusticorum. 3 Pomorum, quæ in mensa secunda comeduntur. 4 Tunc. 5 Non minus. 6 Supple, sublevarit. 7 Ut tecum in eo diverteremus. 8 Sc. meis obeundis. 9 Scriptor librorum. 10 Temporis. Sic Plaut. Trucul. IV. 4. 30. *Nunquid vis?* DI. *Fac valeas* operæ *ubi mihi erit, ad te venero.* Gell. 1. 17, *Nunc mihi* operæ *non est: cum otium erit, revises ad me, atque disces.* 11 Commentariis, ex tempore et sine cura scriptis. 12 Supple, ut. 13 De literis inter nos disputare.

1 Propter valetudinis curationem quædam mandat Tironi Cicero. Epistola est nunciatoria et narratoria. 2 Spem capio: 3 Te melius habere. Sic epist. 1. *Cum* meliuscula tibi esset. 4 Haud dubie. 5 Sc. ut melius tibi sit. 6 Modo. 7 Supple, ne. 8 Tuam valetudinem. 9 Facere, quæ oculis et auribus placeant. 10 Supple, mihi. 11 Quiesco a laboribus. 12 Librorum descriptores. 13 Sc. scriptum. 14 Docebis. 15 Aliquantum difficilis. 16 *Quia* forte minutulis literis scripta erat. 17 Quatuor annos nato. Al. *de qua primo Catone.* 18 Parando. 19 Mulier post duas sorores nata: hæ enim *Tertiæ* et *Tertullæ* vocabantur. 20 Ut ad cœnam veniat. 21 Cujus scil. meministi. 22 Elegans, urbanus, et Demetrio Phalereo similis. 23 Bilieno, homini improbo perquam similis, Al. *Bellienus*, ut epist. 15. lib. VIII. 24 Ut vicariam mihi in eo observando et cavendo præstes operam. Vicarius est, qui facit id, quod alius facere debebat. 25 Aposiopesis seu reticentia,

tamen de illis: nosti [26] cætera. Sed tamen, si [27] quem cum eo sermonem habueris, scribas ad me, ut mihi [28] nascatur epistolæ [29] argumentum, et ut tuas [30] quam longissimas literas legam. Cura, mi Tiro, ut valeas: [31] hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

XXIII. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

Tu vero confice [2] professionem, si potes, etsi hæc [3] pecunia ex eo genere est, ut [4] professione non egeat. [5] Veruntamen Balbus ad me scripsit, tanta se [6] epiphora oppressum, ut [7] loqui non possit. Antonius de [8] lege quid egerit, [9] liceat [10] modo [11] rusticari. Ad Bithynicum scripsi. De Servilio tu [12] videris, qui senectutem non [13] contemnis. Etsi [14] Atticus [15] noster quia quondam me [16] commoveri [17] πάνικοις intellexit, [18] idem semper putat, nec videt, quibus [19] præsidiis philosophiæ [20] septus sim. Et [21] hercle, [22] quod timidus ipse est, [23] θορυβοποιεῖ. Ego tamen Antonii [24] inveteratam sine ulla [25] offensione amicitiam [26] retinere [27] sane volo: scribamque ad eum: sed non ante quam te videro. Nec tamen te avoco a [28] syngrapha, [29] γόνυ κνήμης. Cras exspecto Leptam, etenim ad cujus [30] rutam [31] pulegio mihi tui sermonis utendum est. Vale.

qua forte Demetrii, quem a Tirone observari volebat, perplexum et concisum sermonem repræsentat. 26 Quæ ille solet dicere. 27 Collocutus fueris cum eo. 28 Suppeditetur. 29 Materia. 30 Valde longas. 31 Quam hoc, sc. ut valeas.

1 Hortatur ut professionem conficiat Tiro, scribitque sibi in animo esse amicitiam Antonii conservare. Epistola est hortatoria et nunciatoria. 2 Publicam declarationem, quicquid pecuniæ, agri, aliarumve rerum Cicero possideat. 3 Quæ nobis debetur. 4 Quia, cum nondum sit apud nos, profiteri eam non debemus. 5 Sc. *confice*, et hanc ipsam pecuniam profitere. 6 Oculorum morbo. 7 Explicare. Jocus in Balbum hominem tectum; nam epiphora oculorum officium impedit, non linguæ. 8 Quam post Cæsaris mortem fixerat. 9 Permittatur. 10 Solummodo. 11 Rure agere; quod urbanis rebus, quas Antonius pro libitu administrat, antepono. 12 Cures. 13 Ut ego jam contemno. 14 Pomponius. 15 Familiaris sc. amicus. 16 Perturbari. 17 Panicis, id est, repentinis terroribus et consternationibus, a Deo Pane primum excogitatis, cum esset dux exercitus Bacchi. Vid. Polyan. de Stratag. lib. I. c. 2. 18 Me commoveri eodem modo terroribus. 19 Munimentis. 20 Cinctus. 21 Profecto. 22 Quia. 23 Tumultum excitat. 24 Vetustate roboratam. 25 Simultate. 26 Servare. 27 Certe. 28 Quo minus pecuniam, per syngrapham debitam, exigas. 29 Subauditur ἔγγιον, *proprius*. Integrum proverbium Latine sonat, *Genu tibia propior;* pro quo Terentius in Andria, *Proximus sum egomet mihi*, dixit, et Plautus Trinummo: *Tunica pallio propior*: et significat, curanda magis esse, quæ magis ad nos pertinent. 30 Amarum, ut ruta, sermonem. 31 Suavitate et deliciis tui sermonis, qui cum pulegio componi potest.

XXIV. [1] TULLIUS TIRONI S. D.

Etsi mane [2] Harpalum miseram, tamen, cum haberem, cui [3] recte darem [4] literas, etsi novi nihil erat, iisdem de rebus volui ad te sæpius scribere: non [5] quin confiderem diligentiæ tuæ, sed [6] rei me magnitudo movebat. Mihi [7] prora et puppis (ut Græcorum [8] proverbium est) fuit a me tui [9] dimittendi, ut [10] rationes nostras [11] explicares [12] Ofillio et Aurelio [13] utique [14] satisfiat. A [15] Flamma, si non potes [16] omnem, partem aliquam velim extorqueas, in primisque ut expedita sit [17] pensio Kal. Jan. De [18] attributione [19] conficies; de [20] repræsentatione [21] videbis. De domesticis rebus [22] hactenus. De publicis omnia [23] mihi certa, quid [24] Octavius, quid Antonius: quæ hominum [25] opinio: quid futurum putes. Ego [26] vix teneor quin [27] accurram, sed [28] st! Literas tuas exspecto: et scito Balbum [29] tum fuisse [30] Aquini, cum tibi est dictum, et postridie Hirtium. Puto utrumque ad [31] aquas. Sed quod egerint, Dolabellæ procuratores fac ut [32] admoneantur. [33] Appellabis etiam [34] Papiam. Vale.

XXV. [1] CICERO F. TIRONI SUO S. D.

[2] Etsi justa et [3] idonea usus es excusatione [4] intermissionis literarum tuarum, tamen id ne sæpius facias rogo. Nam etsi

1 Domesticas primum res, deinde publicas hac epistola enarrat Cicero. Epistola est prorsus familiaris. 2 Servum nostrum. 3 Tuto. 4 Sc. ad te. 5 Quod non. 6 Rationes meæ, quas explicari a te cupio. 7 Summa consilii mei. 8 Quod Græce sonat, *πρώρα καὶ πρύμνη*, *prora et puppis*; quæ totam navem continent. 9 Ablegandi. 10 Accepti et expensi. 11 Expeditas redderes. 12 Creditoribus. 13 Omnino. 14 Solvatur debitum. 15 Flaminio Flamma debitore. 16 Sc. partem, id est, totum, quod debet. 17 Solutio debiti. 18 Assignatione pecuniæ, quam Dolabella, divortio cum Tullia facto, Ciceroni debebat. Vid. epist. 13. lib. xv. et ep. 3. l. xvi. ad Attic. 19 Absolves. 20 Pecunia ante diem solvenda: id enim est *repræsentare*. 21 Considerabis. 22 Supple, scripsi. 23 Supple, perscribe. 24 Supple, agat, cum jam Apollonia Romam venit ad cernendam hæreditatem Cæsaris. 25 Supple, sit. 26 Difficulter. 27 Romam; erat enim ab urbe hæc scribens. 28 Hoc silebis. *St*, nota silentii. 29 Tunc. 30 In oppido Galliæ Cispadanæ, hodie *Acquario*. 31 Sc. Bajanas venturum. 32 Quod ad pecuniam attinet, quam Ciceroni debebat Dolabella. 33 Verbum est eorum, qui pecunias a debitoribus petunt, et fortius, quam *admonere*. Cicero pro Quinctio: *Cum tibi quotidie potestas hominis fuisset* admonendi, *verbum nullum facis: biennio jam confecto fere*, appellas. 34 Mulierem Papiæ gentis, plebejæ, quæ Ciceroni pecuniam debebat.

1 Hortatur, ut sæpe scribat, nec excusatione utatur. Epistola est hortatoria. 2 Quanquam. 3 Apta, 4 Quod literas tuas ad me dare intermise-

de republica[5] rumoribus et nuntiis certior fio, et de sua in me [6] voluntate semper ad me perscribit [7] pater: tamen de quavis [8] minima re scripta a te ad me epistola, semper fuit gratissima. Quare cum in primis tuas desiderem literas, noli [9] committere ut excusatione potius [10] expleas officium scribendi, quam assiduitate [11] literarum. Vale.

XXVI. [1] Q. CICERO TIRONI SUO S. D.

[2] Verberavi te [3] cogitationis tacito [4] duntaxat [5] convicio, quod [6] fasciculus alter ad me jam sine tuis literis perlatus est. Non potes effugere hujus [7] culpæ pœnam [8] te patrono.[9] Marcus est [10] adhibendus: isque diu et multis [11] lucubrationibus [12] commentata oratione, vide [13] ut probare possit te non peccasse. Plane te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quæ [14] lagenas etiam [15] inanes [16] obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ [17] furtim essent [18] exsiccatæ: sic tu, etiam si, quod scribas non habebis, scribito [19] tamen, ne [20] furtum [21] cessationis quæsivisse videaris. Valde enim mihi semper et vera et dulcia tuis epistolis nuntiantur. Ama nos, et vale.

XXVII. [1] Q. CICERO TIRONI SUO S. D.

Mirificam mihi [2] verberationem [3] cessationis epistola dedisti. Nam quæ [4] parcius [5] frater perscripserat, [6] verecundia videlicet, et [7] properatione, ea tu, sine assentatione, ut erant, ad me scripsisti: et maxime de consulibus [8] designatis: quos ego [9] penitus [10] novi [11] libidinum et [12] languoris effœminatissimi animi plenos. Qui nisi a [13] gubernaculis [14] recesserint, maximum ab universo [15] naufragio periculum est. Incredibile

ris. 5 Per sermones, incerto auctore sparsos. 6 Benevolentia. 7 M. Tullius Cicero. 8 Levissima. 9 Facere. 10 Perficias. 11 In scribendo.

1 Tironem Q. Cicero accusat, quod literas non miserat, et rogat, ut omnino mittat. Petitoria est epistola. 2 Accusavi. 3 Sc. meæ. 4 Solummodo. 5 Exprobratione. 6 Literarum, sc. ab aliis missarum. 7 Negligentiæ. 8 Si tu tuam causam velis agere. 9 M. Cicero frater, *optimus omnium patronus*, teste Catullo. 10 Sc. ad defensionem tantæ culpæ. 11 Vigiliis in studia insumptis. 12 Elaborata. 13 Quomodo. 14 Vascula vinaria, quibus vinum a cupa ad mensam fertur. 15 Vacuas. 16 Signi impressione occludebat. 17 Clanculum. 18 Exhaustæ. 19 Nihilominus. 20 Furtivam excusationem. 21 Sc. a missione literarum.

1 Invehitur Q. Cicero in Hirtium et Pansam, Consules designatos. Epistola est narratio perpetua. 2 Incussionem verecundiæ vel reprensionem. 3 Ob intermissionem literarum. 4 Nimis sobrie. 5 Marcus Cicero. 6 Ne offenderet fratris animum. 7 Festinatione. 8 In annum sequentem. 9 Plane. 10 In Gallia Cæsaris legatus. 11 Voluptatum. 12 Corruptionis animi effeminatissimi. 13 Sc. reipublicæ. 14 Removeantur. 15 Sc. totius reipublicæ.

est, quæ ego illos scio oppositis Gallorum castris in [16] æstivis fecisse: quos ille [17] latro, nisi aliquid [18] firmius fuerit, [19] societate vitiorum [20] deliniet. Res est aut [21] tribunitiis aut [22] privatis consiliis [23] munienda. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri [24] Cesenam, alteri Cossutianarum [25] tabernarum fundamenta credas. Te (ut dixi) [26] fero oculis. Ego vos a. d. III. Kalend. videbo, tuosque oculos, etiam si te [27] veniens [28] in medio [29] foro videro, [30] dissuaviabor. Me ama. Vale.

16 Castris sc. nostris. 17 M. Antonius. 18 Sc. eis obsistens. 19 Communione. 20 Blande alliciet. 21 Tribunorum plebis. 22 Viri alicujus, auctoritate præditi. 23 A periclitatione. 24 Oppidum Senonum in Gallia Togata apud Rubiconem, Procopio φρθριον dictum, sive *castellum*; quod et nunc antiquum retinet. 25 Quas tunc ædificari vero simile est, Cossutii alicujus. 26 Mirifice diligo. Cicero l. III. ad Q. Fr. Ep. 17. *Balbum* in oculis fero. 27 Sc. tibi obviam. 28 Ubi hominum maxima frequentia. 29 Erat igitur in agris Quinctus, in urbe Tiro. 30 Osculabor.

FINIS.

GRÆCARUM VOCUM

QUÆ IN HIS EPISTOLIS INTER LEGENDUM OCCURRUNT,
INTERPRETATIO LATINA.

Πολιτικώτερον, reip. administrandæ peritiorem. pag. 59
Κωμικὸς μάρτυς, comicus testis: id est, non verus: ut aurum comicum. 68
Ἐξοχή, excellentia. 95
Εὐγένεια, generis præstantia, seu bonitas. ibid.
Παρ' ἐμοίγε καὶ ἄλλοι, Οἵκέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Apud me sane et alii sunt, qui me honorabunt, maxime autem consiliarius Jupiter, seu consilio valens. ibid.
Φιλαίτιος, accusandi, seu criminandi cupidus. ibid.
Ἐπικούρειον, Epicureum. 104
Εἰρωνεύεσθαι, dissimulare, dissimulanter loqui. 127
Εἰρωνευόμενος, dissimulans, dissimulanter loquens. ibid.
Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, Noctuam Athenas, scilicet portas. 207
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι. Ante virtutem, sudorem posuerunt Dii immortales. 235
Πολιτεύεσθαι, administrare rempublicam. 260
Φιλοθέωρον, spectandi cupidum. 264
Νίκωνος περὶ πολυφαγίας, Niconis de edacitate. 271
Γέλωτα Σαρδόνιον, risum Sardonium. 277
Δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη, vesicæ et intestinorum tormina. 278
Δυσεντερίαν, viscerum morbum. 279
Λιτότητα, frugalitatem, vel tenuitatem victus. ibid.
Διάῤῥοια, ventris profluvium. ibid.
Χρήσει μὲν, usu quidem. 282
Κτήσει δὲ, possessione vero. ibid.
Εὐτραπελία, urbanitas, vel comitas. 286
Ἀκύθηρον, ineptum. ibid.
Ἀμφιβολία, ambiguitas. ibid.
Ὑπερβολὴ, sermonis exuperantia, seu superlatio. ibid.
Παράγραμμα, inversio literarum. ibid.
Παρὰ προσδοκίαν, præter exspectationem. ibid.
Ἔντεχνα, artificialia. 287
Σύνταγμα, opus. 296
Διδασκαλίαν, disciplinam. ibid.
Ἔωλος, obsoleta. 328
Λεληθότως, sensim. 329
Πολιτείας, civitatum gubernandarum rationes. 330
Περὶ δυνατῶν, de iis quæ fieri possunt. 331

καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Ne vero sine studio et sine gloria peream, sed magnum quid cum fecero, quod, vel a posteris audiatur. 511

Εὐριπίδου, Euripidis. ibid.

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφὸς, Sapientem odi qui sibi ipse non est sapiens. ibid.

Ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω, simul a fronte et a tergo. ibid.

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, semper strenue se gerere, et præstantem esse aliis, seu principem aliorum. 512

Διοίκησιν, provinciæ administrationem. 538

Ὑποθήκας, hypothecas, pignora, quæ in rebus immotis consistunt. 540

Τρεῖς διοικήσεις, tres provinciales administrationes, diœceses. 546

Χολὴν ἄκρατον, bilem puram. 563

Euseben et philoromæum, εὐσεβῆ, *et* φιλορῥωμαῖον, pium, et amicum Romanorum. 573

Κατ' εἰδώλων φαντασίας, secundum spectrorum visiones, seu simulacrorum. 594

Διανοητικὰς φαντασίας, intelligentia positas visiones. ibid.

Εἴδωλον, spectrum. ibid.

Εἴδωλα, spectra. ibid.

Αἵρεσα, secta. 595

Πάντα περὶ πάντων, omnia de omnibus, seu pro omnibus. ibid.

Πρόσωπον πόλεως, personam civitatis. ibid.

Αδέσποτοι, sine auctore vel sine domino: id est, incerti. ibid.

Τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν, honestum per se optabile. ibid.

Ἀκενόσπουδος, non studens rebus inanibus, sive abhorrens a studio rerum inanium. 596

Φλύαρον, nugacem vel garrulum. ibid.

Σπουδάζειν, seria scribere, vel res serias agere. ibid.

Ἡδονὴν, volnptatem. 597

Ἀναλγησίαν, indolentiam, sive animi tranquillitatem. ibid.

Τῷ καλῷ, bono et honesto. ibid.

Οὐκ ἔστιν ἡδέως, ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν, non potest jucunde vivi, nisi honeste ac juste vivatur. ibid.

Φιλήδονοι, voluptatis studiosi, seu cupidi. ibid.

Φιλόκαλοι καὶ Φιλοδίκαιοι, honesti amantes et justitiæ studiosi. ibid.

Ἀντιμυκτηρίσαι, vicissim irridere, et subsannare. ibid.

Κακοστόμαχος, malo stomacho, et imbecillo. 604

Ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ, periculi quidem expertia, sed diuturniora. 605

Ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, frigus autem tenui et macilento corpori inimicissimum, seu infestissimum. ibid.

Ἔτυμον, veritatem, veram nominis originem. 611

Κανὼν, regula. 613

Ἄκυρον, improprium. ibid.

P. MANUTII

IN EPISTOLAS CICERONIS AD FAMILIARES

INDEX

RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

(*Numerus primus folium, secundus versum denotat.*)

A

43

F

I

M

N

Q

R

T